SPISY SV. TOMÁŠE AKVINSKÉHO

THEOLOGICKÁ

SUMMA

REDIGOVAL

P. EMILIÁN SOUKUP ORD. PRAED.

VYDALI PROFESOŘI BOHOVĚDNÉHO UČILIŠTĚ ŘÁDU DOMINIKÁNSKÉHO V OLOMOUCI

THEOLOGICKÉ SUMMY SVATÉHO TOMÁŠE AKVINSKÉHO

DRUHÉ ČÁSTI

DRUHÝ DÍL

†

Překládali: P. Dr. Reginald M. Dacík Ord. Praed., ot. LXIV.-CV. P. Tomáš Dittl Ord. Praed., ot. I.-XXII. P. Dr.Prol.Scr.Pavel Škrabal Ord. Praed.,ot.XXIII-LXIII.

NIHIL OBSTAT. Olomucii, die 15. Octobris 1938. P. Mag. Theol. Dr. Methodius Habáň O. P., censor ex officio.
IMPRIMATUR. P. Thomas M. Dittl O. P., Prior Provincialis. Pragae, die 27. Octobris 1938. Reg. pag. 245.
NIHIL OBSTAT. Censor ex officio : P. Aemilian Soukup O. P.
IMPRIMATUR. Dr. Joannes Martinů, Vicarius Generalis. Olomucii, die 19. Octobris 1938. Nr. 17.338..

Sancti Thomae Aquinatis
SUMMA THEOLOGIAE
Secunda Secundae Partis

Předmluva

Po všeobecné úvaze o ctnostech a nešestech a jiných věcech, jež se vztahují k látce o mravech, je nutné uvažovati o jednotlivostech zvláště, neboť všeobecné řeči o mravech jsou méně užitečné, protože skutky záleží v jednotlivostech. Lze pak o něčem zvláště uvažovati vzhledem k mravnosti dvojím způsobem: Jednak po stránce samotné látky o mravech, když třebas uvažujeme o této ctnosti nebo o této nešesti, jednak vzhledem k zvláštním stavům lidským, když třebas uvažujeme o poddaných a představených, o lidech činnému a nazíravému životu oddaných nebo o jakýchkoli jiných rozlišeních mezi lidmi. Tedy nejprve budeme uvažovati zvláště o těch věcech, jež se vztahují na všecky lidské stavy; za druhé pak zvláště o těch, jež se vztahují na určité stavy.

Jest pak třeba uvážiti vzhledem k prvnímu, že, kdybychom odděleně jednali o ctnostech, darech, nešestech a přikázáních, bylo by třeba totéž mnohokráte opakovati. Neboť kdo chce dostatečně pojednati o přikázání "Nesesmilníš", nutně se musí obírati otázkou o cizoložství, jež jest jakýmsi hříchem, jehož poznání také závisí na poznání protilehlé ctnosti. Bude tudíž postup uvažování soubornější a pohodlnější, jestliže zároveň v témže pojednání bude postupovati úvaha o ctnosti i daru jí odpovídajícím, i protilehlých nešestech, i o přikázáních kladných nebo záporných. Bude pak tento způsob uvažování přiměřený i pro nešesti podle jejich vlastního druhu, neboť bylo dokázáno výše, že nešesti a hříchy se rozlišují druhově podle látky nebo předmětu, nikoli však podle jiného rozlišování hříchů, třebas na hříchy páchané ústy, srdcem a skutkem, nebo podle slabosti, nevědomosti a zloby a jiného takového rozlišování; jest pak táž látka, v níž i ctnost správně jedná i protilehlé nešesti se od správného jednání odchylují.

Tak tedy po uvedení celé látky o mravech na úvahu o ctnostech jest třeba, abychom všecky ctnosti dále uvedli na sedm, z nichž tři jsou božské, o nichž nejprve jest jednati; ostatní pak čtyři jsou základní, o nichž bude pojednáno později. Jednou pak z rozumových ctností jest opatrnost, jež jest základní ctností a čítá se k nim; umění pak nepatří k mravovědě, jež jedná o skutcích, které dlužno konati, kdežto umění jest správné vymezení děl, jež mají býti zhotovena, jak bylo řečeno výše; ostatní pak tři ctnosti rozumové, totiž moudrost, rozumnost a vědomost sdílejí se také o jméno s některými dary Ducha svatého. pročež také zároveň o nich budeme uvažovati při úvaze o darech, odpovídajících ctnostem. Ostatní pak mravní ctnosti všechny lze nějak uvésti na ctnosti základní, jak je patrné ze svrchu řečeného. Pročež při úvaze o některé ctnosti základní budeme uvažovati také o všech ctnostech, jakýmkoli způsobem se k ní vztahujících a o protilehlých nešestech. A tak nebude nic o mravech opomenuto.

Prooemium

II-II pr.

Post communem considerationem de virtutibus et vitiis et aliis ad materiam moralem pertinentibus, necesse est considerare singula in speciali, sermones enim morales universales sunt minus utiles, eo quod actiones in particularibus sunt. Potest autem aliquid in speciali considerari circa moralia dupliciter, uno modo, ex parte ipsius materiae moralis, puta cum consideratur de hac virtute vel hoc vitio; alio modo, quantum ad speciales status hominum, puta cum consideratur de subditis et praelatis, de activis et contemplativis, vel quibuscumque aliis differentiis hominum. Primo ergo considerabimus specialiter de his quae pertinent ad omnes hominum status; secundo vero, specialiter de his quae pertinent ad determinatos status. Est autem considerandum circa primum quod, si seorsum determinaremus de virtutibus, donis, vitiis et praeceptis, oporteret idem multoties dicere, qui enim sufficienter vult tractare de hoc praecepto, non moechaberis, necesse habet inquirere de adulterio, quod est quoddam peccatum, cuius etiam cognitio dependet ex cognitione oppositae virtutis. Erit igitur compendiosior et expeditior considerationis via si simul sub eodem tractatu consideratio procedit de virtute et dono sibi correspondente, et vitiis oppositis, et praeceptis affirmativis vel negativis. Erit autem hic considerationis modus conveniens ipsis vitiis secundum propriam speciem, ostensum est enim supra quod vitia et peccata diversificantur specie secundum materiam vel obiectum, non autem secundum alias differentias peccatorum, puta cordis, oris et operis, vel secundum infirmitatem, ignorantiam et malitiam, et alias huiusmodi differentias; est autem eadem materia circa quam et virtus recte operatur et vitia opposita a rectitudine recedunt. Sic igitur tota materia morali ad considerationem virtutum reducta, omnes virtutes sunt ulterius reducendae ad septem, quarum tres sunt theologicae, de quibus primo est agendum; aliae vero quatuor sunt cardinales, de quibus posterius agetur. Virtutum autem intellectualium una quidem est prudentia, quae inter cardinales virtutes continetur et numeratur; ars vero non pertinet ad moralem, quae circa agibilia versatur, cum ars sit recta ratio factibilium, ut supra dictum est; aliae vero tres intellectuales virtutes, scilicet sapientia, intellectus et scientia, communicant etiam in nomine cum donis quibusdam spiritus sancti, unde simul etiam de eis considerabitur in consideratione donorum virtutibus correspondentium. Aliae vero virtutes morales omnes aliqualiter reducuntur ad virtutes cardinales, ut ex supradictis patet, unde in consideratione alicuius virtutis cardinalis considerabuntur etiam omnes virtutes ad eam qualitercumque pertinentes et vitia opposita. Et sic nihil moralium erit praetermissum.

I. O předmětu víry

Předmluva

Dělí se na deset článků.

Tedy stran božských ctností nejprve bude třeba uvažovati o víře, za druhé o naději, za třetí o lásce. Stran víry pak se naskytuje čtverá úvaha: První o samotné víře, druhá o darech rozumu a umění, jež jí odpovídají, třetí o protilehlých nešestech, čtvrtá o přikázáních, vztahujících se k této ctnosti. Stran víry pak nejprve bude třeba uvážiti o jejím předmětu, za druhé o jejím úkonu, za třetí o samotné pohotovosti víry.

Stran prvního naskytuje se deset otázek.

1. Zda předmětem víry je první pravda.
2. Zda předmětem víry je něco složeného či nesloženého, to jest věc nebo něco vyslovitelného.
3. Zda pod věrou může býti klam.
4. Zda předmětem víry může býti něco viděného.
5. Zda, jím může býti něco věděného.
6. Zda věci víry mají se rozlišovati na jisté články.
7. Zda tytéž články spadají pod víru v každé době. 8. O počtu článků.
9. O způsobu podávání článků ve vyznání víry.
10. Komu přísluší stanoviti vyznání víry.

I.1. Zda předmětem víry je první pravda.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že předmětem víry není první pravda. Neboť se zdá, že to je předmětem víry, co se nám předkládá k věření. Než předkládají se nám k věření nejenom ty věci, jež se vztahují k Božství, které jest první pravdou, nýbrž také ty, jež se vztahují k člověčenství Kristovu a k svátostem církve a k povaze tvorů. Tedy nejenom první pravda je předmětem víry.

Mimo to víra a nevěra týkají se téhož, poněvadž jsou protilehlé. Než nevěra se může týkati všeho, co je v Písmě svatém, neboť ať popírá z toho člověk cokoli, bývá považován za nevěrce. Tedy také víra se týká všeho, co jest v Písmě svatém. Než tam je mnoho o lidech a jiných stvořených věcech. Tedy předmětem víry je nejen první pravda, nýbrž i pravda stvořená.

Mimo to víra se dělí jako láska, jak bylo svrchu řečeno. Než láskou milujeme netoliko Boha, jenž je svrchovaná dobrota, nýbrž milujeme také bližního. Tedy předmětem víry není pouze první pravda.

Avšak proti jest, co praví Diviš 8. hl. O Bož. Jmén., že víra se týká jednoduché a stále jsoucí pravdy. To pak je pravda první. Tedy předmětem víry jest první pravda.

Odpovídám: Musí se říci, že předmět kterékoli poznávací pohotovosti má v sobě dvojí: totiž to, co se hmotově poznává, což je jako hmotný předmět; a to, čím se poznává,

1. De virtutibus et vitiis in speciali. Et primu de virtutibus theologicis. Et primu de fide quantum ad eius obiectum.

Prooemium

II-II q. 1 pr.

Circa virtutes igitur theologicas primo erit considerandum de fide; secundo, de spe; tertio, de caritate. Circa fidem vero quadruplex consideratio occurrit, prima quidem de ipsa fide; secunda de donis intellectus et scientiae sibi correspondentibus; tertia de vitiis oppositis; quarta de praeceptis ad hanc virtutem pertinentibus. Circa fidem vero primo erit considerandum de eius obiecto; secundo, de eius actu; tertio, de ipso habitu fidei. Circa primum quaeruntur decem. Primo, utrum obiectum fidei sit veritas prima. Secundo, utrum obiectum fidei sit aliquid complexum vel incomplexum, idest res aut enuntiabile. Tertio, utrum fidei possit subesse falsum. Quarto, utrum obiectum fidei possit esse aliquid visum. Quinto, utrum possit esse aliquid scitum. Sexto, utrum credibilia debeant distingui per certos articulos. Septimo, utrum iidem articuli subsint fidei secundum omne tempus. Octavo, de numero articulorum. Nono, de modo tradendi articulos in symbolo. Decimo, cuius sit fidei symbolum constituere.

1. Utrum obiectum fidei sit veritas prima.

II-II q. 1 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod obiectum fidei non sit veritas prima. Illud enim videtur esse obiectum fidei quod nobis proponitur ad credendum. Sed non solum proponuntur nobis ad credendum ea quae pertinent ad divinitatem, quae est veritas prima; sed etiam ea quae pertinent ad humanitatem Christi et Ecclesiae sacramenta et creaturarum conditionem. Ergo non solum veritas prima est fidei obiectum.

II-II q. 1 a. 1 arg. 2

Praeterea, fides et infidelitas sunt circa idem, cum sint opposita. Sed circa omnia quae in sacra Scriptura continentur potest esse infidelitas, quidquid enim horum homo negaverit, infidelis reputatur. Ergo etiam fides est circa omnia quae in sacra Scriptura continentur. Sed ibi multa continentur de hominibus et de aliis rebus creatis. Ergo obiectum fidei non solum est veritas prima, sed etiam veritas creata.

II-II q. 1 a. 1 arg. 3

Praeterea, fides caritati condividitur, ut supra dictum est. Sed caritate non solum diligimus Deum, qui est summa bonitas, sed etiam diligimus proximum. Ergo fidei obiectum non est solum veritas prima.

II-II q. 1 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Dionysius dicit, VII cap. de Div. Nom., quod *fides est circa simplicem et semper existentem veritatem*. Haec autem est veritas prima. Ergo obiectum fidei est veritas prima.

II-II q. 1 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod cuiuslibet cognoscitivi habitus obiectum duo habet, scilicet id quod materialiter což je tvarový ráz předmětu. Jako ve vědě geometrické hmotově poznanými jsou závěry, tvarovým rázem pak jsou prostředky důkazové, jimiž se závěry poznávají. Tak tedy u víry, jestliže máme na mysli tvarový ráz předmětu, není to nic jiného než první pravda, neboť víra, o níž mluvíme, souhlasí s něčím jenom proto, poněvadž je to Bohem zjeveno, pročež se opírá o samotnou božskou pravdu jako o prostředek. Jestliže pak máme na mysli hmotově ty věci, s nimiž víra souhlasí, je to nejenom sám Bůh, nýbrž také mnoho jiných věcí. Ty ovšem spadají pod souhlas víry, jenom pokud mají nějaký vztah k Bohu, pokud totiž některé Boží účinky člověku pomáhají, aby spěl k požívání Boha. A tudíž také po této stránce předmětem víry jest nějak první pravda, pokud nic nespadá pod víru, leč ve vztahu k Bohu, jako také předmětem lékařství je zdraví; poněvadž lékařská věda neuvažuje o ničem, leč ve vztahu ke zdraví.

K prvnímu se tedy musí říci, že to, co se vztahuje k člověčenství Kristovu a svátostem církve nebo k jakýmkoli tvorům, spadá pod víru, pokud jsme tím vedeni k Bohu. A souhlasíme s tím také pro božskou pravdu.

A podobně se musí odpovědět ke druhému o všech oněch věcech, jež se podávají v Písmě svatém.

Ke třetímu se musí říci, že také láska miluje bližního pro Boha; a tak jejím předmětem vlastně jest sám Bůh, jak bude řečeno níže.

I.2. Zda předmětem víry je něco složeného na způsob věty.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že předmětem víry není něco složeného na způsob věty. Neboť předmětem víry je první pravda, jak bylo řečeno. Než první pravda je něco nesloženého. Tedy předmětem víry není něco složeného.

Mimo to výklad víry je obsažen ve vyznání víry. Než do vyznání víry se nevkládají věty, nýbrž věci, neboť nepraví se tam, že Bůh je všemohoucí, nýbrž ‚Věřím v Boha všemohoucího'. Tedy předmětem víry není věta, nýbrž věc.

Mimo to po víře nadchází patření, podle I. Korint. 13: "Nyní patříme skrze zrcadlo v záhadě, ale tehdy tváří v tvář." Než patření ve vlasti jest na nesložené, poněvadž je na samotnou Boží bytnost. Tedy také víra na cestě.

Avšak proti, víra jest uprostřed mezi vědou a míněním. Než prostředek a kraje jsou téhož rodu. Poněvadž tedy věda a mínění jsou o větách, zdá se, že podobně víra se týká vět. A tak, poněvadž víra se týká vět, předmětem víry je něco složeného.

Odpovídám: Musí se říci, že poznané věci jsou v poznávajícím podle způsobu poznávajícího. Jest pak vlastním způsobem lidského rozumu, že skládáním a

cognoscitur, quod est sicut materiale obiectum; et id per quod cognoscitur, quod est formalis ratio obiecti. Sicut in scientia geometriae materialiter scita sunt conclusiones; formalis vero ratio sciendi sunt media demonstrationis, per quae conclusiones cognoscuntur. Sic igitur in fide, si consideremus formalem rationem obiecti, nihil est aliud quam veritas prima, non enim fides de qua loquimur assentit alicui nisi quia est a Deo revelatum; unde ipsi veritati divinae innititur tanquam medio. Si vero consideremus materialiter ea quibus fides assentit, non solum est ipse Deus, sed etiam multa alia. Quae tamen sub assensu fidei non cadunt nisi secundum quod habent aliquem ordinem ad Deum, prout scilicet per aliquos divinitatis effectus homo adiuvatur ad tendendum in divinam fruitionem. Et ideo etiam ex hac parte obiectum fidei est quodammodo veritas prima, inquantum nihil cadit sub fide nisi in ordine ad Deum, sicut etiam obiectum medicinae est sanitas, quia nihil medicina considerat nisi in ordine ad sanitatem.

II-II q. 1 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ea quae pertinent ad humanitatem Christi et ad sacramenta Ecclesiae vel ad quascumque creaturas cadunt sub fide inquantum per haec ordinamur ad Deum. Et eis etiam assentimus propter divinam veritatem.

II-II q. 1 a. 1 ad 2

Et similiter dicendum est ad secundum, de omnibus illis quae in sacra Scriptura traduntur.

II-II q. 1 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod etiam caritas diligit proximum propter Deum; et sic obiectum eius proprie est ipse Deus, ut infra dicetur.

2. Utrum obiectum fidei sit aliquid complexum vel incomplexum idest res aut enunciabile.

II-II q. 1 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod obiectum fidei non sit aliquid complexum per modum enuntiabilis. Obiectum enim fidei est veritas prima, sicut dictum est. Sed prima veritas est aliquid incomplexum. Ergo obiectum fidei non est aliquid complexum.

II-II q. 1 a. 2 arg. 2

Praeterea, expositio fidei in symbolo continetur. Sed in symbolo non ponuntur enuntiabilia, sed res, non enim dicitur ibi quod Deus sit omnipotens, sed, credo in Deum omnipotentem. Ergo obiectum fidei non est enuntiabile, sed res.

II-II q. 1 a. 2 arg. 3

Praeterea, fidei succedit visio, secundum illud I ad Cor. XIII, *videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem*. Sed visio patriae est de incomplexo, cum sit ipsius divinae essentiae. Ergo etiam fides viae.

II-II q. 1 a. 2 s. c.

Sed contra, fides est media inter scientiam et opinionem. Medium autem et extrema sunt eiusdem generis. Cum igitur scientia et opinio sint circa enuntiabilia, videtur quod similiter fides sit circa enuntiabilia. Et ita obiectum fidei, cum fides sit circa enuntiabilia, est aliquid complexum.

II-II q. 1 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod cognita sunt in cognoscente secundum modum cognoscentis. Est autem modus proprius

rozdělováním poznává pravdu, jako bylo řečeno v první části. A tudíž to, co je samo sebou jednoduché, poznává lidský rozum v jakémsi složení, jako naopak rozum božský nesloženě poznává to, co je samo sebou složené. Tak tedy o předmětu víry lze uvažovati dvojím způsobem. Jednak po stránce samotné věci věřené, a tak jest předmět víry něčím nesloženým, totiž věc sama, o níž máme víru. Jednak se stránky věřícího, a podle toho předmětem víry jest něco složeného na způsob věty. A tudíž oboje bylo pravdivě míněno u starých a obé jest po určité stránce pravda.

K prvnímu se tedy musí říci, že ten důvod vychází z úvahy o předmětu víry po stránce samotné věci věřené.

Ke druhému se musí říci, že vyznání víry se dotýká těch věcí, o nichž jest víra, pokud se u nich končí úkon věřícího, jak je zřejmé ze samotného způsobu mluvy. Úkon pak věřícího se nekončí u věty, nýbrž u věci, neboť netvoříme vět, leč abychom jimi nabyli poznání o věcech jak ve vědě, tak i ve víře.

Ke třetímu se musí říci, že patření ve vlasti bude naziráním na první pravdu, jak v sobě jest, podle onoho I. Jan. 3.: "Víme, že, až se ukáže, budeme podobni jemu, a budeme ho viděti tak, jak jest." A tudíž ono patření bude nikoli po způsobu věty, nýbrž po způsobu prostého poznání. Avšak věrou nepostřehujeme první pravdy, jak v sobě jest. Pročež není podobného důvodu.

I.1. Zda podkladem víry může býti klam.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že víra může obsahovati klam. Neboť víra se dělí jako naděje a láska. Než naděje může obsahovati něco klamného, neboť mnozí doufají, že dosáhnou věčného života, kteří ho nedosáhnou. Podobně také i láska, neboť mnoho lidí je milováno jako dobří a přece nejsou dobří. Tedy také víra může obsahovati něco klamného.

Mimo to Abraham uvěřil, že Kristus se narodí, podle onoho Jan. 8.: "Abraham, otec váš, zaplesal, aby viděl den můj." Než po uplynutí života Abrahamova mohl se Bůh nevtěliti, neboť pouze svojí vůlí přijal tělo, a tak by bylo nesprávným, co Abraham o Kristu uvěřil. Tedy víra může obsahovati klam.

Mimo to věrou starých bylo, že Kristus se má naroditi, a tato víra potrvala u mnohých až do hlásání Evangelia. Než po narození Kristově, dříve než začal kázati, bylo už nepravdivým, že se Kristus narodí. Tedy víra může obsahovati klam.

Mimo to jednou z věcí, příslušejících k víře jest, aby člověk věřil, že pod svátostí oltářní jest pravé tělo Kristovo. Může se však státi, když se nesprávně proměňuje, že není tam pravé tělo Kristovo, nýbrž pouze chléb. Tedy víra může obsahovati klam.

Avšak proti, žádná ctnost, zdokonalující rozum, nemá vztahu ke klamu v jeho vlastnosti rozumového zla, jak je humani intellectus ut componendo et dividendo veritatem cognoscat, sicut in primo dictum est. Et ideo ea quae sunt secundum se simplicia intellectus humanus cognoscit secundum quandam complexionem, sicut e converso intellectus divinus incomplexe cognoscit ea quae sunt secundum se complexa. Sic igitur obiectum fidei dupliciter considerari potest. Uno modo, ex parte ipsius rei creditae, et sic obiectum fidei est aliquid incomplexum, scilicet res ipsa de qua fides habetur. Alio modo, ex parte credentis, et secundum hoc obiectum fidei est aliquid complexum per modum enuntiabilis. Et ideo utrumque vere opinatum fuit apud antiquos, et secundum aliquid utrumque est verum.

II-II q. 1 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa procedit de obiecto fidei ex parte ipsius rei creditae.

II-II q. 1 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod in symbolo tanguntur ea de quibus est fides inquantum ad ea terminatur actus credentis, ut ex ipso modo loquendi apparet. Actus autem credentis non terminatur ad enuntiabile, sed ad rem, non enim formamus enuntiabilia nisi ut per ea de rebus cognitionem habeamus, sicut in scientia, ita et in fide.

II-II q. 1 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod visio patriae erit veritatis primae secundum quod in se est, secundum illud I Ioan. III, *cum apparuerit, similes ei erimus et videbimus eum sicuti est*. Et ideo visio illa erit non per modum enuntiabilis, sed per modum simplicis intelligentiae. Sed per fidem non apprehendimus veritatem primam sicut in se est. Unde non est similis ratio.

3. Utrum fidei possit subesse falsum.

II-II q. 1 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod fidei possit subesse falsum. Fides enim condividitur spei et caritati. Sed spei potest aliquid subesse falsum, multi enim sperant se habituros vitam aeternam qui non habebunt. Similiter etiam et caritati, multi enim diliguntur tanquam boni qui tamen boni non sunt. Ergo etiam fidei potest aliquid subesse falsum.

II-II q. 1 a. 3 arg. 2

Praeterea, Abraham credidit Christum nasciturum, secundum illud Ioan. VIII, *Abraham, pater vester, exultavit ut videret diem meum*. Sed post tempus Abrahae Deus poterat non incarnari, sola enim sua voluntate carnem accepit, et ita esset falsum quod Abraham de Christo credidit. Ergo fidei potest subesse falsum.

II-II q. 1 a. 3 arg. 3

Praeterea, fides antiquorum fuit quod Christus esset nasciturus, et haec fides duravit in multis usque ad praedicationem Evangelii. Sed Christo iam nato, antequam praedicare inciperet, falsum erat Christum nasciturum. Ergo fidei potest subesse falsum.

II-II q. 1 a. 3 arg. 4

Praeterea, unum de pertinentibus ad fidem est ut aliquis credat sub sacramento altaris verum corpus Christi contineri. Potest autem contingere, quando non recte consecratur, quod non est ibi verum corpus Christi, sed solum panis. Ergo fidei potest subesse falsum.

II-II q. 1 a. 3 s. c.

Sed contra, nulla virtus perficiens intellectum se habet ad

patrně z Filosofa v 6. Etic. Než víra jest nějaká ctnost, zdokonalující rozum, jak bude zřejmé níže. Tedy nemůže obsahovati klam.

Odpovídám: Musí se říci, že nic nespadá pod nějakou schopnost nebo pohotovost nebo také úkon, leč prostřednictvím tvarového rázu předmětu, jako barvu nelze viděti, leč skrze světlo a závěr nelze znáti, leč skrze prostředek důkazu. Bylo pak řečeno, že tvarovým rázem předmětu víry je první pravda. Pročež nic nemůže spadati pod víru, leč pokud stojí pod první pravdou, pod níž nemůže obstáti nic klamného, právě tak jako nejsoucno pod jsoucnem nebo zlo pod dobrotou. Pročež zbývá, že pod věrou nemůže býti nějaký klam.

K prvnímu se tedy musí říci, že, poněvadž pravda je dobrem rozumovým, není však dobrem schopnosti žádostivé, proto všechny ctnosti, jež zdokonalují rozum; naprosto vylučují klam; poněvadž patří k pojmu ctnosti, že má vztah pouze k dobru. Avšak ctnosti, zdokonalující část žádostivou, nevylučují zcela klamu, neboť může někdo jednati podle spravedlnosti nebo mírnosti, maje nějaké klamné mínění o tom, co koná. A tak, poněvadž víra zdokonaluje rozum, naděje pak a láska schopnost žádostivou, nelze o nich stejně usuzovati.

A přece také ani naděje neobsahuje klamu. Neboť nikdo nedoufá, že obdrží život věčný vlastní mocí (což by bylo opovážlivostí), nýbrž pomocí milosti, v níž jestliže setrvá, naprosto a neomylně dosáhne věčného života. - Podobně také lásce přísluší milovati Boha, kdekoli jest. Pročež nemá významu pro lásku, zda Bůh je v tom člověku, jenž pro Boha jest milován.

Ke druhému se musí říci, že i po uplynutí života Abrahamova bylo možno, že se Bůh nevtělí, máme-li na mysli nevtělení samo o sobě. Než pokud spadá pod božské předzvědění, má jakousi nutnou neomylnost, jak bylo řečeno v první části. A tím způsobem spadá pod víru. Pročež pokud spadá pod víru, nemůže býti klamem.

Ke třetímu se musí říci, že po Kristově narození k víře věřícího příslušelo věřiti, že se jednou narodí. Než ono určení času, v němž se mýlil, nevyplývalo z víry, nýbrž z dohadu lidského. Neboť je možno, že věřící člověk se mýlí podle svého lidského dohadování. Avšak je nemožno, aby se mýlil podle víry.

Ke čtvrtému se musí říci, že víra věřícího člověka se neodnáší k těmto či oněm způsobám chleba, nýbrž k tomu, že pod způsobami smysly postřehnutelného chleba ' je pravé tělo Kristovo, bylo-li správně proměňováno. Pročež nebylo-li správně proměňováno, nebude proto víra obsahovati klam.

I.1. Zda předmětem víry může býti věc, již vidíme.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že předmětem víry jest věc, již vidíme. Neboť Pán praví k Tomášovi u Jana 20.: "Že jsi mne viděl, uvěřil jsi." Tedy i patření i víra se vztahuje k téže věci.

falsum secundum quod est malum intellectus, ut patet per philosophum, in VI Ethic. Sed fides est quaedam virtus perficiens intellectum, ut infra patebit. Ergo ei non potest subesse falsum.

II-II q. 1 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod nihil subest alicui potentiae vel habitui aut etiam actui, nisi mediante ratione formali obiecti, sicut color videri non potest nisi per lucem, et conclusio sciri non potest nisi per medium demonstrationis. Dictum est autem quod ratio formalis obiecti fidei est veritas prima. Unde nihil potest cadere sub fide nisi inquantum stat sub veritate prima. Sub qua nullum falsum stare potest, sicut nec non ens sub ente, nec malum sub bonitate. Unde relinquitur quod fidei non potest subesse aliquod falsum.

II-II q. 1 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, quia verum est bonum intellectus, non autem est bonum appetitivae virtutis, ideo omnes virtutes quae perficiunt intellectum excludunt totaliter falsum, quia de ratione virtutis est quod se habeat solum ad bonum. Virtutes autem perficientes partem appetitivam non excludunt totaliter falsum, potest enim aliquis secundum iustitiam aut temperantiam agere aliquam falsam opinionem habens de eo circa quod agit. Et ita, cum fides perficiat intellectum, spes autem et caritas appetitivam partem, non est similis ratio de eis. Et tamen neque etiam spei subest falsum. Non enim aliquis sperat se habiturum vitam aeternam secundum propriam potestatem (hoc enim esset praesumptionis), sed secundum auxilium gratiae, in qua si perseveraverit, omnino infallibiliter vitam aeternam consequetur. Similiter etiam ad caritatem pertinet diligere Deum in quocumque fuerit. Unde non refert ad caritatem utrum in isto sit Deus qui propter Deum diligitur.

II-II q. 1 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod Deum non incarnari, secundum se consideratum, fuit possibile etiam post tempus Abrahae. Sed secundum quod cadit sub praescientia divina, habet quandam necessitatem infallibilitatis, ut in primo dictum est. Et hoc modo cadit sub fide. Unde prout cadit sub fide, non potest esse falsum.

II-II q. 1 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod hoc ad fidem credentis pertinebat post Christi nativitatem quod crederet eum quandoque nasci. Sed illa determinatio temporis, in qua decipiebatur, non erat ex fide, sed ex coniectura humana. Possibile est enim hominem fidelem ex coniectura humana falsum aliquid aestimare. Sed quod ex fide falsum aestimet, hoc est impossibile.

II-II q. 1 a. 3 ad 4

Ad quartum dicendum quod fides credentis non refertur ad has species panis vel illas, sed ad hoc quod verum corpus Christi sit sub speciebus panis sensibilis quando recte fuerit consecratum. Unde si non sit recte consecratum, fidei non suberit propter hoc falsum.

4. Utrum obiectum fidei possit esse aliquid visum.

II-II q. 1 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod obiectum fidei sit aliquid visum. Dicit enim dominus Thomae, Ioan. XX, *quia vidisti me, credidisti*. Ergo et de eodem est visio et fides.

Mimo to Apoštol 1. Kor. 13. praví: "Nyní patříme skrze zrcadlo v záhadě." A mluví o poznání z víry. Tedy to, co věříme, vidíme.

Mimo to víra jest jakési duchovní světlo. Než každým světlem něco vidíme. Tedy víra se týká věcí viděných.

Mimo to každý smysl se nazývá zrakem, jak praví Augustin v knize O slovech Páně. Než víra je o věcech, jež slyšíme, podle onoho Řím. 10.: "Víra ze sluchu." Tedy víra se týká věcí viděných.

Avšak proti jest, co praví Apoštol Žid. 11., že "víra jest přesvědčení o neviditelných".

Odpovídám: Musí se říci, že víra působí souhlas rozumu s tím, co věříme. Dvojím způsobem pak rozum s něčím souhlasí. Jednak že ho k tomu pohnul předmět sám, jejž jsme poznali buď skrze něj sama, jak je zřejmé u prvních zásad, jež jsou předmětem rozumu, nebo skrze jiný předmět, jak je zřejmé u závěrů, jež jsou předmětem vědy. Jednak souhlasí rozum s něčím, ne že by jej k tomu vlastní předmět dostatečně pohnul, nýbrž jakousi volbou dobrovolně se kloně k jedné straně více než ke druhé. A jestliže se tak děje s pochybováním a s bázní před druhou stranou, bude to mínění; avšak děje-li se tak s jistotou bez té bázně, bude to víra. Než říká se, že vidíme ony věci, jež samy sebou hýbou naším rozumem nebo smyslem, abychom je poznali. Pročež je zřejmé, že ani víra ani mínění nemůže se týkati věcí viděných ani v řádu smyslových ani v řádu rozumových.

K prvnímu se tedy musí říci, že Tomáš něco jiného spatřil a něco jiného uvěřil. Člověka spatřil, a věrou veden vyznal Boha, když pravil: "Pán můj a Bůh můj."

Ke druhému se musí říci, že o věcech, jež spadají pod víru, můžeme uvažovati dvojím způsobem: Jednak v podrobnostech, a tak nemohou býti zároveň viděny a věřeny, jak bylo řečeno. Jednak všeobecně, to jest ve společném rázu uvěřitelného. A tak je vidí, kdo věří; neboť by nevěřil, kdyby neviděl, že je má věřiti buď pro samozřejmost znamení nebo pro nějaký jiný důvod toho druhu.

Ke třetímu se musí říci, že světlo víry dává viděti, co se věří. Neboť jako skrze jiné pohotovosti ve ctnostech vidí člověk to, co je mu přiměřeno podle té pohotovosti, tak také skrze pohotovost víry se lidská mysl kloní k souhlasu s tím, co se shoduje s pravou věrou a nikoliv s jinými věcmi.

Ke čtvrtému se musí říci, že sluch se týká slov, naznačujících věci víry, nikoli však věcí samých, jež jsou předmětem víry. A tak není třeba, aby ty věci byly věcmi viděnými.

I.5. Zda věci víry mohou býti předmětem vědění.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že věci víry mohou býti předmětem vědění. Neboť věci, jež nevíme, zdají se býti

II-II q. 1 a. 4 arg. 2

Praeterea, apostolus, I ad Cor. XIII, dicit, *videmus nunc per speculum in aenigmate*. Et loquitur de cognitione fidei. Ergo id quod creditur videtur.

II-II q. 1 a. 4 arg. 3

Praeterea, fides est quoddam spirituale lumen. Sed quolibet lumine aliquid videtur. Ergo fides est de rebus visis.

II-II q. 1 a. 4 arg. 4

Praeterea, quilibet sensus visus nominatur, ut Augustinus dicit, in libro de Verb. Dom. Sed fides est de auditis, secundum illud ad Rom. X, fides ex auditu. Ergo fides est de rebus visis.

II-II q. 1 a. 4 s. c.

Sed contra est quod apostolus dicit, ad Heb. XI, quod *fides est argumentum non apparentium*.

II-II q. 1 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod fides importat assensum intellectus ad id quod creditur. Assentit autem alicui intellectus dupliciter. Uno modo, quia ad hoc movetur ab ipso obiecto, quod est vel per seipsum cognitum, sicut patet in principiis primis, quorum est intellectus; vel est per aliud cognitum, sicut patet de conclusionibus, quarum est scientia. Alio modo intellectus assentit alicui non quia sufficienter moveatur ab obiecto proprio, sed per quandam electionem voluntarie declinans in unam partem magis quam in aliam. Et si quidem hoc fit cum dubitatione et formidine alterius partis, erit opinio, si autem fit cum certitudine absque tali formidine, erit fides. Illa autem videri dicuntur quae per seipsa movent intellectum nostrum vel sensum ad sui cognitionem. Unde manifestum est quod nec fides nec opinio potest esse de visis aut secundum sensum aut secundum intellectum.

II-II q. 1 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod *Thomas aliud vidit et aliud credidit. Hominem vidit et Deum credens confessus est, cum dixit, dominus meus et Deus meus*.

II-II q. 1 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod ea quae subsunt fidei dupliciter considerari possunt. Uno modo, in speciali, et sic non possunt esse simul visa et credita, sicut dictum est. Alio modo, in generali, scilicet sub communi ratione credibilis. Et sic sunt visa ab eo qui credit, non enim credereet nisi videret ea esse credenda, vel propter evidentiam signorum vel propter aliquid huiusmodi.

II-II q. 1 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod lumen fidei facit videre ea quae creduntur. Sicut enim per alios habitus virtutum homo videt illud quod est sibi conveniens secundum habitum illum, ita etiam per habitum fidei inclinatur mens hominis ad assentiendum his quae conveniunt rectae fidei et non aliis.

II-II q. 1 a. 4 ad 4

Ad quartum dicendum quod auditus est verborum significantium ea quae sunt fidei, non autem est ipsarum rerum de quibus est fides. Et sic non oportet ut huiusmodi res sint visae.

5. Utrum possit esse aliquid scitum.

II-II q. 1 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod ea quae sunt fidei

neznámými, poněvadž nevědomost stojí proti vědění. Než věci víry nejsou neznámé, neboť jejich neznalost patří k nevěře, podle onoho 1. Tim. 1.: "Činil jsem to z nevědomosti v nevěře." Tedy věci víry mohou býti předmětem vědění.

Mimo to vědění nabýváme důvody. Než pro věci víry uvádějí posvátní spisovatelé důvody. Tedy věci víry mohou býti předmětem vědění.

Mimo to věci, jež se dovozují důkazy, patří k vědě, poněvadž důkaz jest sylogismem, působícím vědění. Než některé věci, jež jsou obsaženy ve víře, dovozují filosofové důkazově, jako že Bůh jest a že Bůh jest jeden a jiné věci toho druhu. Tedy věci víry mohou býti předmětem vědy.

Mimo to mínění je dále od vědy než víra, poněvadž se říká o víře, že je prostřed mezi míněním a vědou. Než mínění a věda mohou se týkati jakýmsi způsobem téže věci, jak se praví v 1. Poster. Tedy i víra a věda.

Avšak proti jest, co praví Řehoř v homil. 21. o evang., že "věci zjevné nespadají pod víru, nýbrž pod poznání". Tedy věci, o nichž jedná víra, nespadají pod poznání. Než předměty vědy spadají pod poznání. Tedy to, co víme, nemůže spadati pod víru.

Odpovídám: Musí se říci, že každého vědění nabýváme skrze některé zásady, známé samy sebou, a jež v důsledku toho vidíme. Není však možné, aby týž člověk totéž věřil a viděl, jak bylo svrchu řečeno. Pročež je též nemožné, aby týž člověk totéž věděl a věřil. Může se však státi, že to, co jeden vidí nebo ví, jiný věří. Neboť doufáme, že spatříme to, co věříme o Trojici, podle onoho 1. Kor. 13: "Nyní patříme skrze zrcadlo v záhadě, ale tehdy tváří v tvář." Kteréhožto patření již andělé požívají, pročež co my věříme, oni vidí. A podobně se může státi, že to, co jeden člověk vidí nebo ví, i za své pozemské pouti, věří jiný člověk, jenž toho nezná důkazově. To však, co se všeobecně všem lidem předkládá k vědění, jsou věci, o nichž nemají vědění. A to jsou věci, jež prostě patří k víře. A tudíž víra a vědění se netýkají téže věci.

K prvnímu se tedy musí říci, že nevěřící jsou neznalí věcí víry, poněvadž jich ani nevidí a neznají v nich samých, ani nepoznávají, že jsou k vědění. Kdežto v tom smyslu mají věřící jejich znalost, nikoli na způsob důkazu, nýbrž pokud skrze světlo víry vidí, že je mají věřiti, jak bylo řečeno.

Ke druhému se musí říci, že důvody, jež uvádějí Světci k dokázání věcí víry, nejsou důkazné, nýbrž jsou to jakási přesvědčování, ozřejmující, že není nemožné, co víra předkládá. Nebo vycházejí ze zásad víry, totiž ze slov svatého Písma, jak praví Diviš, 2. kap. O Bož. Jmén. Z těchto pak zásad tak se něco dokazuje u věřících, jako i ze zásad přirozeně známých se něco dokazuje u všech lidí. Pročež také bohověda jest vědou, jak bylo řečeno na

possint esse scita. Ea enim quae non sciuntur videntur esse ignorata, quia ignorantia scientiae opponitur. Sed ea quae sunt fidei non sunt ignorata, horum enim ignorantia ad infidelitatem pertinet, secundum illud I ad Tim. I, *ignorans feci in incredulitate mea*. Ergo ea quae sunt fidei possunt esse scita.

II-II q. 1 a. 5 arg. 2

Praeterea, scientia per rationes acquiritur. Sed ad ea quae sunt fidei a sacris auctoribus rationes inducuntur. Ergo ea quae sunt fidei possunt esse scita.

II-II q. 1 a. 5 arg. 3

Praeterea, ea quae demonstrative probantur sunt scita, quia demonstratio est syllogismus faciens scire. Sed quaedam quae in fide continentur sunt demonstrative probata a philosophis, sicut Deum esse, et Deum esse unum, et alia huiusmodi. Ergo ea quae sunt fidei possunt esse scita.

II-II q. 1 a. 5 arg. 4

Praeterea, opinio plus distat a scientia quam fides, cum fides dicatur esse media inter opinionem et scientiam. Sed opinio et scientia possunt esse aliquo modo de eodem, ut dicitur in I Poster. Ergo etiam fides et scientia.

II-II q. 1 a. 5 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, quod *apparentia non habent fidem, sed agnitionem*. Ea ergo de quibus est fides agnitionem non habent. Sed ea quae sunt scita habent agnitionem. Ergo de his quae sunt scita non potest esse fides.

II-II q. 1 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod omnis scientia habetur per aliqua principia per se nota, et per consequens visa. Et ideo oportet quaecumque sunt scita aliquo modo esse visa. Non autem est possibile quod idem ab eodem sit creditum et visum, sicut supra dictum est. Unde etiam impossibile est quod ab eodem idem sit scitum et creditum. Potest tamen contingere ut id quod est visum vel scitum ab uno, sit creditum ab alio. Ea enim quae de Trinitate credimus nos visuros speramus, secundum illud I ad Cor. XIII, *videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem*, quam quidem visionem iam Angeli habent, unde quod nos credimus illi vident. Et similiter potest contingere ut id quod est visum vel scitum ab uno homine, etiam in statu viae, sit ab alio creditum, qui hoc demonstrative non novit. Id tamen quod communiter omnibus hominibus proponitur ut credendum est communiter non scitum. Et ista sunt quae simpliciter fidei subsunt. Et ideo fides et scientia non sunt de eodem.

II-II q. 1 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod infideles eorum quae sunt fidei ignorantiam habent, quia nec vident aut sciunt ea in seipsis, nec cognoscunt ea esse credibilia. Sed per hunc modum fideles habent eorum notitiam, non quasi demonstrative, sed inquantum per lumen fidei videntur esse credenda, ut dictum est.

II-II q. 1 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod rationes quae inducuntur a sanctis ad probandum ea quae sunt fidei non sunt demonstrativae, sed persuasiones quaedam manifestantes non esse impossibile quod in fide proponitur. Vel procedunt ex principiis fidei, scilicet ex auctoritatibus sacrae Scripturae, sicut Dionysius dicit, II cap. de Div. Nom. Ex his autem principiis ita probatur aliquid apud fideles sicut

začátku díla.

Ke třetímu se musí říci, že věci, jež lze důkazně dovoditi, jsou v počtu věcí k vědění, nikoli že by se na ně prostě vztahovala víra pro všechny lidi, nýbrž poněvadž se předem vyžadují pro věci víry a jest třeba, aby je aspoň skrze víru předpokládali ti, kteří o nich nemají důkazu.

Ke čtvrtému se musí říci, že, jak praví na témže místě Filosof, různí lidé mohou míti o naprosto téže věci vědění i mínění, jak také svrchu bylo řečeno o vědě a víře. Než jeden a týž člověk může sice míti víru a vědění o téže věci z části, totiž o podmětě, ale nikoli z téže části; může totiž býti, že o jedné a téže věci někdo něco ví a něco jiného se domnívá. A podobně o Bohu může někdo důkazově věděti, že jest jeden, a věřiti, že jest trojjediný. Ale o téže věci po téže stránce nemůže býti zároveň u jednoho člověka vědění ani s míněním ani s věrou, avšak z jiných důvodů. Neboť vědění nemůže býti s míněním zároveň prostě o téže věci, protože v povaze vědění jest, že se pokládá za nemožné, aby tomu, co se ví, bylo jinak; v povaze pak mínění jest, že člověk považuje za možné, že tomu, o čem se co domnívá, jest jinak. Ale o tom, čeho se držíme věrou pro jistotu víry, má se za to, že je rovněž nemožné, aby tomu bylo jinak, z toho pak důvodu nemůže býti totéž a po téže stránce zároveň předmětem vědění a víry, poněvadž, co víme, vidíme, a co věříme, nevidíme, jak bylo řečeno.

I.6. Zda věci k věření se mají rozlišovati na určité články.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že věci k věření se nemají rozlišovati na určité články. Neboť máme věřiti všechno to, co jest obsaženo v Písmě svatém. Ale to nelze uvésti na nějaký určitý počet pro množství toho. Tedy se zdá zbytečným rozlišovati články víry.

Mimo to, hmotné rozlišování, poněvadž se může díti do nekonečna, musí býti uměním pomíjeno. Ale tvarový ráz předmětu k věření je jeden a nerozdělitelný, jak bylo řečeno výše, totiž první pravda, a tak podle tvarového rázu nelze věci k věření rozlišovati. Je tedy třeba pominouti u věcí k věření hmotné rozlišování na články.

Mimo to, jak někteří praví, článek je nedělitelná pravda o Bohu, nutící nás k věření. Ale věřiti je dobrovolné, poněvadž, jak praví Augustin, nikdo nevěří, leč chtěje. Tedy se zdá, že nevhodně se rozlišují věci k věření na články.

Avšak proti jest, co praví Isidor: "Článek je postřehnutí božské pravdy, k ní tíhnoucí." Než postřehnutí božské pravdy se děje u nás podle určitého rozlišení, neboť co je v Bohu jedno, zmnožuje se v našem rozumu. Tedy věci k věření se mají rozlišovati na články.

Odpovídám: Musí se říci, že jméno článku se zdá odvozené

etiam ex principiis naturaliter notis probatur aliquid apud omnes. Unde etiam theologia scientia est, ut in principio operis dictum est.

II-II q. 1 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod ea quae demonstrative probari possunt inter credenda numerantur, non quia de ipsis sit simpliciter fides apud omnes, sed quia praeexiguntur ad ea quae sunt fidei, et oportet ea saltem per fidem praesupponi ab his qui horum demonstrationem non habent.

II-II q. 1 a. 5 ad 4

Ad quartum dicendum quod, sicut philosophus ibidem dicit, a diversis hominibus de eodem omnino potest haberi scientia et opinio, sicut et nunc dictum est de scientia et fide. Sed ab uno et eodem potest quidem haberi fides et scientia de eodem secundum quid, scilicet subiecto, sed non secundum idem, potest enim esse quod de una et eadem re aliquis aliquid sciat et aliquid aliud opinetur; et similiter de Deo potest aliquis demonstrative scire quod sit unus, et credere quod sit trinus. Sed de eodem secundum idem non potest esse simul in uno homine scientia nec cum opinione nec cum fide, alia tamen et alia ratione. Scientia enim cum opinione simul esse non potest simpliciter de eodem, quia de ratione scientiae est quod id quod scitur existimetur esse impossibile aliter se habere; de ratione autem opinionis est quod id quod quis existimat, existimet possibile aliter se habere. Sed id quod fide tenetur, propter fidei certitudinem, existimatur etiam impossibile aliter se habere, sed ea ratione non potest simul idem et secundum idem esse scitum et creditum, quia scitum est visum et creditum est non visum, ut dictum est.

6. Utrum credibilia debeant distingui per certos articulos.

II-II q. 1 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod credibilia non sint per certos articulos distinguenda. Eorum enim omnium quae in sacra Scriptura continentur est fides habenda. Sed illa non possunt reduci ad aliquem certum numerum, propter sui multitudinem. Ergo superfluum videtur articulos fidei distinguere.

II-II q. 1 a. 6 arg. 2

Praeterea, materialis distinctio, cum in infinitum fieri possit, est ab arte praetermittenda. Sed formalis ratio obiecti credibilis est una et indivisibilis, ut supra dictum est, scilicet veritas prima, et sic secundum rationem formalem credibilia distingui non possunt. Ergo praetermittenda est credibilium materialis distinctio per articulos.

II-II q. 1 a. 6 arg. 3

Praeterea, sicut a quibusdam dicitur, *articulus est indivisibilis veritas de Deo arctans nos ad credendum*. Sed credere est voluntarium, quia, sicut Augustinus dicit, nullus credit nisi volens. Ergo videtur quod inconvenienter distinguantur credibilia per articulos.

II-II q. 1 a. 6 s. c.

Sed contra est quod Isidorus dicit, *articulus est perceptio divinae veritatis tendens in ipsam*. Sed perceptio divinae veritatis competit nobis secundum distinctionem quandam, quae enim in Deo unum sunt in nostro intellectu multiplicantur. Ergo credibilia debent per articulos distingui.

II-II q. 1 a. 6 co.

z řeckého. Arthron totiž řecké, což se v latině řekne articulus, znamená určitou úpravu nějakých rozdílných částí. A proto části těla, k sobě navzájem upravené, se nazývají články údů. A podobně v mluvnici u Řeků se nazývají artikuly některé části řeči, přizpůsobené jiným výrazům k vyjádření jejich rodu, čísla nebo pádu. A podobně v řečnictví se nazývají artikuly některé úpravy částí; praví totiž Tullius ve 4. Rhetoriky, že "se říká artikul, když se jednotlivá slova rozdělují přestávkami přerývanou řečí, tímto způsobem: Rázností, hlasem, pohledem protivníky jsi poděsil." Pročež i o věcech k vědění v křesťanské víře se říká, že se rozlišují na artikuly, pokud se dělí na určité části, mající k sobě navzájem jakousi úpravu.

Jest pak předmět víry něco stran božských věcí, co nevidíme, jak bylo řečeno výše. A proto, kde se naskytne něco, čeho ze zvláštního důvodu nevidíme, tam je zvláštní článek; kde však je mnoho věcí z téhož důvodu neznámých, tam se nemusí rozlišovati na články. Jako jiná je nesnáz viděti, že Bůh trpěl, a jiná, že, jsa mrtev, vstal z hrobu, a tudíž se rozlišuje článek o zmrtvýchvstání od článku o utrpení. Avšak že trpěl, zemřel a byl pohřben, je jedna a táž obtíž, takže připustíme-li jedno, není nesnadno připustiti ostatní; a proto všecko to patří k jednomu článku.

K prvnímu se tedy musí říci, že jsou některé věci k věření, k nimž se odnáší víra pro ně samotné; jsou pak některé věci k věření, k nimž se neodnáší víra pro ně samotné, nýbrž pouze vzhledem k jiným věcem. Jako také v jiných vědách se předkládají některé věci jako zamýšlené sebou samými, a některé k ozřejmění jiných. Poněvadž pak se víra týká hlavně těch věcí, jež doufáme spatřiti ve vlasti, podle onoho Žid. II : "Víra jest základem věcí nadějných"; proto samy sebou k víře patří ony věci, jež nás přímo vedou k věčnému životu, jako jsou tři Osoby, všemohoucnost Boží, tajemství Kristova vtělení a jiné podobné. A podle nich se rozlišují články víry. Některé věci pak se předkládají v Písmě svatém k věření nikoli jako hlavně zamýšlené, nýbrž k ozřejmění právě řečených, jako že Abraham měl dva syny, že dotekem kostí Eliseových byl vzkříšen mrtvý, a jiné takové, jež se vypravují v Písmě svatém k tomu účelu, aby ozřejmily božskou velebnost nebo Kristovo vtělení. A podle takových netřeba rozlišovati články.

Ke druhému se musí říci, že tvarový ráz předmětu víry možno bráti dvojím způsobem. Jednak po stránce samotné věci věřené. A tak tvarový ráz všech věcí k věření jest jeden, totiž první pravda. A po této stránce se nerozlišují články. Jednak možno bráti tvarový ráz věcí k věření s naší strany. A tak tvarovým rázem věcí k věření jest, že jest něčím neviděným. A po této stránce se rozlišují články víry, jak jsme viděli.

Ke třetímu se musí říci, že onen výměr se dává o článku spíše podle jakéhosi vysvětlení vzniku slova vzhledem k tomu, jak je odvozeno v latině, než podle jeho pravého významu, jak se odvozuje z řeckého. Pročež nemá veliké váhy. Může se však říci, že, třebas není nikdo nucen k věření nezbytným přinucením, poněvadž věřiti je něco dobrovolného, je přece nucen nezbytností cíle, poněvadž ten, jenž přistupuje k Bohu, musí věřiti, a bez víry nelze se

Respondeo dicendum quod nomen articuli ex Graeco videtur esse derivatum. Arthron enim in Graeco, quod in Latino articulus dicitur, significat quandam coaptationem aliquarum partium distinctarum. Et ideo particulae corporis sibi invicem coaptatae dicuntur membrorum articuli. Et similiter in grammatica apud Graecos dicuntur articuli quaedam partes orationis coaptatae aliis dictionibus ad exprimendum earum genus, numerum vel casum. Et similiter in rhetorica articuli dicuntur quaedam partium coaptationes, dicit enim Tullius, in IV Rhet., quod *articulus dicitur cum singula verba intervallis distinguuntur caesa oratione, hoc modo, acrimonia, voce, vultu adversarios perterruisti*. Unde et credibilia fidei Christianae dicuntur per articulos distingui inquantum in quasdam partes dividuntur habentes aliquam coaptationem ad invicem. Est autem obiectum fidei aliquid non visum circa divina, ut supra dictum est. Et ideo ubi occurrit aliquid speciali ratione non visum, ibi est specialis articulus, ubi autem multa secundum eandem rationem sunt incognita, ibi non sunt articuli distinguendi. Sicut aliam difficultatem habet ad videndum quod Deus sit passus, et aliam quod mortuus resurrexerit, et ideo distinguitur articulus resurrectionis ab articulo passionis. Sed quod sit passus, mortuus et sepultus, unam et eandem difficultatem habent, ita quod, uno suscepto, non est difficile alia suscipere, et propter hoc omnia haec pertinent ad unum articulum.

II-II q. 1 a. 6 ad 1

per privationem formae intrinsecae, quae est debita commensuratio circumstantiarum actus. Et ideo non potest dici causa actus deformis Deus, qui non est causa deformitatis, licet sit causa actus inquantum est actus. Vel dicendum quod deformitas non solum importat privationem debitae formae, sed etiam contrariam dispositionem. Unde deformitas se habet ad actum sicut falsitas ad fidem. Et ideo sicut actus deformis non est a Deo, ita nec aliqua fides falsa. Et sicut fides informis est a Deo, ita etiam actus qui sunt boni ex genere, quamvis non sint caritate formati, sicut plerumque in peccatoribus contingit.

II-II q. 6 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod ille qui accipit a Deo fidem absque caritate non simpliciter sanatur ab infidelitate, quia non removetur culpa praecedentis infidelitatis, sed sanatur secundum quid, ut scilicet cesset a tali peccato. Hoc autem frequenter contingit, quod aliquis desistit ab uno actu peccati, etiam Deo hoc faciente, qui tamen ab actu alterius peccati non desistit, propria iniquitate suggerente. Et per hunc modum datur aliquando a Deo homini quod credat, non tamen datur ei caritatis donum, sicut etiam aliquibus absque caritate datur donum prophetiae vel aliquid simile.

7. De ipsa fide quantum ad suos etiectus.

Prooemium

II-II q. 7 pr.

Deinde considerandum est de effectibus fidei. Et circa hoc quaeruntur duo. Primo, utrum timor sit effectus fidei. Secundo, utrum purificatio cordis sit effectus fidei.

1. Utrum timor sit effectus fidei.

II-II q. 7 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod timor non sit effectus fidei. Effectus enim non praecedit causam. Sed timor praecedit fidem, dicitur enim Eccli. II, *qui timetis Deum, credite illi*. Ergo timor non est effectus fidei.

II-II q. 7 a. 1 arg. 2

Praeterea, idem non est causa contrariorum. Sed timor et spes sunt contraria, ut supra dictum est, fides autem generat spem, ut dicitur in Glossa, Matth. I. Ergo non est causa timoris.

II-II q. 7 a. 1 arg. 3

Praeterea, contrarium non est causa contrarii. Sed obiectum fidei est quoddam bonum, quod est veritas prima, obiectum autem timoris est malum, ut supra dictum est. Actus autem habent speciem ex obiectis, secundum supradicta. Ergo fides non est causa timoris.

II-II q. 7 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dicitur Iac. II, *Daemones credunt et contremiscunt*.

II-II q. 7 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod timor est quidam motus appetitivae virtutis, ut supra dictum est. Omnium autem appetitivorum motuum principium est bonum vel malum apprehensum. Unde oportet quod timoris et omnium appetitivorum motuum sit principium aliqua apprehensio. Per fidem autem fit in nobis quaedam apprehensio de quibusdam malis poenalibus quae secundum divinum iudicium inferuntur, et per hunc modum fides est causa

se k Bohu, maje k němu úctu, pokud máme věrou to mínění o Bohu, že jest jakýmsi nesmírným a nejvyšším dobrem, od něhož se odloučiti jest nejhorší a jemuž chtíti se rovnati je špatné. Ale příčinou první bázně, totiž otrocké, je víra netvárná. Příčinou však druhé bázně, totiž synovské, je víra utvářená, jež láskou působí, že člověk k Bohu lne a jemu se podrobuje.

K prvnímu se tedy musí říci, že bázeň Boží nemůže všeobecně předcházeti víru, protože kdybychom jí vůbec neznali vzhledem k odměnám nebo trestům, o nichž jsme věrou poučováni, žádným způsobem bychom se ho nebáli. Ale s předpokladem víry o některých článcích víry, třebas o vznešenosti božské, následuje bázeň úcty, z níž následuje dále, že člověk podrobuje svůj rozum Bohu k věření všeho, co bylo Bohem zaslíbeno. Pročež tam následuje: "A nevezme za své odměna vaše."

K druhému se musí říci, že totéž podle protiv může býti příčinou protivných, ne však totéž podle téhož. Avšak víra plodí naději, podle toho, jak v nás působí mínění o odměnách, jež Bůh uděluje spravedlivým. Je však příčinou bázně, podle toho, jak v nás působí ocenění trestů, jež uloží hříšníkům.

K třetímu se musí říci, že předmětem víry prvním a tvarovým je dobro, jež jest první pravda. Ale hmotně se víře předkládají k věření také některá zla, třebas že je špatné nepodrobiti se Bohu nebo se od něho odloučiti, a že hříšníci budou snášeti od Boha zla trestů. A podle toho může býti víra příčinou bázně.

VII.2. Zda očista srdce je účinkem víry.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že očista srdce není účinkem víry. Neboť čistota srdce záleží zvláště v citu. Ale víra je v rozumu. Tedy víra nepůsobí očisty srdce.

Mimo to, co působí očistu srdce, nemůže býti zároveň s nečistotou. Ale víra může býti zároveň s nečistotou hříchu, jak je patrné u těch, kdo mají víru netvárnou. Tedy víra neočišťuje srdce.

Mimo to, kdyby víra nějakým způsobem očišťovala lidské srdce, očišťovala by nejvíce rozum člověka. Ale neočišťuje rozum od temnosti, poněvadž je poznáním záhadným. Tedy víra žádným způsobem neočišťuje srdce.

Avšak proti jest, co praví Petr, Skutk. 15: "Věrou očistiv srdce jejich."

Odpovídám: Musí se říci, že nečistota každé věci záleží v tom, že se směšuje s věcmi menší ceny; neboť neříká se o stříbru, že je nečisté z přimísení zlata, jímž se stává lepším, nýbrž z přimísení olova nebo cínu. Jest pak jasné, že rozumný tvor jest důstojnější než všichni tvorové časní a tělesní. A tudíž se stává nečistým z toho, že se láskou podrobuje časným. A od té nečistoty se očišťuje protivným

timoris quo quis timet a Deo puniri, qui est timor servilis. Est etiam causa timoris filialis, quo quis timet separari a Deo, vel quo quis refugit se Deo comparare reverendo ipsum; inquantum per fidem hanc existimationem habemus de Deo, quod sit quoddam immensum et altissimum bonum, a quo separari est pessimum et cui velle aequari est malum. Sed primi timoris, scilicet servilis, est causa fides informis. Sed secundi timoris, scilicet filialis, est causa fides formata, quae per caritatem facit hominem Deo inhaerere et ei subiici.

II-II q. 7 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod timor Dei non potest universaliter praecedere fidem, quia si omnino eius ignorantiam haberemus quantum ad praemia vel poenas de quibus per fidem instruimur, nullo modo eum timeremus. Sed supposita fide de aliquibus articulis fidei, puta de excellentia divina, sequitur timor reverentiae, ex quo sequitur ulterius ut homo intellectum suum Deo subiiciat ad credendum omnia quae sunt promissa a Deo. Unde ibi sequitur, *et non evacuabitur merces vestra*.

II-II q. 7 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod idem secundum contraria potest esse contrariorum causa, non autem idem secundum idem. Fides autem generat spem secundum quod facit nobis existimationem de praemiis quae Deus retribuit iustis. Est autem causa timoris secundum quod facit nobis aestimationem de poenis quas peccatoribus infliget.

II-II q. 7 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod obiectum fidei primum et formale est bonum quod est veritas prima. Sed materialiter fidei proponuntur credenda etiam quaedam mala, puta quod malum sit Deo non subiici vel ab eo separari, et quod peccatores poenalia mala sustinebunt a Deo. Et secundum hoc fides potest esse causa timoris.

2. Utrum purificatio cordis sit effectus fidei.

II-II q. 7 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod purificatio cordis non sit effectus fidei. Puritas enim cordis praecipue in affectu consistit. Sed fides in intellectu est. Ergo fides non causat cordis purificationem.

II-II q. 7 a. 2 arg. 2

Praeterea, illud quod causat cordis purificationem non potest simul esse cum impuritate. Sed fides simul potest esse cum impuritate peccati, sicut patet in illis qui habent fidem informem. Ergo fides non purificat cor.

II-II q. 7 a. 2 arg. 3

Praeterea, si fides aliquo modo purificaret cor humanum, maxime purificaret hominis intellectum. Sed intellectum non purificat ab obscuritate, cum sit cognitio aenigmatica. Ergo fides nullo modo purificat cor.

II-II q. 7 a. 2 s. c.

Sed contra est quod dicit Petrus, Act. XV, *fide purificans corda eorum*.

II-II q. 7 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod impuritas uniuscuiusque rei consistit in hoc quod rebus vilioribus immiscetur, non enim dicitur argentum esse impurum ex permixtione auri, per quam melius redditur, sed ex permixtione plumbi vel stanni. Manifestum est autem quod rationalis creatura dignior est omnibus temporalibus et corporalibus creaturis.

pohybem, když totiž míří k tomu, co je nad ním, totiž k Bohu. A v tom pohybu prvním počátkem je víra; neboť "přistupující k Bohu musí věřiti", jak se praví Žid. 11. A tudíž prvním počátkem očisty srdce je víra, která, jestliže se zdokonalí utvářenou láskou, působí dokonalou očistu.

K prvnímu se tedy musí říci, že to, co je v rozumu, je počátkem toho, co je v citu, pokud totiž dobro pochopené hýbá citem.

K druhému se musí říci, že víra, i netvárná, odstraňuje jakousi nečistotu sobě opačnou, totiž nečistotu bludu, jež se přihází z toho, že lidský rozum nezřízeně lne k věcem nižším sebe, když totiž chce podle pojmů věcí smyslových měřiti božské. Ale když se utváří láskou, tu nestrpí u sebe žádné nečistoty, poněvadž "všecky chyby přikrývá láska", jak se praví Přísl. 10.

K třetímu se musí říci, že temnota víry se nevztahuje k nečistotě viny, nýbrž spíše k přirozenému nedostatku lidského rozumu, podle stavu přítomného života.

VIII. O daru rozumu.

Předmluva

Dělí se na osm článků.

Nato je třeba uvažovati o daru rozumu a vědění, jež odpovídají ctnosti víry. A o daru rozumu je osm otázek.

1. Zda rozum je darem Ducha svatého.
2. Zda může býti u téhož zároveň s věrou.
3. Zda rozum, jenž jest darem, je pouze badavý nebo též činorodý.
4. Zda všichni, kdo jsou v milosti, mají dar rozumu.
5. Zda se tento dar nalézá v některých bez milosti.
6. Jak se má dar rozumu k jiným darům.
7. O tom, co odpovídá tomuto daru v blahoslavenstvích.
8. O tom, co mu odpovídá v ovoci.

VIII.1. Zda rozum je darem Ducha svatého.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že rozum není darem Ducha svatého. Neboť dary darmo dané se rozlišují od darů přirozených; jsou jim totiž přidávány. Ale rozum jest jakousi přirozenou zběhlostí v duši, jíž se poznávají zásady přirozeně známé, jak je patrné v VI. Ethic. Tedy nemá se uváděti jako dar Ducha svatého.

Mimo to na božských darech se zúčastňují tvorové podle svého poměru a způsobu, jak je patrné z Diviše, v knize o Bož. Jmén. Ale způsob lidské přirozenosti jest, že nepoznává pravdu jednoduše, což patří k povaze rozumu, nýbrž postupně, což je vlastní umu, jak je patrné u Diviše, v VII. hl. o Bož. Jmén. Tedy poznání božské, jež se lidem dává, spíše se má zváti darem umu než rozumu.

Et ideo impura redditur ex hoc quod temporalibus se subiicit per amorem. A qua quidem impuritate purificatur per contrarium motum, dum scilicet tendit in id quod est supra se, scilicet in Deum. In quo quidem motu primum principium est fides, *accedentem enim ad Deum oportet credere*, ut dicitur Heb. XI. Et ideo primum principium purificationis cordis est fides, quae si perficiatur per caritatem formatam, perfectam purificationem causat.

II-II q. 7 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ea quae sunt in intellectu sunt principia eorum quae sunt in affectu, inquantum scilicet bonum intellectum movet affectum.

II-II q. 7 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod fides etiam informis excludit quandam impuritatem sibi oppositam, scilicet impuritatem erroris, quae contingit ex hoc quod intellectus humanus inordinate inhaeret rebus se inferioribus, dum scilicet vult secundum rationes rerum sensibilium metiri divina. Sed quando per caritatem formatur, tunc nullam impuritatem secum compatitur, *quia universa delicta operit caritas*, ut dicitur Prov. X.

II-II q. 7 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod obscuritas fidei non pertinet ad impuritatem culpae, sed magis ad naturalem defectum intellectus humani, secundum statum praesentis vitae.

8. De correspondentibus virtuti fidei. Et primo de dono intellectus.

Prooemium

II-II q. 8 pr.

Deinde considerandum est de dono intellectus et scientiae, quae respondent virtuti fidei. Et circa donum intellectus quaeruntur octo. Primo, utrum intellectus sit donum spiritus sancti. Secundo, utrum possit simul esse in eodem cum fide. Tertio, utrum intellectus qui est donum sit speculativus tantum, vel etiam practicus. Quarto, utrum omnes qui sunt in gratia habeant donum intellectus. Quinto, utrum hoc donum inveniatur in aliquibus absque gratia. Sexto, quomodo se habeat donum intellectus ad alia dona. Septimo, de eo quod respondet huic dono in beatitudinibus. Octavo, de eo quod respondet ei in fructibus.

1. Utrum intellectus sit donum Spiritus Sancti.

II-II q. 8 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod intellectus non sit donum spiritus sancti. Dona enim gratuita distinguuntur a donis naturalibus, superadduntur enim eis. Sed intellectus est quidam habitus naturalis in anima, quo cognoscuntur principia naturaliter nota, ut patet in VI Ethic. Ergo non debet poni donum spiritus sancti.

II-II q. 8 a. 1 arg. 2

Praeterea, dona divina participantur a creaturis secundum earum proportionem et modum, ut patet per Dionysium, in libro de Div. Nom. Sed modus humanae naturae est ut non simpliciter veritatem cognoscat, quod pertinet ad rationem intellectus, sed discursive, quod est proprium rationis, ut patet per Dionysium, in VII cap. de Div. Nom. Ergo cognitio divina quae hominibus datur magis debet dici donum rationis quam intellectus.

Mimo to v mohutnostech duše se rozlišuje rozum proti vůli, jak je patrné v III. O duši. Ale žádný dar Ducha svatého se nenazývá vůlí. Tedy též žádný dar Ducha svatého se nemá nazývati rozumem.

Avšak proti jest, co se praví u Isaiáše 11: "Spočine na něm Duch Hospodinův, Duch moudrosti a rozumu."

Odpovídám: Musí se říci, že slovo rozum obsahuje jakési vnitřní poznání, neboť se říká rozuměti jako uvnitř čísti. A to je jasně patrné uvažujícím odlišnost rozumu a smyslu; neboť poznání smyslové se zabývá smyslnými vnějšími jakostmi, ale poznání rozumové proniká až k bytnosti věci, neboť předmětem rozumu je "co věc jest", jak se praví v III. O duši. Je pak mnoho rodů toho, co se skrývá uvnitř, k čemuž je dlužno, aby poznání lidské jakoby dovnitř proniklo. Neboť pod nahodilostmi se skrývá podstatná přirozenost věci, pod slovy se skrývají významy slov, pod podobenstvími a obrazy se skrývá naznačená pravda; také věci rozumové jakýmsi způsobem jsou vnitřní vzhledem k věcem smyslovým, jež se pociťují vně, a v příčinách se skrývají účinky a naopak. Pročež vzhledem k tomu všemu může se říkati rozum. Ale poněvadž poznání člověkovo začíná od smyslu, jako od vnějšího, je jasné, že čím je světlo rozumu silnější, tím více může proniknouti do vnitra. Ale přirozené světlo našeho rozumu je síly omezené, pročež může proniknouti jenom až k něčemu určitému. Potřebuje tudíž člověk nadpřirozeného světla, aby proniknl dále k poznání něčeho, co přirozeným světlem poznati nemůže. A ono nadpřirozené světlo člověku dané se nazývá darem rozumu.

K prvnímu se tedy musí říci, že přirozeným světlem nám daným ihned se poznávají některé obecné zásady, jež jsou přirozeně známé. Ale protože člověk je zařízen k nadpřirozené blaženosti, jako bylo řečeno svrchu, je nutné, aby člověk dospěl dále k něčemu vyššímu. A k tomu se vyžaduje dar rozumu.

K druhému se musí říci, že postup umu vždycky začíná od rozumu a končí se u rozumu; neboť rozumujeme vycházejíce z některých zásad rozumem viditelných, a postup umu se končí tenkrát, když dospíváme k tomu, že rozumíme onomu, co bylo dříve neznámé. Že tedy rozumujeme, vychází z nějakého předchozího rozumu. Ale dar milosti nevychází ze světla přirozenosti, nýbrž jest mu přidáván jako zdokonalující je. A tudíž to přidání se nenazývá umem, nýbrž spíše rozumem, protože tak se má přidané světlo k tomu, co je nám nadpřirozeně známé, jako se má přirozené světlo k tomu, co prvopočátečně poznáváme.

K třetímu se musí říci, že vůle vyjadřuje prostě hnutí žádostivé bez určování nějaké povýšenosti. Ale rozum vyjadřuje jakousi povýšenost poznání pronikajícího do vnitra. A tudíž nadpřirozený dar spíše se nazývá slovem rozum než slovem vůle.

II-II q. 8 a. 1 arg. 3

Praeterea, in potentiis animae intellectus contra voluntatem dividitur, ut patet in III de anima. Sed nullum donum spiritus sancti dicitur voluntas. Ergo etiam nullum donum spiritus sancti debet dici intellectus.

II-II q. 8 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dicitur Isaiae XI, *requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiae et intellectus*.

II-II q. 8 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod nomen intellectus quandam intimam cognitionem importat, dicitur enim intelligere quasi intus legere. Et hoc manifeste patet considerantibus differentiam intellectus et sensus, nam cognitio sensitiva occupatur circa qualitates sensibiles exteriores; cognitio autem intellectiva penetrat usque ad essentiam rei, obiectum enim intellectus est quod quid est, ut dicitur in III de anima. Sunt autem multa genera eorum quae interius latent, ad quae oportet cognitionem hominis quasi intrinsecus penetrare. Nam sub accidentibus latet natura rerum substantialis, sub verbis latent significata verborum, sub similitudinibus et figuris latet veritas figurata, res etiam intelligibiles sunt quodammodo interiores respectu rerum sensibilium quae exterius sentiuntur, et in causis latent effectus et e converso. Unde respectu horum omnium potest dici intellectus. Sed cum cognitio hominis a sensu incipiat, quasi ab exteriori, manifestum est quod quanto lumen intellectus est fortius, tanto potest magis ad intima penetrare. Lumen autem naturale nostri intellectus est finitae virtutis, unde usque ad determinatum aliquid pertingere potest. Indiget igitur homo supernaturali lumine ut ulterius penetret ad cognoscendum quaedam quae per lumen naturale cognoscere non valet. Et illud lumen supernaturale homini datum vocatur donum intellectus.

II-II q. 8 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod per lumen naturale nobis inditum statim cognoscuntur quaedam principia communia quae sunt naturaliter nota. Sed quia homo ordinatur ad beatitudinem supernaturalem, ut supra dictum est, necesse est quod homo ulterius pertingat ad quaedam altiora. Et ad hoc requiritur donum intellectus.

II-II q. 8 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod discursus rationis semper incipit ab intellectu et terminatur ad intellectum, ratiocinamur enim procedendo ex quibusdam intellectis, et tunc rationis discursus perficitur quando ad hoc pervenimus ut intelligamus illud quod prius erat ignotum. Quod ergo ratiocinamur ex aliquo praecedenti intellectu procedit. Donum autem gratiae non procedit ex lumine naturae, sed superadditur ei, quasi perficiens ipsum. Et ideo ista superadditio non dicitur ratio, sed magis intellectus, quia ita se habet lumen superadditum ad ea quae nobis supernaturaliter innotescunt sicut se habet lumen naturale ad ea quae primordialiter cognoscimus.

II-II q. 8 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod voluntas nominat simpliciter appetitivum motum, absque determinatione alicuius excellentiae. Sed intellectus nominat quandam excellentiam cognitionis penetrandi ad intima. Et ideo supernaturale donum magis nominatur nomine intellectus quam nomine voluntatis.

VIII.2. Zda dar rozumu může býti zároveň s věrou.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že dar rozumu není zároveň s věrou. Neboť praví Augustin v knize Osmdesátiti Otáz.: "To, co se rozumí, je ohraničeno chápáním rozumějícího." Ale toho, co věříme, nechápeme, podle onoho Apoštolova Filip. 8: "Ne že bych toho byl již dosáhl aneb již byl dokonalý." Tedy se zdá, že víra a rozum nemohou býti u téhož.

Mimo to, vše, čemu rozumíme, vidíme rozumem. Ale víra je o neviditelných, jak bylo řečeno svrchu. Tedy víra nemůže býti zároveň s rozumem u téhož.

Mimo to rozum je jistější než vědění. Ale vědění a víra nemohou býti o témž, jak jsme měli svrchu. Tedy mnohem méně rozum a víra.

Avšak proti jest, co praví Řehoř v knize Moral., že "rozum osvěcuje mysl o slyšeném". Ale někdo mající víru může býti osvícené mysli o slyšeném; pročež se praví Luk. posl., že Pán "otevřel učedníkům svým smysl, aby rozuměli Písmům". Tedy rozum může býti zároveň s věrou.

Odpovídám: Musí se říci, že zde je třeba dvojího rozlišení; a to jednoho se strany víry, druhého pak se strany rozumu. Se strany víry se musí rozlišovati, že něco samo sebou a přímo spadá pod víru, co převyšuje přirozený rozum, jako že Bůh je trojí a jeden, že Syn Boží se vtělil. Něco pak spadá pod víru jako zařízené podle nějakého způsobu k tomuhle, jako vše, co je obsaženo v božském Písmě

Se strany pak rozumu se musí rozlišovati, že se může o nás dvojmo říci, že něčemu rozumíme. Jedním způsobem dokonale, když totiž dospíváme k poznání bytnosti věci rozuměné a samotné pravdy porozuměné věty, podle toho, jak v sobě jest. A tímto způsobem tomu, co přímo spadá pod víru, nemůžeme rozuměti, dokud trvá stav víry. Ale některým jiným věcem směřujícím k víře také tímto způsobem lze rozuměti. - Jiným způsobem se stává, že se něčemu rozumí nedokonale, když totiž o samé bytnosti věci nebo pravdě věty se nepoznává, co je nebo jak je, ale přece se poznává, že to, co se jeví na zevnějšek, neodporuje pravdě; pokud totiž člověk rozumí, že pro to, co se jeví na zevnějšek, nesmí se ustupovati od věcí víry. A podle toho nic nebrání, dokud trvá stav víry, rozuměti také tomu, co sebou samým spadá pod víru.

A tím je patrná odpověď na námitky. Neboť první tři důvody vycházejí z toho, že něčemu dokonale rozumíme. Poslední pak důvod vychází z porozumění tomu, co směřuje k víře.

VIII.3. Zda rozum, jenž jest darem, je toliko badavý či též činorodý.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že rozum, jenž se uvádí jako dar Ducha svatého, není činorodý, nýbrž pouze badavý. Neboť rozum, jak praví Řehoř v I. Morál., "proniká

2. Utrum possit simul esse in Bodem cum fide.

II-II q. 8 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod donum intellectus non simul habeatur cum fide. Dicit enim Augustinus, in libro octogintatrium quaest., *id quod intelligitur intelligentis comprehensione finitur*. Sed id quod creditur non comprehenditur, secundum illud apostoli, ad Philipp. III, *non quod iam comprehenderim aut perfectus sim*. Ergo videtur quod fides et intellectus non possint esse in eodem.

II-II q. 8 a. 2 arg. 2

Praeterea, omne quod intelligitur intellectu videtur. Sed fides est de non apparentibus, ut supra dictum est. Ergo fides non potest simul esse in eodem cum intellectu.

II-II q. 8 a. 2 arg. 3

Praeterea, intellectus est certior quam scientia. Sed scientia et fides non possunt esse de eodem, ut supra habitum est. Multo ergo minus intellectus et fides.

II-II q. 8 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, in libro Moral., quod *intellectus de auditis mentem illustrat*. Sed aliquis habens fidem potest esse illustratus mente circa audita, unde dicitur Luc. ult. quod *dominus aperuit discipulis suis sensum ut intelligerent Scripturas*. Ergo intellectus potest simul esse cum fide.

II-II q. 8 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod hic duplici distinctione est opus, una quidem ex parte fidei; alia autem ex parte intellectus. Ex parte quidem fidei, distinguendum est quod quaedam per se et directe cadunt sub fide, quae naturalem rationem excedunt, sicut Deum esse trinum et unum, filium Dei esse incarnatum. Quaedam vero cadunt sub fide quasi ordinata ad ista secundum aliquem modum, sicut omnia quae in Scriptura divina continentur. Ex parte vero intellectus, distinguendum est quod dupliciter dici possumus aliqua intelligere. Uno modo, perfecte, quando scilicet pertingimus ad cognoscendum essentiam rei intellectae, et ipsam veritatem enuntiabilis intellecti, secundum quod in se est. Et hoc modo ea quae directe cadunt sub fide intelligere non possumus, durante statu fidei. Sed quaedam alia ad fidem ordinata etiam hoc modo intelligi possunt. Alio modo contingit aliquid intelligi imperfecte, quando scilicet ipsa essentia rei, vel veritas propositionis, non cognoscitur quid sit aut quomodo sit, sed tamen cognoscitur quod ea quae exterius apparent veritati non contrariantur; inquantum scilicet homo intelligit quod propter ea quae exterius apparent non est recedendum ab his quae sunt fidei. Et secundum hoc nihil prohibet, durante statu fidei, intelligere etiam ea quae per se sub fide cadunt.

II-II q. 8 a. 2 ad 1

Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam primae tres rationes procedunt secundum quod aliquid perfecte intelligitur. Ultima autem ratio procedit de intellectu eorum quae ordinantur ad fidem.

3. Utrum intellectus qui est donum sit speculativus tantum vel etiam practicus.

II-II q. 8 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod intellectus qui ponitur donum spiritus sancti non sit practicus, sed

cosi vyššího". Ale to, co se vztahuje k činorodému rozumu, není vysoké, nýbrž cosi nejnižšího, totiž jednotlivosti, při nichž jsou skutky. Tedy rozum, jenž se uvádí jako dar, není rozum činorodý.

Mimo to rozum, jenž jest darem, je něco důstojnějšího než rozum, jenž je ctností rozumovou. Ale rozum, jenž je ctností rozumovou, je pouze o nutných, jak je patrné z Filosofa v VI. Ethic. Tedy mnohem spíše rozum, jenž jest darem, je pouze o nutných. Ale rozum činorodý není o nutných, nýbrž o nahodilých, majících se jinak, jež mohou povstávati lidskou praci. Tedy' rozum, jenž jest darem, není rozum činorodý.

Mimo to dar rozumu osvěcuje mysl v tom, co převyšuje přirozený um. Ale vykonatelné věci lidské, jichž se týká činorodý rozum, nepřevyšují přirozeného umu, jenž má řízení v konání věcí, jak je patrné ze svrchu řečeného. Tedy rozum, jenž jest darem, není rozum činorodý.

Avšak proti jest, co se praví v Žalmu: "Blahý má rozum, kdokoli tak činí."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, dar rozumu se má nejenom k tomu, co nejprve a hlavně spadá pod víru, nýbrž též ke všemu, co je k víře zařízeno. Než dobré skutky mají jakési zařízení k víře, "neboť víra pracuje láskou", jak praví Apoštol Galat. 5. A tudíž dar rozumu se vztahuje také k některým vykonatelným, ne sice že by se jimi obíral jako hlavními, nýbrž pokud v tom, co máme konati, se řídíme "důvody věčnými, jichž pozorování a dotazování se" podle Augustina, XII. O Troj., "drží vyšší um", jenž se zdokonaluje darem rozumu.

K prvnímu se tedy musí říci, že vykonatelné věci lidské, pokud o sobě přicházejí v úvahu, nemají nějaké vysoké vznešenosti. Ale pokud se odnášejí k pravidlu věčného zákona a k cíli božské blaženosti, mají povýšenost, takže se jich může týkati rozum.

K druhému se musí říci, že právě to patří k důstojnosti daru, jímž jest rozum, že o pochopitelných věcech věčných nebo nutných uvažuje, nejenom pokud v sobě jsou, nýbrž také pokud jsou jakýmisi pravidly lidských činů, protože čím k četnějším se vztahuje poznávací síla, tím je vznešenější.

K třetímu se musí říci, že pravidlem lidských skutků jest i lidský um i věčný zákon, jak bylo řečeno svrchu. Ale věčný zákon převyšuje lidský rozum. A tudíž poznání lidských skutků, pokud jsou řízeny věčným zákonem, převyšuje přirozený rozum a potřebuje nadpřirozeného světla daru Ducha svatého.

speculativus tantum. Intellectus enim, ut Gregorius dicit, in I Moral., altiora quaedam penetrat. Sed ea quae pertinent ad intellectum practicum non sunt alta, sed quaedam infima, scilicet singularia, circa quae sunt actus. Ergo intellectus qui ponitur donum non est intellectus practicus.

II-II q. 8 a. 3 arg. 2

Praeterea, intellectus qui est donum est dignius aliquid quam intellectus qui est virtus intellectualis. Sed intellectus qui est virtus intellectualis est solum circa necessaria, ut patet per philosophum, in VI Ethic. Ergo multo magis intellectus qui est donum est solum circa necessaria. Sed intellectus practicus non est circa necessaria, sed circa contingentia aliter se habere, quae opere humano fieri possunt. Ergo intellectus qui est donum non est intellectus practicus.

II-II q. 8 a. 3 arg. 3

Praeterea, donum intellectus illustrat mentem ad ea quae naturalem rationem excedunt. Sed operabilia humana, quorum est practicus intellectus, non excedunt naturalem rationem, quae dirigit in rebus agendis, ut ex supradictis patet. Ergo intellectus qui est donum non est intellectus practicus.

II-II q. 8 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur in Psalm., *intellectus bonus omnibus facientibus eum*.

II-II q. 8 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, donum intellectus non solum se habet ad ea quae primo et principaliter cadunt sub fide, sed etiam ad omnia quae ad fidem ordinantur. Operationes autem bonae quendam ordinem ad fidem habent, nam fides per dilectionem operatur, ut apostolus dicit, ad Gal. V. Et ideo donum intellectus etiam ad quaedam operabilia se extendit, non quidem ut circa ea principaliter versetur; sed inquantum in agendis regulamur *rationibus aeternis, quibus conspiciendis et consulendis*, secundum Augustinum, XII de Trin., inhaeret superior ratio, quae dono intellectus perficitur.

II-II q. 8 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod operabilia humana, secundum quod in se considerantur, non habent aliquam excellentiae altitudinem. Sed secundum quod referuntur ad regulam legis aeternae et ad finem beatitudinis divinae, sic altitudinem habent, ut circa ea possit esse intellectus.

II-II q. 8 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod hoc ipsum pertinet ad dignitatem doni quod est intellectus, quod intelligibilia aeterna vel necessaria considerat non solum secundum quod in se sunt, sed etiam secundum quod sunt regulae quaedam humanorum actuum, quia quanto virtus cognoscitiva ad plura se extendit, tanto nobilior est.

II-II q. 8 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod regula humanorum actuum est et ratio humana et lex aeterna, ut supra dictum est. Lex autem aeterna excedit naturalem rationem. Et ideo cognitio humanorum actuum secundum quod regulantur a lege aeterna, excedit rationem naturalem, et indiget supernaturali lumine doni spiritus sancti.

VIII.4. Zda dar rozumu je ve všech majících milost.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že dar rozumu není ve všech lidech, majících milost. Neboť praví Řehoř, II. Moral., že dar rozumu se dává proti "tuposti mysli". Ale mnozí, kdo mají milost, ještě trpí tupostí mysli. Tedy dar rozumu není ve všech majících milost.

Mimo to mezi těmi, jež se vztahují k poznání, jediné víra se zdá býti nutná ke spáse, protože "skrze víru Kristus přebývá v našich srdcích", jak se praví Efes. 3. Ale ne všichni mající víru mají dar rozumu; ba "kdo věří, mají se modliti, aby rozuměli", jak Augustin praví v knize O Troj. Tedy' dar rozumu není nutný ke spáse. Není tedy ve všech, majících milost.

Mimo to, co je společné všem, majícím milost, nikdy se neodnímá majícím milost. Ale milost rozumu a jiných darů "se někdy s užitkem vzdaluje; neboť někdy, když duch, chápaje vznešené věci, se pozvedá k výše, v nejnižších a všedních věcech zleniví těžkou tupostí", jak praví Řehoř v II. Moral. Tedy dar rozumu není ve všech, majících milost.

Avšak proti jest, co se praví v Žalmu: "Nevěděli, ani nerozuměli, ve tmách chodí." Ale nikdo, mající milost, nechodí ve tmách, podle onoho Jan 8: "Kdo mne následuje, nechodí ve tmách." Tedy nikdo, kdo má milost, nepostrádá daru rozumu.

Odpovídám: Musí se říci, že ve všech, majících milost, je nutně pravá vůle, protože "milostí se připravuje vůle člověka k dobru", jak praví Augustin. Vůle však nemůže býti správně zařízena k dobru, leč je-li předem nějaké poznání pravdy, poněvadž předmětem vůle je dobro pochopené, jak se praví v III. O duši. Jako pak darem lásky zařizuje Duch svatý vůli člověka, aby se přímo pohybovala k nějakému dobru nadpřirozenému, tak též darem rozumu osvěcuje mysl člověka, aby poznávala nějakou nadpřirozenou pravdu, k níž musí tíhnouti pravá vůle. A tudíž jako dar lásky je ve všech, majících milost činící milým, tak také dar rozumu.

K prvnímu se tedy musí říci, že někteří mající milost činící milým, mohou trpěti tupostí v něčem, co je mimo nutnost spásy. Ale v tom, co je nutné ke spáse, jsou dostatečně poučováni Duchem svatým, podle onoho I. Jan 2: "Pomazání vás poučuje o všem."

K druhému se musí říci, že, byť všichni, mající víru, nerozuměli plně tomu, co se předkládá k věření, rozumějí přece, že se to musí věřiti a že za nic se od toho nelze odchýliti.

K třetímu se musí říci, že dar rozumu se nikdy nevzdaluje

4. Utrum omnes qui sunt in gratia habeant donum intellectus.

II-II q. 8 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod donum intellectus non insit omnibus hominibus habentibus gratiam. Dicit enim Gregorius, II Moral., quod donum intellectus datur contra hebetudinem mentis. Sed multi habentes gratiam adhuc patiuntur mentis hebetudinem. Ergo donum intellectus non est in omnibus habentibus gratiam.

II-II q. 8 a. 4 arg. 2

Praeterea, inter ea quae ad cognitionem pertinent sola fides videtur esse necessaria ad salutem, quia per fidem Christus habitat in cordibus nostris, ut dicitur ad Ephes. III. Sed non omnes habentes fidem habent donum intellectus, immo qui credunt, debent orare ut intelligant, sicut Augustinus dicit, in libro de Trin. Ergo donum intellectus non est necessarium ad salutem. Non ergo est in omnibus habentibus gratiam.

II-II q. 8 a. 4 arg. 3

Praeterea, ea quae sunt communia omnibus habentibus gratiam nunquam ab habentibus gratiam subtrahuntur. Sed gratia intellectus et aliorum donorum *aliquando se utiliter subtrahit, quandoque enim, dum sublimia intelligendo in elationem se animus erigit, in rebus imis et vilibus gravi hebetudine pigrescit*, ut Gregorius dicit, in II Moral. Ergo donum intellectus non est in omnibus habentibus gratiam.

II-II q. 8 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicitur in Psalm., *nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant*. Sed nullus habens gratiam ambulat in tenebris, secundum illud Ioan. VIII, *qui sequitur me non ambulat in tenebris*. Ergo nullus habens gratiam caret dono intellectus.

II-II q. 8 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod in omnibus habentibus gratiam necesse est esse rectitudinem voluntatis, quia *per gratiam praeparatur voluntas hominis ad bonum*, ut Augustinus dicit. Voluntas autem non potest recte ordinari in bonum nisi praeexistente aliqua cognitione veritatis, quia obiectum voluntatis est bonum intellectum, ut dicitur in III de anima. Sicut autem per donum caritatis spiritus sanctus ordinat voluntatem hominis ut directe moveatur in bonum quoddam supernaturale, ita etiam per donum intellectus illustrat mentem hominis ut cognoscat veritatem quandam supernaturalem, in quam oportet tendere voluntatem rectam. Et ideo, sicut donum caritatis est in omnibus habentibus gratiam gratum facientem, ita etiam donum intellectus.

II-II q. 8 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod aliqui habentes gratiam gratum facientem possunt pati hebetudinem circa aliqua quae sunt praeter necessitatem salutis. Sed circa ea quae sunt de necessitate salutis sufficienter instruuntur a spiritu sancto, secundum illud I Ioan. II, *unctio docet vos de omnibus*.

II-II q. 8 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod etsi non omnes habentes fidem plene intelligant ea quae proponuntur credenda, intelligunt tamen ea esse credenda, et quod ab eis pro nullo est deviandum.

II-II q. 8 a. 4 ad 3

od světců v tom, co je nutné ke spáse. Ale v jiných se občas vzdaluje, že nemohou rozumem proniknouti všecko až k jistotě, proto, aby se jim odňala látka k pýše.

VIII.5. Zda se nalézá dar rozumu také v těch, kdo nemají milost činící milým.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že dar rozumu se nalézá také v těch, kdo nemají milost činící milým. Neboť praví Augustin, vykládaje ono Žalm.: "Prahne duše moje dychtivostí po tvých ustanoveních," že "rozum letí napřed, za ním jde zdlouhavý nebo žádný cit". Ale u všech, majících milost činící milým, je cit ochotný pro lásku. Tedy dar rozumu může býti u těch, kdo nemají milosti činící milým.

Mimo to Daniel. 10 se praví, že "je třeba rozumu při vidění prorockém"; a tak se zdá, že proroctví není bez daru rozumu. Ale proroctví může býti bez milosti činící milým, jak je patrné Mat. 7, kde říkajícím "Ve jménu tvém jsme prorokovali" se odpovídá: "Nikdy jsem vás neznal." Tedy dar rozumu může býti bez milosti činící milým.

Mimo to dar rozumu odpovídá ctnosti víry, podle onoho Isaiášova 7, podle jiného písma: "Jestliže neuvěříte, neporozumíte." Ale víra může býti bez milosti činící milým. Tedy také dar rozumu.

Avšak proti jest, co praví Pán, Jan 6: "Každý, kdo uslyšel od Otce a se naučil, přichází ke mně" Ale rozumem se slyšenému přiučujeme nebo je pronikáme, jak je patrné u Řehoře, v I. Moral. Tedy kdokoli má dar rozumu, přichází ke Kristu.

Což není bez milosti činící milým. Tedy dar rozumu není bez milosti činícím milým.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno svrchu, dary Ducha svatého zdokonalují duši podle toho, jak je dobře pohnutelná od Ducha svatého. Tak tedy rozumové světlo milosti se uvádí jako dar rozumu, pokud rozum člověka je dobře pohnutelný od Ducha svatého. Úvaha pak o tomto pohnutí je v tom, že člověk postřehuje pravdu o cíli. Pročež není-li pohnut lidský rozum od Ducha svatého až k tomu, aby měl správné ocenění cíle, nedosáhl dosud daru rozumu, ať jakkoli poznává z osvícení Ducha některé jiné předpoklady. Ale správné ocenění cíle posledního má pouze ten, jenž není na omylu stran cíle, nýbrž k němu pevně lne jako k nejlepšímu. Což je vlastností pouze toho, kdo má milost činící milým; jako také v mravních věcech má člověk správné ocenění cíle skrze zběhlost ve ctnosti. Pročež dar rozumu nemá nikdo bez milosti činící milým.

K prvnímu se tedy musí říci, že Augustin nazývá rozumem jakékoli rozumové osvícení. To však nedosahuje dokonalé povahy daru, není- li mysl člověka přivedena až k tomu, aby měl člověk správné ocenění cíle.

Ad tertium dicendum quod donum intellectus nunquam se subtrahit sanctis circa ea quae sunt necessaria ad salutem. Sed circa alia interdum se subtrahit, ut non omnia ad liquidum per intellectum penetrare possint, ad hoc quod superbiae materia subtrahatur.

5. Utrum hoc donum inveniatur in aliquibus absque gratia.

II-II q. 8 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod intellectus donum inveniatur etiam in non habentibus gratiam gratum facientem. Augustinus enim, exponens illud Psalm., *concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas*, dicit quod *praevolat intellectus, sequitur tardus aut nullus affectus*. Sed in omnibus habentibus gratiam gratum facientem est promptus affectus, propter caritatem. Ergo donum intellectus potest esse in his qui non habent gratiam gratum facientem.

II-II q. 8 a. 5 arg. 2

Praeterea, Danielis X dicitur quod intelligentia opus est in visione prophetica, et ita videtur quod prophetia non sit sine dono intellectus. Sed prophetia potest esse sine gratia gratum faciente, ut patet Matth. VII, ubi dicentibus, in nomine tuo prophetavimus, respondetur, nunquam novi vos. Ergo donum intellectus potest esse sine gratia gratum faciente.

II-II q. 8 a. 5 arg. 3

Praeterea, donum intellectus respondet virtuti fidei, secundum illud Isaiae VII, secundum aliam litteram, *nisi credideritis, non intelligetis*. Sed fides potest esse sine gratia gratum faciente. Ergo etiam donum intellectus.

II-II q. 8 a. 5 s. c.

Sed contra est quod dominus dicit, Ioan. VI, *omnis qui audivit a patre et didicit, venit ad me*. Sed per intellectum audita addiscimus vel penetramus, ut patet per Gregorium, in I Moral. Ergo quicumque habet intellectus donum venit ad Christum. Quod non est sine gratia gratum faciente. Ergo donum intellectus non est sine gratia gratum faciente.

II-II q. 8 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, dona spiritus sancti perficiunt animam secundum quod est bene mobilis a spiritu sancto. Sic ergo intellectuale lumen gratiae ponitur donum intellectus, inquantum intellectus hominis est bene mobilis a spiritu sancto. Huius autem motus consideratio in hoc est quod homo apprehendat veritatem circa finem. Unde nisi usque ad hoc moveatur a spiritu sancto intellectus humanus ut rectam aestimationem de fine habeat, nondum assecutus est donum intellectus; quantumcumque ex illustratione spiritus alia quaedam praeambula cognoscat. Rectam aut aestimationem de ultimo fine non habet nisi ille qui circa finem non errat, sed ei firmiter inhaeret tanquam optimo. Quod est solum habentis gratiam gratum facientem, sicut etiam in moralibus rectam aestimationem habet homo de fine per habitum virtutis. Unde donum intellectus nullus habet sine gratia gratum faciente.

II-II q. 8 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Augustinus intellectum nominat quamcumque illustrationem intellectualem. Quae tamen non pertingit ad perfectam doni rationem nisi usque ad hoc mens hominis deducatur ut rectam aestimationem

K druhému se musí říci, že rozumění, jež je nutné k proroctví, je jakési osvícení mysli o tom, co se prorokům zjevuje. Není však osvícením mysli o správném ocenění posledního cíle, jež náleží daru rozumu.

K třetímu se musí říci, že víra přináší pouze přesvědčení k tomu, co se předkládá. Ale rozum přináší jakýsi postřeh pravdy, jenž může býti o cíli jen u toho, kdo má milost činící milým, jak bylo řečeno. A tudíž není podobného důvodu o rozumu a víře.

VIII.6. Zda dar rozumu se liší od jiných darů.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že dar rozumu se neliší od jiných darů. Neboť věci, jejichž protiklady jsou totéž, jsou i samy totéž. Ale moudrosti je protilehlá pošetilost, tuposti rozum, ukvapenosti porada, nevědomosti vědění, jak je patrné u Řehoře II. Moral. Zdá se však, že se neliší pošetilost, tupost, nevědomost a ukvapenost. Tedy ani rozum se neliší od jiných darů.

Mimo to rozum, jenž se uvádí jako rozumová ctnost, liší se od jiných rozumových ctností tím sobě vlastním, že je o zásadách samo sebou známých. Ale dar rozumu není o nějakých zásadách samo sebou známých, protože k tomu, co se přirozeně samo sebou poznává, stačí přirozená pohotovost prvních zásad; k tomu pak, co je nadpřirozené, stačí víra, protože články víry jsou jako první zásady v nadpřirozeném poznání, jak bylo řečeno. Tedy dar rozumu se neliší od jiných rozumových darů.

Mimo to všechno rozumové poznání je buď badavé nebo činorodé Ale dar rozumu se má k obojímu, jak bylo řečeno. Tedy se neliší od jiných darů rozumových, nýbrž všecky v sobě obsahuje.

Avšak proti jest, že, kterákoli se spolu počítají, musí býti nějakým způsobem od sebe odlišná, protože rozličnost je základem počtu. Ale dar rozumu se počítá s jinými dary, jak je patrné u Isaiáše 11. Tedy dar rozumu je odlišný od jiných darů.

Odpovídám: Musí se říci, že rozlišení daru rozumu od jiných tří darů, totiž pobožnosti, síly a bázně, je jasné, protože dar rozumu se vztahuje k síle poznávací, kdežto ony tři patří k síle žádostivě Avšak odlišnost tohoto daru rozumu od jiných tří, totiž moudrosti, vědění a rady, jež také patří k síle poznávací, není tak jasná. Zdá se pak některým, že dar rozumu se rozlišuje od daru vědění a rady tím, že ony dva patří k činorodému poznání, ale dar rozumu k badavému. Od daru však moudrosti, jenž také patří k badavému poznání, se rozlišuje v tom, že k moudrosti patří úsudek, k rozumu pak schopnost rozuměti tomu, co se předkládá, čili proniknutí do jejich nitra. A podle toho jsme svrchu naznačili počet darů. - Ale pro bedlivě pozorujícího je dar rozumu nejen o zbadatelných, nýbrž také o habeat homo circa finem.

II-II q. 8 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod intelligentia quae necessaria est ad prophetiam est quaedam illustratio mentis circa ea quae prophetis revelantur. Non est autem illustratio mentis circa aestimationem rectam de ultimo fine, quae pertinet ad donum intellectus.

II-II q. 8 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod fides importat solum assensum ad ea quae proponuntur. Sed intellectus importat quandam perceptionem veritatis, quae non potest esse circa finem nisi in eo qui habet gratiam gratum facientem, ut dictum est. Et ideo non est similis ratio de intellectu et fide.

6. Quomodo se habeat donum intellectus ad alia Bona.

II-II q. 8 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod donum intellectus non distinguatur ab aliis donis. Quorum enim opposita sunt eadem, ipsa quoque sunt eadem. Sed sapientiae opponitur stultitia, hebetudini intellectus, praecipitationi consilium, ignorantiae scientia, ut patet per Gregorium, II Moral. Non videntur autem differre stultitia, hebetudo, ignorantia et praecipitatio. Ergo nec intellectus distinguitur ab aliis donis.

II-II q. 8 a. 6 arg. 2

Praeterea, intellectus qui ponitur virtus intellectualis differt ab aliis intellectualibus virtutibus per hoc sibi proprium, quod est circa principia per se nota. Sed donum intellectus non est circa aliqua principia per se nota, quia ad ea quae naturaliter per se cognoscuntur sufficit naturalis habitus primorum principiorum; ad ea vero quae sunt supernaturalia sufficit fides, quia articuli fidei sunt sicut prima principia in supernaturali cognitione, sicut dictum est. Ergo donum intellectus non distinguitur ab aliis donis intellectualibus.

II-II q. 8 a. 6 arg. 3

Praeterea, omnis cognitio intellectiva vel est speculativa vel practica. Sed donum intellectus se habet ad utrumque, ut dictum est. Ergo non distinguitur ab aliis donis intellectualibus, sed omnia in se complectitur.

II-II q. 8 a. 6 s. c.

Sed contra est quod quaecumque connumerantur ad invicem oportet esse aliquo modo ab invicem distincta, quia distinctio est principium numeri. Sed donum intellectus connumeratur aliis donis, ut patet Isaiae XI. Ergo donum intellectus est distinctum ab aliis donis.

II-II q. 8 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod distinctio doni intellectus ab aliis tribus donis, scilicet pietate, fortitudine et timore, manifesta est, quia donum intellectus pertinet ad vim cognoscitivam, illa vero tria pertinent ad vim appetitivam. Sed differentia huius doni intellectus ad alia tria, scilicet sapientiam, scientiam et consilium, quae etiam ad vim cognoscitivam pertinent, non est adeo manifesta. Videtur autem quibusdam quod donum intellectus distinguatur a dono scientiae et consilii per hoc quod illa duo pertineant ad practicam cognitionem, donum vero intellectus ad speculativam. A dono vero sapientiae, quod etiam ad speculativam cognitionem pertinet, distinguitur in hoc quod ad sapientiam pertinet iudicium, ad intellectum vero

vykonatelných, jak bylo řečeno; a podobně též dar vědění jest o obojím, jak bude řečeno dole. A tudíž je dlužno brátí jejich rozlišení jinak.

Všechno totiž toto zmíněné čtveré směřuje k nadpřirozenému poznání, jež se v nás zakládá věrou. Víra pak je "ze slyšení", jak se praví Řím. 10. Pročež je dlužno, aby se něco předkládalo člověku k věření nikoli jako viděné, nýbrž jako slyšené, aby k tomu věrou přisvědčil. Víra pak nejprve a hlavně se má k první pravdě; za druhé k některým, jež třeba uvažovati při tvorech; a dále se též rozšiřuje k řízení lidských skutků, pokud "jedná láskou", jak je z řečeného patrně Tak tedy při těch, jež se víře předkládají k věření, dvě věci se vyžadují s naší strany. Nejprve aby byla rozumem proniknuta nebo pochopena, a to patří k daru rozumu. A za druhé je dlužno, aby o nich měl člověk jistý úsudek. aby uvážil, že je třeba k nim přilnouti a od jejich protilehlých odstoupiti. Tento úsudek tudíž, vzhledem k věcem božským, patří k daru moudrosti; vzhledem pak k věcem stvořeným patří k daru vědění; vzhledem pak k užití na jednotlivé skutky patří k daru rady.

K prvnímu se tedy musí říci, že zmíněná odlišnost čtyř darů se jasně shoduje s rozlišením těch, jež Řehoř uvádí jako jejich protilehlá. Neboť tupost je proti bystrosti. Nazývá se pak rozum bystrým z podobnosti, když může proniknouti do nitra toho, co se předkládá. Pročež tupostí mysli mysl nestačí proniknouti do nitra. Hloupý pak má jméno z toho, že převráceně soudí o společném životním cíli. A tudíž je vlastně proti moudrosti, jež činí správný úsudek o všeobecné příčině - Nevědomost pak přináší nedostatečnost mysli i v jakýchkoli jednotlivostech. A tudíž je proti vědění, jímž má člověk správný úsudek o částečných příčinách, totiž o tvorech. Ukvapenost pak jasně je proti poradě, při níž člověk nepřistupuje ke skutku před rozumovým rozvážením.

K druhému se musí říci, že dar rozumu je o prvních zásadách poznání darmo daného, ale jinak než víra. Neboť víře přísluší k nim přisvědčiti, ale daru rozumu přísluší proniknouti myslí to, co se praví.

K třetímu se musí říci, že dar rozumu patří k obojímu poznání, totiž badavému i činorodému, nikoli co do úsudku, nýbrž co do postřehu, aby se pochopilo to, co se praví.

VIII.7. Zda daru rozumu odpovídá šesté blahoslavenství, totiž : "Blahoslavení čistého srdce, neboť oni Boha vidět budou".

Při sedmé se postupuje takto: Zdá se, že daru rozumu neodpovídá šesté blahoslavenství, totiž: "Blahoslavení čistého srdce, neboť oni Boha vidět budou." Zdá se totiž, že čistota srdce zvláště patří k citu. Ale dar rozumu nepatří k citu, nýbrž spíše k mohutnosti rozumové. Tedy řečené

capacitas intellectus eorum quae proponuntur, sive penetratio ad intima eorum. Et secundum hoc supra numerum donorum assignavimus. Sed diligenter intuenti, donum intellectus non solum se habet circa speculanda, sed etiam circa operanda, ut dictum est, et similiter etiam donum scientiae circa utrumque se habet, ut infra dicetur. Et ideo oportet aliter eorum distinctionem accipere. Omnia enim haec quatuor dicta ordinantur ad supernaturalem cognitionem, quae in nobis per fidem fundatur. *Fides autem est ex auditu*, ut dicitur Rom. X. Unde oportet aliqua proponi homini ad credendum non sicut visa, sed sicut audita, quibus per fidem assentiat. Fides autem primo quidem et principaliter se habet ad veritatem primam; secundario, ad quaedam circa creaturas consideranda; et ulterius se extendit etiam ad directionem humanorum operum, secundum quod per dilectionem operatur, ut ex dictis patet. Sic igitur circa ea quae fidei proponuntur credenda duo requiruntur ex parte nostra. Primo quidem, ut intellectu penetrentur vel capiantur, et hoc pertinet ad donum intellectus. Secundo autem oportet ut de eis homo habeat iudicium rectum, ut aestimet his esse inhaerendum et ab eorum oppositis recedendum. Hoc igitur iudicium, quantum ad res divinas, pertinet ad donum sapientiae; quantum vero ad res creatas, pertinet ad donum scientiae; quantum vero ad applicationem ad singularia opera, pertinet ad donum consilii.

II-II q. 8 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod praedicta differentia quatuor donorum manifeste competit distinctioni eorum quae Gregorius ponit eis esse opposita. Hebetudo enim acuitati opponitur. Dicitur autem per similitudinem intellectus acutus quando potest penetrare ad intima eorum quae proponuntur. Unde hebetudo mentis est per quam mens ad intima penetrare non sufficit. Stultus autem dicitur ex hoc quod perverse iudicat circa communem finem vitae. Et ideo proprie opponitur sapientiae, quae facit rectum iudicium circa universalem causam. Ignorantia vero importat defectum mentis etiam circa quaecumque particularia. Et ideo opponitur scientiae, per quam homo habet rectum iudicium circa particulares causas, scilicet circa creaturas. Praecipitatio vero manifeste opponitur consilio, per quod homo ad actionem non procedit ante deliberationem rationis.

II-II q. 8 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod donum intellectus est circa prima principia cognitionis gratuitae, aliter tamen quam fides. Nam ad fidem pertinet eis assentire, ad donum vero intellectus pertinet penetrare mente ea quae dicuntur.

II-II q. 8 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod donum intellectus pertinet ad utramque cognitionem, scilicet speculativam et practicam, non quantum ad iudicium, sed quantum ad apprehensionem, ut capiantur ea quae dicuntur.

7. Quae beatitudinum respondeat dono intellectus.

II-II q. 8 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod dono intellectus non respondeat beatitudo sexta, scilicet, *beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Munditia enim cordis

blahoslavenství neodpovídá daru rozumu.

Mimo to Skut. 15 se praví: "Věrou očišťuje srdce jejich." Ale očištěním srdce se nabývá čistoty srdce. Tedy řečené blahoslavenství spíše patří k ctnosti víry než k daru rozumu.

Mimo to dary Ducha svatého zdokonalují člověka v přítomném životě Ale vidění Boha nepatří k přítomnému životu, neboť činí blažennými, jak jsme měli svrchu. Tedy šesté blahoslavenství, obsahující vidění Boha, nepatří k daru rozumu.

Avšak proti jest, co praví Augustin v knize o Řeči Páně na Hoře: "Šesté dílo Ducha svatého, jímž jest rozum, přísluší těm, kdo jsou čistého srdce, kteří očištěným okem mohou viděti, co oko nevidělo."

Odpovídám: Musí se říci, že v šestém blahoslavenství jako i v jiných jest obsaženo dvojí: Jedno na způsob zásluhy, totiž čistota srdce, druhé na způsob odměny, totiž vidění Boha, jak bylo řečeno svrchu. A obojí patří nějakým způsobem k daru rozumu. Je totiž dvojí čistota. Jedna předchozí a uzpůsobující k vidění Boha, což je očista citu od nezřízených citů; a tato čistota srdce se děje ctnostmi a dary, jež patří k mohutnosti žádostivé. Jiná pak čistota srdce jest, jež jest jaksi doplňovací vzhledem k božskému vidění; a to je čistota mysli, očištěné od obrazivosti a bludů, aby se totiž to, co se o Bohu předkládá, nebralo na způsob tělesných obrazivostí, ani podle bludařských zvráceností. A tuto čistotu působí dar rozumu.

Podobně též je dvojí vidění Boha. A to, jedno dokonalé, jímž lze viděti Boží bytnost. Jiné pak nedokonalé, jímž, třebas nevidíme o Bohu, co jest, vidíme přece, co není; a tím dokonaleji v tomto životě Boha poznáváme, čím více rozumíme, že převyšuje, cokoli lze rozumem chápati. A obojí vidění Boha patří k daru rozumu: a to, první k daru rozumu dovršenému, jak bude ve vlasti, druhé pak k počátečnímu daru rozumu, jak jej máme na cestě.

A tím je patrná odpověď k námitkám. Neboť první dva důvody vycházejí z první čistoty. Třetí pak z dokonalého vidění Boha. Dary pak i zde nás zdokonalují podle jakéhosi počátku, a v budoucnu se naplní, jak bylo řečeno svrchu.

VIII.8. Zda v ovoci víra odpovídá daru rozumu.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že v ovoci víra neodpovídá daru rozumu. Neboť rozum je ovoce víry; praví se totiž u Isaiáše 7: "Neuvěříte-li, neporozumíte," podle jiného písma, kde my máme: "Neuvěříte-li, neostanete." Není tedy víra ovoce rozumu.

maxime videtur pertinere ad affectum. Sed donum intellectus non pertinet ad affectum, sed magis ad vim intellectivam. Ergo praedicta beatitudo non respondet dono intellectus.

II-II q. 8 a. 7 arg. 2

Praeterea, Act. XV dicitur, *fide purificans corda eorum*. Sed per purificationem cordis acquiritur munditia cordis. Ergo praedicta beatitudo magis pertinet ad virtutem fidei quam ad donum intellectus.

II-II q. 8 a. 7 arg. 3

Praeterea, dona spiritus sancti perficiunt hominem in praesenti vita. Sed visio Dei non pertinet ad vitam praesentem, ipsa enim beatos facit, ut supra habitum est. Ergo sexta beatitudo, continens Dei visionem, non pertinet ad donum intellectus.

II-II q. 8 a. 7 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro de Serm. Dom. in monte, *sexta operatio spiritus sancti, quae est intellectus, convenit mundis corde, qui purgato oculo possunt videre quod oculus non vidit*.

II-II q. 8 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod in sexta beatitudine, sicut et in aliis, duo continentur, unum per modum meriti, scilicet munditia cordis; aliud per modum praemii, scilicet visio Dei, ut supra dictum est. Et utrumque pertinet aliquo modo ad donum intellectus. Est enim duplex munditia. Una quidem praeambula et dispositiva ad Dei visionem, quae est depuratio affectus ab inordinatis affectionibus, et haec quidem munditia cordis fit per virtutes et dona quae pertinent ad vim appetitivam. Alia vero munditia cordis est quae est quasi completiva respectu visionis divinae, et haec quidem est munditia mentis depuratae a phantasmatibus et erroribus, ut scilicet ea quae de Deo proponuntur non accipiantur per modum corporalium phantasmatum, nec secundum haereticas perversitates. Et hanc munditiam facit donum intellectus. Similiter etiam duplex est Dei visio. Una quidem perfecta, per quam videtur Dei essentia. Alia vero imperfecta, per quam, etsi non videamus de Deo quid est, videmus tamen quid non est, et tanto in hac vita Deum perfectius cognoscimus quanto magis intelligimus eum excedere quidquid intellectu comprehenditur. Et utraque Dei visio pertinet ad donum intellectus, prima quidem ad donum intellectus consummatum, secundum quod erit in patria; secunda vero ad donum intellectus inchoatum, secundum quod habetur in via.

II-II q. 8 a. 7 ad 1

Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam primae duae rationes procedunt de prima munditia. Tertia vero de perfecta Dei visione, dona autem et hic nos perficiunt secundum quandam inchoationem, et in futuro implebuntur, ut supra dictum est.

8. Utrum in fructibus fides respondeat dono intellectus.

II-II q. 8 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod in fructibus fides non respondeat dono intellectus. Intellectus enim est fructus fidei, dicitur enim Isaiae VII, *nisi credideritis, non intelligetis*, secundum aliam litteram, ubi nos habemus, *si non credideritis, non permanebitis*. Non ergo fides est fructus intellectus.

Mimo to dřívější není ovoce pozdějšího. Ale zdá se, že víra je dříve než rozum, poněvadž víra je základem celé duchovní budovy, jak bylo řečeno svrchu. Tedy víra není ovoce rozumu.

Mimo to více je darů, vztahujících se k rozumu než vztahujících se k žádosti. Ale mezi ovocem se uvádí pouze jedno, vztahující se k rozumu, totiž víra; všechna pak ostatní se vztahují k žádosti. Tedy se zdá, že víra odpovídá rozumu ne více než moudrosti nebo vědění či radě

Avšak proti jest, že cílem každé věci jest její ovoce. Než zdá se, že dar rozumu hlavně směřuje k jistotě víry, jež se udává jako ovoce; neboť praví Glossa, Gal. V., že víra, jež jest ovoce, je "jistotou o neviditelných". Tedy v ovoci odpovídá víra daru rozumu.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno svrchu, když se jednalo 0 ovoci, ovocem Ducha se nazývá cosi posledního a těšícího, co v nás pochází z moci Ducha svatého. Poslední těšící však má povahu cíle, jenž je vlastním předmětem vůle. A tudíž je dlužno, aby to, co je poslední a těšící ve vůli, bylo jaksi ovocem všeho ostatního, co patří k jiným mohutnostem. Podle toho tedy lze brát dvojí ovoce daru nebo ctnosti, zdokonalující nějakou mohutnost: Jedno, vztahující se k jeho mohutnosti, druhé pak jaksi poslední, vztahující se k vůli. A podle toho se musí říci, že daru rozumu odpovídá jako vlastní ovoce víra, to jest jistota víry, ale jako poslední ovoce mu odpovídá radost, jež se vztahuje k vůli.

K prvnímu se tedy' musí říci, že rozum jest ovoce víry, jež je ctností. Ale tak se nebéře víra, když se nazývá ovocem, nýbrž za jakousi jistotu víry, k níž dospívá člověk darem rozumu.

K druhému se musí říci, že víra nemůže všeobecně předcházeti rozum, neboť nemohl by člověk u víře přisvědčiti k některým předloženým, kdyby jim nějak nerozuměl. Ale dokonalost rozumu následuje z víry, jež je ctností; a na tu dokonalost rozumu následuje jakási jistota víry.

K třetímu se musí říci, že ovoce činorodého poznání nemůže býti v něm, protože takové poznání máme nikoli pro ně, nýbrž pro něco jiného. Ale badavé poznání má ovoce v sobě samém, totiž jistotu toho, o čem jest. A tudíž daru rady, jenž patří pouze k činorodému poznání, neodpovídá nějaké vlastní ovoce. Avšak darům moudrosti, rozumu a vědění, jež se mohou vztahovati také k badavému poznání, odpovídá pouze jedno ovoce, jímž jest jistota, označená jménem víry. Více pak se uvádí ovoce, patřícího k části žádostivé, protože, jak již bylo řečeno, ráz cíle, jenž je obsažen ve slově ovoce, patří spíše k síle žádostivé než rozumově.

II-II q. 8 a. 8 arg. 2

Praeterea, prius non est fructus posterioris. Sed fides videtur esse prior intellectu, quia fides est fundamentum totius spiritualis aedificii, ut supra dictum est. Ergo fides non est fructus intellectus.

II-II q. 8 a. 8 arg. 3

Praeterea, plura sunt dona pertinentia ad intellectum quam pertinentia ad appetitum. Sed inter fructus ponitur tantum unum pertinens ad intellectum, scilicet fides, omnia vero alia pertinent ad appetitum. Ergo fides non magis videtur respondere intellectui quam sapientiae vel scientiae seu consilio.

II-II q. 8 a. 8 s. c.

Sed contra est quod finis uniuscuiusque rei est fructus eius. Sed donum intellectus videtur principaliter ordinari ad certitudinem fidei, quae ponitur fructus, dicit enim Glossa, ad Gal. V, quod fides quae est fructus est de invisibilibus certitudo. Ergo in fructibus fides respondet dono intellectus.

II-II q. 8 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, cum de fructibus ageretur, fructus spiritus dicuntur quaedam ultima et delectabilia quae in nobis proveniunt ex virtute spiritus sancti. Ultimum autem delectabile habet rationem finis, qui est proprium obiectum voluntatis. Et ideo oportet quod id quod est ultimum et delectabile in voluntate sit quodammodo fructus omnium aliorum quae pertinent ad alias potentias. Secundum hoc ergo doni vel virtutis perficientis aliquam potentiam potest accipi duplex fructus, unus quidem pertinens ad suam potentiam; alius autem quasi ultimus, pertinens ad voluntatem. Et secundum hoc dicendum est quod dono intellectus respondet pro proprio fructu fides, idest fidei certitudo, sed pro ultimo fructu respondet ei gaudium, quod pertinet ad voluntatem.

II-II q. 8 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod intellectus est fructus fidei quae est virtus. Sic autem non accipitur fides cum dicitur fructus, sed pro quadam certitudine fidei, ad quam homo pervenit per donum intellectus.

II-II q. 8 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod fides non potest universaliter praecedere intellectum, non enim posset homo assentire credendo aliquibus propositis nisi ea aliqualiter intelligeret. Sed perfectio intellectus consequitur fidem quae est virtus, ad quam quidem intellectus perfectionem sequitur quaedam fidei certitudo.

II-II q. 8 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod cognitionis practicae fructus non potest esse in ipsa, quia talis cognitio non scitur propter se, sed propter aliud. Sed cognitio speculativa habet fructum in seipsa, scilicet certitudinem eorum quorum est. Et ideo dono consilii, quod pertinet solum ad practicam cognitionem, non respondet aliquis fructus proprius. Donis autem sapientiae, intellectus et scientiae, quae possunt etiam ad speculativam cognitionem pertinere, respondet solum unus fructus, qui est certitudo significata nomine fidei. Plures autem fructus ponuntur pertinentes ad partem appetitivam, quia, sicut iam dictum est, ratio finis, quae importatur in nomine fructus, magis pertinet ad vim appetitivam quam intellectivam.

IX. O daru vědění.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Nato je třeba uvažovati o daru vědění.

A o tom jsou čtyři otázky.

1. Zda vědění je darem.
2. Zda je o božských věcech.
3. Zda je badavé nebo činorodě
4. Jaké blahoslavenství mu odpovídá.

IX.1. Zda vědění je darem.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že vědění není darem. Neboť dary Ducha svatého převyšují přirozenou schopnost. Ale vědění přináší jakýsi účinek přirozeného rozumu, neboť praví Filosof v I. Poster., že důkaz je "sylogismus, působící vědění". Tedy vědění není darem Ducha svatého.

Mimo to dary Ducha svatého jsou společné všem svatým, jak bylo řečenu svrchu. Ale Augustin, XIV. O Troj., praví, že "velmi mnoho věřících nemají vědění, třeba že víru samu mají". Tedy vědění není dar.

Mimo to dar je dokonalejší než ctnost, jak bylo řečeno svrchu. Tedy jeden dar stačí k zdokonalení jedné ctnosti. Ale ctnosti víry odpovídá dar rozumu, jak bylo řečeno svrchu. Tedy neodpovídá jí dar vědění. A není patrné, které jiné ctnosti by odpovídal. Tedy, poněvadž dary jsou zdokonalením ctností, jak bylo řečeno svrchu, zdá se, že vědění není dar.

Avšak proti jest, že u Isaiáše 11 se počítá mezi sedmi dary.

Odpovídám: Musí se říci, že milost je dokonalejší než přirozenost; pročež neselže v těch věcech, v nichž se člověk může zdokonaliti skrze přirozenost. Když pak člověk přirozeným umem přisvědčuje podle rozumu k nějaké pravdě, dvojmo se zdokonaluje v oné pravdě: Nejprve, že ji chápe; za druhé že má o ní jistý úsudek. A tudíž k tomu, aby lidský rozum dokonale přisvědčil k pravdě víry, se vyžaduje dvojí. Jedním z toho jest, aby zdravě chápal to, co se předkládá, což se vztahuje k daru rozumu, jak bylo řečeno svrchu. Druhým pak je, aby měl jistý a správný úsudek o tom, rozeznávaje totiž co se má věřiti od toho, co se nemá. A k tomu je nutný dar vědění.

K prvnímu se tedy musí říci, že jistota poznání se v různých přirozenostech shledává různým způsobem, podle různé povahy každé přirozenosti. Neboť člověk dosahuje jistého úsudku o pravdě postupem umu; a tudíž lidského vědění nabýváme z důvodu důkazového. Ale v Bohu je jistý úsudek o pravdě beze všeho postupu jednoduchým pohledem, jak bylo řečeno v Prvním; a tudíž božské vědění není postupné nebo usuzující, nýbrž naprosté a jednoduché. Jemu je podobné vědění, jež se uvádí jako dar Ducha svatého, poněvadž je jakousi jeho sdělenou podobností.

9. De correspondentibus vinuti fidei quantum ad donum scientiae.

Prooemium

II-II q. 9 pr.

Deinde considerandum est de dono scientiae. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum scientia sit donum. Secundo, utrum sit circa divina. Tertio, utrum sit speculativa vel practica. Quarto, quae beatitudo ei respondeat.

1. Utrum scientiae sit donum.

II-II q. 9 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod scientia non sit donum. Dona enim spiritus sancti naturalem facultatem excedunt. Sed scientia importat effectum quendam naturalis rationis, dicit enim philosophus, in I Poster., quod demonstratio est syllogismus faciens scire. Ergo scientia non est donum spiritus sancti.

II-II q. 9 a. 1 arg. 2

Praeterea, dona spiritus sancti sunt communia omnibus sanctis, ut supra dictum est. Sed Augustinus, XIV de Trin., dicit quod *scientia non pollent fideles plurimi, quamvis polleant ipsa fide*. Ergo scientia non est donum.

II-II q. 9 a. 1 arg. 3

Praeterea, donum est perfectius virtute, ut supra dictum est. Ergo unum donum sufficit ad perfectionem unius virtutis. Sed virtuti fidei respondet donum intellectus, ut supra dictum est. Ergo non respondet ei donum scientiae. Nec apparet cui alii virtuti respondeat. Ergo, cum dona sint perfectiones virtutum, ut supra dictum est, videtur quod scientia non sit donum.

II-II q. 9 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Isaiae XI computatur inter septem dona.

II-II q. 9 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod gratia est perfectior quam natura, unde non deficit in his in quibus homo per naturam perfici potest. Cum autem homo per naturalem rationem assentit secundum intellectum alicui veritati, dupliciter perficitur circa veritatem illam, primo quidem, quia capit eam; secundo, quia de ea certum iudicium habet. Et ideo ad hoc quod intellectus humanus perfecte assentiat veritati fidei duo requiruntur. Quorum unum est quod sane capiat ea quae proponuntur, quod pertinet ad donum intellectus, ut supra dictum est. Aliud autem est ut habeat certum et rectum iudicium de eis, discernendo scilicet credenda non credendis. Et ad hoc necessarium est donum scientiae.

II-II q. 9 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod certitudo cognitionis in diversis naturis invenitur diversimode, secundum diversam conditionem uniuscuiusque naturae. Nam homo consequitur certum iudicium de veritate per discursum rationis, et ideo scientia humana ex ratione demonstrativa acquiritur. Sed in Deo est certum iudicium veritatis absque omni discursu per simplicem intuitum, ut in primo dictum est, et ideo divina scientia non est discursiva vel ratiocinativa, sed absoluta et simplex. Cui similis est scientia quae ponitur donum spiritus sancti, cum sit

K druhému se musí říci, že o věřených lze míti dvoje vědění. Jedno, jímž člověk ví, co má věřiti, rozeznávaje, co se má věřiti, od toho, co se nemá; a podle toho je vědění darem a přísluší všem svatým. Jiné pak vědění o věřených jest, jímž člověk nejenom ví, co se má věřiti, nýbrž též umí víru objasniti a jiné naváděti k věření a protivníky usvědčovati. A to vědění se uvádí mezi milostmi darmo danými a dává se nikoli všem, nýbrž některým. Pročež Augustin po uvedených slovech dodává: "Jiné je, věděti pouze, co má člověk věřiti; jiné, věděti, jakým způsobem to i zbožným pomáhá i proti bezbožným se hájí.

K třetímu se musí říci, že dary jsou dokonalejší než ctnosti mravní a rozumové Nejsou však dokonalejší než ctnosti božské, nýbrž spíše směřují všecky dary k dokonalosti božských ctností jako k cíli. A tudíž není nevhodné, jestliže různé dary směřují k jedné božské ctnosti.

IX.2. Zda dar vědění je o věcech božských.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že dar vědění je o věcech božských. Neboť praví Augustin, XIV. O Troj., že věděním "se víra rodí, živí a sílí". Ale víra je o věcech božských, protože předmětem víry je první pravda, jak jsme měli svrchu. Tedy i dar vědění jest o věcech božských.

Mimo to dar vědění je důstojnější než vědění nabyté. Ale některé vědění nabyté je o věcech božských, jako vědění metafysické

Tedy mnohem spíše dar vědění jest o věcech božských.

Mimo to, jak se praví Řím. 1, "neviditelná Boží se spatřují, poznávána z toho, co bylo učiněno". Je-li tedy vědění o věcech stvořených, zdá se, že je také o věcech božských.

Avšak proti jest, co Augustin, XIV. O Troj., praví: "Vědění o věcech božských nazývej se vlastně moudrostí; o lidských pak měj vlastně jméno vědění."

Odpovídám: Musí se říci, že jistý úsudek o nějaké věci se nejvíce dává z její příčiny. A tudíž je dlužno, aby podle řádu příčin byl řád úsudků; jako totiž příčina první je příčinou druhé, tak skrze první příčinu se soudí o druhé příčině Ale o první příčině se nemůže souditi skrze jinou příčinu. A tudíž úsudek, jenž se činí skrze první příčinu, je první a nejdokonalejší. V těch pak věcech, v nichž je něco nejdokonalejší, přivlastňuje se společné jméno rodu těm, jež nedostupují nejdokonalejšího, nejdokonalejšímu pak samotnému se dává jiné zvláštní jméno, jak je patrné v logických. Neboť v rodě zaměnitelných to, co znamená "co věc jest", nazývá se zvláštním jménem výměr; a zaměnitelné věci, jež toho nedosahují, podržují si jméno společné, totiž že se nazývají vlastnosti.

Protože tudíž jméno vědění přináší jakousi jistotu úsudku, jak bylo řečeno, jestliže se jistota úsudku děje skrze nejvyšší příčinu, má zvláštní jméno, jež je moudrost; neboť quaedam participativa similitudo ipsius.

II-II q. 9 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod circa credenda duplex scientia potest haberi. Una quidem per quam homo scit quid credere debeat, discernens credenda a non credendis, et secundum hoc scientia est donum, et convenit omnibus sanctis. Alia vero est scientia circa credenda per quam homo non solum scit quid credi debeat, sed etiam scit fidem manifestare et alios ad credendum inducere et contradictores revincere. Et ista scientia pontur inter gratias gratis datas, quae non datur omnibus, sed quibusdam. Unde Augustinus, post verba inducta, subiungit, *aliud est scire tantummodo quid homo credere debeat, aliud scire quemadmodum hoc ipsum et piis opituletur et contra impios defendatur*.

II-II q. 9 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod dona sunt perfectiora virtutibus moralibus et intellectualibus. Non sunt autem perfectiora virtutibus theologicis, sed magis omnia dona ad perfectionem theologicarum virtutum ordinantur sicut ad finem. Et ideo non est inconveniens si diversa dona ad unam virtutem theologicam ordinantur.

2. Utrum sit circa divina.

II-II q. 9 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod scientiae donum sit circa res divinas. Dicit enim Augustinus, XIV de Trin., quod per scientiam, gignitur fides, nutritur et roboratur. Sed fides est de rebus divinis, quia obiectum fidei est veritas prima, ut supra habitum est. Ergo et donum scientiae est de rebus divinis.

II-II q. 9 a. 2 arg. 2

Praeterea, donum scientiae est dignius quam scientia acquisita. Sed aliqua scientia acquisita est circa res divinas, sicut scientia metaphysicae. Ergo multo magis donum scientiae est circa res divinas.

II-II q. 9 a. 2 arg. 3

Praeterea, sicut dicitur Rom. I, *invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur*. Si igitur est scientia circa res creatas, videtur quod etiam sit circa res divinas.

II-II q. 9 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Augustinus, XIV de Trin., dicit, *rerum divinarum scientia proprie sapientia nuncupetur, humanarum autem proprie scientiae nomen obtineat*.

II-II q. 9 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod certum iudicium de re aliqua maxime datur ex sua causa. Et ideo secundum ordinem causarum oportet esse ordinem iudiciorum, sicut enim causa prima est causa secundae, ita per causam primam iudicatur de causa secunda. De causa autem prima non potest iudicari per aliam causam. Et ideo iudicium quod fit per causam primam est primum et perfectissimum. In his autem in quibus aliquid est perfectissimum, nomen commune generis appropriatur his quae deficiunt a perfectissimo, ipsi autem perfectissimo adaptatur aliud speciale nomen, ut patet in logicis. Nam in genere convertibilium illud quod significat quod quid est, speciali nomine definitio vocatur, quae autem ab hoc deficiunt convertibilia existentia nomen commune sibi retinent, scilicet quod propria dicuntur. Quia igitur nomen scientiae importat quandam certitudinem iudicii, ut dictum est; si

se nazývá moudrým v každém rodu, kdo zná nejvyšší příčinu onoho rodu, skrze niž může o všem souditi. Jednoduše pak se nazývá moudrým, kdo zná jednoduše nejvyšší příčinu, totiž Boha. A tudíž poznání božských věcí se nazývá moudrostí. Poznání pak věcí lidských se nazývá věděním, jakoby od přizpůsobení společného jména, přinášejícího jistotu úsudku, úsudku, jenž se děje skrze druhé příčiny. A tudíž, běře-li se takto jméno vědění, uvádí se dar odlišný od daru moudrosti. Pročež dar vědění je pouze o věcech lidských nebo o věcech stvořených.

K prvnímu se tedy musí říci, že, třebas to, o čem je víra, jsou věci božské a věčné, přece sama víra je cosi časného v duchu věřícího. A tudíž věděti, co se má věřiti, se vztahuje k daru vědění. Znáti pak samotné věci věřené podle nich samých jakýmsi sjednocením s nimi, patří k daru moudrosti. Pročež dar moudrosti spíše odpovídá lásce, jež sjednocuje mysl člověka s Bohem.

K druhému se musí říci, že onen důvod platí, pokud se jméno vědění béře všeobecně. Takto však se vědění neuvádí jako zvláštní dar, nýbrž pokud se omezuje na úsudek, jenž se děje skrze věci stvořené.

K třetímu se musí říci, že, jak bylo řečeno svrchu, jakákoli poznávací zběhlost pojmově se sice týká prostředku, jímž se něco poznává, hmotně však toho, co se prostředkem poznává. A protože to, co je tvarové, je důležitější, proto ty vědy, jež vyvozují závěry z matematických zásad o přírodní hmotě, počítají se spíše k matematickým, jakožto jim podobnější, ač co do látky se více shodují s přírodními, a proto se praví v II. Fysic., že jsou "více přírodní". A tudíž, když člověk skrze věci stvořené poznává Boha, zdá se, že to spíše patří k vědění, k němuž to patří tvarově, než k moudrosti, k níž to patří hmotně A naopak, když soudíme o věcech stvořených podle věcí božských, patří to spíše k moudrosti než k vědění.

IX.3. Zda dar vědění je vědění činorodé.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že vědění, jež se uvádí jako dar, je vědění činorodé. Neboť praví Augustin, XII. O Troj., že "čin, jímž užíváme vnějších věcí, se přisuzuje vědění". Ale vědění, jemuž se přisuzuje čin, je činorodé Tedy vědění, jež je darem, je vědění činorodě

Mimo to praví Řehoř v I. Moral.: "Ničím není vědění, nemá-li užitku zbožnosti; a velmi neužitečná je zbožnost, postrádá-li rozvážnosti vědění." Z čehož máme, že vědění řídí zbožnost. Ale to nemůže příslušeti vědění badavému. Tedy vědění, jež je darem, není badavé, nýbrž činorodě

Mimo to dary Ducha svatého mají pouze spravedliví, jak jsme měli svrchu. Ale vědění badavé mohou míti také nespravedliví, podle onoho Jak. posl.: "Kdo zná dobro a nekoná, tomu je hříchem." Tedy vědění, jež je darem, není badavé, nýbrž činorodé.

quidem certitudo iudicii fit per altissimam causam, habet speciale nomen, quod est sapientia, dicitur enim sapiens in unoquoque genere qui novit altissimam causam illius generis, per quam potest de omnibus iudicare. Simpliciter autem sapiens dicitur qui novit altissimam causam simpliciter, scilicet Deum. Et ideo cognitio divinarum rerum vocatur sapientia. Cognitio vero rerum humanarum vocatur scientia, quasi communi nomine importante certitudinem iudicii appropriato ad iudicium quod fit per causas secundas. Et ideo, sic accipiendo scientiae nomen, ponitur donum distinctum a dono sapientiae. Unde donum scientiae est solum circa res humanas, vel circa res creatas.

II-II q. 9 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, licet ea de quibus est fides sint res divinae et aeternae, tamen ipsa fides est quoddam temporale in animo credentis. Et ideo scire quid credendum sit pertinet ad donum scientiae. Scire autem ipsas res creditas secundum seipsas per quandam unionem ad ipsas pertinet ad donum sapientiae. Unde donum sapientiae magis respondet caritati, quae unit mentem hominis Deo.

II-II q. 9 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit secundum quod nomen scientiae communiter sumitur. Sic autem scientia non ponitur speciale donum, sed secundum quod restringitur ad iudicium quod fit per res creatas.

II-II q. 9 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut supra dictum est, quilibet cognoscitivus habitus formaliter quidem respicit medium per quod aliquid cognoscitur, materialiter autem id quod per medium cognoscitur. Et quia id quod est formale potius est, ideo illae scientiae quae ex principiis mathematicis concludunt circa materiam naturalem, magis cum mathematicis connumerantur, utpote eis similiores, licet quantum ad materiam magis conveniant cum naturali, et propter hoc dicitur in II Physic. quod sunt magis naturales. Et ideo, cum homo per res creatas Deum cognoscit, magis videtur hoc pertinere ad scientiam, ad quam pertinet formaliter, quam ad sapientiam, ad quam pertinet materialiter. Et e converso, cum secundum res divinas iudicamus de rebus creatis, magis hoc ad sapientiam quam ad scientiam pertinet.

3. Utrum sit speculativa velpractica.

II-II q. 9 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod scientia quae ponitur donum sit scientia practica. Dicit enim Augustinus, XII de Trin., quod *actio qua exterioribus rebus utimur scientiae deputatur*. Sed scientia cui deputatur actio est practica. Ergo scientia quae est donum est scientia practica.

II-II q. 9 a. 3 arg. 2

Praeterea, Gregorius dicit, in I Moral., *nulla est scientia si utilitatem pietatis non habet, et valde inutilis est pietas si scientiae discretione caret*. Ex quo habetur quod scientia dirigit pietatem. Sed hoc non potest competere scientiae speculativae. Ergo scientia quae est donum non est speculativa, sed practica.

II-II q. 9 a. 3 arg. 3

Praeterea, dona spiritus sancti non habentur nisi a iustis, ut supra habitum est. Sed scientia speculativa potest haberi etiam ab iniustis, secundum illud Iac. ult., *scienti bonum et non facienti, peccatum est illi*. Ergo scientia quae est

Avšak proti jest, co praví Řehoř v I. Moral.: "Vědění připravuje ve svůj den hostinu, protože v břiše mysli překonává lačnost nevědomosti." Ale nevědomost se odstraňuje úplně pouze obojím věděním, totiž i badavým i činorodým. Tedy vědění, jež je darem, je i badavé i činorodé.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno svrchu, dar vědění jako i dar rozumu je zařízen k jistotě víry. Víra pak záleží nejprve a hlavně v badání, pokud totiž lne k první pravdě Ale protože první pravda je též posledním cílem pro nějž jednáme, odtud také je, že víra se rozšiřuje k působení, podle onoho Gal. 5: "Víra pracuje láskou." Pročež je také dlužno, aby dar vědění měl nejprve a hlavně zřetel na badání, pokud totiž člověk ví, co má věrou držeti. Za druhé pak se rozšiřuje také na působení, podle toho, jak znalostí věcí uvěřitelných a těch, jež na uvěřitelná následují, býváme řízeni ve svém jednání.

K prvnímu se tedy musí říci, že Augustin mluví o daru vědění, pokud se vztahuje k jednání; připisuje se mu totiž jednání, ale nikoli samo, ani ne prvotně A tím způsobem také řídí zbožnost.

Z čehož je patrné rozluštění k druhému.

K třetímu se musí říci, že, jako bylo řečeno o daru rozumu, že ne kdokoli rozumí, má dar rozumu, nýbrž kdo rozumí jaksi z pohotovosti milosti, tak se musí rozuměti také o daru vědění, že jediné oni mají dar vědění, kteří z vlité milosti mají jistý úsudek o tom, co třeba věřiti a konati, jenž se v ničem neuchýlí od rovnosti spravedlnosti. A to je vědění svatých, o němž se praví Moudr. 10: "Spravedlivého vedl Pán cestami rovnými a dal mu znalost svatých."

IX.4. Zda daru vědění odpovídá třetí blahoslavenství, totiž: "Blahoslavení lkající, neboť oni potěšeni budou".

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že vědění neodpovídá třetí blahoslavenství, totiž: "Blahoslavení lkající, neboť oni potěšeni budou." Jako totiž zlo je příčinou smutku a lkání, tak zase dobro je příčinou veselosti. Ale věděním se ukazují hlavněji dobra než zla, jež se skrze dobra poznávají; neboť "rovné je soudcem sebe sama a křivého", jak se praví v I. U duši. Tedy řečené blahoslavenství neodpovídá vhodně vědění.

Mimo to úvaha o pravdě je úkonem vědění. Ale v úvaze o pravdě není smutku, nýbrž spíše radost; praví se totiž Moudr. 8: "Nemá hořkosti styk s ní, ani tesknosti obcování s ní, ale veselost a radost." Tedy řečené blahoslavenství neodpovídá vhodně daru vědění.

donum non est speculativa, sed practica.

II-II q. 9 a. 3 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, in I Moral., *scientia in die suo convivium parat, quia in ventre mentis ignorantiae ieiunium superat*. Sed ignorantia non tollitur totaliter nisi per utramque scientiam, scilicet et speculativam et practicam. Ergo scientia quae est donum est et speculativa et practica.

II-II q. 9 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, donum scientiae ordinatur, sicut et donum intellectus, ad certitudinem fidei. Fides autem primo et principaliter in speculatione consistit, inquantum scilicet inhaeret primae veritati. Sed quia prima veritas est etiam ultimus finis, propter quem operamur, inde etiam est quod fides ad operationem se extendit, secundum illud Gal. V, *fides per dilectionem operatur*. Unde etiam oportet quod donum scientiae primo quidem et principaliter respiciat speculationem, inquantum scilicet homo scit quid fide tenere debeat. Secundario autem se extendit etiam ad operationem, secundum quod per scientiam credibilium, et eorum quae ad credibilia consequuntur, dirigimur in agendis.

II-II q. 9 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Augustinus loquitur de dono scientiae secundum quod se extendit ad operationem, attribuitur enim ei actio, sed non sola nec primo. Et hoc etiam modo dirigit pietatem.

II-II q. 9 a. 3 ad 2

Unde patet solutio ad secundum.

II-II q. 9 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut dictum est de dono intellectus quod non quicumque intelligit habet donum intellectus, sed qui intelligit quasi ex habitu gratiae; ita etiam de dono scientiae est intelligendum quod illi soli donum scientiae habeant qui ex infusione gratiae certum iudicium habent circa credenda et agenda, quod in nullo deviat a rectitudine iustitiae. Et haec est scientia sanctorum, de qua dicitur Sap. X, *iustum deduxit dominus per vias rectas et dedit illi scientiam sanctorum*.

4. Quae beatitudinum ei respondeat.

II-II q. 9 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod scientiae non respondeat tertia beatitudo, scilicet, *beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*. Sicut enim malum est causa tristitiae et luctus, ita etiam bonum est causa laetitiae. Sed per scientiam principalius manifestantur bona quam mala, quae per bona cognoscuntur, rectum enim est iudex sui ipsius et obliqui, ut dicitur in I de anima. Ergo praedicta beatitudo non convenienter respondet scientiae.

II-II q. 9 a. 4 arg. 2

Praeterea, consideratio veritatis est actus scientiae. Sed in consideratione veritatis non est tristitia, sed magis gaudium, dicitur enim Sap. VIII, *non habet amaritudinem conversatio illius, nec taedium convictus illius, sed laetitiam et gaudium*. Ergo praedicta beatitudo non convenienter respondet dono scientiae.

Mimo to dar vědění záleží dříve v badání než v konání. Ale pokud záleží v badání, neodpovídá mu lkání, protože badavý rozum "nic neříká o napodobitelném a čemu se třeba vyhýbati", jak se praví v III. O duši, ani neříká nic veselého a smutného. Tedy nevhodně se uvádí řečené blahoslavenství, jako odpovídající daru vědění.

Avšak proti jest, co praví Augustin v knize o Řeči Páně na Hoře: "Vědění se hodí lkajícím, kteří se poučili, jakými zly jsou spoutáni, jež žádali jako dobra."

Odpovídám: Musí se říci, že vědění vlastně patří správné posouzení tvorů. Tvorové pak to jsou, jimiž se člověk příležitostně odvrací od Boha, podle onoho Moudr. 14: "Tvorové se stali na nenávist a pastí nohám nemoudrých," kteří totiž nemají správného úsudku o těchto, když myslí, že je v nich dokonalé dobro; pročež, ustavujíce v nich cíl, hřeší a ztrácejí pravé dobro. A tato škoda se člověku stává známou správným úsudkem o tvorech, jejž máme darem vědění. A tudíž se uvádí blahoslavenství lkání jako odpovídající daru vědění.

K prvnímu se tedy musí říci, že dobra stvořená nebudí duchovní radosti, leč pokud se odnášejí k dobru božskému, z něhož vlastně povstává duchovní radost. A tudíž přímo duchovní pokoj a následující radost odpovídá daru moudrosti. Daru pak vědění odpovídá nejprve lkání nad minulými chybami a v důsledku útěcha, když člověk správným úsudkem vědění zařizuje tvory k dobru božskému. A tudíž v tomto blahoslavenství se uvádí lkání jako zásluha a následující útěcha jako odměna. A ta se počíná v tomto životě, dokonává se pak v budoucím.

K druhému se musí říci, že se člověk raduje ze samotného uvažování pravdy, ale nad věcí, o níž uvažuje pravdu, může se někdy rmoutiti. A podle toho se lkání připisuje vědění.

K třetímu se musí říci, že vědění, pokud záleží v badání, neodpovídá nějaké blahoslavenství, protože blaženost člověka nezáleží v uvažování o tvorech, nýbrž v nazírání na Boha. Ale jaksi záleží blaženost člověka v náležitém užívání tvorů a ve spořádaném citu k nim; a to pravím vzhledem k blaženosti cesty. A tudíž se vědění nepřipisuje nějaká blaženost, vztahující se k nazírání, nýbrž rozumu a moudrosti, jež jsou o božských věcech.

X. O nevěře všeobecně.

Předmluva

Dělí se na dvanáct článků.

Na pořadu jest úvaha o protilehlých neřestech. A nejprve o nevěře, jež je proti víře; za druhé o rouhání, jež je proti vyznání; za třetí o nevědomosti a tuposti, jež je proti vědění a rozumu. O prvním se má uvažovati o nevěře všeobecně; za druhé o bludu; za třetí o odpadu od víry.

II-II q. 9 a. 4 arg. 3

Praeterea, donum scientiae prius consistit in speculatione quam in operatione. Sed secundum quod consistit in speculatione, non respondet sibi luctus, quia intellectus speculativus nihil dicit de imitabili et fugiendo, ut dicitur in III de anima; neque dicit aliquid laetum et triste. Ergo praedicta beatitudo non convenienter ponitur respondere dono scientiae.

II-II q. 9 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro de Serm. Dom. in monte, *scientia convenit lugentibus, qui didicerunt quibus malis vincti sunt, quae quasi bona petierunt*.

II-II q. 9 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod ad scientiam proprie pertinet rectum iudicium creaturarum. Creaturae autem sunt ex quibus homo occasionaliter a Deo avertitur, secundum illud Sap. XIV, *creaturae factae sunt in odium, et in muscipulam pedibus insipientium*, qui scilicet rectum iudicium de his non habent, dum aestimant in eis esse perfectum bonum; unde in eis finem constituendo, peccant et verum bonum perdunt. Et hoc damnum homini innotescit per rectum iudicium de creaturis, quod habetur per donum scientiae. Et ideo beatitudo luctus ponitur respondere dono scientiae.

II-II q. 9 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod bona creata non excitant spirituale gaudium nisi quatenus referuntur ad bonum divinum, ex quo proprie consurgit gaudium spirituale. Et ideo directe quidem spiritualis pax, et gaudium consequens, respondet dono sapientiae. Dono autem scientiae respondet quidem primo luctus de praeteritis erratis; et consequenter consolatio, dum homo per rectum iudicium scientiae creaturas ordinat in bonum divinum. Et ideo in hac beatitudine ponitur luctus pro merito, et consolatio consequens pro praemio. Quae quidem inchoatur in hac vita, perficitur autem in futura.

II-II q. 9 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod de ipsa consideratione veritatis homo gaudet, sed de re circa quam considerat veritatem potest tristari quandoque. Et secundum hoc luctus scientiae attribuitur.

II-II q. 9 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod scientiae secundum quod in speculatione consistit, non respondet beatitudo aliqua, quia beatitudo hominis non consistit in consideratione creaturarum, sed in contemplatione Dei. Sed aliqualiter beatitudo hominis consistit in debito usu creaturarum et ordinata affectione circa ipsas, et hoc dico quantum ad beatitudinem viae. Et ideo scientiae non attribuitur aliqua beatitudo pertinens ad contemplationem; sed intellectui et sapientiae, quae sunt circa divina.

10. De fide quantum ad vitia opposit : et primo de infidelitate in communi.

Prooemium

II-II q. 10 pr.

Consequenter considerandum est de vitiis oppositis. Et primo, de infidelitate, quae opponitur fidei; secundo, de blasphemia, quae opponitur confessioni; tertio, de ignorantia et hebetudine, quae opponuntur scientiae et intellectui. Circa primum, considerandum est de infidelitate in communi; secundo, de haeresi, tertio, de apostasia a fide.

O prvním je dvanáct otázek.

1. Zda nevěra je hříchem.
2. V čem je jako v podmětu.
3. Zda je největším z hříchů.
4. Zda každý skutek nevěřících je hříchem.
5. O druzích nevěry.
6. O vzájemném přirovnání jich.
7. Zda se má s nevěrci disputovati o víře.
8. Zda mají býti nuceni k víře.
9. Zda se má s nimi obcovati.
10. Zda mohou vládnouti věřícím křesťanům.
11. Zda obřady nevěrců mají býti trpěny.
12. Zda děti nevěrců mají býti proti vůli rodičů křtěny.

X.1. Zda nevěra je hříchem.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že nevěra není hříchem. Neboť každý hřích je proti přirozenosti, jak je patrné u Damašského v II. knize. Ale zdá se, že nevěra není proti přirozenosti, nebot' praví Augustin v knize o Předurč. Svat., že "moci míti víru jako moci míti lásku je v přirozenosti lidské; míti však víru, jakož i míti lásku, je z milosti věřících". Tedy nemíti víru, což je býti nevěřícím, není hříchem.

Mimo to, nikdo nehřeší v tom, čeho se nemůže uvarovati, protože každý hřích je dobrovolný. Ale není v moci člověka, aby se uvaroval nevěry, jíž se může uvarovati pouze, má-li víru; praví totiž Apoštol Řím. 10: "Kterak uvěří tomu, o kom neslyšeli? A kterak uslyší bez kazatele?" Tedy se zdá, že nevěra není hříchem.

Mimo to, jak bylo řečeno svrchu, je sedm hlavních neřestí, na něž se uvádějí všecky hříchy. Zdá se však, že pod žádnou z nich není obsažena nevěra. Tedy nevěra není hříchem.

Avšak proti, ctnosti se protiví neřest. Ale víra je ctnost, jíž se protiví nevěra. Tedy nevěra je hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že nevěru lze bráti dvojmo. Jedním způsobem podle čirého záporu, když se mluví o nevěrci jenom z toho, že nemá víry. Jiným způsobem lze rozuměti nevěru podle protivy k víře, protože totiž někdo odporuje slyšení víry nebo jí též pohrdá, podle onoho Isaiášova 53: "Kdo uvěřil slyšenému od nás?" A v tom se vlastně dokonává ráz nevěry. A podle toho nevěra je hříchem.

Béře-li se však nevěra podle čirého záporu, jako u těch, kteří nic neslyšeli o víře, nemá rázu hříchu, nýbrž spíše trestu, poněvadž taková neznalost božských věcí je důsledkem hříchu prvního rodiče. Kdož pak jsou takto nevěřící, jsou odsuzováni pro jiné hříchy, jež nemohou býti odpuštěny bez víry, nejsou však odsuzováni pro hřích nevěry. Pročež Pán praví, Jan 15: "Kdybych byl nepřišel a jim nemluvil, neměli by hříchu." Což vykládaje Augustin praví, že mluví "o onom hříchu, jímž neuvěřili v Krista".

Circa primum quaeruntur duodecim. Primo, utrum infidelitas sit peccatum. Secundo, in quo sit sicut in subiecto. Tertio, utrum sit maximum peccatorum. Quarto, utrum omnis actio infidelium sit peccatum. Quinto, de speciebus infidelitatis. Sexto, de comparatione earum ad invicem. Septimo, utrum cum infidelibus sit disputandum de fide. Octavo, utrum sint cogendi ad fidem. Nono, utrum sit eis communicandum. Decimo, utrum possint Christianis fidelibus praeesse. Undecimo, utrum ritus infidelium sint tolerandi. Duodecimo, utrum pueri infidelium sint invitis parentibus baptizandi.

1. Utrum infidelitas sit peccatum.

II-II q. 10 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod infidelitas non sit peccatum. Omne enim peccatum est contra naturam, ut patet per Damascenum, in II libro. Sed infidelitas non videtur esse contra naturam, dicit enim Augustinus, in libro de Praed. Sanct., quod *posse habere fidem, sicut posse habere caritatem, naturae est hominum, habere autem fidem, quemadmodum habere caritatem, gratiae est fidelium*. Ergo non habere fidem, quod est infidelem esse, non est peccatum.

II-II q. 10 a. 1 arg. 2

Praeterea, nullus peccat in eo quod vitare non potest, quia omne peccatum est voluntarium. Sed non est in potestate hominis quod infidelitatem vitet, quam vitare non potest nisi fidem habendo, dicit enim apostolus, ad Rom. X, *quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante?* Ergo infidelitas non videtur esse peccatum.

II-II q. 10 a. 1 arg. 3

Praeterea, sicut supra dictum est, sunt septem vitia capitalia, ad quae omnia peccata reducuntur. Sub nullo autem horum videtur contineri infidelitas. Ergo infidelitas non est peccatum.

II-II q. 10 a. 1 s. c.

Sed contra, virtuti contrariatur vitium. Sed fides est virtus, cui contrariatur infidelitas. Ergo infidelitas est peccatum.

II-II q. 10 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod infidelitas dupliciter accipi potest. Uno modo, secundum puram negationem, ut dicatur infidelis ex hoc solo quod non habet fidem. Alio modo potest intelligi infidelitas secundum contrarietatem ad fidem, quia scilicet aliquis repugnat auditui fidei, vel etiam contemnit ipsam, secundum illud Isaiae LIII, *quis credidit auditui nostro?* Et in hoc proprie perficitur ratio infidelitatis. Et secundum hoc infidelitas est peccatum. Si autem accipiatur infidelitas secundum negationem puram, sicut in illis qui nihil audierunt de fide, non habet rationem peccati, sed magis poenae, quia talis ignorantia divinorum ex peccato primi parentis est consecuta. Qui autem sic sunt infideles damnantur quidem propter alia peccata, quae sine fide remitti non possunt, non autem damnantur propter infidelitatis peccatum. Unde dominus dicit, Ioan. XV, *si non venissem, et locutus eis non fuissem, peccatum non haberent*, quod exponens Augustinus dicit quod *loquitur de illo peccato quo non crediderunt in Christum*.

K prvnímu se tedy musí říci, že míti víru není v přirozenosti lidské; ale v přirozenosti lidské je, že mysl člověka neodporuje vnitřnímu pudu a vnějšímu hlásání pravdy. Pročež nevěra podle toho je proti přirozenosti.

K druhému se musí říci, že onen důvod platí o nevěře, pokud obsahuje prostý zápor.

K třetímu se musí říci, že nevěra, pokud je hříchem, vzniká z pýchy, z níž se stává, že člověk nechce podrobiti svůj rozum pravidlům víry a zdravému rozumu Otců. Pročež praví Řehoř, XXXI. Moral., že "z marné slávy vznikají novotářské opovážlivosti".

Ačkoliv by se mohlo říci, že, jako božské ctnosti se neuvádějí na ctnosti základní, nýbrž jsou dříve než ony, tak také neřesti, protilehlé božským ctnostem, se neuvádějí na hlavní neřesti.

X.2. Zda nevěra je v rozumu jako v podmětu.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že nevěra není v rozumu jako v podmětu. Neboť každý hřích je ve vůli, jak praví Augustin v knize o Dvou Duších. Ale nevěra je jakýmsi hříchem, jak bylo řečeno. Tedy nevěra je ve vůli, nikoli v rozumu.

Mimo to nevěra má ráz hříchu z toho, že se opovrhuje hlásáním víry. Ale opovržení se vztahuje k vůli. Tedy nevěra je ve vůli.

Mimo to II. Kor. 11 0 onom "I satan se přepodobuje v anděla světla" praví Glossa, že, "jestliže zlý anděl se dělá dobrým, i kdyby se věřilo, že je dobrý, není to omyl nebezpečný nebo chorobný, jestliže koná nebo mluví, co se hodí na dobré anděly". A důvodem toho se zdá býti správná vůle toho, kdo se k němu přidává, zamýšleje se přidati k dobrému andělu. Tedy zdá se, že celý hřích nevěry je v převrácené vůli. Není tedy v rozumu jako v podmětu.

Avšak proti, protiklady jsou v témže podmětu. Ale víra, proti níž je nevěra, je v rozumu jako v podmětu. Tedy i nevěra je v rozumu.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno svrchu, o hříchu se říká, že je v oné mohutnosti, jež je původem hříšného skutku. Hříšný skutek pak může míti dvojí původ. Jeden první a všeobecný, jenž poroučí všecky skutky hříchů; a tímto původem je vůle, protože každý hřích je dobrovolný. Jiný pak původ hříšného skutku je vlastní a nejbližší, jenž vykonává hříšný skutek, jako dychtivost je původem nestřídmosti a rozmařilosti a podle toho se říká, že nestřídmost a rozmařilost jsou v dychtivosti. Nepřísvědčiti pak, což je vlastním úkonem nevěry, je úkon rozumu, ale pohnutého vůlí, jakož i přisvědčiti. A tudíž nevěra jakož i víra je sice v rozumu jako v nejbližším podmětu, ve vůli však jako v první pohnutce. A tímto

II-II q. 10 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod habere fidem non est in natura humana, sed in natura humana est ut mens hominis non repugnet interiori instinctui et exteriori veritatis praedicationi. Unde infidelitas secundum hoc est contra naturam.

II-II q. 10 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit de infidelitate secundum quod importat simplicem negationem.

II-II q. 10 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod infidelitas secundum quod est peccatum, oritur ex superbia, ex qua contingit quod homo intellectum suum non vult subicere regulis fidei et sano intellectui patrum. Unde Gregorius dicit, XXXI Moral., quod *ex inani gloria oriuntur novitatum praesumptiones*. Quamvis posset dici quod, sicut virtutes theologicae non reducuntur ad virtutes cardinales, sed sunt priores eis; ita etiam vitia opposita virtutibus theologicis non reducuntur ad vitia capitalia.

2. Utrum infidelitas sit in intellectu sicut in subiecto.

II-II q. 10 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod infidelitas non sit in intellectu sicut in subiecto. Omne enim peccatum in voluntate est, ut Augustinus dicit, in libro de duabus Anim. Sed infidelitas est quoddam peccatum, ut dictum est. Ergo infidelitas est in voluntate, non in intellectu.

II-II q. 10 a. 2 arg. 2

K druhému se musí říci, že Církev nemá nad nevěřícími soud na uvalení duchovního trestu na ně Má však soud nad některými nevěřícími co do uvalení časného trestu; a sem patří, že někdy Církev pro některé zvláštní viny odnímá nevěřícím obcování s věřícími.

K třetímu se musí říci, že je pravděpodobnější, že sluha,

II-II q. 10 a. 9 arg. 3

Praeterea, dominus non potest uti servo nisi ei communicando saltem verbo, quia dominus movet servum per imperium. Sed Christiani possunt habere servos infideles, vel Iudaeos vel etiam Paganos sive Saracenos. Ergo possunt licite cum eis communicare.

II-II q. 10 a. 9 s. c.

Sed contra est quod dicitur Deut. VII, *non inibis cum eis foedus, nec misereberis eorum, neque sociabis cum eis connubia*. Et super illud Lev. XV, *mulier quae redeunte mense* etc., dicit Glossa, *sic oportet ab idololatria abstinere ut nec idololatras nec eorum discipulos contingamus, nec cum eis communionem habeamus*.

II-II q. 10 a. 9 co.

Respondeo dicendum quod communio alicuius personae interdicitur fidelibus dupliciter, uno modo, in poenam illius cui communio fidelium subtrahitur; alio modo, ad cautelam eorum quibus interdicitur ne alii communicent. Et utraque causa ex verbis apostoli accipi potest, I ad Cor. V. Nam postquam sententiam excommunicationis protulit, subdit pro ratione, *nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Et postea rationem subdit ex parte poenae per iudicium Ecclesiae illatae, cum dicit, *nonne de his qui intus sunt vos iudicatis?* Primo igitur modo non interdicit Ecclesia fidelibus communionem infidelium qui nullo modo fidem Christianam receperunt, scilicet Paganorum vel Iudaeorum, quia non habet de eis iudicare spirituali iudicio, sed temporali, in casu cum, inter Christianos commorantes, aliquam culpam committunt et per fideles temporaliter puniuntur. Sed isto modo, scilicet in poenam, interdicit Ecclesia fidelibus communionem illorum infidelium qui a fide suscepta deviant, vel corrumpendo fidem, sicut haeretici, vel etiam totaliter a fide recedendo, sicut apostatae. In utrosque enim horum excommunicationis sententiam profert Ecclesia. Sed quantum ad secundum modum, videtur esse distinguendum secundum diversas conditiones personarum et negotiorum et temporum. Si enim aliqui fuerint firmi in fide, ita quod ex communione eorum cum infidelibus conversio infidelium magis sperari possit quam fidelium a fide aversio; non sunt prohibendi infidelibus communicare qui fidem non susceperunt, scilicet Paganis vel Iudaeis, et maxime si necessitas urgeat. Si autem sint simplices et infirmi in fide, de quorum subversione probabiliter timeri possit, prohibendi sunt ab infidelium communione, et praecipue ne magnam familiaritatem cum eis habeant, vel absque necessitate eis communicent.

II-II q. 10 a. 9 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod dominus illud praecipit de illis gentibus quarum terram ingressuri erant Iudaei, qui erant proni ad idololatriam, et ideo timendum erat ne per continuam conversationem cum eis alienarentur a fide. Et ideo ibidem subditur, *quia seducet filium tuum ne sequatur me*.

II-II q. 10 a. 9 ad 2

Ad secundum dicendum quod Ecclesia in infideles non habet iudicium quoad poenam spiritualem eis infligendam. Habet tamen iudicium super aliquos infideles quoad temporalem poenam infligendam, ad quod pertinet quod Ecclesia aliquando, propter aliquas speciales culpas, subtrahit aliquibus infidelibus communionem fidelium.

II-II q. 10 a. 9 ad 3

jenž je řízen rozkazem pánovým, obrátí se na víru pána věřícího než naopak. A proto není zapověděno věřícím míti za sluhy nevěřící. Kdyby však pánu hrozilo nebezpečí z obcování s takovým služebníkem, měl by jej od sebe odvrhnouti, podle onoho přikázání Pána, Mat. 5 a 18: "Jestliže tě pohorší tvoje noha, utni ji a odvrz od sebe."

X.10. Zda nevěřící mohou míti představenství neboli panování nad věřícími.

Při desáté se postupuje takto: Zdá se, že nevěřící mohou míti představenství neboli panování nad věřícími. Neboť Apoštol praví, I. Tim. 6: "Kdokoliv jsou pod otrockým jhem, ať své pány považují za hodny vší úcty"; a že mluví o nevěřících, je patrné z toho, co dodává: "Avšak ti, kteří mají věřící pány, ať jimi nepohrdají." A I. Petr 2 se praví: "Služebníci, buďte poddáni ve vší bázni pánům nejen dobrým a skromným; nýbrž i náročným." Ale toto by nebylo přikazováno apoštolským učením, kdyby nevěřící nemohli vládnouti věřícím. Tedy se zdá, že nevěřící mohou vládnouti věřícím.

Mimo to, kdokoliv jsou z rodiny nějakého předáka, podléhají mu. Ale někteří věřící byli z rodin nevěřících předáků; pročež se praví, Filip. 4: "Pozdravují vás všichni svatí, zvláště však ti, kteří jsou z domu císaře," totiž Nerona, jenž byl nevěřící. Tedy nevěřící mohou vládnouti věřícím.

Mimo to, jak praví Filosof, I. Polit., služebník je nástrojem pánovým v těch, jež patří k lidskému životu, jako i umělcův pomocník je nástrojem umělcovým v těch, jež patří k vykonávání umění. Ale v takových věřící může býti poddán nevěřícímu, neboť věřící mohou býti dělníky u nevěřících. Tedy nevěřící mohou býti nadřízení věřícím i ohledně panování.

Avšak proti jest, že tomu, jenž vládne, náleží soud nad těmi, jimž vládne. Neboť Apoštol praví, I. Kor. 6: "Odvážíse někdo z vás, maje záležitost proti druhému, dáti se souditi u zlých," to jest nevěřících, "a nikoliv u svatých?" Tedy se zdá, že nevěřící nemohou vládnouti věřícím.

Odpovídám: Musí se říci, že o tom můžeme mluviti dvojmo. Jedním způsobem o panování nebo představenství nevěřících nad věřícími nově ustanovovaném. A toto se nemá dovoliti žádným způsobem. Neboť to zabíhá v pohoršení a nebezpečí víry; neboť snadno oni, kteří jsou poddáni pravomoci jiných, mohou býti přeměněni těmi, jimž podléhají, aby následovali jejich rozkazu, jestliže nejsou velké ctnosti oni, kteří jsou poddáni. A podobně nevěřící pohrdají vírou, jestliže poznávají chyby věřících. A proto Apoštol zapověděl, aby se věřící přeli na soudu před nevěřícím soudcem. A proto žádným způsobem nedovoluje Církev, aby nevěřící nabývali panování nad věřícími aneb aby jim jakkoliv byli nadřizování v nějakém úřadě.

Jiným způsobem můžeme mluviti o panování nebo představenství již dříve stávajícím. Při čemž je třeba uvážiti, že panování a představenství je zavedeno právem

Ad tertium dicendum quod magis est probabile quod servus, qui regitur imperio domini, convertatur ad fidem domini fidelis, quam e converso. Et ideo non est prohibitum quin fideles habeant servos infideles. Si tamen domino periculum immineret ex communione talis servi, deberet eum a se abiicere, secundum illud mandatum domini, Matth. V et XVIII, *si pes tuus scandalizaverit te, abscinde eum et proiice abs te*.

10. Utrum possint Christianis fidelibus praeesse.

II-II q. 10 a. 10 arg. 1

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod infideles possint habere praelationem vel dominium supra fideles. Dicit enim apostolus, I ad Tim. VI, *quicumque sunt sub iugo servi dominos suos omni honore dignos arbitrentur*, et quod loquatur de infidelibus patet per hoc quod subdit, *qui autem fideles habent dominos non contemnant*. Et I Pet. II dicitur, *servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis*. Non autem hoc praeceperetur per apostolicam doctrinam nisi infideles possent fidelibus praeesse. Ergo videtur quod infideles possint praeesse fidelibus.

II-II q. 10 a. 10 arg. 2

Praeterea, quicumque sunt de familia alicuius principis subsunt ei. Sed fideles aliqui erant de familiis infidelium principum, unde dicitur ad Philipp. IV, *salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Caesaris domo sunt*, scilicet Neronis, qui infidelis erat. Ergo infideles possunt fidelibus praeesse.

II-II q. 10 a. 10 arg. 3

Praeterea, sicut philosophus dicit, in I Polit., servus est instrumentum domini in his quae ad humanam vitam pertinent, sicut et minister artificis est instrumentum artificis in his quae pertinent ad operationem artis. Sed in talibus potest fidelis infideli subiici, possunt enim fideles infidelium coloni esse. Ergo infideles possunt fidelibus praefici etiam quantum ad dominium.

II-II q. 10 a. 10 s. c.

Sed contra est quod ad eum qui praeest pertinet habere iudicium super eos quibus praeest. Sed infideles non possunt iudicare de fidelibus, dicit enim apostolus, I ad Cor. VI, *audet aliquis vestrum, habens negotium adversus alterum, iudicari apud iniquos, idest infideles, et non apud sanctos?* Ergo videtur quod infideles fidelibus praeesse non possint.

II-II q. 10 a. 10 co.

Respondeo dicendum quod circa hoc dupliciter loqui possumus. Uno modo, de dominio vel praelatione infidelium super fideles de novo instituenda. Et hoc nullo modo permitti debet. Cedit enim hoc in scandalum et in periculum fidei, de facili enim illi qui subiiciuntur aliorum iurisdictioni immutari possunt ab eis quibus subsunt ut sequantur eorum imperium, nisi illi qui subsunt fuerint magnae virtutis. Et similiter infideles contemnunt fidem si fidelium defectus cognoscant. Et ideo apostolus prohibuit quod fideles non contendant iudicio coram iudice infideli. Et ideo nullo modo permittit Ecclesia quod infideles acquirant dominium super fideles, vel qualitercumque eis praeficiantur in aliquo officio. Alio modo possumus loqui de dominio vel praelatione iam praeexistenti. Ubi considerandum est quod dominium et praelatio introducta

lidským; rozlišení však na věřící a nevěřící je z práva božského. Avšak božské právo, jež je z milosti, neruší lidského práva, jež jest z přirozeného rozumu. A proto rozlišení na věřící a nevěřící neruší panování a představenství nevěřících nad věřícími. Avšak rozsudkem nebo nařízením Církve, mající autoritu Boží; může býti spravedlivě zrušeno takové právo k panování nebo představenství, poněvadž nevěřící po zásluze za svou nevěru zasluhují ztrátu moci nad věřícími, kteří se převádějí k synům Božím. Toto však Církev někdy činí, někdy pak nečiní. Neboť u oněch nevěřících, kteří jsou poddáni Církvi a jejím údům i časným poddanstvím, církevní právo stanoví toto, aby otrok u Židů hned jak se stane křesťanem, byl vysvobozen z otroctví bez jakéhokoliv výkupného, byl-li domácí, to jest v poddanství narozený; podobně, když jsa nevěřícím, byl koupen do otroctví. Jestliže však byl koupen na obchod, je povinen do tří měsíců jej vystaviti na prodej. A v tom nečiní Církev bezpráví, neboť když Židé jsou služebníky Církve, může rozhodovati o jejich věcech; právě tak i světští vladaři vydali mnoho zákonů pro své poddané ve prospěch svobody. Ale u oněch věřících, kteří nepodléhají časně Církvi nebo jejím údům, Církev nestanoví zmíněného práva, ačkoliv po právu by je mohla stanoviti. A to činí k uvarování pohoršení. Jako též Pán, Mat. 17., ukazuje, že se mohl vymluviti z poplatku, protože "synové jsou svobodni", přece však rozkázal zaplatiti poplatek k uvarování pohoršení. Rovněž tak i Pavel, když řekl, že služebníci mají ctíti své pány, dodává: "Aby se nerouhali jménu Páně a učení."

A z toho je patrná odpověď na první.

K druhému se musí říci, že ono představenství císařovo předcházelo rozlišení věřících od nevěřících, pročež se nezrušilo obrácením některých na víru. A bylo užitečné, aby někteří věřící měli místo v rodině císařově k hájení jiných věřících, jako svatý Šebestián posiloval mysli křesťanů, jež viděl klesati v mučení, a dosud se tajil pod vojenským pláštěm v domě Diokleciánově.

K třetímu se musí říci, že otroci jsou poddáni pánům vzhledem k celému životu a poddaní představeným ve všech záležitostech; avšak sluhové umělců jsou jim poddáni v některých zvláštních pracích. Pročež je nebezpečnější, aby nevěřící obdrželi panování nebo představenství nad věřícími, než aby od nich přijímali službu v nějakém umění. A proto Církev dovoluje, aby křesťané mohli vzdělávati pozemky Židů, neboť pro toto nemusí s nimi obcovati. I Šalomoun požádal tyrského krále o mistry prací na tesání kmenů, jak máme III. Král. 5. Kdyby však přece z takového společenství nebo soužití byla obava, že budou věřící převráceni, bylo by třeba vůbec to zapověděti.

X.11. Zda mají býti trpěny obřady nevěřících.

Při jedenácté se postupuje takto: Zdá se, že nemají býti trpěny obřady nevěřících. Neboť je jasné, že nevěřící hřeší svými obřady, je zachovávajíce. Ale zdá se, že souhlasí s hříchem, kdo nezabrání, ač by mohl zabrániti, jak máme v Glosse, k onomu Řím. 1: "Nejen ti, kteří činí, nýbrž též ti, kteří souhlasí s činícími." Tedy hřeší, kdo trpí jejich

sunt ex iure humano, distinctio autem fidelium et infidelium est ex iure divino. Ius autem divinum, quod est ex gratia, non tollit ius humanum, quod est ex naturali ratione. Et ideo distinctio fidelium et infidelium, secundum se considerata, non tollit dominium et praelationem infidelium supra fideles. Potest tamen iuste per sententiam vel ordinationem Ecclesiae, auctoritatem Dei habentis, tale ius dominii vel praelationis tolli, quia infideles merito suae infidelitatis merentur potestatem amittere super fideles, qui transferuntur in filios Dei sed hoc quidem Ecclesia quandoque facit, quandoque autem non facit. In illis enim infidelibus qui etiam temporali subiectione subiiciuntur Ecclesiae et membris eius, hoc ius Ecclesiae statuit, ut servus Iudaeorum, statim factus Christianus, a servitute liberetur, nullo pretio dato, si fuerit vernaculus, idest in servitute natus; et similiter si, infidelis existens, fuerit emptus ad servitium. Si autem fuerit emptus ad mercationem, tenetur eum infra tres menses exponere ad vendendum. Nec in hoc iniuriam facit Ecclesia, quia, cum ipsi Iudaei sint servi Ecclesiae, potest disponere de rebus eorum; sicut etiam principes saeculares multas leges ediderunt erga suos subditos in favorem libertatis. In illis vero infidelibus qui temporaliter Ecclesiae vel eius membris non subiacent, praedictum ius Ecclesia non statuit, licet posset instituere de iure. Et hoc facit ad scandalum vitandum. Sicut etiam dominus, Matth. XVII, ostendit quod poterat se a tributo excusare quia liberi sunt filii, sed tamen mandavit tributum solvi ad scandalum vitandum. Ita etiam et Paulus, cum dixisset quod servi dominos suos honorarent, subiungit, *ne nomen domini et doctrina blasphemetur*.

II-II q. 10 a. 10 ad 1

Unde patet responsio ad primum.

II-II q. 10 a. 10 ad 2

Ad secundum dicendum quod illa praelatio Caesaris praeexistebat distinctioni fidelium ab infidelibus, unde non solvebatur per conversionem aliquorum ad fidem. Et utile erat quod aliqui fideles locum in familia imperatoris haberent, ad defendendum alios fideles, sicut beatus Sebastianus Christianorum animos, quos in tormentis videbat deficere, confortabat, et adhuc latebat sub militari chlamyde in domo Diocletiani.

II-II q. 10 a. 10 ad 3

Ad tertium dicendum quod servi subiiciuntur dominis suis ad totam vitam, et subditi praefectis ad omnia negotia, sed ministri artificum subduntur eis ad aliqua specialia opera. Unde periculosius est quod infideles accipiant dominium vel praelationem super fideles quam quod accipiant ab eis ministerium in aliquo artificio. Et ideo permittit Ecclesia quod Christiani possint colere terras Iudaeorum, quia per hoc non habent necesse conversari cum eis. Salomon etiam expetiit a rege Tyri magistros operum ad ligna caedenda, ut habetur III Reg. V. Et tamen si ex tali communicatione vel convictu subversio fidelium timeretur, esset penitus interdicendum.

11. Utrum ritus infidelium sint tolerandi.

II-II q. 10 a. 11 arg. 1

Ad undecimum sic proceditur. Videtur quod ritus infidelium non sint tolerandi. Manifestum est enim quod infideles in suis ritibus peccant eos servando. Sed peccato consentire videtur qui non prohibet cum prohibere possit, ut habetur in Glossa Rom. I, super illud, *non solum qui*

obřady.

Mimo to obřady Židů se přirovnávají k modloslužbě, neboť k onomu Gal. 5: "Ať nejste opět drženi jhem otroctví," praví Glossa: "Není lehčí otroctví tohoto zákona, než modloslužby." Ale nesneslo by se, aby někteří konali modloslužebné obřady, naopak křesťanská knížata dala nejprve chrámy model zavříti a potom rozbořiti, jak vypravuje Augustin, XVIII. O Městě Bož. Tedy ani obřady Židů nemají býti trpěny.

Mimo to hříchy nevěry je nejtěžší, jak shora bylo pověděno. Ale jiné hříchy se netrpí, nýbrž po zákonu se trestají, jako cizoložství, krádež a jiné takové. Tedy ani obřady nevěřících nemají se trpěti.

Avšak proti jest, co v Decret., dist. 45., can. Kdo upřímně ..., praví Řehoř o Židech: "Ať mají svobodnou volnost zachovávati a slaviti všechny svoje slavnosti, jako dosud sami a jejich otcové uctivě drželi po dlouhé věky."

Odpovídám: Musí se říci, že lidská vláda se odvozuje od vlády Boží a má ji napodobovati, Ačkoliv však je všemohoucí a nejvýš dobrý, Bůh přece dopouští, aby se ve vesmíru děla některá zla, jimiž by mohl zameziti, aby jich odstraněním nebyla zničena větší dobra nebo také nenásledovala horší zla. Tak tedy i ve vládě lidské oni, kteří jsou nadřízeni, správně trpí některá zla, aby nedošlo k nějakým horším zlům, jak praví Augustin v II. O Řádě: "Odstraň nevěstky z věcí lidských a vše rozbouřiš chlípnostmi." Tak tedy, ačkoliv nevěřící svými obřady hřeší, mohou býti trpěni, buď pro nějaké dobro, jež z nich vzchází, nebo pro nějaké zlo, jež se zamezí.

Z toho však, že Židé zachovávají své obřady, jimiž kdysi byla předobrazována pravda víry, kterou dříve, přichází to dobro, že od nepřátel máme svědectví o naší víře, a jako v předobrazu se nám představuje, co věříme. A proto jsou trpěni se svými obřady. Obřady pak jiných nevěřících, jež nepřinášejí žádnou pravdu ani užitek, nemají se nějak trpěti, leč snad k zamezení nějakého zla, totiž k zamezení pohoršení nebo rozbroje, jež by z toho mohly pojíti, nebo překážky spásy těm, kteří tak trpění znenáhla se obracejí na víru. Neboť pro to Církev někdy trpěla i obřady bludařů a modlářů, když bylo velké množství nevěřících.

A tím je patrná odpověď na námitky.

X.12. Zda děti Židů a jiných nevěřících mají býti křtěny proti vůli rodičů.

Při dvanácté se postupuje takto: Zdá se, že děti Židů a jiných nevěřících mají býti křtěny proti vůli rodičů. Větší jest totiž manželský svazek než právo otcovské moci na děti, protože právo otcovské moci může býti člověkem rozvázáno, když syn se osamostatňuje, avšak manželský svazek nemůže býti rozvázán člověkem, podle onoho, Mat. 19: "Co Bůh spojil, člověk nerozlučuj." Ale pro nevěru se rozlučuje manželský svazek, neboť praví Apoštol, I. Kor. 7: "Jestliže nevěřící chce odejíti, ať odejde; neboť bratr ani

faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Ergo peccant qui eorum ritus tolerant.

II-II q. 10 a. 11 arg. 2

Praeterea, ritus Iudaeorum idololatriae comparantur, quia super illud Gal. V, *nolite iterum iugo servitutis contineri*, dicit Glossa, *non est levior haec legis servitus quam idololatriae*. Sed non sustinetur quod idololatriae ritum aliqui exercerent, quinimmo Christiani principes templa idolorum primo claudi, et postea dirui fecerunt, ut Augustinus narrat, XVIII de Civ. Dei. Ergo etiam ritus Iudaeorum tolerari non debent.

II-II q. 10 a. 11 arg. 3

Praeterea, peccatum infidelitatis est gravissimum, ut supra dictum est. Sed alia peccata non tolerantur, sed lege puniuntur, sicut adulterium, furtum et alia huiusmodi. Ergo etiam ritus infidelium tolerandi non sunt.

II-II q. 10 a. 11 s. c.

Sed contra est quod in decretis, dist. XLV, Can. qui sincera, dicit Gregorius de Iudaeis, *omnes festivitates suas, sicut hactenus ipsi et patres eorum per longa colentes tempora tenuerunt, liberam habeant observandi celebrandique licentiam*.

II-II q. 10 a. 11 co.

Respondeo dicendum quod humanum regimen derivatur a divino regimine, et ipsum debet imitari. Deus autem, quamvis sit omnipotens et summe bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in universo, quae prohibere posset, ne, eis sublatis, maiora bona tollerentur, vel etiam peiora mala sequerentur. Sic igitur et in regimine humano illi qui praesunt recte aliqua mala tolerant, ne aliqua bona impediantur, vel etiam ne aliqua mala peiora incurrantur, sicut Augustinus dicit, in II de ordine, *aufer meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libidinibus*. Sic igitur, quamvis infideles in suis ritibus peccent, tolerari possunt vel propter aliquod bonum quod ex eis provenit, vel propter aliquod malum quod vitatur. Ex hoc autem quod Iudaei ritus suos observant, in quibus olim praefigurabatur veritas fidei quam tenemus, hoc bonum provenit quod testimonium fidei nostrae habemus ab hostibus, et quasi in figura nobis repraesentatur quod credimus. Et ideo in suis ritibus tolerantur. Aliorum vero infidelium ritus, qui nihil veritatis aut utilitatis afferunt, non sunt aliqualiter tolerandi, nisi forte ad aliquod malum vitandum, scilicet ad vitandum scandalum vel dissidium quod ex hoc posset provenire, vel impedimentum salutis eorum, qui paulatim, sic tolerati, converturntur ad fidem. Propter hoc enim etiam haereticorum et Paganorum ritus aliquando Ecclesia toleravit, quando erat magna infidelium multitudo.

II-II q. 10 a. 11 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

12. Utrum pueri infidelium sint invitis parentibus baptizandi.

II-II q. 10 a. 12 arg. 1

Ad duodecimum sic proceditur. Videtur quod pueri Iudaeorum et aliorum infidelium sint baptizandi parentibus invitis. Maius enim est vinculum matrimoniale quam ius patriae potestatis, quia ius patriae potestatis potest per hominem solvi, cum filiusfamilias emancipatur; vinculum autem matrimoniale non potest solvi per hominem, secundum illud Matth. XIX, *quod Deus coniunxit homo non separet*. Sed propter infidelitatem solvitur vinculum

sestra v takových nejsou poddáni služebnosti. A Kánon praví, že "nechce-li nevěřící manžel bez urážky svého Stvořitele obstáti s druhým, tu druhý z manželů nemá s ním přebývati", Tedy mnohem spíše pro nevěru se ruší právo otcovské moci nad jeho syny. Mohou tedy jejich děti býti křtěny proti jejich vůli.

Mimo to spíše má se přispěti člověku při nebezpečí věčné smrti než při nebezpečí časné smrti. Ale kdyby někdo viděl člověka v nebezpečí časné smrti a nepřinesl mu pomoci, hřešil by. Poněvadž tedy děti Židů a jiných nevěřících jsou v nebezpečí věčné smrti, jestliže se ponechají rodičům, kteří je vyučují ve své nevěře, zdá se, že jim mají býti odňaty a pokřtěny a vyučeni ve víře.

Mimo to děti otroků jsou otroky a v moci pánů. Ale Židé jsou otroky králů a knížat. Tedy i jejich děti. Králové tedy a knížata mají moc činiti s dětmi Židů, co chtějí. Nebude tedy žádným bezprávím, jestliže je dají pokřtít proti vůli rodičů.

Mimo to, kterýkoliv člověk více jest Boha, od něhož má duši, než tělesného otce, od něhož má tělo. Není tedy nespravedlivé, jestliže děti Židů jsou odnímány tělesným rodičům a křtem jsou zasvěcovány Bohu.

Mimo to křest je účinnější pro spásu než kázání, protože křtem ihned se odstraní skvrna hříchu, závazek trestu a otvírá se brána nebe. Ale jestliže nebezpečí následuje z nedostatku kázání, přičítá se tomu, kdo nekázal, jak máme Ezech. 3 a 33 o tom, jenž "vidí přicházející meč a nerozezvučí troubu". Tedy mnohem spíše, jestliže děti Židů budou zavrženy nedostatkem křtu, přičítá se za hřích těm, kteří mohli křtíti a nepokřtili.

Avšak proti jest, že nikomu se nemá činiti bezpráví. Dálo by se však Židům bezpráví, kdyby jejich děti byly křtěny proti jejich vůli, protože by ztratili právo moci otcovské na děti již věřící. Tedy proti jejich vůli nemají býti křtěny.

Odpovídám: Musí se říci, že největší vážnost má zvyk Církve, jíž se vždy ve všem má následovati. Neboť i samo učení katolických učenců má autoritu od Církve; pročež více jest trvati na autoritě Církve než na autoritě Augustina, Jeronyma nebo kteréhokoliv učence. Zvyk Církve však nikdy neměl, že se křtily děti Židů proti vůli rodičů, ačkoliv v zašlých časech bylo mnoho katolických knížat velmi mocných, jako Konstantin, Theodosius, jejichž důvěrníky byli velmi svatí biskupové, jako Silvestr Konstantinův, Ambrož Theodosiův, a ti by žádným způsobem nebyli opomenuli dosáhnouti toho od nich, kdyby to bylo souhlasné s rozumem. A proto se zdá nebezpečné znova zaváděti toto tvrzení, aby mimo zvyk, až dosud v Církvi zachovávaný, děti Židů byly křtěny proti vůli rodičů.

A důvod toho je dvojí. A to jeden pro nebezpečí víry. Kdyby totiž děti, nemající dosud užívání rozumu, přijímaly křest, potom, až by přicházely do dospělého věku, snadno by mohly býti navedeny od rodičů, aby opustily, co přijaly

matrimoniale, dicit enim apostolus, I ad Cor. VII, *quod si infidelis discedit, discedat, non enim servituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi*; et canon dicit quod si coniux infidelis non vult sine contumelia sui creatoris cum altero stare, quod alter coniugum non debet ei cohabitare. Ergo multo magis propter infidelitatem tollitur ius patriae potestatis in suos filios. Possunt ergo eorum filii baptizari eis invitis.

II-II q. 10 a. 12 arg. 2

Praeterea, magis debet homini subveniri circa periculum mortis aeternae quam circa periculum mortis temporalis. Sed si aliquis videret hominem in periculo mortis temporalis et ei non ferret auxilium, peccaret. Cum ergo filii Iudaeorum et aliorum infidelium sint in periculo mortis aeternae si parentibus relinquuntur, qui eos in sua infidelitate informant, videtur quod sint eis auferendi et baptizandi et in fidelitate instruendi.

II-II q. 10 a. 12 arg. 3

Praeterea, filii servorum sunt servi et in potestate dominorum. Sed Iudaei sunt servi regum et principum. Ergo et filii eorum. Reges igitur et principes habent potestatem de filiis Iudaeorum facere quod voluerint. Nulla ergo erit iniuria si eos baptizent invitis parentibus.

II-II q. 10 a. 12 arg. 4

Praeterea, quilibet homo magis est Dei, a quo habet animam, quam patris carnalis, a quo habet corpus. Non ergo est iniustum si pueri Iudaeorum carnalibus parentibus auferantur et Deo per Baptismum consecrentur.

II-II q. 10 a. 12 arg. 5

Praeterea, Baptismus efficacior est ad salutem quam praedicatio, quia per Baptismum statim tollitur peccati macula, reatus poenae, et aperitur ianua caeli. Sed si periculum sequitur ex defectu praedicationis, imputatur ei qui non praedicavit, ut habetur Ezech. III, et XXXIII de eo qui *videt gladium venientem et non insonuerit tuba*. Ergo multo magis, si pueri Iudaeorum damnentur propter defectum Baptismi, imputatur ad peccatum eis qui potuerunt baptizare et non baptizaverunt.

II-II q. 10 a. 12 s. c.

Sed contra, nemini facienda est iniuria. Fieret autem Iudaeis iniuria si eorum filii baptizarentur eis invitis, quia amitterent ius patriae potestatis in filios iam fideles. Ergo eis invitis non sunt baptizandi.

II-II q. 10 a. 12 co.

Respondeo dicendum quod maximam habet auctoritatem Ecclesiae consuetudo, quae semper est in omnibus aemulanda. Quia et ipsa doctrina Catholicorum doctorum ab Ecclesia auctoritatem habet, unde magis standum est auctoritati Ecclesiae quam auctoritati vel Augustini vel Hieronymi vel cuiuscumque doctoris. Hoc autem Ecclesiae usus nunquam habuit quod Iudaeorum filii invitis parentibus baptizarentur, quamvis fuerint retroactis temporibus multi Catholici principes potentissimi, ut Constantinus, Theodosius, quibus familiares fuerunt sanctissimi episcopi, ut Sylvester Constantino et Ambrosius Theodosio, qui nullo modo hoc praetermisissent ab eis impetrare, si hoc esset consonum rationi. Et ideo periculosum videtur hanc assertionem de novo inducere, ut praeter consuetudinem in Ecclesia hactenus observatam, Iudaeorum filii invitis parentibus baptizarentur. Et huius ratio est duplex. Una quidem propter periculum fidei. Si

v neznalosti. A to by se obracelo ve škodu víry.

Druhý pak důvod je, že to odporuje přirozené spravedlnosti. Neboť dítě přirozeně je něco otcového. A sice nejprve se nerozlišuje od rodičů podle těla, dokud je uzavřeno v lůně matčině. Potom však, když vychází z lůna, pokud nemá užívání svobodné vůle, je obklopeno péčí rodičů jako nějakým duchovním lůnem. Pokud totiž dítě nemá užívání rozumu, neliší se od živočicha bez rozumu. Proto jako podle práva občanského vůl a kůň je něčí, aby ho užíval, když chce, jako vlastního nástroje, právě tak je podle přirozeného práva, že dítě, dokud nemá užívání rozumu, je pod péčí otcovou. A proto by bylo proti přirozené spravedlnosti, kdyby dítě, než má užívání rozumu, bylo zbavováno péče rodičů nebo aby s ním bylo nějak nakládáno proti vůli rodičů. Když však začíná míti užívání svobodné vůle, již začíná býti svým a může pečovati o sebe v těch, jež jsou práva božského nebo přirozeného. A tehdy má se přiváděti k víře nikoliv nucením nýbrž přesvědčováním a může i proti vůli rodičů přivoliti k víře a býti pokřtěno; nikoli však, dokud nemá užívání rozumu. Pročež se praví o dětech starých Otců, že "byli spaseni ve víře rodičů", čímž se dává rozuměti, že rodičům přísluší postarati se dětem o jejich spásu, především dokud nemají užívání rozumu.

K prvnímu se tedy musí říci, že v manželském svazku oba manželé mají užívání svobodné vůle a každý z nich může přesvědčiti k víře i proti vůli druhého. To však není na místě u dítěte, dokud nemá užívání rozumu. Když však má užívání rozumu, pak platí podobnost, chce-li se obrátiti.

K druhému se musí říci, že ze smrti přirozenostní nemá býti nikdo vytržen proti řádu občanského zákona: jako, je-li někdo od svého soudce odsouzen k časné smrti, nikdo nemá jej násilně vytrhnouti. A proto též nikdo nemá rušiti řád přirozeného práva, podle něhož dítě je pod péčí otcovou, aby je vysvobodil od nebezpečí věčné smrti.

K třetímu se musí říci, že Židé jsou otroky knížat otroctvím občanským, jež nevylučuje řádu zákona přirozeného nebo božského.

Ke čtvrtému se musí říci, že člověk je k Bohu zařízen rozumem, jímž jej může poznati. A proto dítě, dokud nemá užívání rozumu, přirozeným řádem je zařízeno k Bohu rozumem rodičů, jejichž péči přirozeně podléhá; a podle jejich rozhodnutí má se na něm vykonati božské.

K pátému se musí říci, že nebezpečí, jež následuje z opomenutého kázání, nehrozí leč těm, jimž je svěřen úřad kazatelský. A proto se v Ezech. předesílá: "Za dohlížitele dal jsem tě synům izraelským." Postarati se pak dětem nevěřících o svátosti spásy, náleží jejich rodičům. A proto jim hrozí nebezpečí, jestliže jejich děti utrpí ztrátu spásy pro opomenutí svátostí.

enim pueri nondum usum rationis habentes Baptismum susciperent, postmodum, cum ad perfectam aetatem perveniret, de facili possent a parentibus induci ut relinquerent quod ignorantes susceperunt. Quod vergeret in fidei detrimentum. Alia vero ratio est quia repugnat iustitiae naturali. Filius enim naturaliter est aliquid patris. Et primo quidem a parentibus non distinguitur secundum corpus, quandiu in matris utero continetur. Postmodum vero, postquam ab utero egreditur, antequam usum liberi arbitrii habeat, continetur sub parentum cura sicut sub quodam spirituali utero. Quandiu enim usum rationis non habet puer, non differt ab animali irrationali. Unde sicut bos vel equus est alicuius ut utatur eo cum voluerit, secundum ius civile, sicut proprio instrumento; ita de iure naturali est quod filius, antequam habeat usum rationis, sit sub cura patris. Unde contra iustitiam naturalem esset si puer, antequam habeat usum rationis, a cura parentum subtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur invitis parentibus. Postquam autem incipit habere usum liberi arbitrii, iam incipit esse suus, et potest, quantum ad ea quae sunt iuris divini vel naturalis, sibi ipsi providere. Et tunc est inducendus ad fidem non coactione, sed persuasione; et potest etiam invitis parentibus consentire fidei et baptizari, non autem antequam habeat usum rationis. Unde de pueris antiquorum patrum dicitur quod salvati sunt in fide parentum, per quod datur intelligi quod ad parentes pertinet providere filiis de sua salute, praecipue antequam habeant usum rationis.

II-II q. 10 a. 12 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in vinculo matrimoniali uterque coniugum habet usum liberi arbitrii, et uterque potest invito altero fidei assentire. Sed hoc non habet locum in puero antequam habeat usum rationis. Sed postquam habet usum rationis, tunc tenet similitudo, si converti voluerit.

II-II q. 10 a. 12 ad 2

Ad secundum dicendum quod a morte naturali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris civilis, puta, si aliquis a suo iudice condemnetur ad mortem temporalem, nullus debet eum violenter eripere. Unde nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris naturalis, quo filius est sub cura patris, ut eum liberet a periculo mortis aeternae.

II-II q. 10 a. 12 ad 3

Ad tertium dicendum quod Iudaei sunt servi principum servitute civili, quae non excludit ordinem iuris naturalis vel divini.

II-II q. 10 a. 12 ad 4

Ad quartum dicendum quod homo ordinatur ad Deum per rationem, per quam eum cognoscere potest. Unde puer, antequam usum rationis habeat, naturali ordine ordinatur in Deum per rationem parentum, quorum curae naturaliter subiacet; et secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum divina agenda.

II-II q. 10 a. 12 ad 5

Ad quintum dicendum quod periculum quod sequitur de praedicatione omissa non imminet nisi eis quibus commissum est officium praedicandi, unde in Ezechiel praemittitur, *speculatorem dedi te filiis Israel*. Providere autem pueris infidelium de sacramentis salutis pertinet ad parentes eorum. Unde eis imminet periculum si, propter subtractionem sacramentorum, eorum parvuli detrimentum salutis patiantur.

XI. O bludu.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o bludu.

A o něm jsou čtyři otázky.

1. Zda blud je druh nevěry.
2. O jeho látce, v níž jest.
3. Zda bludaři mají býti trpěni.
4. Zda vracející se mají býti přijímáni.

XI.1. Zda blud je druh nevěry.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že blud není druh nevěry. Neboť nevěra je v rozumu, jak shora bylo řečeno. Ale zdá se, že blud nenáleží rozumu, nýbrž spíše síle žádostivé. Neboť praví Jeronym a Decr. 24.: "Blud se jmenuje řecky od volby, že totiž si každý vyvolí nauku, kterou považuje za lepší." Ale volba je úkonem síly žádostivé, jak shora bylo řečeno. Tedy blud není druh nevěry.

Mimo to neřest dostává druh především z cíle; proto praví Filosof, V. Ethic., že "ten, kdo smilní, aby kradl, více je zlodějem než smilníkem". Ale cíl bludu je časný prospěch a hlavně předáctví a sláva, což náleží k neřesti pýchy nebo chtivosti. Neboť Augustin praví, v knize O užitečnosti víry, že "bludařem je, kdo pro nějaký časný prospěch a hlavně pro slávu a své předáctví tvoří nesprávné nebo nové domněnky nebo je následuje". Tedy blud není druh nevěry, nýbrž pýchy.

Mimo to, poněvadž je nevěra v rozumu, zdá se, že nenáleží tělu. Ale blud náleží ke skutkům těla. Praví totiž Apoštol, Gal. 5: "Zřejmé jsou skutky těla, jež jsou smilstvo, nečistota," a mezi ostatními potom dodává: "neshody, sekty", což je totéž jako bludy. Tedy blud není druh nevěry.

Avšak proti jest, že nesprávnost se protiví pravdě Avšak bludařem je, kdo tvoří nebo následuje nesprávné nebo nové domněnky. Tedy se protiví pravdě, o niž se opírá víra. Tedy je obsažen v nevěře.

Odpovídám: Musí se říci, že ve slově blud, jak bylo řečeno, je pojem volby. Volba však, jak shora bylo řečeno, je o těch, která jsou k cíli, za předpokladu cíle. V uvření však vůle dává souhlas nějakému pravdivu jako vlastnímu dobru, jak je patrné z dříve řečeného. A proto, co je předním dobrem, má ráz posledního cíle, která však jsou druhotná, mají ráz těch, jež jsou k cíli. Protože pak, kdokoliv věří, přisvědčuje k něčím slovům, zdá se, že je přední a jako cíl v každém věření onen, jehož slovům se věří, a jako druhotná jsou ta, jichž držením někdo chce někomu přisvědčiti. Tak tedy, kdo má správně křesťanskou víru, svou vůlí přisvědčuje Kristu v tom, co opravdu náleží k jeho učení. Tedy od správnosti křesťanské víry někdo může se odchýliti dvojmo. Jedním způsobem, že sám nechce přisvědčiti Kristu; a tento má jako zlou vůli vůči

11. De vitiis oppositis fidei quantum ad haeresim.

Prooemium

II-II q. 11 pr.

Deinde considerandum est de haeresi. Circa quam quaeruntur quatuor. Primo, utrum haeresis sit infidelitatis species. Secundo, de materia eius circa quam est. Tertio, utrum haeretici sint tolerandi. Quarto, utrum revertentes sint recipiendi.

1. Utrum haeresis sint infidelitatis species.

II-II q. 11 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod haeresis non sit infidelitatis species. Infidelitas enim in intellectu est, ut supra dictum est. Sed haeresis non videtur ad intellectum pertinere, sed magis ad vim appetitivam. Dicit enim Hieronymus, et habetur in decretis, XXIV, qu. III, *haeresis Graece ab electione dicitur, quod scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam quam putat esse meliorem*, electio autem est actus appetitivae virtutis, ut supra dictum est. Ergo haeresis non est infidelitatis species.

II-II q. 11 a. 1 arg. 2

Praeterea, vitium praecipue accipit speciem a fine, unde philosophus dicit, in V Ethic., quod *ille qui moechatur ut furetur, magis est fur quam moechus*. Sed finis haeresis est commodum temporale, et maxime principatus et gloria, quod pertinet ad vitium superbiae vel cupiditatis, dicit enim Augustinus, in libro de Util. Cred., quod *haereticus est qui alicuius temporalis commodi, et maxime gloriae principatusque sui gratia, falsas ac novas opiniones vel gignit vel sequitur*. Ergo haeresis non est species infidelitatis, sed magis superbiae.

II-II q. 11 a. 1 arg. 3

Praeterea, infidelitas, cum sit in intellectu, non videtur ad carnem pertinere. Sed haeresis pertinet ad opera carnis, dicit enim apostolus, ad Gal. V, *manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia*; et inter cetera postmodum subdit, dissensiones, sectae, quae sunt idem quod haereses. Ergo haeresis non est infidelitatis species.

II-II q. 11 a. 1 s. c.

Sed contra est quod falsitas veritati opponitur. Sed *haereticus est qui falsas vel novas opiniones vel gignit vel sequitur*. Ergo opponitur veritati, cui fides innititur. Ergo sub infidelitate continetur.

II-II q. 11 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod nomen haeresis, sicut dictum est, electionem importat. Electio autem, ut supra dictum est, est eorum quae sunt ad finem, praesupposito fine. In credendis autem voluntas assentit alicui vero tanquam proprio bono, ut ex supradictis patet. Unde quod est principale verum habet rationem finis ultimi, quae autem secundaria sunt habent rationem eorum quae sunt ad finem. Quia vero quicumque credit alicuius dicto assentit, principale videtur esse, et quasi finis, in unaquaque credulitate ille cuius dicto assentitur, quasi autem secundaria sunt ea quae quis tenendo vult alicui assentire. Sic igitur qui recte fidem Christianam habet sua voluntate assentit Christo in his quae vere ad eius doctrinam

samému cíli. A toto náleží k druhu nevěry pohanů a Židů. Jiným způsobem tím, že zamýšlí sice přisvědčiti Kristu, avšak chybuje ve volbě toho, v čem má Kristu přisvědčiti, protože nevolí ta, jež opravdu jsou podávána Kristem, nýbrž ta, jež mu vnuká vlastní mysl. A proto blud je druh nevěry patřící těm, kteří vyznávají víru v Krista, avšak porušují jeho dogmata.

K prvnímu se tedy musí říci, že tímto způsobem volba náleží k nevěře jako též vůle k víře, jak bylo shora řečeno.

K druhému se musí říci, že neřesti mají druh nejbližšího cíle, ale ze vzdáleného cíle mají rod a příčinu. Jako když někdo smilní, aby kradl, je tu sice druh smilstva z vlastního cíle a předmětu, avšak z posledního cíle se ukazuje, že smilstvo pochází od krádeže a v něm je obsaženo jako výsledek v příčině nebo jako druh v rodě, jak je zřejmé z toho, co shora bylo řečeno o činech povšechně A proto podobně i v probíraném, blízkým cílem bludu jest lnouti k vlastní nesprávné myšlence, a z toho má druh. Ze vzdáleného cíle se ukazuje jeho příčina, totiž že vzniká z pýchy nebo chtivosti.

K třetímu se musí říci, že jako blud se jmenuje od volby, tak sekta od sledování, jak praví Isidor v knize Etymol.; a proto blud a sekta je totéž. A obojí náleží k skutkům těla, ne totiž co do samého úkonu nevěry vzhledem k nejbližšímu předmětu, nýbrž z důvodu příčiny, jíž jest buď žádost nenáležitého cíle, pokud vzniká z pýchy nebo chtivosti; jak bylo řečeno, nebo též nějaký klam obrazivosti, jenž je počátkem bloudění, jak praví i Filosof v IV. Metaf. Obrazivost však nějakým způsobem náleží tělu, pokud její úkon jest ústrojím tělesným.

XI.2. Zda blud je vlastně o tom, co jest ve víře.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že blud není vlastně o tom, co jest ve víře. Jako totiž jsou bludy a sekty mezi křesťany, tak byly i mezi Židy a farizeji, jak praví Isidor v knize Etymol. Ale jejich spory nebyly o tom, co jest ve víře. Tedy blud není vlastně o tom, co jest ve víře, jako o vlastní látce.

Mimo to látkou víry jsou věci, které se věří. Ale blud není jen o věcech, nýbrž i o slovech a o výkladech svatého Písma. Neboť praví Jeronym, že "kdo jinak rozumí Písmu, než jak vyžaduje smysl Ducha svatého, od něhož je Písmo, ačkoliv neodešel z Církve, přece může býti nazýván bludařem." A jinde praví, že "z pouhých slov nespořádaně proneseným nastává blud." Tedy blud není vlastně o látce víry.

Mimo to se shledává, že i o tom, co náleží k víře, někdy se různí posvátní učenci, jako Jeronym a Augustin o konci zákonných předpisů. A přece je to bez neřesti bludu. Tedy blud není vlastně o látce víry.

pertinent. A rectitudine igitur fidei Christianae dupliciter aliquis potest deviare. Uno modo, quia ipsi Christo non vult assentire, et hic habet quasi malam voluntatem circa ipsum finem. Et hoc pertinet ad speciem infidelitatis Paganorum et Iudaeorum. Alio modo, per hoc quod intendit quidem Christo assentire, sed deficit in eligendo ea quibus Christo assentiat, quia non eligit ea quae sunt vere a Christo tradita, sed ea quae sibi propria mens suggerit. Et ideo haeresis est infidelitatis species pertinens ad eos qui fidem Christi profitentur, sed eius dogmata corrumpunt.

II-II q. 11 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod hoc modo electio pertinet ad infidelitatem sicut et voluntas ad fidem, ut supra dictum est.

II-II q. 11 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod vitia habent speciem ex fine proximo, sed ex fine remoto habent genus et causam. Sicut cum aliquis moechatur ut furetur, est ibi quidem species moechiae ex proprio fine et obiecto, sed ex fine ultimo ostenditur quod moechia ex furto oritur, et sub eo continetur sicut effectus sub causa vel sicut species sub genere, ut patet ex his quae supra de actibus dicta sunt in communi. Unde et similiter in proposito finis proximus haeresis est adhaerere falsae sententiae propriae, et ex hoc speciem habet. Sed ex fine remoto ostenditur causa eius, scilicet quod oritur ex superbia vel cupiditate.

II-II q. 11 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut haeresis dicitur ab eligendo, ita secta a sectando, sicut Isidorus dicit, in libro Etymol., et ideo haeresis et secta idem sunt. Et utrumque pertinet ad opera carnis, non quidem quantum ad ipsum actum infidelitatis respectu proximi obiecti, sed ratione causae, quae est vel appetitus finis indebiti, secundum quod oritur ex superbia vel cupiditate, ut dictum est; vel etiam aliqua phantastica illusio, quae est errandi principium, ut etiam philosophus dicit, in IV Metaphys. Phantasia autem quodammodo ad carnem pertinet, inquantum actus eius est cum organo corporali.

2. Utrum haeresis sit proprie circa ea quae sunt fidei.

II-II q. 11 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod haeresis non sit proprie circa ea quae sunt fidei. Sicut enim sunt haereses et sectae in Christianis, ita etiam fuerunt in Iudaeis et Pharisaeis, sicut Isidorus dicit, in libro Etymol. Sed eorum dissensiones non erant circa ea quae sunt fidei. Ergo haeresis non est circa ea quae sunt fidei sicut circa propriam materiam.

II-II q. 11 a. 2 arg. 2

Praeterea, materia fidei sunt res quae creduntur. Sed haeresis non solum est circa res, sed etiam circa verba, et circa expositiones sacrae Scripturae. Dicit enim Hieronymus quod *quicumque aliter Scripturam intelligit quam sensus spiritus sancti efflagitat, a quo scripta est, licet ab Ecclesia non recesserit, tamen haereticus appellari potest*, et alibi dicit quod ex verbis inordinate prolatis fit haeresis. Ergo haeresis non est proprie circa materiam fidei.

II-II q. 11 a. 2 arg. 3

Praeterea, etiam circa ea quae ad fidem pertinent inveniuntur quandoque sacri doctores dissentire, sicut Hieronymus et Augustinus circa cessationem legalium. Et

Avšak proti jest, co praví Augustin proti Manichejským: "Ti, kteří v Církvi Kristově něco chorobného a špatného myslí, jestliže napomenuti, aby myslili zdravé a správné, zatvrzele odporují a nechtějí opraviti svoje morové a smrtící nauky, nýbrž setrvávají v obhajování, jsou bludaři." Avšak morové a smrtící nauky nejsou leč ony, jež se protiví naukám víry, jíž "spravedlivý žije", jak se praví Řím 1. Tedy blud je o tom, co jest ve víře, jako o vlastní látce.

Odpovídám: Musí se říci, že nyní mluvíme o bludu, pokud obnáší porušení křesťanské víry. Nenáleží však k porušení křesťanské víry, jestliže má někdo klamnou domněnku o tom, co není ve víře, jako o měřických nebo jiných tohoto způsobu, jež naprosto nemohou náležeti k víře, nýbrž jen tehdy, když někdo má klamnou domněnku o těch, jež k víře náleží. A k ní něco náleží dvojmo, jak shora bylo řečeno: Jedním způsobem, přímo a hlavně, jako články víry. Jiným způsobem, nepřímo a druhotně, jako ta, z nichž následuje porušení některého článku. A stran obojího může býti blud tím způsobem, jako je víra.

K prvnímu se tedy musí říci, že jako bludy Židů a farizeů byly stran některých domněnek náležejících k židovství a farizeismu, tak i bludy křesťanů jsou stran oněch, jež náleží k víře Kristově

K druhému se musí říci, že se praví, že ten jinak vykládá Písmo svaté, než jak žádá Duch sv., kdo k tomu překrucuje výklad Písma svatého, že odporuje tomu, co je zjeveno Duchem sv. A proto se praví Ezech. 13, o nepravých prorocích, že "nepřestávají potvrzovati řeč", totiž nesprávnými výklady Písma. - Podobně i slovy, která někdo mluví, vyznává svou víru, neboť vyznání je úkon víry, jak shora bylo řečeno. A proto, je-li nezřízené mluvení o tom, co jest ve víře, může z toho následovati porušení víry. Pročež papež Lev praví v kterémsi listě Proteriovi, biskupu alexandrijskému: "Nepřátelé kříže Kristova činí nástrahy všemu, i našim slovům i slabikám, takže, kdybychom jim dali nějakou jen nepatrnou příležitost, lhali by, že se shodujeme se smýšlením Nestoriovým."

K třetímu se musí říci, že, jak praví Augustin a jak je v Decret. 24, ot. 3: "Jestliže někteří svůj názor, třebas nesprávný a zvrácený, hájí bez drzé prudkosti, ale hledají s obezřetnou pečlivostí pravdu, ochotni se opraviti, až ji naleznou, nikterak nemají býti počítáni mezi bludaře", protože není u nich volby odporující nauce Církve. Tak tedy se zdá, že někteří učenci se neshodovali buď o tom, na čem ve víře nezáleží, zda se tak nebo jinak drží, nebo též v některých náležejících k víře, jež ještě nebyly Církví určeny. Když však jsou určeny autoritou Církve, kdyby někdo takovému rozhodnutí zatvrzele odporoval, byl by považován za bludaře. A tato vážnost sídlí hlavně v nejvyšším veleknězi. Praví se totiž, 24. ot. 1.: "Kdykoliv se přetřásá obsah víry, myslím, že všichni naši bratři a spolubiskupové se mají obraceti jen k Petrovi, to jest k

tamen hoc est absque vitio haeresis. Ergo haeresis non est proprie circa materiam fidei.

II-II q. 11 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, contra Manichaeos, *qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid pravumque quid sapiunt, si correcti ut sanum rectumque sapiant, resistant contumaciter, suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt, haeretici sunt*. Sed pestifera et mortifera dogmata non sunt nisi illa quae opponuntur dogmatibus fidei, per quam iustus vivit, ut dicitur Rom. I. Ergo haeresis est circa ea quae sunt fidei sicut circa propriam materiam.

II-II q. 11 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod de haeresi nunc loquimur secundum quod importat corruptionem fidei Christianae. Non autem ad corruptionem fidei Christianae pertinet si aliquis habeat falsam opinionem in his quae non sunt fidei, puta in geometricalibus vel in aliis huiusmodi, quae omnino ad fidem pertinere non possunt, sed solum quando aliquis habet falsam opinionem circa ea quae ad fidem pertinent. Ad quam aliquid pertinet dupliciter, sicut supra dictum est, uno modo, directe et principaliter, sicut articuli fidei; alio modo, indirecte et secundario, sicut ea ex quibus sequitur corruptio alicuius articuli. Et circa utraque potest esse haeresis, eo modo quo et fides.

II-II q. 11 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod sicut haereses Iudaeorum et Pharisaeorum erant circa opiniones aliquas ad Iudaismum vel Pharisaeam pertinentes, ita etiam Christianorum haereses sunt circa ea quae pertinent ad fidem Christi.

II-II q. 11 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod ille dicitur aliter exponere sacram Scripturam quam spiritus sanctus efflagitat qui ad hoc expositionem sacrae Scripturae intorquet quod contrariatur ei quod est per spiritum sanctum revelatum. Unde dicitur Ezech. XIII de falsis prophetis quod perseveraverunt confirmare sermonem, scilicet per falsas expositiones Scripturae. Similiter etiam per verba quae quis loquitur suam fidem profitetur, est enim confessio actus fidei, ut supra dictum est. Et ideo si sit inordinata locutio circa ea quae sunt fidei, sequi potest ex hoc corruptio fidei. Unde Leo Papa in quadam epistola ad Proterium episcopum Alexandrinum, dicit, *quia inimici Christi crucis omnibus et verbis nostris insidiantur et syllabis, nullam illis vel tenuem occasionem demus qua nos Nestoriano sensui congruere mentiantur*.

II-II q. 11 a. 2 ad 3

Mimo to naděje a zoufalství jsou o tomtéž. Ale někdo může zoufati nad věčnou blažeností někoho; jinak by nadarmo říkal Augustin v knize o Slov. Páně, že nad nikým se nesmí zoufati, dokud žije. Tedy také může někdo doufati pro druhého život věčný.

Avšak proti jest, co praví Augustin v Enchirid., že "naděje není leč o věcech, příslušejících tomu, jenž se uvádí jako nositel naděje o nich".

Odpovídám: Musí se říci, že naděje o něčem může býti dvojmo.. Jednak naprostě, a tak je pouze o dobru obtížném, vztahujícím se k nositeli. Jednak z předpokladu druhého, a tak může býti také o těch věcech, jež se vztahují k druhému. Aby to bylo zřejmé, je třeba věděti, že láska a naděje se liší v tom, že láska přináší jakési sjednocení milujícího s milovaným, naděje pak přináší jakýsi pohyb či vypětí touhy po nějakém obtížném dobru. Sjednocení pak se týká nějakých věcí rozličných; a tudíž láska se může přímo vztahovati na jiného, jejž si někdo sjednocuje láskou, maje ho jako sebe sama. Pohyb však je vždycky k vlastnímu cíli, úměrnému s pohnutelným; a tudíž naděje se přímo týká vlastního dobra, ne však toho, jež se vztahuje k jinému. Ale s předpokladem sjednocení lásky s druhým může již někdo toužiti a doufati něco druhému jako sobě. A podle toho může někdo pro druhého doufati život věčný, pokud je s ním sjednocen láskou. A jako je táž ctnost lásky, jíž kdo miluje Boha, sebe sama a bližního, tak také je táž ctnost naděje, jíž kdo doufá pro sebe sama i pro jiného.

A tím je patrná odpověď na námitky.

XVII.4. Zda někdo může dovoleně doufati v člověka.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že někdo může dovoleně doufati v člověka. Neboť předmětem naděje je věčná blaženost. Ale k dosažení věčné blaženosti jsme podporováni ochranou svatých; praví totiž Řehoř v I. Dial., že "předurčení se podporuje prosbami svatých". Tedy může někdo doufati v člověka.

Mimo to, nemůže-li někdo doufati v člověka, nemohlo by se někomu připisovati za neřest, že v něho nemůže někdo doufati. Ale to se o některých tvrdí jako neřest, jak je patrné Jerem. 9: "Střez se každý bližního svého, a žádnému bratru svému nedůvěřuj." Tedy dovoleně může někdo doufati v člověka.

Mimo to prosba je výkladem naděje, jak bylo řečeno. Ale dovoleně může člověk o něco prositi člověka. Tedy může

opus bonum perficiet usque in diem Christi Iesu. Perfectio aut illius diei erit beatitudo aeterna. Ergo aliquis potest alteri sperare beatitudinem aeternam.

II-II q. 17 a. 3 arg. 2

Praeterea, ea quae a Deo petimus speramus obtinere ab eo. Sed a Deo petimus quod alios ad beatitudinem aeternam perducat, secundum illud Iac. ult., *orate pro invicem ut salvemini*. Ergo possumus aliis sperare beatitudinem aeternam.

II-II q. 17 a. 3 arg. 3

Praeterea, spes et desperatio sunt de eodem. Sed aliquis potest desperare de beatitudine aeterna alicuius, alioquin frustra diceret Augustinus, in libro de Verb. Dom., *de nemine esse desperandum dum vivit*. Ergo etiam potest aliquis sperare alteri vitam aeternam.

II-II q. 17 a. 3 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in Enchirid., quod *spes non est nisi rerum ad eum pertinentium qui earum spem gerere perhibetur*.

II-II q. 17 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod spes potest esse alicuius dupliciter. Uno quidem modo, absolute, et sic est solum boni ardui ad se pertinentis. Alio modo, ex praesuppositione alterius, et sic potest esse etiam eorum quae ad alium pertinent. Ad cuius evidentiam sciendum est quod amor et spes in hoc differunt quod amor importat quandam unionem amantis ad amatum; spes autem importat quendam motum sive protensionem appetitus in aliquod bonum arduum. Unio autem est aliquorum distinctorum, et ideo amor directe potest respicere alium, quem sibi aliquis unit per amorem, habens eum sicut seipsum. Motus autem semper est ad proprium terminum proportionatum mobili, et ideo spes directe respicit proprium bonum, non autem id quod ad alium pertinet. Sed praesupposita unione amoris ad alterum, iam aliquis potest desiderare et sperare aliquid alteri sicut sibi. Et secundum hoc aliquis potest sperare alteri vitam aeternam, inquantum est ei unitus per amorem. Et sicut est eadem virtus caritatis qua quis diligit Deum, seipsum et proximum, ita etiam est eadem virtus spei qua quis sperat sibi ipsi et alii.

II-II q. 17 a. 3 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

4. Utrum homo licite possit sperare in homine.

II-II q. 17 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod aliquis possit licite sperare in homine. Spei enim obiectum est beatitudo aeterna. Sed ad beatitudinem aeternam consequendam adiuvamur patrociniis sanctorum, dicit enim Gregorius, in I Dial., quod *praedestinatio iuvatur precibus sanctorum*. Ergo aliquis potest in homine sperare.

II-II q. 17 a. 4 arg. 2

Praeterea, si non potest aliquis sperare in homine, non esset reputandum alicui in vitium quod in eo aliquis sperare non possit. Sed hoc de quibusdam in vitium dicitur, ut patet Ierem. IX, *unusquisque a proximo suo se custodiat, et in omni fratre suo non habeat fiduciam*. Ergo licite potest aliquis sperare in homine.

II-II q. 17 a. 4 arg. 3

Praeterea, petitio est interpretativa spei, sicut dictum est.

dovoleně v něho doufati.

Avšak proti jest, co se praví Jerem. 17: "Zlořečený člověk, jenž důvěřuje v člověka."

Odpovídám: Musí se říci, že naděje, jak bylo řečeno, přihlíží ke dvojímu: totiž k dobru, jež míní obdržeti, a k pomoci, jíž se ono dobro dostává. Dobro pak, jež kdo doufá obdržeti, má ráz příčiny účelné, pomoc pak, jíž kdo doufá ono dobro obdržeti, má ráz příčiny účinné. V rodu obojí příčiny pak lze nalézti hlavní a podružné. Hlavním totiž cílem je cíl poslední; podružným pak cílem je dobro, jež jest k cíli. Podobně hlavní činná příčina je první činitel; podružná pak příčina účinná je podružný činitel nástrojný. Naděje pak se týká věčné blaženosti jako posledního cíle, božské pomoci pak jako první příčiny, uvádějící do blaženosti. Jako tudíž není dovoleno doufati nějaké dobro mimo blaženost jako poslední cíl, nýbrž pouze jako to, co směřuje k cíli blaženosti, tak také není dovoleno doufati v nějakého člověka nebo v nějakého tvora jakožto v první příčinu, pohybující k blaženosti; je však dovoleno doufati v nějakého člověka nebo v nějakého tvora jakožto v činitele podružného a nástrojného, jímž je někdo podporován k dosažení jakýchkoli dober, směřujících k blaženosti. - A tímto způsobem se obracíme ke svatým, a žádáme některé věci od lidí, a jsou haněni ti, v něž nemůže někdo důvěřovati stran přispění na pomoc.

A tím je patrná odpověď na námitky.

XVII.5. Zda naděje je ctnost božská.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že naděje není ctnost božská: Neboť ctnost božská jest, jež má Boha za předmět. Ale naděje nemá jenom Boha za předmět, nýbrž též jiná dobra, jež doufáme od Boha obdržeti. Tedy naděje není ctností božskou.

Mimo to ctnost božská nestává prostřed dvou neřestí, jak jsme měli svrchu. Ale naděje stává prostřed opovážlivosti a zoufalství. Tedy naděje není ctností božskou.

Mimo to čekání patří k velkodušnosti, jež jest částí statečnosti. Poněvadž tedy naděje je jakýmsi čekáním, zdá se, že naděje není ctností božskou, nýbrž mravní.

Mimo to předmět naděje je obtížný. Ale směřovati k obtížnému patří k velkodušnosti, jež je ctností mravní. Tedy naděje je ctnost mravní a ne božská.

Avšak proti jest, že v I. Kor. 13 se vyčítává s věrou a láskou, jež jsou ctnostmi božskými.

Odpovídám: Musí se říci, že, poněvadž odlišnosti druhové sebou samými rozdělují rod, je třeba dáti pozor, odkud má naděje ráz ctnosti, k tomu, abychom věděli, pod jakou odlišností ctnosti má se umístiti. Bylo pak řečeno svrchu, že

Sed licite potest homo aliquid petere ab homine. Ergo licite potest sperare de eo.

II-II q. 17 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicitur Ierem. XVII, *maledictus homo qui confidit in homine*.

II-II q. 17 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod spes, sicut dictum est, duo respicit, scilicet bonum quod obtinere intendit; et auxilium per quod illud bonum obtinetur. Bonum autem quod quis sperat obtinendum habet rationem causae finalis; auxilium autem per quod quis sperat illud bonum obtinere habet rationem causae efficientis. In genere autem utriusque causae invenitur principale et secundarium. Principalis enim finis est finis ultimus; secundarius autem finis est bonum quod est ad finem. Similiter principalis causa agens est primum agens; secundaria vero causa efficiens est agens secundarium instrumentale. Spes autem respicit beatitudinem aeternam sicut finem ultimum; divinum autem auxilium sicut primam causam inducentem ad beatitudinem. Sicut igitur non licet sperare aliquod bonum praeter beatitudinem sicut ultimum finem, sed solum sicut id quod est ad finem beatitudinis ordinatum; ita etiam non licet sperare de aliquo homine, vel de aliqua creatura, sicut de prima causa movente in beatitudinem; licet autem sperare de aliquo homine, vel de aliqua creatura, sicut de agente secundario et instrumentali, per quod aliquis adiuvatur ad quaecumque bona consequenda in beatitudinem ordinata. Et hoc modo ad sanctos convertimur; et ab hominibus aliqua petimus; et vituperantur illi de quibus aliquis confidere non potest ad auxilium ferendum.

II-II q. 17 a. 4 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

5. Utrum spes sit virtus theologica.

II-II q. 17 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod spes non sit virtus theologica. Virtus enim theologica est quae habet Deum pro obiecto. Sed spes non habet solum Deum pro obiecto, sed etiam alia bona quae a Deo obtinere speramus. Ergo spes non est virtus theologica.

II-II q. 17 a. 5 arg. 2

Praeterea, virtus theologica non consistit in medio duorum vitiorum, ut supra habitum est. Sed spes consistit in medio praesumptionis et desperationis. Ergo spes non est virtus theologica.

II-II q. 17 a. 5 arg. 3

Praeterea, expectatio pertinet ad longanimitatem, quae est pars fortitudinis. Cum ergo spes sit quaedam expectatio, videtur quod spes non sit virtus theologica, sed moralis.

II-II q. 17 a. 5 arg. 4

Praeterea, obiectum spei est arduum. Sed tendere in arduum pertinet ad magnanimitatem, quae est virtus moralis. Ergo spes est virtus moralis, et non theologica.

II-II q. 17 a. 5 s. c.

Sed contra est quod, I ad Cor. XIII, connumeratur fídei et caritati quae sunt virtutes theologicae.

II-II q. 17 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod, cum differentiae specificae per se dividant genus, oportet attendere unde habeat spes

naděje má ráz ctnosti z toho, že dosahuje nejvyššího pravidla lidských skutků; kteréhožto dosahuje i jako první příčiny účinné, pokud se opírá o její pomoc, i jako poslední příčiny účelné, pokud v požívání jí očekává blaženost. A tak je patrné, že hlavním předmětem naděje, pokud je ctností, jest Bůh. Poněvadž tudíž v tom záleží ráz božské ctnosti, že má. Boha za předmět, jak bylo řečeno svrchu, jest jasné, že naděje jest ctnost božská.

K prvnímu se tedy musí říci, že, cokoli jiného naděje očekává dosíci, doufá to ve vztahu k Bohu jako k poslednímu cíli a jako k první příčině účinné, jak bylo řečeno.

K druhému se musí říci, že střed se béře u spravovaných a měřených podle toho, jak se dosahuje pravidla nebo měřítka; podle toho pak, jak se přesahuje pravidlo, je to nadbytečné, podle chybění pak k pravidlu je to zmenšené. U samotného pak pravidla nebo měřítka není brátí střed a kraje. Ctnost mravní však je stran těch věcí, jež se řídí rozumem jakožto stran vlastního předmětu, a tudíž samo sebou jí přísluší býti prostřed se strany vlastního předmětu. Ale ctnost božská je stran samotného prvního pravidla, nespravovaného jiným pravidlem, jakožto stran vlastního předmětu. A tudíž samo sebou a podle vlastního předmětu nepřísluší božské ctnosti býti prostřed. Ale může jí to příslušeti případkově, z důvodu toho, co je zařízeno k hlavnímu předmětu. Jako víra nemůže míti střed a kraje v tom, že se opírá o první pravdu, o niž se nikdo nemůže opírati příliš; ale se stran toho: co věří, může míti střed a kraje, jako jedna pravda je prostřed mezi dvěma klamy. A podobně naděje nemá středu a krajů se strany hlavního předmětu, protože o božskou pomoc se nikdo nemůže opírati příliš; ale vzhledem k tomu, več někdo důvěřuje, že dosáhne, může býti střed a kraje; pokud buď spoléhá na to, co je nad jeho úměr, nebo zoufá nad tím; co je mu úměrné.

K třetímu se musí říci, že čekání, jež se uvádí ve výměru naděje, nepřináší odklad jako čekání, jež se vztahuje k velkodušnosti; ale obsahuje ohled na božskou pomoc, ať se to, co doufáme, oddálí nebo neoddálí.

Ke čtvrtému se musí říci, že velkodušnost míří k obtížnému, doufajíc něco, na co má moci. Pročež přihlíží vlastně k vykonání něčeho velikého. Ale naděje, pokud je ctností božskou, přihlíží k obtížnému, jehož se má dosáhnouti pomocí druhého, jak bylo řečeno.

XVII.6. Zda naděje je ctnost odlišná od jiných ctností božských.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že naděje není ctnost odlišná od jiných božských. Zběhlosti se totiž rozlišují podle předmětů, jak bylo řečeno svrchu. Ale týž je předmět naděje i jiných božských ctností. Tedy naděje se neliší od jiných božských ctností.

Mimo to ve Vyznání víry, v němž víru prohlašujeme, se

rationem virtutis, ad hoc quod sciamus sub qua differentia virtutis collocetur. Dictum est autem supra quod spes habet rationem virtutis ex hoc quod attingit supremam regulam humanorum actuum; quam attingit et sicut primam causam efficientem, inquantum eius auxilio innititur; et sicut ultimam causam finalem, inquantum in eius fruitione beatitudinem expectat. Et sic patet quod spei, inquantum est virtus, principale obiectum est Deus. Cum igitur in hoc consistat ratio virtutis theologicae quod Deum habeat pro obiecto, sicut supra dictum est, manifestum est quod spes est virtus theologica.

II-II q. 17 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod quaecumque alia spes adipisci expectat, sperat in ordine ad Deum sicut ad ultimum finem et sicut ad primam causam efficientem, ut dictum est.

II-II q. 17 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod medium accipitur in regulatis et mensuratis secundum quod regula vel mensura attingitur; secundum autem quod exceditur regula, est superfluum; secundum autem defectum a regula, est diminutum. In ipsa autem regula vel mensura non est accipere medium et extrema. Virtus autem moralis est circa ea quae regulantur ratione sicut circa proprium obiectum, et ideo per se convenit ei esse in medio ex parte proprii obiecti. Sed virtus theologica est circa ipsam regulam primam, non regulatam alia regula, sicut circa proprium obiectum. Et ideo per se, et secundum proprium obiectum, non convenit virtuti theologicae esse in medio. Sed potest sibi competere per accidens, ratione eius quod ordinatur ad principale obiectum. Sicut fides non potest habere medium et extrema in hoc quod innitatur primae veritati, cui nullus potest nimis inniti, sed ex parte eorum quae credit, potest habere medium et extrema, sicut unum verum est medium inter duo falsa. Et similiter spes non habet medium et extrema ex parte principalis obiecti, quia divino auxilio nullus potest nimis inniti, sed quantum ad ea quae confidit aliquis se adepturum, potest ibi esse medium et extrema, inquantum vel praesumit ea quae sunt supra suam proportionem, vel desperat de his quae sunt sibi proportionata.

II-II q. 17 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod expectatio quae ponitur in definitione spei non importat dilationem, sicut expectatio quae pertinet ad longanimitatem, sed importat respectum ad auxilium divinum, sive illud quod speratur differatur, sive non differatur.

II-II q. 17 a. 5 ad 4

Ad quartum dicendum quod magnanimitas tendit in arduum sperans aliquid quod est suae potestatis. Unde proprie respicit operationem aliquorum magnorum. Sed spes, secundum quod est virtus theologica, respicit arduum alterius auxilio assequendum, ut dictum est.

6. De distinctione eius ab aliis virtutibustheolo icis.

II-II q. 17 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod spes non sit virtus distincta ab aliis theologicis. Habitus enim distinguuntur secundum obiecta, ut supra dictum est. Sed idem est obiectum spei et aliarum virtutum theologicarum. Ergo spes non distinguitur ab aliis virtutibus theologicis.

II-II q. 17 a. 6 arg. 2

praví: "Očekávám mrtvých vzkříšení a život budoucího věku." Ale očekávání budoucí blaženosti se vztahuje k naději, jak bylo řečeno svrchu. Tedy naděje se nerozlišuje od víry.

Mimo to nadějí tíhne člověk k Bohu. Ale to vlastně patří k lásce. Tedy naděje se nerozlišuje od lásky.

Avšak proti, kde není rozlišení, tam není počtu. Ale naděje se vyčítává s jinými ctnostmi božskými; praví totiž Řehoř v I. Moral.; že jsou tři ctnosti: víra, naděje a láska: Tedy naděje je ctnost odlišná od jiných božských.

Odpovídám: Musí se říci, že některá ctnost se nazývá božskou z toho, že má Boha za předmět, na němž utkví. Může pak někdo na některé věci utkvíti dvojmo: jednak pro sebe samo, jednak, pokud se z toho dospívá k jinému. Láska tudíž působí, že člověk utkví na Bohu pro něho samého, sjednocujíc mysl člověka s Bohem citem lásky. Naděje pak a víra působí, že člověk utkví na Bohu jako jakémsi základu, z něhož nám něco přichází.

Z Boha pak nám přichází i poznání pravdy i dosažení dokonalé dobroty. Víra tedy působí, že člověk utkví na Bohu, pokud je nám základem poznávání pravdy; věříme totiž, že to je pravdivé, co nám říká Bůh. Naděje pak působí utkvění na Bohu, pokud je nám základem dokonalé dobroty, pokud se totiž nadějí opíráme o božskou pomoc k dosažení blaženosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že Bůh podle jiného a jiného rázu je předmětem těchto ctností, jak bylo řečeno. K rozlišení pak zběhlosti stačí různý ráz předmětu, jak jsme měli svrchu.

K druhému se musí říci, že očekávání se uvádí ve Vyznání víry, ne že by bylo vlastním úkonem víry, nýbrž pokud úkon naděje předpokládá víru, jak bude řečeno, a tak úkony víry se objasňují úkony naděje.

K třetímu se musí říci, že naděje působí tíhnutí k Bohu jako k dosažení nějakého konečného dobra, a jako k jakési pomoci, účinné k přispění. Ale láska vlastně působí tíhnutí k Bohu, sjednocujíc cit člověka s Bohem, aby totiž člověk žil nikoli sobě, nýbrž Bohu.

XVII.7. Zda naděje předchází víru.

Při sedmé se postupuje takto: Zdá se, že naděje předchází víru. Protože o onom Žalm. "Doufej v Hospodina a čiň dobrotu" praví Glosa: "Naděje je vstupem k víře, počátkem spásy." Ale spása jest věrou, jíž býváme ospravedlněni. Tedy naděje předchází víru.

Mimo to, co se klade ve výměru něčeho, musí býti dříve, a více známé. Ale naděje se klade ve výměru víry, jak je patrné Žid.: "Víra je základem věcí nadějných." Tedy naděje je dříve než víra.

Mimo to naděje předchází záslužný skutek; praví totiž Apoštol, I. Kor. 9, že, "kdo orá, má orati v naději na dosažení plodů". Ale úkon víry je záslužný. Tedy naděje

Praeterea, in symbolo fidei, in quo fidem profitemur, dicitur, *expecto resurrectionem mortuorum et vitam futuri saeculi*. Sed expectatio futurae beatitudinis pertinet ad spem, ut supra dictum est. Ergo spes a fide non distinguitur.

II-II q. 17 a. 6 arg. 3

Praeterea, per spem homo tendit in Deum. Sed hoc proprie pertinet ad caritatem. Ergo spes a caritate non distinguitur.

II-II q. 17 a. 6 s. c.

Sed contra, ubi non est distinctio ibi non est numerus. Sed spes connumeratur aliis virtutibus theologicis, dicit enim Gregorius, in I Moral., esse tres virtutes, fidem, spem et caritatem. Ergo spes est virtus distincta ab aliis theologicis.

II-II q. 17 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod virtus aliqua dicitur theologica ex hoc quod habet Deum pro obiecto cui inhaeret. Potest autem aliquis alicui rei inhaerere dupliciter, uno modo, propter seipsum; alio modo, inquantum ex eo ad aliud devenitur. Caritas igitur facit hominem Deo inhaerere propter seipsum, mentem hominis uniens Deo per affectum amoris. Spes autem et fides faciunt hominem inhaerere Deo sicut cuidam principio ex quo aliqua nobis proveniunt. De Deo autem provenit nobis et cognitio veritatis et adeptio perfectae bonitatis. Fides ergo facit hominem Deo inhaerere inquantum est nobis principium cognoscendi veritatem, credimus enim ea vera esse quae nobis a Deo dicuntur. Spes autem facit Deo adhaerere prout est nobis principium perfectae bonitatis, inquantum scilicet per spem divino auxilio innitimur ad beatitudinem obtinendam.

II-II q. 17 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Deus secundum aliam et aliam rationem est obiectum harum virtutum, ut dictum est. Ad distinctionem autem habituum sufficit diversa ratio obiecti, ut supra habitum est.

II-II q. 17 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod expectatio ponitur in symbolo fidei non quia sit actus proprius fidei, sed inquantum actus spei praesupponit fidem, ut dicetur, et sic actus fidei manifestantur per actus spei.

II-II q. 17 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod spes facit tendere in Deum sicut in quoddam bonum finale adipiscendum, et sicut in quoddam adiutorium efficax ad subveniendum. Sed caritas proprie facit tendere in Deum uniendo affectum hominis Deo, ut scilicet homo non sibi vivat sed Deo.

7. Utrum spes praecedat fidem.

II-II q. 17 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod spes praecedat fidem. Quia super illud Psalm., *spera in domino, et fac bonitatem*, dicit Glossa, *spes est introitus fidei, initium salutis*. Sed salus est per fidem, per quam iustificamur. Ergo spes praecedit fidem.

II-II q. 17 a. 7 arg. 2

Praeterea, illud quod ponitur in definitione alicuius debet esse prius et magis notum. Sed spes ponitur in definitione fidei, ut patet Heb. XI, fides est substantia rerum sperandarum. Ergo spes est prior fide.

II-II q. 17 a. 7 arg. 3

Praeterea, spes praecedit actum meritorium, dicit enim apostolus, I ad Cor. IX, quod *qui arat debet arare in spe*

předchází víru.

Avšak proti jest, co se praví Mat. l: "Abraham zplodil Izáka", to jest víra naději, jak praví Glosa.

Odpovídám: Musí se říci, že víra naprosto předchází naději. Neboť předmětem naděje je dobro budoucí obtížné, jež možno míti. K tomu tedy; aby někdo doufal, se vyžaduje, aby předmět naděje mu byl předložen jako možný. Ale předmětem naděje je jednak věčná blaženost a jednak božská pomoc, jak je patrné z řečeného. A obojí z toho se nám předkládá věrou, jíž se nám stává známým, že můžeme dojíti věčného života a že nám k tomu byla připravena božská pomoc, podle onoho Žid. II: "Přistupující k Bohu musí věřiti, že jest, a že hledajícím ho jest odplatitelem." Pročež jest jasné, že víra předchází naději.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak tamtéž dodává Glosa, naděje se nazývá vstupem k víře, to jest k věci věřené, protože nadějí se vstupuje k vidění toho, co se věří. - Nebo se může říci, že je vstupem k víře, protože jí člověk vchází k tomu, aby byl ustálen a zdokonalen ve víře.

K druhému se musí říci, že ve výměru víry se uvádí věc nadějná, protože vlastním předmětem víry jest neviditelno podle sebe sama. Pročež bylo nutné, aby byl označen jakýmsi opsáním skrze to, co je důsledkem víry.

K třetímu se musí říci, že ne každý záslužný skutek má předcházející naději, ale stačí, má-li provázející nebo následující.

XVII.8. Zda láska jest před nadějí.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že láska je před nadějí. Praví totiž Ambrož o onom Luk. 17: "Kdybyste měli víru jako zrno hořčičné" atd.: "Z víry je láska, z lásky naděje." Ale víra je před láskou. Tedy láska je před nadějí.

Mimo to Augustin praví, XIV. O Městě Božím, že "dobrá hnutí a city přicházejí z milování a svaté lásky". Ale doufati, pokud jest úkonem naděje, jest jakési dobré hnutí ducha. Tedy vyplývá z lásky.

Mimo to Mistr praví, XXVI. dist. III. kn. Sent., že naděje vychází ze zásluh, jež předcházejí nejenom věc doufanou, nýbrž i naději, kterou povahou předchází láska. Tedy láska je před nadějí.

Avšak proti jest, co praví Apoštol, I. Tim. 1: "Cílem přikázání jest láska z čistého srdce a dobrého svědomí." Glosa: "To jest z naděje." Tedy naděje jest před láskou.

Odpovídám: Musí se říci, že dvojí jest řád. Jeden podle cesty vzniku a hmoty, podle něhož nedokonalé jest před dokonalým. Jiný pak jest řád dokonalosti a tvaru, podle něhož dokonalé jest přirozeně před nedokonalým. Tudíž

fructus percipiendi. Sed actus fidei est meritorius. Ergo spes praecedit fidem.

II-II q. 17 a. 7 s. c.

Sed contra est quod Matth. I dicitur, *Abraham genuit Isaac*, idest fides spem, sicut dicit Glossa.

II-II q. 17 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod fides absolute praecedit spem. Obiectum enim spei est bonum futurum arduum possibile haberi. Ad hoc ergo quod aliquis speret, requiritur quod obiectum spei proponatur ei ut possibile. Sed obiectum spei est uno modo beatitudo aeterna, et alio modo divinum auxilium, ut ex dictis patet. Et utrumque eorum proponitur nobis per fidem, per quam nobis innotescit quod ad vitam aeternam possumus pervenire, et quod ad hoc paratum est nobis divinum auxilium, secundum illud Heb. XI, *accedentem ad Deum oportet credere quia est, et quia inquirentibus se remunerator est*. Unde manifestum est quod fides praecedit spem.

II-II q. 17 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Glossa ibidem subdit, spes dicitur introitus fidei, idest rei creditae, quia per spem intratur ad videndum illud quod creditur. Vel potest dici quod est introitus fidei quia per eam homo intrat ad hoc quod stabiliatur et perficiatur in fide.

II-II q. 17 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod in definitione fidei ponitur res speranda quia proprium obiectum fidei est non apparens secundum seipsum. Unde fuit necessarium ut quadam circumlocutione designaretur per id quod consequitur ad fidem.

II-II q. 17 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod non omnis actus meritorius habet spem praecedentem, sed sufficit si habeat concomitantem vel consequentem.

8. Utrum sit posterior caritate.

II-II q. 17 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod caritas sit prior spe. Dicit enim Ambrosius, super illud Luc. XVII, *si habueritis fidem sicut granum sinapis, etc., ex fide est caritas, ex caritate spes*. Sed fides est prior caritate. Ergo caritas est prior spe.

II-II q. 17 a. 8 arg. 2

Praeterea, Augustinus dicit, XIV de Civ. Dei, quod *boni motus atque affectus ex amore et sancta caritate veniunt*. Sed sperare, secundum quod est actus spei, est quidam bonus animi motus. Ergo derivatur a caritate.

II-II q. 17 a. 8 arg. 3

Praeterea, Magister dicit, XXVI dist. III Lib. Sent., quod *spes ex meritis provenit, quae praecedunt non solum rem speratam, sed etiam spem, quam natura praeit caritas*. Caritas ergo est prior spe.

II-II q. 17 a. 8 s. c.

Sed contra est quod apostolus dicit, I ad Tim. I, *finis praecepti caritas est de corde puro et conscientia bona*, Glossa, idest spe. Ergo spes est prior caritate.

II-II q. 17 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod duplex est ordo. Unus quidem secundum viam generationis et materiae, secundum quem imperfectum prius est perfecto. Alius autem ordo est

podle prvního řádu naděje je před láskou. Což, je patrné tak. Protože naděje a všechno žádostivé hnutí vyplývá z lásky, jak jsme měli svrchu, když se jednalo o vášních. Láska pak jedna je dokonalá; jedna nedokonalá. Dokonalá jest láska, jíž jest někdo milován podle sebe, jako třebas komu někdo chce dobro, jako člověk miluje přítele. Nedokonalá jest láska, jíž kdo miluje něco nikoli podle toho samého, nýbrž aby se onoho dobra jemu samotnému dostalo, jako člověk miluje věc, po níž touží. První pak milování Boha se vztahuje k lásce, jež lne k Bohu podle něho samého; ale naděje se vztahuje k druhému milování; protože ten, kdo doufá, zamýšlí pro sebe něco obdržeti. A tudíž na cestě vzniku je naděje před láskou. Jako se totiž někdo přivádí k milování Boha tím, že, boje se, aby nebyl od něho potrestán, ustává od hříchu, jak praví Augustin, o prvním kanonickém Jan., tak také i naděje vede k lásce, pokud někdo, doufaje, že bude od Boha odměněn, rozohňuje se k milování Boha -a zachování jeho přikázání. - Ale podle řádu dokonalosti jest láska přirozeně dříve. A tudíž s příchodem lásky stává se naděje dokonalejší, protože v přátele nejvíce doufáme. A tímto způsobem praví Ambrož, že naděje jest z lásky.

Z čehož je patrná odpověď k prvnímu.

K druhému se musí říci, že naděje a všechen žádostivý pohyb vychází z nějaké lásky, jíž totiž někdo miluje očekávané dobro. Ale ne každá naděje vychází z lásky, nýbrž pouze hnutí naděje utvářené, jíž totiž někdo doufá dobro od Boha jako od přítele.

K třetímu se musí říci, že Mistr mluví o 'naději utvářené, jíž přirozeně předchází láska a zásluhy, z lásky pocházející.

XVIII. O podmětu naděje.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Nato jest uvažovati o podmětu naděje.

A o tom jsou čtyři otázky.

1. Zda ctnost naděje je ve vůli jako v podmětu.
2. Zda je v blažených.
3. Zda je v zavržených.
4. Zda u poutníků má jistotu.

XVIII.1. Zda naděje je ve vůli jeho v podmětu.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že naděje není ve vůli jako v podmětu. Neboť předmětem naděje jest dobro obtížné, jak bylo řečeno svrchu. Obtížným však není předmět vůle, nýbrž žádostivosti náhlivé. Tedy naděje není ve vůli, nýbrž v žádostivosti náhlivé.

Mimo to, k tomu, k čemu stačí jedno, zbytečně se přidává jiné. Ale k zdokonalení mohutnosti vůle stačí láska, jež jest nejdokonalejší z ctností. Tedy naděje není ve vůli.

Mimo to jedna mohutnost nemůže býti zároveň ve. dvou perfectionis et formae, secundum quem perfectum naturaliter prius est imperfecto. Secundum igitur primum ordinem spes est prior caritate. Quod sic patet. Quia spes, et omnis appetitivus motus, ex amore derivatur, ut supra habitum est, cum de passionibus ageretur. Amor autem quidam est perfectus, quidam imperfectus. Perfectus quidem amor est quo aliquis secundum se amatur, ut puta cui aliquis vult bonum, sicut homo amat amicum. Imperfectus amor est quo quis amat aliquid non secundum ipsum, sed ut illud bonum sibi ipsi proveniat, sicut homo amat rem quam concupiscit. Primus autem amor Dei pertinet ad caritatem, quae inhaeret Deo secundum seipsum, sed spes pertinet ad secundum amorem, quia ille qui sperat aliquid sibi obtinere intendit. Et ideo in via generationis spes est prior caritate. Sicut enim aliquis introducitur ad amandum Deum per hoc quod, timens ab ipso puniri, cessat a peccato, ut Augustinus dicit, super primam canonicam Ioan.; ita etiam et spes introducit ad caritatem, inquantum aliquis, sperans remunerari a Deo, accenditur ad amandum Deum et servandum praecepta eius. Sed secundum ordinem perfectionis caritas naturaliter prior est. Et ideo, adveniente caritate, spes perfectior redditur, quia de amicis maxime speramus. Et hoc modo dicit Ambrosius quod spes est ex caritate.

II-II q. 17 a. 8 ad 1

Unde patet responsio ad primum.

II-II q. 17 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod spes, et omnis motus appetitivus, ex amore provenit aliquo, quo scilicet aliquis amat bonum expectatum. Sed non omnis spes provenit a caritate, sed solum motus spei formatae, qua scilicet aliquis sperat bonum a Deo ut ab amico.

II-II q. 17 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod Magister loquitur de spe formata, quam naturaliter praecedit caritas, et merita ex caritate causata.

18. De spe quantum ad subiectum eius.

Prooemium

II-II q. 18 pr.

Deinde considerandum est de subiecto spei. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum virtus spei sit in voluntate sicut in subiecto. Secundo, utrum sit in beatis. Tertio, utrum sit in damnatis. Quarto, utrum in viatoribus habeat certitudinem.

1. Utrum spes sit in voluntate skut in subiecto.

II-II q. 18 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod spes non sit in voluntate sicut in subiecto. Spei enim obiectum est bonum arduum, ut supra dictum est. Arduum autem non est obiectum voluntatis, sed irascibilis. Ergo spes non est in voluntate, sed in irascibili.

II-II q. 18 a. 1 arg. 2

Praeterea, ad id ad quod unum sufficit, superflue apponitur aliud. Sed ad perficiendum potentiam voluntatis sufficit caritas, quae est perfectissima virtutum. Ergo spes non est in voluntate.

II-II q. 18 a. 1 arg. 3

úkonech, jako rozum nemůže zároveň rozuměti mnohá. Ale úkon naděje může býti zároveň s úkonem lásky: Poněvadž tedy úkon lásky jasně patří k vůli, nepatří k ní úkon naděje. Tak tedy naděje není ve vůli.

Avšak proti, duše není schopna Boha leč podle mysli, v níž jest paměť; rozumnost a vůle, jak je patrné u Augustina, v knize O Troj. Ale naděje je ctnost božská, mající Boha za předmět. Poněvadž tudíž není ani v paměti ani v rozumnosti, jež patří k síle poznávací, zbývá, že jest ve vůli jako v podmětu.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak je z řečeného patrné, zběhlosti se poznávají skrze úkony. Úkon naděje pak jest jakýmsi hnutím žádostivé části, poněvadž jejím předmětem jest dobro. Poněvadž pak jest dvojí žádostivost v člověku, totiž žádostivost smyslová, jež se dělí na náhlivou a dychtící, a žádostivost rozumová, jež se nazývá vůlí, jak jsme měli v První, podobná hnutí, jež jsou v nižší žádostivosti s vášní, jsou ve vyšší bez vášně, jak z řečeného je patrné. Úkon pak ctnosti naděje se nemůže vztahovati k žádostivosti smyslové, protože dobro, jež jest hlavním předmětem této ctnosti, není nějaké dobro smyslové, nýbrž dobro božské. A tudíž naděje jest v žádostivosti vyšší, jež se nazývá vůlí, jako v podmětu; nikoli pak v žádostivosti nižší, k níž patří žádostivost náhlivá.

K prvnímu se tedy musí říci, že předmětem náhlivé žádostivosti jest obtížno smyslové. Předmětem pak ctnosti naději jest obtížno rozumové nebo spíše rad rozumem jsoucí.

K druhému se musí říci, že láska dostatečně zdokonaluje vůli vzhledem k jednomu úkonu, jímž jest milovati. Vyžaduje se však jiná ctnost k jejímu zdokonalení, podle jiného jejího úkonu, jímž jest doufati.

K třetímu se musí říci, že hnutí naděje a hnutí lásky mají k sobě navzájem vztah; jak je patrné z řečeného: Pročež nic nebrání, aby obojí hnutí zároveň bylo jedné mohutnosti. Jako i rozum může zároveň mnohá k sobě navzájem směřující rozuměti, jak jsme měli v První.

XVIII.2. Zda naděje jest v blažených.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že naděje jest v blažených.

Neboť Kristus od počátku svého početí měl plné poznání. Ale sám měl naději, poněvadž v jeho osobě se praví v Žalmu: "V tebe, Hospodine, jsem doufal", jak vykládá Glosa. Tedy v blažených může býti naděje.

Mimo to, jako dosažení blaženosti jest jakýmsi obtížným dobrem, tak také její pokračování. Ale lidé, dokud nedosáhnou blaženosti, mají naději o dosažení blaženosti. Tedy jakmile blaženosti dosáhli, mohou doufati pokračování blaženosti.

Mimo to ctností naděje může někdo doufati blaženost nejenom pro sebe, nýbrž také pro jiné, jak bylo řečeno svrchu. Ale blažení, kteří jsou ve vlasti, doufají blaženost

Praeterea, una potentia non potest simul esse in duobus actibus, sicut intellectus non potest simul multa intelligere. Sed actus spei simul esse potest cum actu caritatis. Cum ergo actus caritatis manifeste pertineat ad voluntatem, actus spei non pertinet ad ipsam. Sic ergo spes non est in voluntate.

II-II q. 18 a. 1 s. c.

Sed contra, anima non est capax Dei nisi secundum mentem; in qua est memoria, intelligentia et voluntas, ut patet per Augustinum, in libro de Trin. Sed spes est virtus theologica habens Deum pro obiecto. Cum igitur non sit neque in memoria neque in intelligentia, quae pertinent ad vim cognoscitivam, relinquitur quod sit in voluntate sicut in subiecto.

II-II q. 18 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut ex praedictis patet, habitus per actus cognoscuntur. Actus autem spei est quidam motus appetitivae partis, cum sit eius obiectum bonum. Cum autem sit duplex appetitus in homine, scilicet appetitus sensitivus, qui dividitur per irascibilem et concupiscibilem, et appetitus intellectivus, qui dicitur voluntas, ut in primo habitum est; similes motus qui sunt in appetitu inferiori cum passione, in superiori sunt sine passione, ut ex supradictis patet. Actus autem virtutis spei non potest pertinere ad appetitum sensitivum, quia bonum quod est obiectum principale huius virtutis non est aliquod bonum sensibile, sed bonum divinum. Et ideo spes est in appetitu superiori, qui dicitur voluntas, sicut in subiecto, non autem in appetitu inferiori, ad quem pertinet irascibilis.

II-II q. 18 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod irascibilis obiectum est arduum sensibile. Obiectum autem virtutis spei est arduum intelligibile; vel potius supra intellectum existens.

II-II q. 18 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod caritas sufficienter perficit voluntatem quantum ad unum actum, qui est diligere. Requiritur autem alia virtus ad perficiendum ipsam secundum alium actum eius, qui est sperare.

II-II q. 18 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod motus spei et motus caritatis habent ordinem ad invicem, ut ex supradictis patet. Unde nihil prohibet utrumque motum simul esse unius potentiae. Sicut et intellectus potest simul multa intelligere ad invicem ordinata, ut in primo habitum est.

2. Utrum spes sit in beatis.

II-II q. 18 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod spes sit in beatis. Christus enim a principio suae conceptionis fuit perfectus comprehensor. Sed ipse habuit spem, cum ex eius persona dicatur in Psalm., *in te, domine, speravi*, ut Glossa exponit. Ergo in beatis potest esse spes.

II-II q. 18 a. 2 arg. 2

Praeterea, sicut adeptio beatitudinis est quoddam bonum arduum, ita etiam eius continuatio. Sed homines antequam beatitudinem adipiscantur habent spem de beatitudinis adeptione. Ergo postquam sunt beatitudinem adepti, possunt sperare beatitudinis continuationem.

II-II q. 18 a. 2 arg. 3

Praeterea, per virtutem spei potest aliquis beatitudinem sperare non solum sibi sed etiam aliis, ut supra dictum est.

pro jiné; jinak by za ně neprosili. Tedy v blažených může býti naděje.

Mimo to k blaženosti svatých patří nejenom sláva duše, nýbrž též sláva těla. Ale duše svatých, kteří jsou ve vlasti, očekávají dosud slávu těla, jak je patrné Apok. 6, a 12 o Gen. Slov. Tedy naděje může býti v blažených.

Avšak proti jest, co praví Apoštol, Řím. 8: "Co kdo vidí, kterak doufá?" Ale blažení požívají patření na Boha. Tedy v nich nemá místa naděje.

Odpovídám: Musí se říci, že odstraněním toho, co dává věci druh, ruší se druh, a věc nemůže zůstati táž; jako po odstranění tvaru přirozeného tělesa nezůstává totéž podle druhu. Naděje pak dostává druh od svého hlavního předmětu, jako i ostatní ctnosti, jak je patrné z řečeného. Hlavním jejím předmětem pak jest věčná blaženost, pokud je možná k obdržení z pomoci božské, jak bylo řečeno svrchu. Protože tedy dobro obtížné možné nespadá pod ráz naděje leč pokud jest budoucí, tudíž, poněvadž blaženost už nebude budoucí, 'nýbrž přítomná, nemůže tam býti ctnost naděje. A tudíž naděje, jakož ani víra, není ve vlasti a žádná z nich nemůže býti v blažených.

K prvnímu se tedy musí říci, že Kristus, třeba že byl patřící a v důsledku toho blažený, co do požívání božského, přece byl zároveň poutníkem co do trpnosti přirozenosti, jíž ještě nosil. A tudíž mohl doufati slávu netrpnosti a nesmrtelnosti.

Ne však tak, jako by měl ctnost naděje, jež se netýká slávy těla jako hlavního předmětu, nýbrž spíše božského požívání.

K druhému se musí říci, že blaženost svatých se nazývá životem věčným, protože tím, že požívají Boha, stávají se jaksi účastnými božské věčnosti, jež přesahuje každý čas. A tak pokračování blaženosti se nerozlišuje přítomností, minulostí a budoucností. A tudíž blažení nemají naděje v pokračování blaženosti, nýbrž mají věc samu, protože není tam povaha budoucna.

K třetímu se mu říci, že, dokud trvá ctnost naděje, touže naději doufá někdo blaženost pro sebe i pro jiné. Ale po zmizení naděje u blažených, již doufali blaženost pro sebe, doufají sice blaženost pro jiné, avšak nikoli ctností naděje, nýbrž spíše z milování lásky. Jako též kdo má lásku k Bohu, toutéž láskou miluje bližního; a přece může někdo milovati bližního nemaje ctnosti lásky, nějakým jiným milováním.

Ke čtvrtému se musí říci, že, poněvadž naděje je ctnost božská, mající Boha za předmět, hlavním předmětem naděje je sláva duše, jež záleží v božském požívání, ne však sláva těla. - Také sláva těla, třebas měla ráz obtížna ve vztahu k lidské přirozenosti, přece nemá ráz obtížna pro toho, kdo má slávu duše. Jednak že sláva těla je cosi nejmenšího u porovnání se slávou duše. Jednak též že ten, kdo má slávu duše, má již dostatečně příčinu slávy těla.

Sed beati qui sunt in patria sperant beatitudinem aliis, alioquin non rogarent pro eis. Ergo in beatis potest esse spes.

II-II q. 18 a. 2 arg. 4

Praeterea, ad beatitudinem sanctorum pertinet non solum gloria animae sed etiam gloria corporis. Sed animae sanctorum qui sunt in patria expectant adhuc gloriam corporis, ut patet Apoc. VI, et XII super Gen. ad Litt. Ergo spes potest esse in beatis.

II-II q. 18 a. 2 s. c.

Sed contra est quod apostolus dicit, ad Rom. VIII, *quod videt quis, quid sperat?* Sed beati fruuntur Dei visione. Ergo in eis spes locum non habet.

II-II q. 18 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, subtracto eo quod dat speciem rei, solvitur species, et res non potest eadem remanere, sicut remota forma corporis naturalis, non remanet idem secundum speciem. Spes autem recipit speciem a suo obiecto principali, sicut et ceterae virtutes, ut ex supradictis patet. Obiectum autem principale eius est beatitudo aeterna secundum quod est possibilis haberi ex auxilio divino, ut supra dictum est. Quia ergo bonum arduum possibile non cadit sub ratione spei nisi secundum quod est futurum, ideo, cum beatitudo iam non fuerit futura sed praesens, non potest ibi esse virtus spei. Et ideo spes, sicut et fides, evacuatur in patria, et neutrum eorum in beatis esse potest.

II-II q. 18 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Christus, etsi esset comprehensor, et per consequens beatus, quantum ad divinam fruitionem; erat tamen simul viator quantum ad passibilitatem naturae, quam adhuc gerebat. Et ideo gloriam impassibilitatis et immortalitatis sperare poterat. Non tamen ita quod haberet virtutem spei, quae non respicit gloriam corporis sicut principale obiectum, sed potius fruitionem divinam.

II-II q. 18 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod beatitudo sanctorum dicitur vita aeterna, quia per hoc quod Deo fruuntur, efficiuntur quodammodo participes aeternitatis divinae, quae excedit omne tempus. Et ita continuatio beatitudinis non diversificatur per praesens, praeteritum et futurum. Et ideo beati non habent spem de continuatione beatitudinis, sed habent ipsam rem, quia non est ibi ratio futuri.

II-II q. 18 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod, durante virtute spei, eadem spe aliquis sperat beatitudinem sibi et aliis. Sed evacuata spe in beatis qua sperabant sibi beatitudinem, sperant quidem aliis beatitudinem, sed non virtute spei, sed magis ex amore caritatis. Sicut etiam qui habet caritatem Dei eadem caritate diligit proximum, et tamen aliquis potest diligere proximum non habens virtutem caritatis, alio quodam amore.

II-II q. 18 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod, cum spes sit virtus theologica habens Deum pro obiecto, principale obiectum spei est gloria animae, quae in fruitione divina consistit, non autem gloria corporis. Gloria etiam corporis, etsi habeat rationem ardui per comparationem ad naturam humanam, non habet tamen rationem ardui habenti gloriam animae. Tum quia gloria corporis est minimum quiddam in comparatione ad gloriam animae. Tum etiam quia habens gloriam animae habet iam sufficienter causam gloriae corporis.

XVIII.3. Zda je naděje v zavržených.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že v zavržených je naděje. Neboť ďábel je i zavržený i kníže zavržených, podle onoho Mat. 25: "Odejděte, zlořečení, do ohně věčného, jenž je připraven ďáblu a andělům jeho." Ale ďábel má naději, podle onoho Job 40: "Hle, jeho naděje ho zklame." Tedy se zdá, že zavržení mají naději.

Mimo to, jako může býti víra utvářená i netvárná, tak i naděje. Ale víra netvárná může býti v ďáblech a zavržených, podle onoho Jak. 2: "Ďáblové věří a třesou se." Tedy se zdá, že také naděje netvárná může býti v zavržených.

Mimo to, nikomu z lidí nepřirůstá po smrti zásluha nebo provina, již neměl v životě, podle onoho Eccle. 11: "Padne-li strom na jih nebo na sever, na které místo padne, tam zůstane." Ale mnozí, kteří budou zavrženi, měli v tomto životě naději, nikdy nezoufajíce. Tedy také v budoucím životě budou míti naději.

Avšak proti jest, že naděje působí radost, podle onoho Řím. 12:. "Nadějí se radujíce." Ale zavržení nejsou v radosti, nýbrž v bolesti a nářku, podle onoho Isaiášova 45: "Služebníci moji budou jásat pro radost srdce, vy však křičeti budete pro bolest srdce a pro skličenost ducha kvíleti." Tedy není naděje v zavržených.

Odpovídám: Musí se říci, že, jako je v rázu blaženosti, že se v ní upokojuje vůle; tak je v obsahu trestu, že to, co se za trest ukládá, odporuje vůli. Nemůže však vůli upokojiti nebo jí odporovati, co se nezná. A tudíž Augustin praví, o Gen. Slov., že andělé nemohli býti dokonale blaženi v prvním stavu před utvrzením, nebo ubozí před pádem, protože nepředvídali svůj výsledek; vyžaduje se totiž k pravé a dokonalé blaženosti, aby někdo byl jist o trvalosti své blaženosti, jinak by se vůle neupokojila. Podobně též, poněvadž trvalost zavržení patří k trestu zavržených, neměla by v pravdě ráz trestu, kdyby neodporovala vůli; což by nemohlo býti, kdyby neznali trvalost svého zavržení. A tudíž k bědnému postavení zavržených patří; aby sami věděli, že žádným způsobem nemohou uniknouti zavržení a dospěti blaženosti; pročež se praví Job 15: "Nevěří, že by se mohl vrátiti z temnot ke světlu."

Pročež je patrné, že nemohou postřehnouti blaženost jako dobro možné, jako ani blažení jako dobro budoucí. A tudíž ani v blažených ani v zavržených není naděje. Ale v poutnících, ať jsou na této cestě, ať v očistci, může býti naděje, protože na obou místech postřehují blaženost jako možné budoucí.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Řehoř, XXXIII Moral., říká se to o ďáblu podle jeho údů, jejichž naděje bude zrušena. Nebo jestliže se to rozumí o samotném ďáblu, může se to odnášeti k naději, jíž doufá, že dosáhne vítězství nad svatými, podle onoho, co svrchu předeslal: , Má důvěru, že Jordán poteče do jeho úst." To však není naděje, o níž mluvíme.

3. Utrum spes sit in damnatis.

II-II q. 18 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod in damnatis sit spes. Diabolus enim est et damnatus et princeps damnatorum, secundum illud Matth. XXV, *ite, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo et Angelis eius*. Sed Diabolus habet spem, secundum illud Iob XL, *ecce spes eius frustrabitur eum*. Ergo videtur quod damnati habeant spem.

II-II q. 18 a. 3 arg. 2

Praeterea, sicut fides potest esse formata et informis, ita et spes. Sed fides informis potest esse in Daemonibus et damnatis, secundum illud Iac. II, *Daemones credunt et contremiscunt*. Ergo videtur quod etiam spes informis potest esse in damnatis.

II-II q. 18 a. 3 arg. 3

Praeterea, nulli hominum post mortem accrescit meritum vel demeritum quod in vita non habuit, secundum illud Eccle. XI, *si ceciderit lignum ad Austrum aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit ibi erit*. Sed multi qui damnabuntur habuerunt in hac vita spem, nunquam desperantes. Ergo etiam in futura vita spem habebunt.

II-II q. 18 a. 3 s. c.

Sed contra est quod spes causat gaudium, secundum illud Rom. XII, spe gaudentes. Sed damnati non sunt in gaudio, sed in dolore et luctu, secundum illud Isaiae LXV, *servi mei laudabunt prae exultatione cordis, et vos clamabitis prae dolore cordis et prae contritione spiritus ululabitis*. Ergo spes non est in damnatis.

II-II q. 18 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod sicut de ratione beatitudinis est ut in ea quietetur voluntas, ita de ratione poenae est ut id quod pro poena infligitur voluntati repugnet. Non potest autem voluntatem quietare, vel ei repugnare, quod ignoratur. Et ideo Augustinus dicit, super Gen. ad Litt., quod Angeli perfecte beati esse non potuerunt in primo statu ante confirmationem, vel miseri ante lapsum, cum non essent praescii sui eventus, requiritur enim ad veram et perfectam beatitudinem ut aliquis certus sit de suae beatitudinis perpetuitate; alioquin voluntas non quietaretur. Similiter etiam, cum perpetuitas damnationis pertineat ad poenam damnatorum, non vere haberet rationem poenae nisi voluntati repugnaret, quod esse non posset si perpetuitatem suae damnationis ignorarent. Et ideo ad conditionem miseriae damnatorum pertinet ut ipsi sciant quod nullo modo possunt damnationem evadere et ad beatitudinem pervenire, unde dicitur Iob XV, *non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem*. Unde patet quod non possunt apprehendere beatitudinem ut bonum possibile, sicut nec beati ut bonum futurum. Et ideo neque in beatis neque in damnatis est spes. Sed in viatoribus sive sint in vita ista sive in Purgatorio, potest esse spes, quia utrobique apprehendunt beatitudinem ut futurum possibile.

II-II q. 18 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Gregorius dicit, XXXIII Moral., hoc dicitur de Diabolo secundum membra eius, quorum spes annullabitur. Vel si intelligatur de ipso Diabolo, potest referri ad spem qua sperat se de sanctis victoriam obtinere, secundum illud quod supra praemiserat, *habet fiduciam quod Iordanis influat in os eius*. Haec autem non est spes de qua loquimur.

K druhému se musí říci, že, jak praví Augustin, v Enchirid., "víra je i o špatných věcech i dobrých, i o minulých i přítomných i budoucích, i o vlastních i cizích; avšak naděje není leč o věcech dobrých budoucích nás se týkajících". A tudíž spíše ‚může býti víra netvárná v zavržených než naděje, protože božská dobra nejsou jim budoucí možná, nýbrž jsou jim vzdálená.

K třetímu se musí říci, že chybění naděje v zavržených nemění proviny, jako ani odstranění naděje v blažených nerozmnožuje zásluhy; ale obojí se stává pro změnu stavu.

XVIII.4. Zda naděje poutníků má jistotu.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že naděje poutníků nemá jistoty. Neboť naděje je ve vůli jako v podmětu. Ale jistota se nevztahuje k vůli, nýbrž k rozumu. Tedy naděje nemá jistoty.

XIX.8. Zda bázeň začáteční se liší podle podstaty od bázně synovské.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že bázeň začáteční se liší podle podstaty od bázně synovské Neboť bázeň synovská má svou příčinu v milování. Ale bázeň začáteční je počátkem milování, podle onoho Eccli. 25: "Bázeň Páně jest počátkem lásky." Tedy bázeň začáteční je jiná než synovská.

Mimo to bázeň začáteční se bojí trestu, jenž jest předmětem bázně otrocké; a tak se zdá, že bázeň začáteční je totéž s otrockou. Ale bázeň otrocká je jiná než synovská. Tedy také bázeň začáteční je jiná podle podstaty než synovská.

Mimo to střed se liší stejným důvodem od obojího z krajů. Ale bázeň začáteční je středem mezi bázní otrockou a bázní synovskou. Tedy se liší i od synovské i od otrocké

secundum eius effectum est unde incipit ars operari; sicut si dicamus quod principium artis aedificativae est fundamentum, quia ibi incipit aedificator operari. Cum autem sapientia sit cognitio divinorum, ut infra dicetur, aliter consideratur a nobis et aliter a philosophis. Quia enim vita nostra ad divinam fruitionem ordinatur et dirigitur secundum quandam participationem divinae naturae, quae est per gratiam; sapientia secundum nos non solum consideratur ut est cognoscitiva Dei, sicut apud philosophos; sed etiam ut est directiva humanae vitae, quae non solum dirigitur secundum rationes humanas, sed etiam secundum rationes divinas, ut patet per Augustinum, XII de Trin. Sic igitur initium sapientiae secundum eius essentiam sunt prima principia sapientiae, quae sunt articuli fidei. Et secundum hoc fides dicitur sapientiae initium. Sed quantum ad effectum, initium sapientiae est unde sapientia incipit operari. Et hoc modo timor est initium sapientiae. Aliter tamen timor servilis, et aliter timor filialis. Timor enim servilis est sicut principium extra disponens ad sapientiam, inquantum aliquis timore poenae discedit a peccato, et per hoc habilitatur ad sapientiae effectum; secundum illud Eccli. I, *timor domini expellit peccatum*. Timor autem castus vel filialis est initium sapientiae sicut primus sapientiae effectus. Cum enim ad sapientiam pertineat quod humana vita reguletur secundum rationes divinas, hinc oportet sumere principium, ut homo Deum revereatur et se ei subiiciat, sic enim consequenter in omnibus secundum Deum regulabitur.

II-II q. 19 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa ostendit quod timor non est principium sapientiae quantum ad essentiam sapientiae.

II-II q. 19 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod timor Dei comparatur ad totam vitam humanam per sapientiam Dei regulatam sicut radix ad arborem, unde dicitur Eccli. I, *radix sapientiae est timere dominum, rami enim illius longaevi*. Et ideo sicut radix virtute dicitur esse tota arbor, ita timor Dei dicitur esse sapientia.

II-II q. 19 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut dictum est, alio modo fides est principium sapientiae et alio modo timor. Unde dicitur Eccli. XXV, *timor Dei initium dilectionis eius, initium autem fidei agglutinandum est ei*.

8. Utrum timor initialis sit idem in substantia cum timore filiali.

II-II q. 19 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod timor initialis differat secundum substantiam a timore filiali. Timor enim filialis ex dilectione causatur. Sed timor initialis est principium dilectionis, secundum illud Eccli. XXV, *timor domini initium est dilectionis*. Ergo timor initialis est alius a filiali.

II-II q. 19 a. 8 arg. 2

Praeterea, timor initialis timet poenam, quae est obiectum servilis timoris, et sic videtur quod timor initialis sit idem cum servili. Sed timor servilis est alius a filiali. Ergo etiam timor initialis est alius secundum substantiam a filiali.

II-II q. 19 a. 8 arg. 3

Praeterea, medium differt eadem ratione ab utroque extremorum. Sed timor initialis est medium inter timorem

Avšak proti jest, že dokonalé a nedokonalé nerozlišují podstatu věci. Ale bázeň začáteční. a synovská se liší podle dokonalosti a nedokonalosti lásky, jak je patrné z Augustina, k Prv. kanon. Jan. Tedy bázeň začáteční se neliší podle podstaty od synovské.

Odpovídám: Musí se říci, že bázeň začáteční se říká z toho, že je začátkem. Ale poněvadž i bázeň otrocká i bázeň synovská jsou jakýmsi způsobem začátkem moudrosti, obojí se může nějakým způsobem zváti začáteční. Ale tak se neběře začáteční, pokud se odlišuje od bázně otrocké a synovské. Ale béře se, pokud přísluší stavu začínajících, u nichž začíná jakási bázeň synovská začínáním lásky; není však v nich bázeň synovská dokonale, protože ještě nedospěli k dokonalosti lásky. A tudíž bázeň začáteční se má tím způsobem k synovské, jako láska nedokonalá k dokonalé Láska však dokonalá a nedokonalá se neliší podle bytnosti, nýbrž pouze podle stavu. A tudíž se musí říci, že také bázeň začáteční, jak se zde béře, se neliší podle bytnosti od bázně synovské.

K prvnímu se tedy musí říci, že bázeň, jež je počátkem lásky, je bázeň otrocká, "jež uvádí lásku jako jehla uvádí nit'", jak praví Augustin. - Nebo, jestli se to vztahuje k bázni začáteční, říká se, že je počátkem lásky nikoli naprostě, nýbrž co do stavu lásky dokonalé.

K druhému se musí říci, že bázeň začáteční se nebojí trestu jako vlastního předmětu, nýbrž pokud má něco připojeného z bázně otrocké. Ta podle podstaty sice zůstává s láskou po odstranění otrockosti, ale její úkon zůstává s láskou nedokonalou u toho, jenž nejenom jest hýbán k dobrému jednání z lásky k spravedlnosti, nýbrž také z bázně trestu; ale ten úkon přestává u toho, kdo má lásku dokonalou, jež "ven posílá bázeň, mající trest", jak se praví I. Jan. 4.

K třetímu se musí říci, že bázeň začáteční je prostřed mezi bázní synovskou a otrockou, ne jako mezi těmi, jež jsou jednoho rodu, nýbrž jako nedokonalé jest prostřed mezi jsoucnem dokonalým a ne jsoucnem, jak se praví v II. Metafys., jež však jest totéž podle podstaty se jsoucnem dokonalým, liší se však docela od nejsoucna.

XIX.9. Zda bázeň je darem Ducha Svatého.

Při deváté se postupuje takto: Zdá se, že bázeň není darem Ducha Svatého. Neboť žádný dar Ducha Svatého se nepříčí ctnosti, jež je také od Ducha Svatého; jinak by byl Duch Svatý proti sobě. Ale bázeň se příčí naději, jež je ctností. Tedy bázeň není darem Ducha Svatého.

Mimo to ctnosti božské jest vlastní, že má Boha za předmět. Ale bázeň má za předmět Boha, pokud jest Bůh obávaný. Tedy bázeň není dar, nýbrž božská ctnost.

servilem et timorem filialem. Ergo differt et a filiali et a servili.

II-II q. 19 a. 8 s. c.

Sed contra est quod perfectum et imperfectum non diversificant substantiam rei. Sed timor initialis et filialis differunt secundum perfectionem et imperfectionem caritatis, ut patet per Augustinum, in Prim. Canonic. Ioan. Ergo timor initialis non differt secundum substantiam a filiali.

II-II q. 19 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod timor initialis dicitur ex eo quod est initium. Sed cum et timor servilis et timor filialis sint aliquo modo initium sapientiae, uterque potest aliquo modo initialis dici. Sed sic non accipitur initialis secundum quod distinguitur a timore servili et filiali. Sed accipitur secundum quod competit statui incipientium, in quibus inchoatur quidam timor filialis per inchoationem caritatis; non tamen est in eis timor filialis perfecte, quia nondum pervenerunt ad perfectionem caritatis. Et ideo timor initialis hoc modo se habet ad filialem, sicut caritas imperfecta ad perfectam. Caritas autem perfecta et imperfecta non differunt secundum essentiam, sed solum secundum statum. Et ideo dicendum est quod etiam timor initialis, prout hic sumitur, non differt secundum essentiam a timore filiali.

II-II q. 19 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod timor qui est initium dilectionis est timor servilis, qui introducit caritatem sicut seta introducit linum, ut Augustinus dicit. Vel, si hoc referatur ad timorem initialem, dicitur esse dilectionis initium non absolute, sed quantum ad statum caritatis perfectae.

II-II q. 19 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod timor initialis non timet poenam sicut proprium obiectum, sed inquantum habet aliquid de timore servili adiunctum. Qui secundum substantiam manet quidem cum caritate, servilitate remota, sed actus eius manet quidem cum caritate imperfecta in eo qui non solum movetur ad bene agendum ex amore iustitiae, sed etiam ex timore poenae; sed iste actus cessat in eo qui habet caritatem perfectam, quae foras mittit timorem habentem poenam, ut dicitur I Ioan. IV.

II-II q. 19 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod timor initialis est medium inter timorem filialem et servilem non sicut inter ea quae sunt unius generis; sed sicut imperfectum est medium inter ens perfectum et non ens, ut dicitur in II Metaphys.; quod tamen est idem secundum substantiam cum ente perfecto, differt autem totaliter a non ente.

9. Utrum timor sit donum Spiritus Sancti.

II-II q. 19 a. 9 arg. 1

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod timor non sit donum spiritus sancti. Nullum enim donum spiritus sancti opponitur virtuti, quae etiam est a spiritu sancto, alioquin spiritus sanctus esset sibi contrarius. Sed timor opponitur spei, quae est virtus. Ergo timor non est donum spiritus sancti.

II-II q. 19 a. 9 arg. 2

Praeterea, virtutis theologicae proprium est quod Deum habeat pro obiecto. Sed timor habet Deum pro obiecto, inquantum Deus timetur. Ergo timor non est donum, sed

Mimo to bázeň následuje z lásky. Ale láska se uvádí jako nějaká božská ctnost. Tedy i bázeň je božská ctnost, patřící jaksi k témuž.

Mimo to praví Řehoř, II. Moral., že bázeň se dává proti pýše. Ale pýše se protiví ctnost pokory. Tedy také bázeň je obsažena pod ctností.

Mimo to dary jsou dokonalejší než ctnosti, neboť se dávají na pomoc ctností, jak praví Řehoř, II. Moral. Ale naděje je dokonalejší než bázeň, protože naděje přihlíží k dobru, bázeň ke zlu. Ježto tedy naděje je ctností, nesmí se říci, že bázeň je darem.

Avšak proti jest, že u Isaiáše 11 se vypočítává bázeň Páně mezi sedmi dary Ducha Svatého.

Odpovídám: Musí se říci, že mnohonásobná je bázeň, jak bylo řečeno svrchu. Bázeň pak lidská, jak praví Augustin, v knize o Milosti a Svob. Vůli, není dar Boží, neboť touto bázní Petr zapřel Krista; ale ona bázeň, o níž bylo řečeno, "Toho se bojte, jenž může duši i tělo poslati do pekla".

Podobně také bázeň otrocká se nesmí počítati mezi sedmi dary Ducha Svatého, ačkoliv jest od Ducha Svatého. Protože, jak praví Augustin v knize o Přir. a Milosti, může míti připojenou vůli hřešiti; dary Ducha Svatého však nemohou byti s vůlí hřešiti, protože nejsou bez lásky, jak bylo řečeno.

Pročež zbývá, že bázeň Boží, jež se počítá mezi sedmi dary Ducha Svatého, je bázeň synovská čili čistá. Neboť bylo řečeno svrchu, že dary Ducha Svatého jsou jakési zběhlostní dokonalosti mohutností duše, jimiž se stávají dobře hybnými od Ducha Svatého, jako mravními ctnostmi se mohutnosti žádostivé stávají dobře hybnými od rozumu. K tomu pak, aby něco bylo dobře hybným od nějakého hýbajícího, vyžaduje se nejprve, aby mu bylo poddáno bez odporu, protože z odporu pohybovaného vůči hýbajícímu se překáží pohybu. To pak činí bázeň synovská nebo-li čistá, pokud jí se Boha ostýcháme a varujeme se mu uniknouti. A tudíž bázeň synovská má jaksi první místo mezi dary Ducha Svatého při vzestupu, poslední pak při sestupu, jak praví Augustin v knize o Řeči Páně na Hoře.

K prvnímu se tedy musí říci, že bázeň synovská se neprotiví ctnosti naděje. Neboť bázní synovskou se nebojíme, že by nám chybělo, co doufáme obdržeti božskou pomocí, nýbrž bojíme se uniknouti této pomoci. A tudíž bázeň synovská a naděje spolu navzájem souvisejí a se navzájem zdokonalují.

K druhému se musí říci, že vlastní a hlavní předmět bázně jest zlo, před nímž kdo prchá. A tímto způsobem Bůh nemůže býti předmětem bázně, jak bylo řečeno svrchu. Jest však tímto způsobem předmětem naděje a jiných božských ctností. Protože ctností naděje nejenom se opíráme o božskou pomoc k dosažení jakýchkoli jiných dober, nýbrž hlavně k dosažení samého Boha, jakožto hlavního dobra. A totéž je patrné u jiných božských ctností.

virtus theologica.

II-II q. 19 a. 9 arg. 3

Praeterea, timor ex amore consequitur. Sed amor ponitur quaedam virtus theologica. Ergo etiam timor est virtus theologica, quasi ad idem pertinens.

II-II q. 19 a. 9 arg. 4

Praeterea, Gregorius dicit, II Moral., quod timor datur contra superbiam. Sed superbiae opponitur virtus humilitatis. Ergo etiam timor sub virtute comprehenditur.

II-II q. 19 a. 9 arg. 5

Praeterea, dona sunt perfectiora virtutibus, dantur enim in adiutorium virtutum, ut Gregorius dicit, II Moral. Sed spes est perfectior timore, quia spes respicit bonum, timor malum. Cum ergo spes sit virtus, non debet dici quod timor sit donum.

II-II q. 19 a. 9 s. c.

Sed contra est quod Isaiae XI timor domini enumeratur inter septem dona spiritus sancti.

II-II q. 19 a. 9 co.

Respondeo dicendum quod multiplex est timor, ut supra dictum est. Timor autem humanus, ut dicit Augustinus, in libro de gratia et Lib. Arb., non est donum Dei, hoc enim timore Petrus negavit Christum, sed ille timor de quo dictum est, *illum timete qui potest animam et corpus mittere in Gehennam*. Similiter etiam timor servilis non est numerandus inter septem dona spiritus sancti, licet sit a spiritu sancto. Quia, ut Augustinus dicit, in libro de Nat. et gratia, potest habere annexam voluntatem peccandi, dona autem spiritus sancti non possunt esse cum voluntate peccandi, quia non sunt sine caritate, ut dictum est. Unde relinquitur quod timor Dei qui numeratur inter septem dona spiritus sancti est timor filialis sive castus. Dictum est enim supra quod dona spiritus sancti sunt quaedam habituales perfectiones potentiarum animae quibus redduntur bene mobiles a spiritu sancto, sicut virtutibus moralibus potentiae appetitivae redduntur bene mobiles a ratione. Ad hoc autem quod aliquid sit bene mobile ab aliquo movente, primo requiritur ut sit ei subiectum, non repugnans, quia ex repugnantia mobilis ad movens impeditur motus. Hoc autem facit timor filialis vel castus, inquantum per ipsum Deum reveremur, et refugimus nos ipsi subducere. Et ideo timor filialis quasi primum locum tenet ascendendo inter dona spiritus sancti, ultimum autem descendendo; sicut Augustinus dicit, in libro de Serm. Dom. in monte.

II-II q. 19 a. 9 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod timor filialis non contrariatur virtuti spei. Non enim per timorem filialem timemus ne nobis deficiat quod speramus obtinere per auxilium divinum, sed timemus ab hoc auxilio nos subtrahere. Et ideo timor filialis et spes sibi invicem cohaerent et se invicem perficiunt.

II-II q. 19 a. 9 ad 2

Ad secundum dicendum quod proprium et principale obiectum timoris est malum quod quis refugit. Et per hunc modum Deus non potest esse obiectum timoris, sicut supra dictum est. Est autem per hunc modum obiectum spei et aliarum virtutum theologicarum. Quia per virtutem spei non solum innitimur divino auxilio ad adipiscendum quaecumque alia bona; sed principaliter ad adipiscendum ipsum Deum, tanquam principale bonum. Et idem patet in aliis virtutibus theologicis.

K třetímu se musí říci, že z toho, že láska je počátkem bázně, nenásleduje, že bázeň Boží není zběhlost odlišná od lásky, jež jest milováním Boha, protože milování jest počátkem všech citů, a přece různými zběhlostmi jsme zdokonalováni stran různých citů. Než proto má milování spíše povahu ctnosti než bázeň, protože milování se týká dobra, k němuž hlavně ctnost je zařízena podle vlastní povahy, jak je patrné z výše řečeného. A proto také se naděje uvádí jako ctnost. Bázeň však hlavně přihlíží ke zlu, znamenajíc útěk před ním. Pročež je něčím menším než božská ctnost.

Ke čtvrtému se musí říci, že, jak praví Eccli. 10, "počátek pýchy člověka odpadnouti od Boha", to jest nechtíti se poddati Bohu, což se protiví bázni synovské, jež se Boha ostýchá. A tak bázeň vylučuje začátek pýchy, pročež se dává proti pýše. Neplyne však z toho, že jest totéž s ctností pokory, nýbrž že jest jejím začátkem; neboť dary Ducha Svatého jsou začátky ctností rozumových a mravních, jak bylo řečeno svrchu. Ale ctnosti božské jsou počátky darů, jak jsme měli svrchu.

A z toho je patrná odpověď k pátému.

XIX.10. Zda vzrůstem lásky se zmenšuje bázeň.

Při desáté se postupuje takto: Zdá se, že vzrůstem lásky se zmenšuje bázeň. Neboť praví Augustin, k Prv. kanon. Jan.: "Kolik roste láska, tolik se zmenšuje bázeň."

Mimo to vzrůstem naděje se zmenšuje bázeň. Ale vzrůstem lásky roste naděje, jak jsme měli svrchu. Tedy vzrůstem lásky se zmenšuje bázeň.

Mimo to láska obnáší sjednocení, bázeň však rozloučení. Ale vzrůstem sjednocení se zmenšuje rozloučení. Tedy vzrůstem milování lásky se zmenšuje bázeň.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v knize Osmdesátiří Otázek, že "bázeň Boží nejenom začíná; nýbrž též dokonává moudrost, to jest, která svrchovaně miluje Boha a bližního jako sebe sama."

Odpovídám: Musí se říci, že dvojí je bázeň, jak bylo řečeno; a to, jedna synovská, jíž se kdo bojí jeho urážky nebo odloučení od něho, jiná pak otrocká, jíž se kdo bojí trestu. Bázeň synovská pak nutně musí růsti vzrůstem lásky, jako účinek roste vzrůstem příčiny; neboť čím někdo někoho více miluje, tím více se bojí ho uraziti a se od něho odloučiti.

Ale bázeň otrocká, co do otrockosti, zcela se ničí příchodem lásky, zůstává však podle podstaty bázeň trestu, jak bylo řečeno. A ta bázeň se zmenšuje vzrůstem lásky, zvláště co do úkonu, protože, čím více někdo miluje Boha, tím méně se bojí trestu. A to, nejprve protože méně dbá vlastního dobra, jemuž se příčí trest. Za druhé protože pevněji přilna, více důvěřuje v odměnu, a v důsledku se méně bojí trestu.

II-II q. 19 a. 9 ad 3

Ad tertium dicendum quod ex hoc quod amor est principium timoris non sequitur quod timor Dei non sit habitus distinctus a caritate, quae est amor Dei, quia amor est principium omnium affectionum, et tamen in diversis habitibus perficimur circa diversas affectiones. Ideo tamen amor magis habet rationem virtutis quam timor, quia amor respicit bonum, ad quod principaliter virtus ordinatur secundum propriam rationem, ut ex supradictis patet. Et propter hoc etiam spes ponitur virtus. Timor autem principaliter respicit malum, cuius fugam importat. Unde est aliquid minus virtute theologica.

II-II q. 19 a. 9 ad 4

Ad quartum dicendum quod, sicut dicitur Eccli. X, *initium superbiae hominis apostatare a Deo*, hoc est nolle subdi Deo, quod opponitur timori filiali, qui Deum reveretur. Et sic timor excludit principium superbiae, propter quod datur contra superbiam. Nec tamen sequitur quod sit idem cum virtute humilitatis, sed quod sit principium eius, dona enim spiritus sancti sunt principia virtutum intellectualium et moralium, ut supra dictum est. Sed virtutes theologicae sunt principia donorum, ut supra habitum est.

II-II q. 19 a. 9 ad 5

Unde patet responsio ad quintum.

10. Utrum trestat crescente caritate.

II-II q. 19 a. 10 arg. 1

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod crescente caritate diminuatur timor. Dicit enim Augustinus, super Prim. Canonic. Ioan., *quantum caritas crescit, tantum timor decrescit*.

II-II q. 19 a. 10 arg. 2

Praeterea, crescente spe diminuitur timor. Sed crescente caritate crescit spes, ut supra habitum est. Ergo crescente caritate diminuitur timor.

II-II q. 19 a. 10 arg. 3

Praeterea, amor importat unionem, timor autem separationem. Sed crescente unione diminuitur separatio. Ergo crescente amore caritatis diminuitur timor.

II-II q. 19 a. 10 s. c.

Sed contra est quod dicit Augustinus, in libro octoginta trium quaest., quod *Dei timor non solum inchoat, sed etiam perficit sapientiam, idest quae summe diligit Deum et proximum tanquam seipsum*.

II-II q. 19 a. 10 co.

Respondeo dicendum quod duplex est timor Dei, sicut dictum est, unus quidem filialis, quo quis timet offensam ipsius vel separationem ab ipso; alius autem servilis, quo quis timet poenam. Timor autem filialis necesse est quod crescat crescente caritate, sicut effectus crescit crescente causa, quanto enim aliquis magis diligit aliquem, tanto magis timet eum offendere et ab eo separari. Sed timor servilis, quantum ad servilitatem, totaliter tollitur caritate adveniente, remanet tamen secundum substantiam timor poenae, ut dictum est. Et iste timor diminuitur caritate crescente, maxime quantum ad actum, quia quanto aliquis magis diligit Deum, tanto minus timet poenam. Primo quidem, quia minus attendit ad proprium bonum, cui contrariatur poena. Secundo, quia firmius inhaerens magis confidit de praemio, et per consequens minus timet de

K prvnímu se tedy musí říci, že Augustin mluví o bázni trestu.

K druhému se musí říci, že bázeň trestu je ta, jež se umenšuje vzrůstem naděje. Ale jejím vzrůstem roste bázeň synovská, protože čím jistěji někdo očekává dosažení nějakého dobra pomocí druhého, tím více se bojí ho uraziti nebo se od něho odloučiti.

K třetímu se musí říci, že bázeň synovská nepřináší rozloučení, nýbrž spíše podrobení jemu; rozloučení pak s tím podrobením se vyhýbá. Ale jakýmsi způsobem přináší odloučení tím, že se neopovažuje se mu rovnati, nýbrž se mu podrobuje. A to odloučení se také nalézá v lásce, pokud miluje Boha nad sebe a nade všecko. Pročež zvětšené milování lásky nezmenšuje úcty bázně, nýbrž rozmnožuje.

XIX.11. Zda bázeň zůstává ve vlasti.

Při jedenácté se postupuje takto: Zdá se, že bázeň nezůstává ve vlasti. Praví se totiž Přísl. I: "Nadbytku bude požívati, když bude odklizena bázeň zlých." Což se rozumí o člověku, požívajícím již moudrosti ve věčné blaženosti. Ale každá bázeň jest něčeho zlého, protože zlo jest předmětem bázně, jak bylo svrchu řečeno. Tedy ve vlasti nebude žádné bázně.

Mimo to lidé ve vlasti budou s Bohem shodní, podle onoho I. Jan: 3: "Až se zjeví, budeme jemu podobni." Ale Bůh se ničeho neobává. Tedy lidé ve vlasti nebudou míti žádné bázně.

Mimo to naděje jest dokonalejší nežli bázeň, protože naděje je vzhledem k dobru, bázeň vzhledem ke zlu. Ale naděje nebude ve vlasti. Tedy ani bázeň nebude ve vlasti.

Avšak proti jest, co se praví v Žalm.: "Bázeň Boží svatá zůstává na věky."

Odpovídám: Musí se říci, že bázeň otrocká, čili bázeň strachu, nebude žádným způsobem ve vlasti; taková bázeň je totiž vyloučena bezpečností věčné blaženosti, jež jest v pojmu samé blaženosti, jak bylo svrchu řečeno. Ale bázeň synovská, jako roste vzrůstem lásky, tak se stane dokonalou láskou. Pročež ve vlasti nebude míti zcela týž úkon, jejž má nyní.

Na zřejmost toho se musí věděti, že vlastním předmětem bázně jest možné zlo, jako vlastním předmětem naděje jest možné dobro. A ježto pohyb bázně jest jaksi útěk, bázeň obnáší útěk před možným obtížným zlem: malá totiž zla neuvádějí v bázeň. Jako pak dobrem každého jest, aby stálo ve svém řádě, tak zlem jest každému, aby opustilo svůj řád. Řádem pak rozumového stvoření jest, aby bylo pod Bohem a nad ostatními tvory. Proto, jako je zlem rozumového stvoření, aby se poddalo láskou nižšímu tvoru, tak je také jeho zlem, jestliže se Bohu nepodrobí, nýbrž opovážlivě naň útočí a jím pohrdá. Toto pak zlo je možné rozumovému tvoru, uváženému podle jeho přirozenosti pro přirozenou obojakost svobodné vůle; ale u blažených se stává nemožným skrze dokonalost slávy. Bude tedy ve vlasti útěk

poena.

II-II q. 19 a. 10 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Augustinus loquitur de timore poenae.

II-II q. 19 a. 10 ad 2

Ad secundum dicendum quod timor poenae est qui diminuitur crescente spe. Sed ea crescente crescit timor filialis, quia quanto aliquis certius expectat alicuius boni consecutionem per auxilium alterius, tanto magis veretur eum offendere vel ab eo separari.

II-II q. 19 a. 10 ad 3

Ad tertium dicendum quod timor filialis non importat separationem sed magis subiectionem ad ipsum, separationem autem refugit a subiectione ipsius. Sed quodammodo separationem importat per hoc quod non praesumit se ei adaequare, sed ei se subiicit. Quae etiam separatio invenitur in caritate, inquantum diligit Deum supra se et supra omnia. Unde amor caritatis augmentatus reverentiam timoris non minuit, sed auget.

11. Utrum timor maneat in patria.

II-II q. 19 a. 11 arg. 1

Ad undecimum sic proceditur. Videtur quod timor non remaneat in patria. Dicitur enim Prov. I, *abundantia perfruetur, timore malorum sublato*, quod intelligitur de homine iam sapientia perfruente in beatitudine aeterna. Sed omnis timor est alicuius mali, quia malum est obiectum timoris, ut supra dictum est. Ergo nullus timor erit in patria.

II-II q. 19 a. 11 arg. 2

Praeterea, homines in patria erunt Deo conformes, secundum illud I Ioan. III, *cum apparuerit, similes ei erimus*. Sed Deus nihil timet. Ergo homines in patria non habebunt aliquem timorem.

II-II q. 19 a. 11 arg. 3

Praeterea, spes est perfectior quam timor, quia spes est respectu boni, timor respectu mali. Sed spes non erit in patria. Ergo nec timor erit in patria.

II-II q. 19 a. 11 s. c.

Sed contra est quod dicitur in Psalm., *timor domini sanctus permanet in saeculum*.

II-II q. 19 a. 11 co.

Respondeo dicendum quod timor servilis, sive timor poenae, nullo modo erit in patria, excluditur enim talis timor per securitatem aeternae beatitudinis, quae est de ipsius beatitudinis ratione, sicut supra dictum est. Timor autem filialis, sicut augetur augmentata caritate, ita caritate perfecta perficietur. Unde non habebit in patria omnino eundem actum quem habet modo. Ad cuius evidentiam sciendum est quod proprium obiectum timoris est malum possibile, sicut proprium obiectum spei est bonum possibile. Et cum motus timoris sit quasi fugae, importat timor fugam mali ardui possibilis, parva enim mala timorem non inducunt. Sicut autem bonum uniuscuiusque est ut in suo ordine consistat, ita malum uniuscuiusque est ut suum ordinem deserat. Ordo autem creaturae rationalis est ut sit sub Deo et supra ceteras creaturas. Unde sicut malum creaturae rationalis est ut subdat se creaturae inferiori per amorem, ita etiam malum eius est si non Deo se subiiciat, sed in ipsum praesumptuose insiliat vel contemnat. Hoc autem malum creaturae rationali secundum suam naturam consideratae possibile est, propter naturalem

před tímto zlem, jímž jest nepodrobiti se Bohu, jakožto možný přirozenosti, ale nemožný blaženosti. Ale na cestě jest útěk před tímto zlem jakožto naprosto možný.

A proto Řehoř, v XVII. Moral., praví, vykládaje ono Job. 26 ‚Sloupy nebe se zachvívají a otřásají na jeho pokyn': "Samy," dí, "mocnosti nebeské, které naň bez ustání patří, v samém nazírání se zachvívají. Ale to chvění, aby jim nebylo trestem, není z bázně, nýbrž z obdivu": protože totiž se podivují Bohu, jakožto jsoucímu nad nimi a jim nepochopitelnému. - Také Augustin, v XIV. O Městě Božím, tím způsobem stanoví ve vlasti bázeň, ačkoli to nechává v pochybnosti. Praví: "Bázeň ona čistá, zůstávající na věky věkův, bude-li v budoucím věku, nebude bázní odstrašující od zla, které se může přihoditi, nýbrž udržující v dobrém, kterého nelze ztratiti. Kde totiž je neměnná láska dosaženého dobra, zajisté, smí-li se říci, bezpečná jest bázeň varování se zla. Jménem totiž čisté bázně byla označena ona vůle, kterou nutně budeme nechtíti hřích, a ne s obavou ze slabosti, abychom snad nehřešili, nýbrž s pokojností lásky se budeme varovati hříchu. Nebo, nebude-li tam možná bázeň žádného rodu, snad bázeň byla nazvána trvající na věky věkův tak, že to zůstane, kam bázeň sama přivádí."

K prvnímu se tedy musí říci, že v uvedené autoritě se od blažených vylučuje bázeň, mající obavy, ostražitá před zlem; ne však bázeň bezpečná, jak praví Augustin.

K druhému se musí říci, že, jak praví Diviš, IX. hl. O Bož. Jmén., "táž jsou Bohu podobná i nepodobná: a to podle nahodilého napodobení nenapodobitelného", to jest, pokud podle své možnosti napodobují Boha, jenž není dokonale napodobitelný; "to pak proto, že učiněná mají velmi málo od příčiny, v nekonečných a neporovnatelných mírách se odchylujíce". Proto není třeba, jestliže Bohu nepřísluší bázeň, protože nemá vyššího, jemuž by byl podroben, aby proto nepříslušela blaženým, jejichž blaženost záleží v dokonalém podrobení Bohu.

K třetímu se musí říci, že naděje obnáší nějaký nedostatek, totiž budoucnost blaženosti, jenž se odklidí její přítomností. Ale bázeň obnáší přirozený nedostatek tvora, pokud je nekonečně daleko od Boha, což zůstane i ve vlasti. A proto bázeň nebude zcela vyprázdněna.

XIX.12. Zda chudoba ducha jest blahoslavenství odpovídající daru bázně.

Při dvanácté se postupuje takto: Zdá se, že chudoba ducha není blahoslavenství odpovídající daru bázně Neboť bázeň jest začátkem duchovního života; jak je patrné z řečeného. Ale chudoba patří k dokonalosti duchovního života, podle onoho Mat. 19: "Chceš-li býti dokonalým, jdi a prodej vše, co máš, a dej chudým." Tedy chudoba ducha neodpovídá daru bázně

Mimo to v Žalm. se praví: "Zbodni tělo mé svou bázní": z čehož se zdá, že k bázni patří potlačovati tělo. Ale zdá se, že k potlačování těla nejvíce patří blahoslavenství lkání.

liberi arbitrii flexibilitatem, sed in beatis fit non possibile per gloriae perfectionem. Fuga igitur huius mali quod est Deo non subiici, ut possibilis naturae, impossibilis autem beatitudini, erit in patria. In via autem est fuga huius mali ut omnino possibilis. Et ideo Gregorius dicit, XVII Moral., exponens illud Iob XXVI, *columnae caeli contremiscunt et pavent ad nutum eius, ipsae, inquit, virtutes caelestium, quae hunc sine cessatione conspiciunt, in ipsa contemplatione contremiscunt. Sed idem tremor, ne eis poenalis sit, non timoris est sed admirationis*, quia scilicet admirantur Deum ut supra se existentem et eis incomprehensibilem. Augustinus etiam, in XIV de Civ. Dei, hoc modo ponit timorem in patria, quamvis hoc sub dubio derelinquat. *Timor, inquit, ille castus permanens in saeculum saeculi, si erit in futuro saeculo, non erit timor exterrens a malo quod accidere potest; sed tenens in bono quod amitti non potest. Ubi enim boni adepti amor immutabilis est, profecto, si dici potest, mali cavendi timor securus est. Timoris quippe casti nomine ea voluntas significata est qua nos necesse erit nolle peccare, et non sollicitudine infirmitatis ne forte peccemus, sed tranquillitate caritatis cavere peccatum. Aut, si nullius omnino generis timor ibi esse poterit, ita fortasse timor in saeculum saeculi dictus est permanens, quia id permanebit quo timor ipse perducit*.

II-II q. 19 a. 11 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in auctoritate praedicta excluditur a beatis timor sollicitudinem habens, de malo praecavens, non autem timor securus, ut Augustinus dicit.

II-II q. 19 a. 11 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut dicit Dionysius, IX cap. de Div. Nom., *eadem et similia sunt Deo et dissimilia, hoc quidem secundum contingentem non imitabilis imitationem*, idest inquantum secundum suum posse imitantur Deum, qui non est perfecte imitabilis; *hoc autem secundum hoc quod causata minus habent a causa, infinitis mensuris et incomparabilibus deficientia*. Unde non oportet quod, si Deo non convenit timor, quia non habet superiorem cui subiiciatur, quod propter hoc non conveniat beatis, quorum beatitudo consistit in perfecta subiectione ad Deum.

II-II q. 19 a. 11 ad 3

Ad tertium dicendum quod spes importat quendam defectum, scilicet futuritionem beatitudinis, quae tollitur per eius praesentiam. Sed timor importat defectum naturalem creaturae, secundum quod in infinitum distat a Deo, quod etiam in patria remanebit. Et ideo timor non evacuabitur totaliter.

12. Quid respondeat ei in beatitudinibus etfructibus.

II-II q. 19 a. 12 arg. 1

Ad duodecimum sic proceditur. Videtur quod paupertas spiritus non sit beatitudo respondens dono timoris. Timor enim est initium spiritualis vitae, ut ex dictis patet. Sed paupertas pertinet ad perfectionem vitae spiritualis, secundum illud Matth. XIX, *si vis perfectus esse, vade et vende omnia quae habes, et da pauperibus*. Ergo paupertas spiritus non respondet dono timoris.

II-II q. 19 a. 12 arg. 2

Praeterea, in Psalm. dicitur, *confige timore tuo carnes meas*, ex quo videtur quod ad timorem pertineat carnem

Tedy blahoslavenství Tkání spíše odpovídá daru bázně, nežli blahoslavenství chudoby.

Mimo to dar bázně odpovídá ctnosti naděje, jak bylo řečeno. Ale zdá se, že naději nejvíce odpovídá poslední blahoslavenství, jímž jest, "Blahoslavení pokojní, neboť budou slouti syny Božími": protože, jak se praví Řím. 5: "Chlubíme se v naději slávy synů Božích." Tedy ono blahoslavenství spíše odpovídá daru bázně než chudoba ducha.

Mimo to bylo svrchu řečeno, že blahoslavenstvím odpovídají plody. Ale v plodech se nenalézá nic odpovídajícího daru bázně Tedy také ani v blahoslavenstvích mu nic neodpovídá.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v knize O Řeči Páně na hoře: "Bázeň Boží přísluší pokorným, o nichž se praví: Blahoslavení chudí duchem."

Odpovídám: Musí se říci, že bázni odpovídá vlastně chudoba ducha. Ježto totiž k synovské bázni patří vzdávati Bohu úctu a býti mu poddán, to, co následuje z takového podrobení, patří k daru bázně Tím však, že se někdo Bohu podrobí, přestává hledati zvelebení v sobě nebo v něčem jiném než v Bohu: neboť by to odporovalo dokonalému podrobení Bohu. Proto se praví v Žalmu: "Tito na vozech a tito na koních, my však budeme vzývati ve jménu Boha svého." A proto z toho, že se někdo dokonale Boha bojí, důsledkem jest, že nehledá zvelebení v sobě samém skrze pýchu; ani též nehledá zvelebení v zevnějších dobrech, totiž v poctách a bohatství; a obojí z toho patří k chudobě ducha, pokud se chudobou ducha může rozuměti buď zničení nadutého a pyšného ducha, jak vykládá Augustin, nebo také odvržení časných věcí, které se děje duchem, to jest vlastní vůlí skrze vnuknutí Ducha Svatého, jak vykládají Ambrož a Jeronym.

K prvnímu se tedy musí říci, že, ježto blahoslavenství jest úkonem ctnosti dokonalé, všechna blahoslavenství patří k dokonalosti duchovního života. A v té dokonalosti počátkem se zdá, aby tíhnoucí k dokonalému podílu na duchovních dobrech, pohrdal pozemskými dobry, jakož i bázeň má první místo v darech. Ale dokonalost nespočívá v samém opuštění časných, nýbrž je to cesta k dokonalosti. Ale bázeň synovská, jíž odpovídá blahoslavenství chudoby, je také s dokonalostí moudrosti, jak bylo svrchu řečeno.

K druhému se musí říci, že podrobení Bohu, které činí bázeň synovská, přiměji odporuje nenáležité velebení člověka buď v sobě samém, nebo v jiných věcech, než zevnější potěšení. To pak odporuje bázni v důsledku: protože kdo Boha ctí a jemu se podrobuje, nemá potěšení v jiných než Bůh. Ale přece potěšení nepatří k rázu obtížného, k němuž přihlíží bázeň, jako velebení. A proto blahoslavenství chudoby přímo odpovídá bázni, kdežto blahoslavenství Tkání v důsledku.

K třetímu se musí říci, že naděje obnáší pohyb podle poměru ke konci, k němuž se tíhne: ale bázeň obnáší spíše reprimere. Sed ad repressionem carnis maxime videtur pertinere beatitudo luctus. Ergo beatitudo luctus magis respondet dono timoris quam beatitudo paupertatis.

II-II q. 19 a. 12 arg. 3

Praeterea, donum timoris respondet virtuti spei, sicut dictum est. Sed spei maxime videtur respondere beatitudo ultima, quae est, *beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*, quia, ut dicitur Rom. V, *gloriamur in spe gloriae filiorum Dei*. Ergo illa beatitudo magis respondet dono timoris quam paupertas spiritus.

II-II q. 19 a. 12 arg. 4

Praeterea, supra dictum est quod beatitudinibus respondent fructus. Sed nihil in fructibus invenitur respondere dono timoris. Ergo etiam neque in beatitudinibus aliquid ei respondet.

II-II q. 19 a. 12 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro de Serm. Dom. in Mont., *timor Dei congruit humilibus, de quibus dicitur, beati pauperes spiritu*.

II-II q. 19 a. 12 co.

Respondeo dicendum quod timori proprie respondet paupertas spiritus. Cum enim ad timorem filialem pertineat Deo reverentiam exhibere et ei subditum esse, id quod ex huiusmodi subiectione consequitur pertinet ad donum timoris. Ex hoc autem quod aliquis Deo se subiicit, desinit quaerere in seipso vel in aliquo alio magnificari nisi in Deo, hoc enim repugnaret perfectae subiectioni ad Deum. Unde dicitur in Psalm., *hi in curribus et hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri invocabimus*. Et ideo ex hoc quod aliquis perfecte timet Deum, consequens est quod non quaerat magnificari in seipso per superbiam; neque etiam quaerat magnificari in exterioribus bonis, scilicet honoribus et divitiis; quorum utrumque pertinet ad paupertatem spiritus, secundum quod paupertas spiritus intelligi potest vel exinanitio inflati et superbi spiritus, ut Augustinus exponit; vel etiam abiectio temporalium rerum quae fit spiritu, idest propria voluntate per instinctum spiritus sancti, ut Ambrosius et Hieronymus exponunt.

II-II q. 19 a. 12 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, cum beatitudo sit actus virtutis perfectae, omnes beatitudines ad perfectionem spiritualis vitae pertinent. In qua quidem perfectione principium esse videtur ut tendens ad perfectam spiritualium bonorum participationem terrena bona contemnat, sicut etiam timor primum locum habet in donis. Non autem consistit perfectio in ipsa temporalium desertione, sed haec est via ad perfectionem. Timor autem filialis, cui respondet beatitudo paupertatis, etiam est cum perfectione sapientiae, ut supra dictum est.

II-II q. 19 a. 12 ad 2

Ad secundum dicendum quod directius opponitur subiectioni ad Deum, quam facit timor filialis, indebita magnificatio hominis vel in seipso vel in aliis rebus quam delectatio extranea. Quae tamen opponitur timori ex consequenti, quia qui Deum reveretur et ei subiicitur, non delectatur in aliis a Deo. Sed tamen delectatio non pertinet ad rationem ardui, quam respicit timor, sicut magnificatio. Et ideo directe beatitudo paupertatis respondet timori, beatitudo autem luctus ex consequenti.

II-II q. 19 a. 12 ad 3

Ad tertium dicendum quod spes importat motum secundum

pohyb podle poměru k ústupu od konce. A proto poslední blahoslavenství, jež jest koncem duchovní dokonalosti, vhodně odpovídá naději na způsob posledního předmětu: ale první blahoslavenství, jež jest skrze ústup od zevnějších věcí, bránících božskému podrobení, vhodně odpovídá bázni.

Ke čtvrtému se musí říci, že v plodech, to, co patří k mírnému užívání nebo k zdrženlivosti od věcí časných, zdá se vhodné pro dar bázně; jako skromnost, zdrženlivost a čistota.

XX. O zoufalství.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom se má uvažovati o neřestech protilehlých. A nejprve o zoufalství; za druhé o opovážlivosti.

O prvním jsou čtyři otázky.

1. Zda zoufalství jest hříchem.
2. Zda může býti bez nevěry.
3. Zda jest největší z hříchů.
4. Zda pochází z vlažnosti.

XX.1. Zda zoufalství jest hříchem.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že zoufalství není hříchem. Neboť každý hřích má obrácení k proměnnému dobru s odvrácením od neproměnného dobra, jak je patrné z Augustina, v I. O Svob. Vůli. Ale zoufalství nemá obrácení k proměnnému dobru. Tedy není hříchem.

Mimo to, ono, co pochází z dobrého kořene, nezdá se býti hříchem; protože "nemůže dobrý strom činiti špatného ovoce", jak se praví Mat. 7. Ale zoufalství se zdá vycházeti z dobrého kořene, totiž z bázně Boží nebo z hrůzy nad velikostí vlastních hříchů. Tedy zoufalství není hříchem.

Mimo to, kdyby zoufalství bylo hříchem, bylo by v zavržených hříchem, že zoufají. Ale to se jim nepřičítá za vinu, nýbrž spíše k zavržení. Tedy se ani poutníkům nepřičítá za vinu. A tak zoufalství není hříchem.

Avšak proti, ono, skrze něž jsou lidé přiváděni ke hříchu, zdá se býti nejen hříchem, nýbrž původem hříchů. Ale zoufalství je takové: praví totiž Apoštol o některých, Efes. 4: Kteříž zoufajíce, sebe odevzdali nestydatosti na konání veškeré nečistoty a lakomství. "Tedy zoufalství nejen jest hříchem, nýbrž jiných hříchů původem.

Odpovídám: Musí se říci, že podle Filosofa, v VI. Ethic., to, co jest v rozumu klad nebo zápor, to jest v žádosti sledování a prchání; a co jest v rozumu pravdivo nebo nesprávno, jest v žádosti dobro a zlo. A proto každý pohyb žádosti, souladně se mající s pravdivým rozumem, o sobě jest dobrý; každý pak pohyb rozumu, souladně se mající s rozumem nesprávným, o sobě jest špatný a hříchem. O

habitudinem ad terminum ad quem tenditur, sed timor importat magis motum secundum habitudinem recessus a termino. Et ideo ultima beatitudo, quae est spiritualis perfectionis terminus, congrue respondet spei per modum obiecti ultimi, sed prima beatitudo, quae est per recessum a rebus exterioribus impedientibus divinam subiectionem, congrue respondet timori.

II-II q. 19 a. 12 ad 4

Ad quartum dicendum quod in fructibus illa quae pertinent ad moderatum usum vel abstinentiam a rebus temporalibus, videntur dono timoris convenire, sicut modestia, continentia et castitas.

20. De spe quantum ad vitia opposit : et primo de desperatione.

Prooemium

II-II q. 20 pr.

Deinde considerandum est de vitiis oppositis. Et primo, de desperatione; secundo, de praesumptione. Circa primum quaeruntur quatuor. Primo, utrum desperatio sit peccatum. Secundo, utrum possit esse sine infidelitate. Tertio, utrum sit maximum peccatorum. Quarto, utrum oriatur ex acedia.

1. Utrum desperatio sit peccatum.

II-II q. 20 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod desperatio non sit peccatum. Omne enim peccatum habet conversionem ad commutabile bonum cum aversione ab incommutabili bono; ut patet per Augustinum, in Lib. de Lib. Arb. Sed desperatio non habet conversionem ad commutabile bonum. Ergo non est peccatum.

II-II q. 20 a. 1 arg. 2

Praeterea, illud quod oritur ex bona radice non videtur esse peccatum, quia *non potest arbor bona fructus malos facere*, ut dicitur Matth. VII. Sed desperatio videtur procedere ex bona radice, scilicet ex timore Dei, vel ex horrore magnitudinis propriorum peccatorum. Ergo desperatio non est peccatum.

II-II q. 20 a. 1 arg. 3

Praeterea, si desperatio esset peccatum, in damnatis esset peccatum quod desperant. Sed hoc non imputatur eis ad culpam, sed magis ad damnationem. Ergo neque viatoribus imputatur ad culpam. Et ita desperatio non est peccatum.

II-II q. 20 a. 1 s. c.

Sed contra, illud per quod homines in peccata inducuntur videtur esse non solum peccatum, sed principium peccatorum. Sed desperatio est huiusmodi, dicit enim apostolus de quibusdam, ad Ephes. IV, *qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae in operationem omnis immunditiae et avaritiae*. Ergo desperatio non solum est peccatum, sed aliorum peccatorum principium.

II-II q. 20 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod secundum philosophum, in VI Ethic., id quod est in intellectu affirmatio vel negatio est in appetitu prosecutio et fuga, et quod est in intellectu verum vel falsum est in appetitu bonum et malum. Et ideo omnis motus appetitivus conformiter se habens intellectui vero, est secundum se bonus, omnis autem motus appetitivus

Bohu pak pravé mínění rozumu jest, že od něho přichází lidem spása a dává se odpuštění hříšníkům, podle onoho Ezech. 18: "Nechci smrti hříšníka, nýbrž aby se obrátil a žil." Nesprávná pak domněnka jest, že kajícímu hříšníku odpírá odpuštění, nebo že hříšníků k sobě neobrací skrze milost ospravedlňující. A proto, jako pohyb naděje, souladně se mající k pravdivému mínění, jest chvalný a ctnostný, tak protilehlý pohyb zoufalství, jenž se má souladně s míněním nesprávným o Bohu, jest neřestný a hříchem.

K prvnímu se tedy musí říci, že v každém smrtelném hříchu jest nějak odvrácení od neproměnného dobra a obrácení k dobru proměnnému, ale jinak a jinak. Neboť v odvrácení od neproměnného dobra hlavně záleží hříchy, jež jsou proti ctnostem božským, jako nenávist Boha, zoufalství a nevěra, protože božské ctnosti mají Boha za předmět: v důsledku pak obnášejí obrácení k proměnnému dobru, pokud je nutné, že duše, opouštějící Boha, v důsledku se obrátí k jiným. Avšak jiné hříchy záleží hlavně v obrácení k proměnnému dobru, z důsledku pak v odvrácení od neproměnného dobra; neboť kdo smilní, nezamýšlí odstoupiti od Boha, nýbrž požívati tělesného potěšení, z něhož následuje, že od Boha odstupuje.

K druhému se musí říci, že z kořene ctnosti může něco vycházeti dvojmo. Jedním způsobem přímo, ze strany samé ctnosti, jako úkon vychází od zběhlosti: a tím způsobem nemůže nějaký hřích vycházeti ze ctnostného kořene; neboť v tomto smyslu praví Augustin, v knize O Svob. Vůli, že "ctnosti nikdo špatně neužívá". - Jiným způsobem vychází něco z kořene ctnosti nepřímo nebo příležitostně. A tak nic nebrání, aby nějaký hřích vycházel z nějaké ctnosti: jako někdy někteří se pyšní ctnostmi, podle onoho Augustinova: "Pýcha dobrým skutkům ukládá, aby zahynuly." A tím způsobem z bázně Boží nebo z hrůzy nad vlastními hříchy se přihází zoufalství, berouc od nich příležitost zoufání.

K třetímu se musí říci, že zavržení nejsou ve stavu doufání pro nemožnost návratu do blaženosti. A proto se jim nepřičítá k vině, že nedoufají, nýbrž je částí jejich zavržení. Jako také ve stavu cesty, kdyby někdo zoufal nad tím, čeho mu není souzeno dosíci nebo co mu nenáleží dosáhnouti, nebylo by hříchem: třebas, kdyby lékař zoufal nad vyléčením nějakého nemocného, nebo když někdo zoufá, že by dosáhl bohatství.

XX.2. Zda zoufalství může býti bez nevěry.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že zoufalství nemůže býti bez nevěry. Neboť jistota naděje plyne z víry. Ale zůstává-li příčina, neruší se účinek. Tedy nemůže někdo ztratiti jistotu naděje zoufalstvím; leč pozbude víry.

Mimo to dáti přednost vlastní vině před dobrotou nebo milosrdenstvím Božím jest popříti nekonečnost božského milosrdenství nebo dobroty, což je nevěra. Ale kdo zoufá, dává své vině přednost před milosrdenstvím nebo dobrotou Boží, podle onoho Genes. 4: "Větší jest nepravost má, než abych zasloužil odpuštění." Tedy, kdokoli zoufá, jest conformiter se habens intellectui falso, est secundum se malus et peccatum. Circa Deum autem vera existimatio intellectus est quod ex ipso provenit hominum salus, et venia peccatoribus datur; secundum illud Ezech. XVIII, *nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat*. Falsa autem opinio est quod peccatori poenitenti veniam deneget, vel quod peccatores ad se non convertat per gratiam iustificantem. Et ideo sicut motus spei, qui conformiter se habet ad existimationem veram, est laudabilis et virtuosus; ita oppositus motus desperationis, qui se habet conformiter existimationi falsae de Deo, est vitiosus et peccatum.

II-II q. 20 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in quolibet peccato mortali est quodammodo aversio a bono incommutabili et conversio ad bonum commutabile, sed aliter et aliter. Nam principaliter consistunt in aversione a bono incommutabili peccata quae opponuntur virtutibus theologicis, ut odium Dei, desperatio et infidelitas, quia virtutes theologicae habent Deum pro obiecto, ex consequenti autem important conversionem ad bonum commutabile, inquantum anima deserens Deum consequenter necesse est quod ad alia convertatur. Peccata vero alia principaliter consistunt in conversione ad commutabile bonum, ex consequenti vero in aversione ab incommutabili bono, non enim qui fornicatur intendit a Deo recedere, sed carnali delectatione frui, ex quo sequitur quod a Deo recedat.

II-II q. 20 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod ex radice virtutis potest aliquid procedere dupliciter. Uno modo, directe ex parte ipsius virtutis, sicut actus procedit ex habitu, et hoc modo ex virtuosa radice non potest aliquod peccatum procedere; hoc enim sensu Augustinus dicit, in libro de Lib. Arb., quod *virtute nemo male utitur*. Alio modo procedit aliquid ex virtute indirecte sive occasionaliter. Et sic nihil prohibet aliquod peccatum ex aliqua virtute procedere, sicut interdum de virtutibus aliqui superbiunt, secundum illud Augustini, *superbia bonis operibus insidiatur ut pereant*. Et hoc modo ex timore Dei vel ex horrore propriorum peccatorum contingit desperatio, inquantum his bonis aliquis male utitur, occasionem ab eis accipiens desperandi.

II-II q. 20 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod damnati non sunt in statu sperandi, propter impossibilitatem reditus ad beatitudinem. Et ideo quod non sperant non imputatur eis ad culpam, sed est pars damnationis ipsorum. Sicut etiam in statu viae si quis desperaret de eo quod non est natus adipisci, vel quod non est debitum adipisci, non esset peccatum, puta si medicus desperat de curatione alicuius infirmi, vel si aliquis desperat se fore divitias adepturum.

2. Utrum desperatio possit esse sineinfidelitate.

II-II q. 20 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod desperatio sine infidelitate esse non possit. Certitudo enim spei a fide derivatur. Sed manente causa non tollitur effectus. Ergo non potest aliquis certitudinem spei amittere desperando nisi fide sublata.

II-II q. 20 a. 2 arg. 2

Praeterea, praeferre culpam propriam bonitati vel misericordiae divinae est negare infinitatem divinae misericordiae vel bonitatis, quod est infidelitatis. Sed qui desperat culpam suam praefert misericordiae vel bonitati

nevěřícím.

Mimo to, kdokoli upadne do odsouzeného kacířstva, jest nevěřícím. Ale zoufající se zdá upadati do odsouzeného kacířstva, totiž Novatiánů, kteří praví, že se hříchy po křtu neodpouštějí. Tedy se zdá, že, kdokoli zoufá, jest nevěřícím.

Avšak proti jest, že odstraněním pozdějšího se neodstraňuje dřívější. Ale naděje jest pozdější než víra, jak bylo svrchu řečeno. Tedy po odstranění naděje může zůstati víra. Tedy ne každý, kdo zoufá, jest nevěřícím.

Ad primum ergo dicendum quod operatio intellectus completur secundum quod intellectum est in intelligente, et ideo nobilitas operationis intellectualis attenditur secundum mensuram intellectus. Operatio autem voluntatis, et cuiuslibet virtutis appetitivae, perficitur in inclinatione appetentis ad rem sicut ad terminum. Ideo dignitas operationis appetitivae attenditur secundum rem quae est obiectum operationis. Ea autem quae sunt infra animam nobiliori modo sunt in anima quam in seipsis, quia unumquodque est in aliquo per modum eius in quo est, ut habetur in libro de causis, quae vero sunt supra animam nobiliori modo sunt in seipsis quam sint in anima. Et ideo eorum quae sunt infra nos nobilior est cognitio quam dilectio, propter quod philosophus, in X Ethic., praetulit virtutes intellectuales moralibus. Sed eorum quae sunt supra nos, et praecipue dilectio Dei, cognitioni praefertur. Et ideo caritas est excellentior fide.

II-II q. 23 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod fides non operatur per dilectionem sicut per instrumentum, ut dominus per servum; sed sicut per formam propriam. Et ideo ratio non sequitur.

K třetímu se musí říci, že totéž dobro jest předmětem lásky i naděje; ale láska obnáší sjednocení s oním dobrem, naděje pak nějakou vzdálenost od něho. A odtud jest, že láska nepřihlíží k onomu dobru jakožto obtížnému, jako naděje; neboť co už je sjednoceno, nemá ráz obtížného. A z toho je zjevné, že láska je dokonalejší než naděje.

XXIII.7. Zda bez lásky může býti nějaká pravá ctnost.

Při sedmé se postupuje takto: Zdá se, že bez lásky může býti nějaká pravá ctnost. Neboť ctnosti jest vlastní konati dobrý skutek. Ale ti, kteří nemají lásky, konají některé dobré skutky, třebas, když šatí nahého, sytí hladového a konají podobná. Tedy bez lásky může býti nějaká pravá ctnost.

Mimo to láska nemůže býti bez víry, neboť vychází "z víry nelíčené", jak praví Apoštol I. Tim. 1. Ale v nevěřících může býti pravá čistota, když krotí žádosti, a pravá spravedlnost, když správně soudí. Tedy pravá ctnost může býti bez lásky.

Mimo to vědění a umění jsou jakési ctnosti, jak je patrné v VI. Ethic. Ale takové se nalézají u lidí hříšných, nemajících lásky. Tedy pravá ctnost může býti bez lásky.

Avšak proti jest, co praví Apoštol, I. Kor. 13: "Kdybych rozdal na pokrmy chudých všechen statek svůj a kdybych vydal své tělo, abych shořel, lásky však bych neměl, nic mi neprospěje." Ale pravá ctnost mnoho prospěje, podle onoho Moudr. 8: "Učí střízlivosti a spravedlnosti, opatrnosti a síle, nad něž nic užitečnějšího není lidem v životě Tedy bez lásky nemůže býti pravé ctnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že ctnost je zařízena k dobru, jak jsme měli shora. Dobrem je však hlavně cíl: neboť ta, jež jsou k cíli, nenazývají se dobrými, leč v zařízení k cíli. Jako tedy je dvojí cíl: jeden poslední a druhý nejbližší, tak je také dvojí dobro: a to, jedno poslední a všeobecné, a jiné nejbližší a částečné. Posledním pak a hlavním dobrem člověka je požívání Boha, podle onoho žalmu: "Přidržovati se Boha je pro mně dobré", a k tomu je člověk zařízen láskou. Druhotné však dobro člověka, a jaksi částečné, může býti dvojí: a to, jedno, jež jest opravdové dobro, jakožto zařiditelné, co na něm jest, k hlavnímu dobru, jímž je poslední cíl; jiné pak je dobro zdánlivé a ne pravé, poněvadž odvádí od konečného dobra.

Tak je tedy patrné, že jednoduše pravá ctnost je ona, jež je zařízena k hlavnímu dobru člověka, jak praví i Filosof, v VII. Fys., že "ctnost je uzpůsobení dokonalého k nejlepší mu". A tak nemůže býti žádná pravá ctnost bez lásky. Béře-li se však ctnost v zařízení k nějakému cíli částečnému, pak může býti pravou zvána nějaká ctnost bez lásky, pokud je zařízena k nějakému dobru částečnému.

Není-li však ono částečné dobro pravým dobrem, ale zdánlivým, také ctnost, která je zařízena k tomuto dobru, nebude pravá ctnost, ale nesprávná podobnost se ctností; jako není pravou ctností opatrnost lakomců, jíž vymýšlejí různé druhy zisků; a spravedlnost lakomců, jíž pohrdají cizím ze strachu před těžkými ztrátami; a mírnost lakomců, jíž krotí touhu po hýřivosti, která je nákladná; a statečnost lakomců, jíž, podle slov Horaciových, "po moři chudobě utíkají, přes skály, přes ohně", jak praví Augustin ve IV. knize Proti Juliánovi. Je-li však ono částečné dobro pravým dobrem, třebas záchrana města nebo něco takového, bude sice pravá ctnost, ale nedokonalá, nevztahuje-li se ke konečnému a dokonalému dobru. A podle toho nemůže býti bez lásky jednoduše pravé ctnosti.

II-II q. 23 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod idem bonum est obiectum caritatis et spei, sed caritas importat unionem ad illud bonum, spes autem distantiam quandam ab eo. Et inde est quod caritas non respicit illud bonum ut arduum sicut spes, quod enim iam unitum est non habet rationem ardui. Et ex hoc apparet quod caritas est perfectior spe.

7. Utrum sine ea possit esse aliqua vera virtus.

II-II q. 23 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod sine caritate possit esse aliqua vera virtus. Virtutis enim proprium est bonum actum producere. Sed illi qui non habent caritatem faciunt aliquos bonos actus, puta dum nudum vestiunt, famelicum pascunt et similia operantur. Ergo sine caritate potest esse aliqua vera virtus.

II-II q. 23 a. 7 arg. 2

Praeterea, caritas non potest esse sine fide, procedit enim ex fide non ficta, ut apostolus dicit, I Tim. I. Sed in infidelibus potest esse vera castitas, dum concupiscentias cohibent; et vera iustitia, dum recte iudicant. Ergo vera virtus potest esse sine caritate.

II-II q. 23 a. 7 arg. 3

Praeterea, scientia et ars quaedam virtutes sunt, ut patet in VI Ethic. Sed huiusmodi inveniuntur in hominibus peccatoribus non habentibus caritatem. Ergo vera virtus potest esse sine caritate.

II-II q. 23 a. 7 s. c.

Sed contra est quod apostolus dicit, I ad Cor. XIII, *si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest*. Sed virtus vera multum prodest, secundum illud Sap. VIII, *sobrietatem et iustitiam docet, prudentiam et virtutem, quibus in vita nihil est utilius hominibus*. Ergo sine caritate vera virtus esse non potest.

II-II q. 23 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod virtus ordinatur ad bonum, ut supra habitum est. Bonum autem principaliter est finis, nam ea quae sunt ad finem non dicuntur bona nisi in ordine ad finem. Sicut ergo duplex est finis, unus ultimus et alius proximus, ita etiam est duplex bonum, unum quidem ultimum, et aliud proximum et particulare. Ultimum quidem et principale bonum hominis est Dei fruitio, secundum illud Psalm., *mihi adhaerere Deo bonum est*, et ad hoc ordinatur homo per caritatem. Bonum autem secundarium et quasi particulare hominis potest esse duplex, unum quidem quod est vere bonum, utpote ordinabile, quantum est in se, ad principale bonum, quod est ultimus finis; aliud autem est bonum apparens et non verum, quia abducit a finali bono. Sic igitur patet quod virtus vera simpliciter est illa quae ordinat ad principale bonum hominis, sicut etiam philosophus, in VII Physic., dicit quod virtus est dispositio perfecti ad optimum. Et sic nulla vera virtus potest esse sine caritate. Sed si accipiatur virtus secundum quod est in ordine ad aliquem finem particularem, sic potest aliqua virtus dici sine caritate, inquantum ordinatur ad aliquod particulare bonum. Sed si illud particulare bonum non sit verum bonum, sed apparens, virtus etiam quae est in ordine ad hoc bonum non erit vera virtus, sed falsa similitudo virtutis, sicut *non est vera virtus avarorum prudentia, qua excogitant diversa genera lucellorum; et avarorum iustitia, qua gravium damnorum metu contemnunt aliena; et avarorum temperantia, qua luxuriae, quoniam sumptuosa est, cohibent appetitum; et avarorum fortitudo, qua, ut ait Horatius, per mare pauperiem fugiunt, per saxa, per ignes*, ut Augustinus dicit, in IV Lib. contra Iulian. Si vero illud bonum particulare sit verum bonum, puta conservatio civitatis vel aliquid huiusmodi, erit quidem vera virtus, sed imperfecta, nisi referatur ad finale et perfectum bonum. Et secundum hoc simpliciter vera virtus sine caritate esse non potest.

K prvnímu se tedy musí říci, že úkon někoho, postrádajícího lásky, může býti dvojí: a to, jeden podle toho, že postrádá lásky, když totiž koná něco v zařízení k tomu, skrze co postrádá lásky. A takový úkon je vždycky špatný, jak praví Augustin, ve IV. knize Proti Juliánovi, že úkon nevěřícího, jakožto nevěřícího, je vždycky hříchem, i když zakryje nahého, nebo činí cokoliv takového, zařizuje to k cíli své nevěry. Může však býti jiný úkon postrádajícího lásky, ne podle toho, že postrádá lásky, ale pokud má nějaký jiný dar Boží, buď víru či naději nebo také dobro přirozené, jež se hříchem celé nemaří, jak bylo nahoře řečeno. A podle toho bez lásky může býti nějaký úkon dobrý ze svého rodu, ne však dokonale dobrý, poněvadž mu chybí patřičné zařízení k poslednímu cíli.

K druhému se musí říci, že, ježto cíl u konatelných se má jako zásada u zbadatelných, jako nemůže býti jednoduše pravá věda, chybí-li správné ocenění první a nedokazatelné zásady, tak nemůže býti jednoduše pravá spravedlnost nebo pravé čistoty, chybí-li patřičné zařízení k cíli, jež jest skrze lásku, jakkoliv se má někdo správně v jiných.

K třetímu se musí říci, že vědění a umění samy sebou obnášejí směr k nějakému částečnému dobru, ne však k poslednímu cíli lidského života, jako mravní ctnosti, jež jednoduše činí člověka dobrým, jak bylo shora řečeno. A proto není podobného důvodu.

XXIII.8. Zda láska je tvarem ctností.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že láska není tvarem ctností. Neboť tvar nějaké věci je buď vzorový anebo bytostný. Než láska není vzorovým tvarem jiných ctností, poněvadž tak by musely býti ostatní ctnosti téhož druhu s ní; podobně také není bytostným tvarem jiných ctností, ježto by se od nich nelišila. Tedy žádným způsobem není tvarem ctností.

Mimo to láska se přirovnává k ostatním ctnostem jako kořen a základ, podle onoho Efes. 3: "V lásce zakořeněni a založeni." Kořen však a základ nemá ráz tvaru, ale spíše ráz hmoty, poněvadž je první částí v rození. Tedy láska není tvarem ctností.

Mimo to tvar, konec a činitel nespadají v totéž číselně, jak je patrné v II. Fysic. Ale láska se nazývá cílem a matkou ctností. Tedy se nemá nazývati tvarem ctností.

II-II q. 23 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod actus alicuius caritate carentis potest esse duplex. Unus quidem secundum hoc quod caritate caret, utpote cum facit aliquid in ordine ad id per quod caret caritate. Et talis actus semper est malus, sicut Augustinus dicit, in IV contra Iulian., quod actus infidelis, inquantum est infidelis, semper est peccatum; etiam si nudum operiat vel quidquid aliud huiusmodi faciat, ordinans ad finem suae infidelitatis. Alius autem potest esse actus carentis caritate non secundum id quod caritate caret, sed secundum quod habet aliquod aliud donum Dei, vel fidem vel spem, vel etiam naturae bonum, quod non totum per peccatum tollitur, ut supra dictum est. Et secundum hoc sine caritate potest quidem esse aliquis actus bonus ex suo genere, non tamen perfecte bonus, quia deest debita ordinatio ad ultimum finem.

II-II q. 23 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod, cum finis se habeat in agibilibus sicut principium in speculativis, sicut non potest esse simpliciter vera scientia si desit recta aestimatio de primo et indemonstrabili principio; ita non potest esse simpliciter vera iustitia aut vera castitas si desit ordinatio debita ad finem, quae est per caritatem, quantumcumque aliquis se recte circa alia habeat.

II-II q. 23 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod scientia et ars de sui ratione important ordinem ad aliquod particulare bonum, non autem ultimum finem humanae vitae, sicut virtutes morales, quae simpliciter faciunt hominem bonum, ut supra dictum est. Et ideo non est similis ratio.

8. Utrum sit forma virtutum.

II-II q. 23 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod caritas non sit forma virtutum. Forma enim alicuius rei vel est exemplaris, vel est essentialis. Sed caritas non est forma exemplaris virtutum aliarum, quia sic oporteret quod aliae virtutes essent eiusdem speciei cum ipsa. Similiter etiam non est forma essentialis aliarum virtutum, quia non distingueretur ab aliis. Ergo nullo modo est forma virtutum.

II-II q. 23 a. 8 arg. 2

Praeterea, caritas comparatur ad alias virtutes ut radix et fundamentum, secundum illud Ephes. III, *in caritate radicati et fundati*. Radix autem vel fundamentum non habet rationem formae, sed magis rationem materiae, quia est prima pars in generatione. Ergo caritas non est forma virtutum.

II-II q. 23 a. 8 arg. 3

Praeterea, forma et finis et efficiens non incidunt in idem numero, ut patet in II Physic. Sed caritas dicitur finis et mater virtutum. Ergo non debet dici forma virtutum.

Avšak proti jest, co praví Ambrož, že "láska je tvarem ctností".

Odpovídám: Musí se říci, že v mravních se tvar úkonu béře hlavně se strany cíle; a důvodem toho je, že původem mravních úkonů je vůle, jejímž předmětem a jakoby tvarem je cíl. Vždy však tvar úkonu sleduje tvar činitele. Proto je třeba, aby v mravních to, co dává úkonu zařízení k cíli, dalo mu i tvar. Neboť jest jasné podle řečeného, že láskou jsou zařizovány úkony ostatních ctností k poslednímu cíli. A podle toho ona dává tvar úkonům jiných ctností. A na tolik se nazývá tvarem ctností; neboť také právě o ctnostech se mluví v zařízení k úkonům utvářeným.

K prvnímu se tedy musí říci, že láska se nazývá tvarem jiných ctností ne sice vzorově nebo bytostně, ale spíše účinně, pokud totiž všem ukládá tvar, podle řečeného způsobu.

K druhému se musí říci, že láska se přirovnává ke kořeni a základu pokud jsou z ní vydržovány a živeny všechny ostatní ctnosti, a ne podle rázu, jakým základ a kořen mají ráz příčiny látkově

K třetímu se musí říci, že láska se nazývá cílem jiných ctností, poněvadž všechny ostatní ctnosti zařizuje ke svému cíli. A poněvadž matkou jest, jež v sobě počne z jiného, z toho důvodu se nazývá matkou jiných ctností, poněvadž ze žádosti posledního cíle počne úkony jiných ctností, rozkazujíc je.

XXIV. O podmětě lásky.

Předmluva

Dělí se na dvanáct článků.

Potom je třeba uvažovati o lásce v poměru k podmětu.

O tomto je dvanáct otázek.

1. Zda láska je ve vůli jako v podmětě.
2. Zda láska vzniká v člověku z předcházejících úkonů nebo z božského vlití.
3. Zda je vlévána podle schopnosti přirozených.
4. Zda roste v tom, jenž ji má.
5. Zda roste přidáváním.
6. Zda roste každým úkonem.
7. Zda roste do nekonečna.
8. Zda láska cesty může býti dokonalá.
9. 0 různých stupních lásky.
10. Zda láska se může umenšovati.
11. Zda lásku jednou nabytou lze ztratiti.
12. Zda se ztrácí jedním úkonem smrtelného hříchu.

XXIV.1. Zda vůle je podmětem lásky.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že vůle není podmětem lásky. Neboť láska je nějaké milování. Milování však podle

II-II q. 23 a. 8 s. c.

Sed contra est quod Ambrosius dicit caritatem esse formam virtutum.

II-II q. 23 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod in moralibus forma actus attenditur principaliter ex parte finis, cuius ratio est quia principium moralium actuum est voluntas, cuius obiectum et quasi forma est finis. Semper autem forma actus consequitur formam agentis. Unde oportet quod in moralibus id quod dat actui ordinem ad finem, det ei et formam. Manifestum est autem secundum praedicta quod per caritatem ordinantur actus omnium aliarum virtutum ad ultimum finem. Et secundum hoc ipsa dat formam actibus omnium aliarum virtutum. Et pro tanto dicitur esse forma virtutum, nam et ipsae virtutes dicuntur in ordine ad actus formatos.

II-II q. 23 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod caritas dicitur esse forma aliarum virtutum non quidem exemplariter aut essentialiter, sed magis effective, inquantum scilicet omnibus formam imponit secundum modum praedictum.

II-II q. 23 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod caritas comparatur fundamento et radici inquantum ex ea sustentantur et nutriuntur omnes aliae virtutes, et non secundum rationem qua fundamentum et radix habent rationem causae materialis.

II-II q. 23 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod caritas dicitur finis aliarum virtutum quia omnes alias virtutes ordinat ad finem suum. Et quia mater est quae in se concipit ex alio, ex hac ratione dicitur mater aliarum virtutum, quia ex appetitu finis ultimi concipit actus aliarum virtutum, imperando ipsos.

24. De caritate in comparatione ad subiectum.

Prooemium

II-II q. 24 pr.

Deinde considerandum est de caritate in comparatione ad subiectum. Et circa hoc quaeruntur duodecim. Primo, utrum caritas sit in voluntate tanquam in subiecto. Secundo, utrum caritas causetur in homine ex actibus praecedentibus, vel ex infusione divina. Tertio, utrum infundatur secundum capacitatem naturalium. Quarto, utrum augeatur in habente ipsam. Quinto, utrum augeatur per additionem. Sexto, utrum quolibet actu augeatur. Septimo, utrum augeatur in infinitum. Octavo, utrum caritas viae possit esse perfecta. Nono, de diversis gradibus caritatis. Decimo, utrum caritas possit diminui. Undecimo, utrum caritas semel habita possit amitti. Duodecimo, utrum amittatur per unum actum peccati mortalis.

1. Utrum caritas sit in voluntate sicut in subiecto.

II-II q. 24 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod voluntas non sit

Filosofa je v dychtivě Tedy láska je v dychtivé, a ne ve vůli.

Mimo to láska je nejpřednější ze ctností, jak bylo nahoře řečeno. Ale podmětem ctnosti je rozum. Tedy zdá se, že láska je v rozumu, a ne ve vůli.

Mimo to láska se vztahuje na všechny úkony lidské, podle onoho I. Kor. posl. hl.: "Vše vaše se děj v lásce." Ale lidské úkony mají původ ve svobodném rozhodování. Tedy se zdá, že láska nejvíce je ve svobodném rozhodování jako v podmětu, a ne ve vůli.

Avšak proti jest, že předmětem lásky je dobro, jež je také předmětem vůle. Tedy láska je ve vůli jako v podmětě.

Odpovídám: Musí se říci, že, ježto je dvojí žádost, jak jsme měli v První Části, totiž smyslová a rozumová, jež sluje vůle, obojí předmětem je dobro, ale různě. Neboť předmětem žádosti smyslové je dobro smyslem postřehnuté, předmětem však žádosti rozumové nebo vůle je dobro pod obecným rázem dobra, jak je postřehnutelné rozumem. Avšak předmětem lásky není nějaké dobro smyslové, ale dobro božské, jež se poznává jen rozumem. A proto podmětem lásky není žádost smyslová, ale žádost rozumová, to jest vůle.

K prvnímu se tedy musí říci, že dychtivá je částí žádosti smyslové, ne však žádosti rozumové, jak bylo ukázáno v První Části. Proto milování, které je v dychtivé, je milování smyslového dobra. K dobru však božskému, které je rozumové, nemůže se vztahovati dychtivá, ale jedině vůle. A proto dychtivá nemůže býti podmětem lásky.

K druhému se musí říci, že podle Filosofa, v III. O duši, také vůle je v rozumu. A proto tím, že láska je ve vůli, není rozumu cizí. Avšak rozum není měřítkem lásky, jako lidských ctností, ale řídí se Boží moudrostí a přesahuje měřítko lidského rozumu, podle onoho Efes. 3: "Lásku Kristovu, přesahující poznání." Proto není v rozumu jako v podmětě, jako opatrnost, ani jako v řídícím, jako spravedlnost nebo mírnost, ale pro jakousi příbuznost vůle s rozumem.

K třetímu se musí říci, že svobodné rozhodování není jiná mohutnost než vůle, jak bylo řečeno v První Části. A přece není láska ve vůli na způsob svobodného rozhodování, jehož úkonem je voliti. Neboť volba je o těch, která jsou k cíli, vůle však jest samého cíle, jak se praví v III. Ethic. Pročež se musí říci, že láska, jejímž předmětem je poslední cíl, je spíše ve vůli než ve svobodném rozhodování.

XXIV.2. Zda láska v nás vzniká vlitím.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že láska v nás nevzniká vlitím. Neboť, co je společné všem tvorům, je

subiectum caritatis. Caritas enim amor quidam est. Sed amor, secundum philosophum, est in concupiscibili. Ergo et caritas est in concupiscibili, et non in voluntate.

II-II q. 24 a. 1 arg. 2

Praeterea, caritas est principalissima virtutum, ut supra dictum est. Sed subiectum virtutis est ratio. Ergo videtur quod caritas sit in ratione, et non in voluntate.

II-II q. 24 a. 1 arg. 3

Praeterea, caritas se extendit ad omnes actus humanos, secundum illud I ad Cor. ult., *omnia vestra in caritate fiant*. Sed principium humanorum actuum est liberum arbitrium. Ergo videtur quod caritas maxime sit in libero arbitrio sicut in subiecto, et non in voluntate.

II-II q. 24 a. 1 s. c.

Sed contra est quod obiectum caritatis est bonum, quod etiam est obiectum voluntatis. Ergo caritas est in voluntate sicut in subiecto.

II-II q. 24 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, cum duplex sit appetitus, scilicet sensitivus et intellectivus, qui dicitur voluntas, ut in primo habitum est; utriusque obiectum est bonum, sed diversimode. Nam obiectum appetitus sensitivi est bonum per sensum apprehensum, obiectum vero appetitus intellectivi, vel voluntatis, est bonum sub communi ratione boni, prout est apprehensibile ab intellectu. Caritatis autem obiectum non est aliquod bonum sensibile, sed bonum divinum, quod solo intellectu cognoscitur. Et ideo caritatis subiectum non est appetitus sensitivus, sed appetitus intellectivus, idest voluntas.

II-II q. 24 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod concupiscibilis est pars appetitus sensitivi, non autem appetitus intellectivi, ut in primo ostensum est. Unde amor qui est in concupiscibili est amor sensitivi boni. Ad bonum autem divinum, quod est intelligibile, concupiscibilis se extendere non potest, sed sola voluntas. Et ideo concupiscibilis subiectum caritatis esse non potest.

II-II q. 24 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod voluntas etiam, secundum philosophum, in III de anima, in ratione est. Et ideo per hoc quod caritas est in voluntate non est aliena a ratione. Tamen ratio non est regula caritatis, sicut humanarum virtutum, sed regulatur a Dei sapientia, et excedit regulam rationis humanae, secundum illud Ephes. III, *supereminentem scientiae caritatem Christi*. Unde non est in ratione neque sicut in subiecto, sicut prudentia; neque sicut in regulante, sicut iustitia vel temperantia; sed solum per quandam affinitatem voluntatis ad rationem.

II-II q. 24 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod liberum arbitrium non est alia potentia a voluntate, ut in primo dictum est. Et tamen caritas non est in voluntate secundum rationem liberi arbitrii, cuius actus est eligere, *electio enim est eorum quae sunt ad finem, voluntas autem est ipsius finis*, ut dicitur in III Ethic. Unde caritas, cuius obiectum est finis ultimus, magis debet dici esse in voluntate quam in libero arbitrio.

2. Utrum caritas causetur in homine ex actibus praecedentibus vel ex infusione.

II-II q. 24 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod caritas non

vrozeno lidem. Ale, jak praví Diviš, ve IV. hl. o Bož. Jmén.: "Všem lze vyvoliti a milovati božské dobro," které je předmětem lásky. Tedy láska je v nás od přirozenosti a ne vlitá.

Mimo to, čím je něco milejší, tím snadněji může býti milováno. Než Bůh je nejvíce milý, poněvadž je nejvýš dobrý. Tedy je snazší jej milovati než jiná. Ale na milování jiných nepotřebujeme nějaké vlité zběhlosti. Tedy ani též na milování Boha.

Mimo to Apoštol praví, I. Tim. 1: "Cílem přikázání je láska z čistého srdce a z dobrého svědomí a z víry nelíčené." Ale to trojí náleží k úkonům lidským. Tedy láska v nás vzniká z úkonů předcházejících a ne vlitím.

Avšak proti jest, co praví Apoštol, Řím. 5: "Láska Boží je rozlita v srdcích našich skrze Ducha Svatého, jenž je nám dán."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, láska je nějaké přátelství člověka k Bohu, založené na sdílení věčné blaženosti. Toto sdílení však není podle darů přirozených, ale podle darů milosti, jak se praví Řím. 6: "Milost Boží život věčný." Pročež i sama láska přesahuje schopnost přirozenosti. Co však přesahuje schopnost přirozenosti, nemůže býti ani přirozené, ani nabyté přirozenými mohutnostmi, poněvadž přirozený účinek nepřesahuje svou příčinu. Pročež láska v nás nemůže býti ani od přirozenosti, ani není nabytá přirozenými silami, ale skrze vlití Ducha Svatého, jenž je láskou Otce a Syna, a podíl na ní v nás je sama láska stvořená, jak bylo již řečeno.

K prvnímu se tedy musí říci, že Diviš mluví o milování Boha, jež se zakládá na sdílení dober přirozených, a proto je ve všech od přirozenosti. Láska se však zakládá na jakémsi sdílení nadpřirozeném. Proto není podobného důvodu.

K druhému se musí říci, že, jako Bůh sám o sobě jest nejvíce poznatelný, ne však nám, pro nedostatek našeho poznání, závislého na věcech smyslových, tak je Bůh sám o sobě i velmi milý, pokud je předmětem blaženosti. Ale takto není nejvýš milý nám pro sklon našeho citu k viditelným dobrům. Z toho jest jasné, že musí býti naším srdcím vlita láska, bychom Boha nejvíce milovali.

K třetímu se musí říci, že, praví-li se, že láska v nás vychází "z čistého srdce a z dobrého svědomí a z víry nelíčené", má se to vztahovati na úkon lásky, vzbuzovaný z předcházejících. Nebo se to také praví, poněvadž takové úkony uzpůsobují člověka k přijetí vlité lásky. A podobně lze mluviti i o tom, co praví Augustin, že "bázeň uvádí lásku", i o tom, co se praví v Glosse, Mat. 1., že "víra plodí naději a naději lásku".

causetur in nobis ex infusione. Illud enim quod est commune omnibus creaturis, naturaliter hominibus inest. Sed sicut Dionysius dicit, in IV cap. de Div. Nom., *omnibus diligibile et amabile est bonum divinum*, quod est obiectum caritatis. Ergo caritas inest nobis naturaliter, et non ex infusione.

II-II q. 24 a. 2 arg. 2

Praeterea, quanto aliquid est magis diligibile, tanto facilius diligi potest. Sed Deus est maxime diligibilis, cum sit summe bonus. Ergo facilius est ipsum diligere quam alia. Sed ad alia diligenda non indigemus aliquo habitu infuso. Ergo nec etiam ad diligendum Deum.

II-II q. 24 a. 2 arg. 3

Praeterea, apostolus dicit, I ad Tim. I, *finis praecepti est caritas de corde bono et conscientia pura et fide non ficta*. Sed haec tria pertinent ad actus humanos. Ergo caritas causatur in nobis ex actibus praecedentibus, et non ex infusione.

II-II q. 24 a. 2 s. c.

Sed contra est quod apostolus dicit, Rom. V, *caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis*.

II-II q. 24 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, caritas est amicitia quaedam hominis ad Deum fundata super communicationem beatitudinis aeternae. Haec autem communicatio non est secundum bona naturalia, sed secundum dona gratuita, quia, ut dicitur Rom. VI, *gratia Dei vita aeterna*. Unde et ipsa caritas facultatem naturae excedit. Quod autem excedit naturae facultatem non potest esse neque naturale neque per potentias naturales acquisitum, quia effectus naturalis non transcendit suam causam. Unde caritas non potest neque naturaliter nobis inesse, neque per vires naturales est acquisita, sed per infusionem spiritus sancti, qui est amor patris et filii, cuius participatio in nobis est ipsa caritas creata, sicut supra dictum est.

II-II q. 24 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Dionysius loquitur de dilectione Dei quae fundatur super communicatione naturalium bonorum, et ideo naturaliter omnibus inest. Sed caritas fundatur super quadam communicatione supernaturali. Unde non est similis ratio.

II-II q. 24 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod sicut Deus secundum se est maxime cognoscibilis, non tamen nobis, propter defectum nostrae cognitionis, quae dependet a rebus sensibilibus; ita etiam Deus in se est maxime diligibilis inquantum est obiectum beatitudinis, sed hoc modo non est maxime diligibilis a nobis, propter inclinationem affectus nostri ad visibilia bona. Unde oportet quod ad Deum hoc modo maxime diligendum nostris cordibus caritas infundatur.

II-II q. 24 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod cum caritas dicitur in nobis procedere *ex corde bono et conscientia pura et fide non ficta*, hoc referendum est ad actum caritatis, qui ex praemissis excitatur. Vel etiam hoc dicitur quia huiusmodi actus disponunt hominem ad recipiendum caritatis infusionem. Et similiter etiam dicendum est de eo quod Augustinus dicit, quod timor introducit caritatem, et de hoc quod dicitur in Glossa Matth. I, quod *fides generat spem, et*

XXIV.3. Zda láska je vlévána podle schopností přirozených.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že láska je vlévána podle schopnosti přirozených. Praví se totiž, Mat. 24, že "dal každému podle vlastní síly". Ale lásku nepředchází v člověku žádná ctnost než přirozená, poněvadž bez lásky není žádné ctnosti, jak bylo řečeno. Tedy Bůh vlévá do člověka lásku podle velikosti přirozené ctnosti.

Mimo to ve všech navzájem zařízených druhé jest úměrné prvnímu, jako vidíme, že v přírodních věcech je tvar úměrný hmotě, a v darech milosti je sláva úměrná milosti. Ale láska, jsouc zdokonalením přirozenosti, přirovnává se ke schopnosti přirozených jako druhé k prvnímu. Tedy se zdá, že láska je vlévána podle schopnosti přirozených.

Mimo to lidé a andělé mají účast na lásce podle téhož rázu, poněvadž je u obou podobný důvod blaženosti, jak máme Mat. 22, a Luk. 20. Ale andělům byla dána láska a jiné dary milosti podle schopnosti přirozených, jak praví Mistr v 3. dist. II. knihy Sent. Tedy se zdá býti totéž u lidí.

Avšak proti jest, co se praví Jan. 3: "Duch vane, kudy chce"; a I. Kor. 12: "Toto všechno působí jeden a týž Duch, rozděluje jednotlivcům, jak chce." Tedy láska se nedává podle schopnosti přirozených, ale podle vůle Ducha, rozdělujícího své dary.

Odpovídám: Musí se říci, že velikost každé věci závisí na vlastní příčině věci, poněvadž všeobecnější příčina působí větší účinek. Láska však, ježto převyšuje úměrnost lidské přirozenosti, jak bylo řečeno, nezávisí na nějaké přirozené síle, nýbrž jedině na milosti Ducha Svatého, vlévajícího ji. A proto velikost lásky nezávisí na stavu přirozenosti, ani na schopnosti přirozené síly, nýbrž jedině na vůli Ducha Svatého, podělujícího svými dary, jak chce. Proto praví i Apoštol, Efes. 4: "Každému z nás je dána milost podle míry daru Kristova."

K prvnímu se tedy musí říci, že ona ctnost, podle níž Bůh dává každému své dary, je uzpůsobení či příprava nebo úsilí milost přijímajícího. Ale i toto uzpůsobení a úsilí předchází Duch Svatý, hýbající myslí člověka, buď více nebo méně, podle své vůle. Pročež také praví Apoštol, Kol. 1: "Který nás učinil hodnými části údělu svatých ve světle."

K druhému se musí říci, že tvar nepřesahuje úměrnost látky, nýbrž jsou téhož rodu. Podobně také milost a sláva se odnášejí k témuž rodu, poněvadž milost není nic jiného než jakýsi začátek slávy v nás. Ale láska a přirozenost nepatří k témuž rodu, a proto není podobného důvodu.

K třetímu se musí říci, že anděl jest rozumové přirozenosti, *spes caritatem*.

3. Utrum infundatur secundum capacitatem naturalium.

II-II q. 24 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod caritas infundatur secundum quantitatem naturalium. Dicitur enim Matth. XXV quod *dedit unicuique secundum propriam virtutem*. Sed caritatem nulla virtus praecedit in homine nisi naturalis, quia sine caritate nulla est virtus, ut dictum est. Ergo secundum capacitatem virtutis naturalis infunditur homini caritas a Deo.

II-II q. 24 a. 3 arg. 2

Praeterea, omnium ordinatorum ad invicem secundum proportionatur primo, sicut videmus quod in rebus materialibus forma proportionatur materiae, et in donis gratuitis gloria proportionatur gratiae. Sed caritas, cum sit perfectio naturae, comparatur ad capacitatem naturalem sicut secundum ad primum. Ergo videtur quod caritas infundatur secundum naturalium capacitatem.

II-II q. 24 a. 3 arg. 3

Praeterea, homines et Angeli secundum eandem rationem caritatem participant, quia in utrisque est similis beatitudinis ratio, ut habetur Matth. XXII, et Luc. XX. Sed in Angelis caritas et alia dona gratuita sunt data secundum capacitatem naturalium; ut Magister dicit, III dist. II Lib. Sent. Ergo idem etiam videtur esse in hominibus.

II-II q. 24 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur Ioan. III, *spiritus ubi vult spirat*; et I ad Cor. XII, *haec omnia operatur unus et idem spiritus, dividens singulis prout vult*. Ergo caritas datur non secundum capacitatem naturalium, sed secundum voluntatem spiritus sua dona distribuentis.

II-II q. 24 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod uniuscuiusque quantitas dependet a propria causa rei, quia universalior causa effectum maiorem producit. Caritas autem, cum superexcedat proportionem naturae humanae, ut dictum est, non dependet ex aliqua naturali virtute, sed ex sola gratia spiritus sancti eam infundentis. Et ideo quantitas caritatis non dependet ex conditione naturae vel ex capacitate naturalis virtutis, sed solum ex voluntate spiritus sancti distribuentis sua dona prout vult. Unde et apostolus dicit, ad Ephes. IV, *unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi*.

II-II q. 24 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod illa virtus secundum quam sua dona Deus dat unicuique, est dispositio vel praeparatio praecedens, sive conatus gratiam accipientis. Sed hanc etiam dispositionem vel conatum praevenit spiritus sanctus, movens mentem hominis vel plus vel minus secundum suam voluntatem. Unde et apostolus dicit, ad Coloss. I, *qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine*.

II-II q. 24 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod forma non excedit proportionem materiae, sed sunt eiusdem generis. Similiter etiam gratia et gloria ad idem genus referuntur, quia gratia nihil est aliud quam quaedam inchoatio gloriae in nobis. Sed caritas et natura non pertinent ad idem genus. Et ideo non est similis ratio.

II-II q. 24 a. 3 ad 3

a podle jeho stavu mu náleží, aby cele spěl ke každému tomu, k čemu spěje, jak jsme měli v První Části. A proto u andělů vyšších bylo větší úsilí, jak o dobro u vytrvalých, tak o zlo u klesajících. A proto z. vyšších andělů vytrvavší se stali lepšími, a klesnuvší se stali horšími jiných. Člověk však jest přirozenosti rozumové, jíž patří býti někdy v možnosti a někdy v uskutečnění. A proto není třeba, aby cele spěl k tomu, k čemu spěje, ale může býti menší úsilí u toho, jenž jest lepší přirozeně, a naopak. A proto není podobnosti.

XXIV.4. Zda se láska může zvětšovati.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že láska se nemůže zvětšovati. Neboť se nezvětšuje nežličnost. Ličnost však je dvojí: totiž rozměru a moci; ale první z nich se nehodí k lásce, která jest nějakou duchovní dokonalostí. Ličnost pak moci se béře podle předmětů, podle nichž láska neroste, neboť nejmenší láska miluje všechno, co se má z lásky milovati. Tedy láska nezvětšuje.

Mimo to, co je na konci, nepřijímá zvětšení. Ale láska jest na konci, jsouc největší ze ctností a nejvyšším milováním nejlepšího dobra. Tedy láska se nemůže zvětšovati.

Mimo to zvětšení je jakýsi pohyb. Tedy co se zvětšuje, pohybuje se. Co se tedy zvětšuje bytostně, pohybuje se bytostně Ale bytostně se pohybuje jen to, co se ruší nebo rodí. Tedy láska se nemůže zvětšovati bytostně, leč snad když znova se rodí nebo hyne, což není vhodné.

Avšak proti jest, co praví Augustin K Jan., že "láska si zasluhuje zvětšení, aby zvětšená si zasloužila i zdokonalení".

Odpovídám: Musí se říci, že láska cesty se může zvětšovati.

Proto se totiž nazýváme poutníky, že spějeme k Bohu, jenž je posledním cílem naší blaženosti. Tím více pak pokračujeme na této cestě, čím více se blížíme Bohu, k němuž se neblížíme kroky tělesnými, ale city mysli. Tuto blízkost pak působí láska, poněvadž se jí mysl spojuje s Bohem. A proto je v povaze lásky cesty, aby se mohla zvětšovati; kdyby se totiž nemohla zvětšovati, pak by již přestal postup cesty. A proto Apoštol nazývá lásku cestou, pravě, I. Kor. 12: "Ještě vznešenější cestu vám ukazuji."

K prvnímu se tedy musí říci, že lásce nepřináleží ličnost rozměru, ale jen ličnost moci. Tato se pak neběře jen podle počtu předmětů, že se totiž milují četnější nebo méně, nýbrž také podle úsilí úkonu, že se něco miluje více nebo méně A tím způsobem se zvětšuje ličnost lásky.

K druhému se musí říci; že láska jest na vrcholu ze strany předmětu, pokud totiž jejím předmětem jest nejvyšší dobro; a z toho plyne, že sama jest vyšší než ostatní ctnosti. Ale není každá láska na vrcholu co do úsilí úkonu.

Ad tertium dicendum quod Angelus est naturae intellectualis, et secundum suam conditionem competit ei ut totaliter feratur in omne id in quod fertur, ut in primo habitum est. Et ideo in superioribus Angelis fuit maior conatus et ad bonum in perseverantibus et ad malum in cadentibus. Et ideo superiorum Angelorum persistentes facti sunt meliores et cadentes facti sunt peiores aliis. Sed homo est rationalis naturae, cui competit esse quandoque in potentia et quandoque in actu. Et ideo non oportet quod feratur totaliter in id in quod fertur; sed eius qui habet meliora naturalia potest esse minor conatus, et e converso. Et ideo non est simile.

4. Utrum augeatur in habente ipsam.

II-II q. 24 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod caritas augeri non possit. Nihil enim augetur nisi quantum. Duplex autem est quantitas, scilicet dimensiva, et virtualis. Quarum prima caritati non convenit, cum sit quaedam spiritualis perfectio. Virtualis autem quantitas attenditur secundum obiecta, secundum quae caritas non crescit, quia minima caritas diligit omnia quae sunt ex caritate diligenda. Ergo caritas non augetur.

II-II q. 24 a. 4 arg. 2

Praeterea, illud quod est in termino non recipit augmentum. Sed caritas est in termino, quasi maxima virtutum existens et summus amor optimi boni. Ergo caritas augeri non potest.

II-II q. 24 a. 4 arg. 3

Praeterea, augmentum quidam motus est. Ergo quod augetur movetur. Quod ergo augetur essentialiter movetur essentialiter. Sed non movetur essentialiter nisi quod corrumpitur vel generatur. Ergo caritas non potest augeri essentialiter, nisi forte de novo generetur vel corrumpatur, quod est inconveniens.

II-II q. 24 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, super Ioan., quod *caritas meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici*.

II-II q. 24 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod caritas viae potest augeri. Ex hoc enim dicimur esse viatores quod in Deum tendimus, qui est ultimus finis nostrae beatitudinis. In hac autem via tanto magis procedimus quanto Deo magis propinquamus, cui non appropinquatur passibus corporis, sed affectibus mentis. Hanc autem propinquitatem facit caritas, quia per ipsam mens Deo unitur. Et ideo de ratione caritatis viae est ut possit augeri, si enim non posset augeri, iam cessaret viae processus. Et ideo apostolus caritatem viam nominat, dicens I ad Cor. XII, *adhuc excellentiorem viam vobis demonstro*.

II-II q. 24 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod caritati non convenit quantitas dimensiva, sed solum quantitas virtualis. Quae non solum attenditur secundum numerum obiectorum, ut scilicet plura vel pauciora diligantur, sed etiam secundum intensionem actus, ut magis vel minus aliquid diligatur. Et hoc modo virtualis quantitas caritatis augetur.

II-II q. 24 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod caritas est in summo ex parte obiecti, inquantum scilicet eius obiectum est summum bonum, et ex hoc sequitur quod ipsa sit excellentior aliis

K třetímu se musí říci, že někteří pravili, že láska se nezvětšuje podle své bytnosti, ale pouze podle zakořenění v podmětu nebo podle vřelosti. Ale tito neznali vlastního významu. Ježto je totiž případkem, jejím bytím je obývati; proto, že ona se podle bytnosti zvětšuje, není nic jiného než že jest více v podmětu, což jest, že více jest zakořeněna v podmětu. Podobně také je bytostně ctností zařízenou k úkonu; pročež je totéž, že se zvětšuje bytostně a že má účinnost k úkonu vřelejšího milování. Zvětšuje se tedy bytostně; ne sice tak, že by začala býti nebo přestala býti v podmětu, jak myslí ona námitka, nýbrž tak, že začíná býti více a více v podmětu.

XXIV.5. Zda se láska zvětšuje přidáváním.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že láska se zvětšuje přidáváním. Jako je totiž zvětšení podle ličnosti tělesné, tak podle ličnosti moci. Ale zvětšení ličnosti tělesné se děje přidáváním, praví' Filosof v I. O Roz., že "zvětšení je přídavek ke jsoucí již velikosti". Tedy i zvětšení lásky, jež je podle ličnosti moci, bude z přidávání.

Mimo to láska v duši je nějaké duchovní světlo, podle onoho I. Jan. 2: "Kdo miluje bratra svého, zůstává ve světle." Ale světlo roste ve vzduchu přidáváním, jako v domě vzroste světlo rozsvícením další svíčky. Tedy také láska vzrůstá v duši přidáváním.

Mimo to lásku zvětšovati náleží Bohu, jakož i způsobiti ji, podle onoho II. Kor. 9: "Rozmnoží vzrůst plodů vaší spravedlnosti". Ale Bůh, když prvně vlévá lásku, činí něco v duši, čeho tam dříve nebylo. Tedy také, zvětšuje lásku, činí tam něco, čeho dříve nebylo. Tedy láska se zvětšuje přidáváním.

Avšak proti jest, že láska je tvar jednoduchý. Jednoduché však, přidáno k jednoduchému, nečiní něco větším, jak se dokazuje v VI. Fysic. Tedy láska se nezvětšuje přidáváním.

Odpovídám: Musí se říci, že každé přidání jest něčeho k něčemu. Proto při každém přidání si třeba aspoň mysliti před samým přidáním rozdílnost těch, z nichž jedno se přidává k druhému. Jestliže se tedy láska přidá k lásce, třeba předpokládati přidanou lásku jakožto rozdílnou od lásky, k níž se přidává, ne sice z nutnosti podle bytí, ale aspoň podle rozumu. Bůh by totiž mohl zvětšiti ličnost tělesnou, přidávaje nějakou velikost, jíž dříve nebylo, ale tehdy stvořenou, a třebaže tato nebyla dříve v přírodě věcí, má přece v sobě, odkud lze rozuměti její rozdílnost od ličnosti, k níž se přidává. Přidá-li se tedy láska k lásce, třeba předpokládati, aspoň podle rozumu, rozdílnost jedné lásky od druhé.

Rozdílnost pak ve tvarech je dvojí: a to, jedna podle druhu, jiná pak podle počtu. Rozdílnost pak podle druhu ve zběhlostech jest podle různosti předmětů, rozdělení však podle počtu je podle různosti podmětů. Může se tedy státi, že některá zběhlost se přidáním zvětší, když se rozšíří na virtutibus. Sed non est omnis caritas in summo quantum ad intensionem actus.

II-II q. 24 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod quidam dixerunt caritatem non augeri secundum suam essentiam, sed solum secundum radicationem in subiecto, vel secundum fervorem. Sed hi propriam vocem ignoraverunt. Cum enim sit accidens, eius esse est inesse, unde nihil est aliud ipsam secundum essentiam augeri quam eam magis inesse subiecto, quod est eam magis radicari in subiecto. Similiter etiam ipsa essentialiter est virtus ordinata ad actum, unde idem est ipsam augeri secundum essentiam et ipsam habere efficaciam ad producendum ferventioris dilectionis actum. Augetur ergo essentialiter non quidem ita quod esse incipiat vel esse desinat in subiecto, sicut obiectio procedit, sed ita quod magis in subiecto esse incipiat.

5. Utrum augeatur per additionem.

II-II q. 24 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod caritas augeatur per additionem. Sicut enim est augmentum secundum quantitatem corporalem, ita secundum quantitatem virtualem. Sed augmentum quantitatis corporalis fit per additionem, dicit enim philosophus, in I de Gen., quod *augmentum est praeexistenti magnitudini additamentum*. Ergo etiam augmentum caritatis, quod est secundum virtualem quantitatem, erit per additionem.

II-II q. 24 a. 5 arg. 2

Praeterea, caritas in anima est quoddam spirituale lumen, secundum illud I Ioan. II, *qui diligit fratrem suum in lumine manet*. Sed lumen crescit in aere per additionem, sicut in domo lumen crescit alia candela superaccensa. Ergo etiam caritas crescit in anima per additionem.

II-II q. 24 a. 5 arg. 3

Praeterea, augere caritatem ad Deum pertinet, sicut et ipsam creare, secundum illud II ad Cor. IX, *augebit incrementa frugum iustitiae vestrae*. Sed Deus primo infundendo caritatem aliquid facit in anima quod ibi prius non erat. Ergo etiam augendo caritatem aliquid ibi facit quod prius non erat. Ergo caritas augetur per additionem.

II-II q. 24 a. 5 s. c.

Sed contra est quod caritas est forma simplex. Simplex autem simplici additum non facit aliquid maius, ut probatur in VI Physic. Ergo caritas non augetur per additionem.

II-II q. 24 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod omnis additio est alicuius ad aliquid. Unde in omni additione oportet saltem praeintelligere distinctionem eorum quorum unum additur alteri, ante ipsam additionem. Si igitur caritas addatur caritati, oportet praesupponi caritatem additam ut distinctam a caritate cui additur, non quidem ex necessitate secundum esse, sed saltem secundum intellectum. Posset enim Deus etiam quantitatem corporalem augere addendo aliquam magnitudinem non prius existentem, sed tunc creatam, quae quamvis prius non fuerit in rerum natura, habet tamen in se unde eius distinctio intelligi possit a quantitate cui additur. Si igitur caritas addatur caritati, oportet praesupponere, ad minus secundum intellectum, distinctionem unius caritatis ab alia. Distinctio autem in formis est duplex, una quidem secundum speciem; alia autem secundum numerum. Distinctio quidem secundum speciem in habitibus est secundum diversitatem

některé předměty, na něž se dříve nevztahovala. Tak se zvětšuje vědění geometrické v tom, jenž začne věděti některé věci z geometrie, kterých dříve neznal. To však nelze říci o lásce, neboť i nejmenší láska se vztahuje na vše, co se má z lásky milovati. Nelze tedy mysliti takové přidávání při zvětšení lásky za předpokladu druhové rozdílnosti mezi láskou přidanou, a onou, k níž se přidává.

Zbývá tedy, že děje-li se přidávání lásky k lásce, děje se to za předpokladu rozdílnosti podle počtu, jež jest podle podmětů, jako se bělost zvětšuje tím, že se bílé přidává k bílému, ač se takovým zvětšením nestává něco více bílým. V případě to však říci nelze, poněvadž podmětem lásky není než mysl rozumová. Pročež takové zvětšení lásky nemůže nastati, leč tím, že by se jedna rozumová mysl přidala k druhé, což je nemožné. Ačkoliv i kdyby takové zvětšení bylo možné, činilo by většího milujícího, ne však více milujícího. Zbývá tedy, že žádným způsobem se láska nemůže zvětšovati přidáváním lásky k lásce, jak někteří tvrdí.

Tak se tedy láska zvětšuje jen tím, že podmět má větší a větší podíl lásky, pokud totiž je více uváděn do jejího uskutečnění a více jest jí poddán. Neboť to je vlastní způsob zvětšování každého tvaru, k němuž se směřuje; ježto bytí toho tvaru úplně záleží v tom, že tkví ve vnímavém. A proto, ježto velikost věci sleduje její bytí, že tvar je větší, je to, že více jest ve vnímavém, ne však, že přichází nový tvar. To by totiž bylo, kdyby měl tvar nějakou ličnost sám ze sebe, ne v porovnání s podmětem. Tak tedy i láska se zvětšuje tím, že se napíná v podmětu. A to jest, že se zvětšuje podle bytnosti, ne však tím, že láska se přidává k lásce.

K prvnímu se tedy musí říci, že ličnost tělesná má něco, pokud jest ličností a něco, pokud je případkovým tvarem. Pokud jest ličností, má, že je rozlišitelná podle polohy nebo podle počtu, a proto se tím způsobem béře zvětšení velikosti z přidání, jak je patrné u živočichů. Pokud je však tvarem případkovým, je rozlišitelná jen podle podmětu. A podle toho má vlastní zvětšení, jakož i ostatní případkové tvary, na způsob svého napětí v podmětu, jak je jasné u těch, která řídnou, jak dokazuje Filosof, ve IV. Fysic. - A podobně i vědění, pokud je pohotovostí, má ličnost ze strany předmětů. A tak se zvětšuje přidáním, pokud někdo poznává četnější. Pokud je nějakým tvarem případkovým, má také ličnost z toho, že jest v podmětu. A podle toho se zvětšuje v tom, jenž táž věděná nyní poznává jistěji než dříve. - Podobně i láska má dvojí velikost. Ale podle té, která je se strany předmětu se nezvětšuje, jak bylo řečeno. Pročež zbývá, že se zvětšuje pouze napětím.

K druhému se musí říci, že přidání světla ke světlu možno rozuměti tak, že mohutní ve vzduchu z rozmanitosti světel, působících světlo. Ale takové rozlišení nemá v případu místa, poněvadž je jen jedno světlo, vlévající světlo lásky.

obiectorum, distinctio vero secundum numerum est secundum diversitatem subiecti. Potest igitur contingere quod aliquis habitus per additionem augeatur dum extenditur ad quaedam obiecta ad quae prius se non extendebat, et sic augetur scientia geometriae in eo qui de novo incipit scire aliqua geometricalia quae prius nesciebat. Hoc autem non potest dici de caritate, quia etiam minima caritas se extendit ad omnia illa quae sunt ex caritate diligenda. Non ergo talis additio in augmento caritatis potest intelligi praesupposita distinctione secundum speciem caritatis additae ad eam cui superadditur. Relinquitur ergo, si fiat additio caritatis ad caritatem, quod hoc fit praesupposita distinctione secundum numerum, quae est secundum diversitatem subiectorum, sicut albedo augetur per hoc quod album additur albo, quamvis hoc augmento non fiat aliquid magis album. Sed hoc in proposito dici non potest. Quia subiectum caritatis non est nisi mens rationalis, unde tale caritatis augmentum fieri non posset nisi per hoc quod una mens rationalis alteri adderetur, quod est impossibile. Quamvis etiam si esset possibile tale augmentum, faceret maiorem diligentem, non autem magis diligentem. Relinquitur ergo quod nullo modo caritas augeri potest per additionem caritatis ad caritatem, sicut quidam ponunt. Sic ergo caritas augetur solum per hoc quod subiectum magis ac magis participat caritatem, idest secundum quod magis reducitur in actum illius et magis subditur illi. Hic enim est modus augmenti proprius cuiuslibet formae quae intenditur, eo quod esse huiusmodi formae totaliter consistit in eo quod inhaeret susceptibili. Et ideo, cum magnitudo rei consequitur esse ipsius, formam esse maiorem hoc est eam magis inesse susceptibili, non autem aliam formam advenire. Hoc enim esset si forma haberet aliquam quantitatem ex seipsa, non per comparationem ad subiectum. Sic igitur et caritas augetur per hoc quod intenditur in subiecto, et hoc est ipsam augeri secundum essentiam, non autem per hoc quod caritas addatur caritati.

II-II q. 24 a. 5 ad 1

Mimo to papež Lev praví, v řeči o Utrpení oslovuje Petra: "Viděl v tobě Pán ne přemoženou víru, ne odvrácenou lásku, ale že vytrvalost byla uvedena ve zmatek. Přetékal pláč, kde nechyběl cit, a pramen lásky smyl slova strachu." Z toho pak vzal Bernard, co praví, že "v Petrovi láska nevyhasla, ale usnula". Ale zapřením Krista zhřešil Petr smrtelně Tedy láska se neztrácí jedním úkonem smrtelného hříchu.

Mimo to láska je silnější nežli ctnost získaná. Ale zběhlost získané ctnosti se nezničí jedním protivným úkonem hříchu. Tedy tím méně se zničí láska jedním protivným úkonem smrtelného hříchu.

Mimo to láska obnáší milování Boha a bližního. Ale někdo, dopouštěje se smrtelného hříchu, podržuje si milování Boha a bližního, jak se zdá; neboť nezřízenost citu v těch, jež jsou k cíli, neničí milování cíle, jak bylo řečeno nahoře. Tedy může zůstati láska k Bohu při smrtelném hříchu z nezřízeného citu pro nějaké časné dobro.

non potest. Caritas autem viae, in cuius statu non videtur ipsa Dei essentia, quae est essentia bonitatis, potest amitti.

II-II q. 24 a. 11 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod auctoritas illa loquitur secundum potestatem spiritus sancti, cuius conservatione a peccato immunes redduntur quos ipse movet quantum ipse voluerit.

II-II q. 24 a. 11 ad 2

Ad secundum dicendum quod caritas quae deseri potest ex ipsa ratione caritatis, vera caritas non est. Hoc enim esset si hoc in suo amore haberet, quod ad tempus amaret et postea amare desineret quod non esset verae dilectionis. Sed si caritas amittatur ex mutabilitate subiecti, contra propositum caritatis, quod in suo actu includitur; hoc non repugnat veritati caritatis.

II-II q. 24 a. 11 ad 3

Ad tertium dicendum quod amor Dei semper magna operatur in proposito, quod pertinet ad rationem caritatis. Non tamen semper magna operatur in actu, propter conditionem subiecti.

II-II q. 24 a. 11 ad 4

Ad quartum dicendum quod caritas, secundum rationem sui actus, excludit omne motivum ad peccandum. Sed quandoque contingit quod caritas actu non agit. Et tunc potest intervenire aliquod motivum ad peccandum, cui si consentiatur, caritas amittitur.

12. Utrum amittatur per unum actum peccati mortalis.

II-II q. 24 a. 12 arg. 1

Ad duodecimum sic proceditur. Videtur quod caritas non amittatur per unum actum peccati mortalis. Dicit enim Origenes, in I Periarch., *si aliquando satietas capit aliquem ex his qui in summo perfectoque constiterint gradu, non arbitror quod ad subitum quis evacuetur aut decidat, sed paulatim ac per partes eum decidere necesse est*. Sed homo decidit caritatem amittens. Ergo caritas non amittitur per unum solum actum peccati mortalis.

II-II q. 24 a. 12 arg. 2

Praeterea, Leo Papa dicit, in Serm. de passione, alloquens Petrum, *vidit in te dominus non fidem victam, non dilectionem aversam, sed constantiam fuisse turbatam. Abundavit fletus, ubi non defecit affectus, et fons caritatis lavit verba formidinis*. Et ex hoc accepit Bernardus quod dixit *in Petro caritatem non fuisse extinctam, sed sopitam*. Sed Petrus, negando Christum, peccavit mortaliter. Ergo caritas non amittitur per unum actum peccati mortalis.

II-II q. 24 a. 12 arg. 3

Praeterea, caritas est fortior quam virtus acquisita. Sed habitus virtutis acquisitae non tollitur per unum actum peccati contrarium. Ergo multo minus caritas tollitur per unum actum peccati mortalis contrarium.

II-II q. 24 a. 12 arg. 4

Praeterea, caritas importat dilectionem Dei et proximi. Sed aliquis committens aliquod peccatum mortale retinet dilectionem Dei et proximi, ut videtur, inordinatio enim affectionis circa ea quae sunt ad finem non tollit amorem finis, ut supra dictum est. Ergo potest remanere caritas ad Deum, existente peccato mortali per inordinatam affectionem circa aliquod temporale bonum.

Mimo to předmětem božské ctnosti je poslední cíl. Ale jiné božské ctnosti, totiž víra a naděje, nevylučují se jedním smrtelným hříchem, ale zůstávají beztvaré. Tedy také láska může zůstati beztvará, i když byl spáchán jeden smrtelný hřích.

Avšak proti, smrtelným hříchem se stává člověk hodným věčné smrti, podle onoho Řím. 6: "Mzda hříchu smrt." Ale každý mající lásku má zásluhu života věčného; praví se totiž, Jan. 14: "Jestli mne kdo miluje, bude milován mým Otcem, a já ho budu milovati a zjevím mu sebe." A v tom zjevení záleží život věčný, podle onoho Jan. 17: "To je život věčný, aby poznali tebe, pravého Boha, a jehož jsi poslal, Ježíše Krista." Nikdo však nemůže býti zároveň hoden života věčného a smrti věčné. Tedy je nemožné, aby měl někdo lásku se smrtelným hříchem. Láska se tedy zničí jedním úkonem smrtelného hříchu.

Odpovídám: Musí se říci, že jedna protiva se odstraňuje přistupující jinou protivou. Ale každý úkon smrtelného hříchu se protiví lásce v jejím pojmu, jenž pozůstává v tom, že Bůh je milován nade všechno, a že člověk se mu zcela podrobuje, vztahuje vše své k němu. Je tedy v pojmu lásky, aby tak milovala Boha, že se mu chce ve všem podrobiti, a ve všem následovati pravidla jeho přikázání; neboť cokoliv se protiví jeho přikázání, zjevně se protiví lásce. Proto má samo v sobě, že může vyloučiti lásku.

A kdyby také byla láska zběhlostí nabytou, závislou na síle podmětu, nebylo by třeba, aby byla zničena jedním úkonem protivným. Neboť úkon se přímo neprotiví zběhlosti, nýbrž úkonu; avšak trvání zběhlosti v podmětu nevyžaduje trvání úkonu. Proto přistupujícím protivným úkonem se nevylučuje hned nabytá zběhlost. Ale láska, poněvadž je zběhlost vlitá, závisí na činnosti Boha vlévajícího, jenž se má tak při vlévání a zachovávání lásky, jako slunce při osvětlování vzduchu, jak bylo řečeno. A proto, jako by světlo hned přestalo býti ve vzduchu tím, že by se položila nějaká překážka osvětlování sluncem, tak i láska hned přestává býti v duši tím, že se položí nějaká překážka vlévání lásky do duše od Boha.

Je však jasné, že kterýkoliv smrtelný hřích, jenž se protiví božským přikázáním, klade se jako překážka řečenému vlévání. Neboť tím samým, že člověk volbou dává přednost hříchu před božským přátelstvím, jež vyžaduje, abychom následovali vůli Boží, je důsledkem, že jedním úkonem smrtelného hříchu hned se ztrácí láska. Pročež Augustin praví, v VIII. Ke Gen. Slov., že "člověk v přítomnosti Boha je osvěcován; v nepřítomnosti však neustále je zatemňován; od něho se totiž neodchází místními vzdálenostmi, nýbrž odvrácením vůle".

K prvnímu se tedy musí říci, že slovo Origenovo lze rozuměti jedním způsobem tak, že člověk, jenž je ve stavu dokonalém, nepřikročí hned ke smrtelnému hříchu, ale upravuje se k tomu nějakou předchozí nedbalostí. Pročež se říká, že i všední hříchy jsou přípravou ke smrtelnému, jak bylo řečeno nahoře. Ale přece, spáchal-li jeden smrtelný hřích, padá jím, ztratiV lásku.

Ale poněvadž sám přidává: "Přihodí-li se nějaký krátký pád, a rychle se vzpamatuje, zdá se, že se nezřítil úplně", lze jinak říci, že on myslí, že se úplně vyprázdní a padá ten,

II-II q. 24 a. 12 arg. 5

Praeterea, virtutis theologicae obiectum est ultimus finis. Sed aliae virtutes theologicae, scilicet fides et spes, non excluduntur per unum actum peccati mortalis, immo remanent informes. Ergo etiam caritas potest remanere informis, etiam uno peccato mortali perpetrato.

II-II q. 24 a. 12 s. c.

Sed contra, per peccatum mortale fit homo dignus morte aeterna, secundum illud Rom. VI, *stipendia peccati mors*. Sed quilibet habens caritatem habet meritum vitae aeternae, dicitur enim Ioan. XIV, *si quis diligit me, diligetur a patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum*; in qua quidem manifestatione vita aeterna consistit, secundum illud Ioan. XVII, *haec est vita aeterna, ut cognoscant te, verum Deum, et quem misisti, Iesum Christum*. Nullus autem potest esse simul dignus vita aeterna et morte aeterna. Ergo impossibile est quod aliquis habeat caritatem cum peccato mortali. Tollitur ergo caritas per unum actum peccati mortalis.

II-II q. 24 a. 12 co.

Respondeo dicendum quod unum contrarium per aliud contrarium superveniens tollitur. Quilibet autem actus peccati mortalis contrariatur caritati secundum propriam rationem, quae consistit in hoc quod Deus diligatur super omnia, et quod homo totaliter se illi subiiciat, omnia sua referendo in ipsum. Est igitur de ratione caritatis ut sic diligat Deum quod in omnibus velit se ei subiicere, et praeceptorum eius regulam in omnibus sequi, quidquid enim contrariatur praeceptis eius, manifeste contrariatur caritati. Unde de se habet quod caritatem excludere possit. Et si quidem caritas esset habitus acquisitus ex virtute subiecti dependens, non oporteret quod statim per unum actum contrarium tolleretur. Actus enim non directe contrariatur habitui, sed actui, conservatio autem habitus in subiecto non requirit continuitatem actus, unde ex superveniente contrario actu non statim habitus acquisitus excluditur. Sed caritas, cum sit habitus infusus, dependet ex actione Dei infundentis, qui sic se habet in infusione et conservatione caritatis sicut sol in illuminatione aeris, ut dictum est. Et ideo, sicut lumen statim cessaret esse in aere quod aliquod obstaculum ponereturie illuminationi solis, ita etiam caritas statim deficit esse in anima quod aliquod obstaculum ponitur influentiae caritatis a Deo in animam. Manifestum est autem quod per quodlibet mortale peccatum, quod divinis praeceptis contrariatur, ponitur praedictae infusioni obstaculum, quia ex hoc ipso quod homo eligendo praefert peccatum divinae amicitiae, quae requirit ut Dei voluntatem sequamur, consequens est ut statim per unum actum peccati mortalis habitus caritatis perdatur. Unde et Augustinus dicit, VIII super Gen. ad Litt., quod *homo, Deo sibi praesente, illuminatur; absente autem, continuo tenebratur; a quo non locorum intervallis, sed voluntatis aversione disceditur*.

II-II q. 24 a. 12 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod verbum Origenis potest uno modo sic intelligi quod homo qui est in statu perfecto non subito procedit in actum peccati mortalis, sed ad hoc disponitur per aliquam negligentiam praecedentem. Unde et peccata venialia dicuntur esse dispositio ad mortale, sicut supra dictum est. Sed tamen per unum actum peccati mortalis, si eum commiserit, decidit, caritate amissa. Sed quia ipse subdit, *si aliquis brevis lapsus acciderit, et cito resipiscat, non penitus ruere videtur*, potest aliter dici quod

jenž tak padá, že hřeší ze zloby, což se nestává hned na začátku u dokonalého muže.

K druhému se musí říci, že láska se ztrácí dvojmo. Jedním způsobem přímo, skutečným pohrdnutím. A tím způsobem neztratil Petr lásku. Jiným způsobem nepřímo, když se spáchá něco protivného lásce pro nějakou vášeň dychtivosti nebo bázně A tím způsobem Petr, jednaje proti lásce, ztratil lásku, ale brzy ji získal.

K třetímu je odpověď patrná z řečeného.

Ke čtvrtému se musí říci, že ne kterákoliv nezřízenost citu v těch, jež jsou k cíli, totiž ve stvořených dobrech, činí smrtelný hřích, ale jen když je taková nezřízenost, jež odporuje božské vůli. A tato nezřízenost se přímo protiví lásce, jak bylo řečeno.

K pátému se musí říci, že láska obnáší nějaké spojení s Bohem, ne však víra, ani naděje. Každý smrtelný hřích však pozůstává v odvrácení se od Boha, jak bylo řečeno nahoře. A proto každý smrtelný hřích se protiví lásce. Ne však každý smrtelný hřích se protiví víře a naději, nýbrž nějaké určité hříchy, jimiž se ničí zběhlost víry a naděje, jako i každý smrtelný hřích ničí zběhlost lásky. Z toho je patrné, že láska nemůže zůstati beztvará, poněvadž je posledním tvarem ctností, ježto přihlíží k Bohu, jako k poslednímu cíli, jak bylo řečeno.

XXV. O předmětě lásky.

Předmluva

Dělí se na dvanáct článků.

Potom je třeba uvažovati o předmětě lásky. O čemž se naskytují dvě úvahy: nejprve totiž o těch, jež se mají z lásky milovati, za druhé o pořadu milovaných.

O prvním je dvanáct otázek.

1. Zda se má z lásky milovati jedině Bůh nebo také bližní.
2. Zda se má láska milovati z lásky.
3. Zda nerozumoví tvorové se mají milovati z lásky.
4. Zda může někdo sám sebe milovati z lásky.
5. Zda vlastní tělo.
6. Zda se mají hříšníci milovati z lásky.
7. Zda hříšníci milují sami sebe.
8. Zda se mají nepřátelé milovati z lásky.
9. Zda se jim mají prokazovati známky lásky.
10. Zda se mají andělé milovati z lásky.
11. Zda démoni.
12. O vypočítávání těch, jež se mají milovati z lásky.

XXV.1. Zda se obliba lásky zastavuje v Bohu, či se rozšiřuje i na bližního.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že obliba lásky se zastavuje v Bohu, a nerozšiřuje se na bližního. Jako jsme totiž Bohu povinni milováním, tak i bázní, podle onoho

ipse intelligit eum penitus evacuari et decidere qui sic decidit ut ex malitia peccet. Quod non statim in viro perfecto a principio contingit.

II-II q. 24 a. 12 ad 2

Ad secundum dicendum quod caritas amittitur dupliciter. Uno modo, directe, per actualem contemptum. Et hoc modo Petrus caritatem non amisit. Alio modo, indirecte, quando committitur aliquod contrarium caritati propter aliquam passionem concupiscentiae vel timoris. Et hoc modo Petrus, contra caritatem faciens, caritatem amisit, sed eam cito recuperavit.

II-II q. 24 a. 12 ad 3

Ad tertium patet responsio ex dictis *(in corp.)*.

II-II q. 24 a. 12 ad 4

Ad quartum dicendum quod non quaelibet inordinatio affectionis quae est circa ea quae sunt ad finem, idest circa bona creata, constituit peccatum mortale, sed solum quando est talis inordinatio quae repugnat divinae voluntati. Et hoc directe contrariatur caritati, ut dictum est.

II-II q. 24 a. 12 ad 5

Ad quintum dicendum quod caritas importat unionem quandam ad Deum, non autem fides neque spes. Omne autem peccatum mortale consistit in aversione a Deo, ut supra dictum est. Et ideo omne peccatum mortale contrariatur caritati. Non autem omne peccatum mortale contrariatur fidei vel spei, sed quaedam determinata peccata, per quae habitus fidei et spei tollitur, sicut et per omne peccatum mortale habitus caritatis. Unde patet quod caritas non potest remanere informis, cum sit ultima forma virtutum, ex hoc quod respicit Deum in ratione finis ultimi, ut dictum est.

25. De caritate quantum ad eius obiectum, quae scilicet.

Prooemium

II-II q. 25 pr.

Deinde considerandum est de obiecto caritatis. Circa quod duo consideranda occurrunt, primo quidem de his quae sunt ex caritate diligenda; secundo, de ordine diligendorum. Circa primum quaeruntur duodecim. Primo, utrum solus Deus sit ex caritate diligendus, vel etiam proximus. Secundo, utrum caritas sit ex caritate diligenda. Tertio, utrum creaturae irrationales sint ex caritate diligendae. Quarto, utrum aliquis possit ex caritate seipsum diligere. Quinto, utrum corpus proprium. Sexto, utrum peccatores sint ex caritate diligendi. Septimo, utrum peccatores seipsos diligant. Octavo, utrum inimici sint ex caritate diligendi. Nono, utrum sint eis signa amicitiae exhibenda. Decimo, utrum Angeli sint ex caritate diligendi. Undecimo, utrum Daemones. Duodecimo, de enumeratione diligendorum ex caritate.

1. Utrum solus Deus sit ex caritate diligendus vel etiam proximus.

II-II q. 25 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod dilectio caritatis sistat in Deo, et non se extendat ad proximum. Sicut enim

Deut. 10: "A teď, Izraeli, co Pán Bůh žádá, než aby ses ho bál a jej miloval." Ale jiná je bázeň, jíž se bojíme člověka, která se nazývá bázeň lidská, a jiná bázeň, jíž se bojíme Boha, která je buď otrocká nebo synovská, jak je patrné ze shora řečeného. Tedy také je jiné milování lásky, jímž se miluje Bůh, a jiné je milování, jímž se miluje bližní.

Mimo to Filosof praví, v VIII. Ethic., že "býti milován je býti ctěn". Ale jiná je čest, kterou jsme povinni Bohu, jež je čest bohopocty, a jiná je čest, kterou jsme povinni tvoru, jež je čest dulie. Tedy také jiné je milování, jímž se miluje Bůh, a jiné, jímž se miluje bližní.

Mimo to "naděje plodí lásku", jak máme v Glosse, Mat. 1. Ale tak máme naději o Bohu, že jsou kárání doufající v člověka, podle onoho Jerem. 17: "Zlořečený člověk, jenž důvěřuje v člověka." Tedy láska je tak povinná Bohu, že se nerozšiřuje na bližního.

Avšak proti jest, co se praví I. Jan. 4: "Toto přikázání máme od Boha, aby, kdo miluje Boha, miloval i bratra svého."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, zběhlosti se nerozlišují nežli z toho, že mění druh úkonu; neboť všechny úkony jednoho druhu patří k téže zběhlosti. Poněvadž však druh úkonu se béře z předmětu podle jeho tvarového rázu, je nutné, aby byl druhově týž úkon, jenž se odnáší k rázu předmětu, a jenž se odnáší k předmětu pod takovým rázem. Jako je druhově totéž vidění, jímž se vidí světlo, a jímž se vidí barva podle rázu světla. Rázem však milování bližního je Bůh; neboť to máme milovati v bližním, aby byl v Bohu. Proto jest jasné, že je druhově tentýž úkon, jímž se miluje Bůh, a jímž se miluje bližní. A proto zběhlost lásky se rozšiřuje nejenom na oblibu Boha, ale také na oblibu bližního.

K prvnímu se tedy musí říci, že bližního se lze báti dvojmo, jakož i milovati. Jedním způsobem pro to co je mu vlastní, třebas když se někdo bojí tyrana pro jeho krutost, nebo když ho miluje pro žádostivost něco od něho získati. A taková bázeň lidská se rozlišuje od bázně Boží, a podobně milování. Jiným způsobem jest člověk obáván a miláván pro to, co je v něm Božího. Jako když jest obávána světská moc pro službu Boží, kterou má na trestání zločinců, a miluje se pro spravedlnost. A taková bázeň lidská se nerozlišuje od bázně Boží, jakož ani milování.

K druhému se musí říci, že milování přihlíží k dobru obecně, ale čest přihlíží k vlastnímu dobru ctěného, neboť se vzdává někomu na osvědčení vlastní ctnosti. A proto se milování nerozlišuje druhově pro různou velikost dobroty různých, když se jen odnáší k nějakému jednomu dobru obecnému.

Ale čest se rozlišuje podle vlastních dober jednotlivců. Pročež tímže milováním lásky milujeme všechny bližní, pokud se vztahují k jednomu dobru obecnému, kterým je Bůh. Ale různé cti vzdáváme různým podle vlastní ctnosti jednotlivců. A podobně Bohu vzdáváme zvláštní čest

Deo debemus amorem, ita et timorem, secundum illud Deut. X, *et nunc, Israel, quid dominus Deus petit nisi ut timeas et diligas eum?* Sed alius est timor quo timetur homo, qui dicitur timor humanus; et alius timor quo timetur Deus, qui est vel servilis vel filialis; ut ex supradictis patet. Ergo etiam alius est amor caritatis, quo diligitur Deus; et alius est amor quo diligitur proximus.

II-II q. 25 a. 1 arg. 2

Praeterea, philosophus dicit, in VIII Ethic., quod *amari est honorari*. Sed alius est honor qui debetur Deo, qui est honor latriae; et alius est honor qui debetur creaturae, qui est honor duliae. Ergo etiam alius est amor quo diligitur Deus, et quo diligitur proximus.

II-II q. 25 a. 1 arg. 3

Praeterea, spes generat caritatem; ut habetur in Glossa, Matth. I. Sed spes ita habetur de Deo quod reprehenduntur sperantes in homine, secundum illud Ierem. XVII, *maledictus homo qui confidit in homine*. Ergo caritas ita debetur Deo quod ad proximum non se extendat.

II-II q. 25 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dicitur I Ioan. IV, *hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum*.

II-II q. 25 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, habitus non diversificantur nisi ex hoc quod variat speciem actus, omnes enim actus unius speciei ad eundem habitum pertinent. Cum autem species actus ex obiecto sumatur secundum formalem rationem ipsius, necesse est quod idem specie sit actus qui fertur in rationem obiecti, et qui fertur in obiectum sub tali ratione, sicut est eadem specie visio qua videtur lumen, et qua videtur color secundum luminis rationem. Ratio autem diligendi proximum Deus est, hoc enim debemus in proximo diligere, ut in Deo sit. Unde manifestum est quod idem specie actus est quo diligitur Deus, et quo diligitur proximus. Et propter hoc habitus caritatis non solum se extendit ad dilectionem Dei, sed etiam ad dilectionem proximi.

II-II q. 25 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod proximus potest timeri dupliciter, sicut et amari. Uno modo, propter id quod est sibi proprium, puta cum aliquis timet tyrannum propter eius crudelitatem, vel cum amat ipsum propter cupiditatem acquirendi aliquid ab eo. Et talis timor humanus distinguitur a timore Dei, et similiter amor. Alio modo timetur homo et amatur propter id quod est Dei in ipso, sicut cum saecularis potestas timetur propter ministerium divinum quod habet ad vindictam malefactorum, et amatur propter iustitiam. Et talis timor hominis non distinguitur a timore Dei, sicut nec amor.

II-II q. 25 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod amor respicit bonum in communi, sed honor respicit proprium bonum honorati, defertur enim alicui in testimonium propriae virtutis. Et ideo amor non diversificatur specie propter diversam quantitatem bonitatis diversorum, dummodo referuntur ad aliquod unum bonum commune, sed honor diversificatur secundum propria bona singulorum. Unde eodem amore caritatis diligimus omnes proximos, inquantum referuntur ad unum bonum commune, quod est Deus, sed diversos honores diversis deferimus, secundum propriam virtutem

bohopocty pro jeho zvláštní moc.

K třetímu se musí říci, že jsou kárání, kteří doufají v člověka, jako v hlavního původce spásy, ne však, kteří doufají v člověka jako pomáhajícího služebně pod Bohem. A podobně by bylo hanlivé, kdyby někdo miloval bližního jako hlavní cíl, ne však, když někdo miluje bližního pro Boha, což náleží lásce.

XXV.2. Zda láska se má milovati z lásky.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že se láska nemá milovati z lásky. Ta totiž, jež se mají z lásky milovati, jsou zahrnuta dvěma příkazy lásky, jak je patrné Mat. 22. Ale pod žádným z nich není obsažena láska, poněvadž láska není ani Bůh, ani člověk. Tedy láska se nemá z lásky milovati.

Mimo to láska se zakládá na sdílení blaženosti, jak bylo shora řečeno. Ale láska nemůže býti účastna blaženosti. Tedy láska se nemá z lásky milovati.

Mimo to láska jest jakési přátelství, jak bylo shora řečeno. Ale nikdo nemůže míti přátelství s láskou nebo s nějakým případkem, poněvadž taková nemohou opětovati lásku, což je v pojmu lásky, jak se praví v VIII. Ethic. Tedy láska se nemá milovati z lásky.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v VIII. o Trojici: "Kdo miluje bližního, důsledkem jest, že i samu lásku miluje." Ale bližní jest miláván z lásky. Tedy je důsledek, že i láska se miluje z lásky.

Odpovídám: Musí se říci, že láska jest jakési milování. Avšak milování má z přirozenosti mohutnosti, jejímž, jest úkonem, že se může obraceti k sobě. Poněvadž totiž předmětem vůle je dobro všeobecné, cokoliv je obsaženo pod pojmem dobra, může spadati pod úkon vůle. A poněvadž samo chtění je nějaké dobro, může chtíti své chtění; jakož i rozum, jehož předmětem je pravdivo, rozumí, že rozumí, poněvadž i to jest nějaké pravdivo. Ale milování má i z rázu vlastního druhu, že se může obrátiti k sobě, poněvadž jest samovolný pohyb milujícího k milovanému. Pročež tím samým, že někdo miluje, miluje své milování. Ale láska není jednoduché milování, nýbrž má ráz přátelství, jak bylo shora řečeno. Přátelstvím se však něco miluje dvojmo. Jedním způsobem jako sám přítel, s nímž máme přátelství, a jemuž chceme dobra. Jiným způsobem jako dobro, jež chceme příteli. A tímto způsobem se láska miluje láskou a ne prvním, poněvadž láska je ono dobro, jež přejeme všem, které z lásky milujeme. A týž důvod je o blaženosti a jiných ctnostech.

K prvnímu se tedy musí říci, že Bůh a bližní jsou ti, s nimiž máme přátelství. Ale v oblibě jich je zahrnuta obliba lásky. Milujeme totiž bližního i Boha, pokud milujeme to, abychom my a bližní milovali Boha, což je míti lásku.

K druhému se musí říci, že láska je samo sdělení

singulorum. Et similiter Deo singularem honorem latriae exhibemus, propter eius singularem virtutem.

II-II q. 25 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod vituperantur qui sperant in homine sicut in principali auctore salutis, non autem qui sperant in homine sicut in adiuvante ministerialiter sub Deo. Et similiter reprehensibile esset si quis proximum diligeret tanquam principalem finem, non autem si quis proximum diligat propter Deum, quod pertinet ad caritatem.

2. Utrum caritas sit ex caritate diligenda.

II-II q. 25 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod caritas non sit ex caritate diligenda. Ea enim quae sunt ex caritate diligenda, duobus praeceptis caritatis concluduntur, ut patet Matth. XXII. Sed sub neutro eorum caritas continetur, quia nec caritas est Deus nec est proximus. Ergo caritas non est ex caritate diligenda.

II-II q. 25 a. 2 arg. 2

Praeterea, caritas fundatur super communicatione beatitudinis, ut supra dictum est. Sed caritas non potest esse particeps beatitudinis. Ergo caritas non est ex caritate diligenda.

II-II q. 25 a. 2 arg. 3

Praeterea, caritas est amicitia quaedam, ut supra dictum est. Sed nullus potest habere amicitiam ad caritatem, vel ad aliquod accidens, quia huiusmodi reamare non possunt, quod est de ratione amicitiae, ut dicitur in VIII Ethic. Ergo caritas non est ex caritate diligenda.

II-II q. 25 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, VIII de Trin., *qui diligit proximum, consequens est ut etiam ipsam dilectionem diligat*. Sed proximus diligitur ex caritate. Ergo consequens est ut etiam caritas ex caritate diligatur.

II-II q. 25 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod caritas amor quidam est. Amor autem ex natura potentiae cuius est actus habet quod possit supra seipsum reflecti. Quia enim voluntatis obiectum est bonum universale, quidquid sub ratione boni continetur potest cadere sub actu voluntatis; et quia ipsum velle est quoddam bonum, potest velle se velle, sicut etiam intellectus, cuius obiectum est verum, intelligit se intelligere, quia hoc etiam est quoddam verum. Sed amor etiam ex ratione propriae speciei habet quod supra se reflectatur, quia est spontaneus motus amantis in amatum; unde ex hoc ipso quod amat aliquis, amat se amare. Sed caritas non est simplex amor, sed habet rationem amicitiae, ut supra dictum est. Per amicitiam autem amatur aliquid dupliciter. Uno modo, sicut ipse amicus ad quem amicitiam habemus et cui bona volumus. Alio modo, sicut bonum quod amico volumus. Et hoc modo caritas per caritatem amatur, et non primo, quia caritas est illud bonum quod optamus omnibus quos ex caritate diligimus. Et eadem ratio est de beatitudine et de aliis virtutibus.

II-II q. 25 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Deus et proximus sunt illi ad quos amicitiam habemus. Sed in illorum dilectione includitur dilectio caritatis, diligimus enim proximum et Deum inquantum hoc amamus, ut nos et proximus Deum diligamus, quod est caritatem habere.

II-II q. 25 a. 2 ad 2

duchovního života, skrze nějž se přichází k blaženosti. A proto se miluje jako dobro toužené všem, které z lásky milujeme.

K třetímu se musí říci, že onen důvod platí, pokud jsou skrze přátelství milováni ti, s nimiž máme přátelství.

XXV.3. Zda se mají milovati z lásky také nerozumoví tvorové.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že také nerozumoví tvorové se mají z lásky milovati. Láskou se totiž nejvíce přizpůsobujeme Bohu. Ale Bůh miluje nerozumové z lásky: "milujeť vše, co jest", jak máme Moudr. 11, a vše, co miluje, miluje sebou, a on je láska. Tedy i my máme milovati nerozumové z lásky tvory.

Mimo to láska spěje hlavně k Bohu, na jiná se však rozšiřuje, pokud patří Bohu. Ale jako rozumový tvor patří Bohu, pokud má podobu obrazu, tak i nerozumový tvor, pokud má podobu stopy. Tedy láska se rozšiřuje také na nerozumové tvory.

Mimo to jako je Bůh předmětem lásky, tak i víry. Než víra se rozšiřuje na nerozumové tvory, pokud věříme, že nebe a země byla stvořena Bohem, a ryby i ptáci byli utvořeni z vod, a chodící zvířata a rostliny ze země Tedy láska se vztahuje také na nerozumové tvory.

Avšak proti jest, že obliba lásky se rozšiřuje toliko na Boha a bližního. Ale slovem bližní se nemůže rozuměti nerozumový tvor, poněvadž nesdílí s člověkem rozumový život. Tedy láska se nerozšiřuje na nerozumové tvory.

Odpovídám: Musí se říci, že láska podle řečeného jest nějaké přátelství. Přátelstvím se však něco miluje dvojmo. A to jedním způsobem přítel, s nímž máme přátelství; a jiným způsobem dobra, která žádáme příteli. Tedy prvním způsobem nijak nelze milovati z lásky žádného nerozumového tvora. A to z trojího důvodu. Z nichž dva náležejí obecně k přátelství, které nelze míti s nerozumovými tvory; a to nejprve, protože přátelství máme s tím, jemuž chceme dobro. Ale nerozumovému tvoru nemůžeme vlastně chtíti dobro, poněvadž jemu není vlastní, míti dobro, ale jen rozumovému tvoru, který je pánem užívání dobra, jež má, skrze svobodné rozhodování. A proto Filosof praví v II. Fysic., že "o takových věcech pravíme jen podle podobnosti, že se jim něco přihodilo dobře nebo zle".

Za druhé, poněvadž každé přátelství se zakládá na nějakém společenství života; "nic totiž není tak vlastní přátelství, jako spolužíti", jak je patrné z Filosofa v VIII. Ethic. Avšak nerozumoví tvorové nemohou míti společenství s lidským životem, který jest podle rozumu. Pročež nelze míti žádného přátelství s nerozumovými tvory, leč snad podle metafory.

Ad secundum dicendum quod caritas est ipsa communicatio spiritualis vitae, per quam ad beatitudinem pervenitur. Et ideo amatur sicut bonum desideratum omnibus quos ex caritate diligimus.

II-II q. 25 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit secundum quod per amicitiam amantur illi ad quos amicitiam habemus.

3. Utrum creaturae irrationales sint ex caritate diligendae sint ex caritate diligenda.

II-II q. 25 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod etiam creaturae irrationales sint ex caritate diligendae. Per caritatem enim maxime conformamur Deo. Sed Deus diligit creaturas irrationales ex caritate, diligit enim omnia quae sunt, ut habetur Sap. XI; et omne quod diligit, seipso diligit, qui est caritas. Ergo et nos debemus creaturas irrationales ex caritate diligere.

II-II q. 25 a. 3 arg. 2

Praeterea, caritas principaliter fertur in Deum, ad alia autem se extendit secundum quod ad Deum pertinent. Sed sicut creatura rationalis pertinet ad Deum inquantum habet similitudinem imaginis, ita etiam creatura irrationalis inquantum habet similitudinem vestigii. Ergo caritas etiam se extendit ad creaturas irrationales.

II-II q. 25 a. 3 arg. 3

Praeterea, sicut caritatis obiectum est Deus, ita et fidei. Sed fides se extendit ad creaturas irrationales, inquantum credimus caelum et terram esse creata a Deo, et pisces et aves esse productos ex aquis, et gressibilia animalia et plantas ex terra. Ergo caritas etiam se extendit ad creaturas irrationales.

II-II q. 25 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dilectio caritatis solum se extendit ad Deum et proximum. Sed nomine proximi non potest intelligi creatura irrationalis, quia non communicat cum homine in vita rationali. Ergo caritas non se extendit ad creaturas irrationales.

II-II q. 25 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod caritas, secundum praedicta, est amicitia quaedam. Per amicitiam autem amatur uno quidem modo, amicus ad quem amicitia habetur; et alio modo, bona quae amico optantur. Primo ergo modo nulla creatura irrationalis potest ex caritate amari. Et hoc triplici ratione. Quarum duae pertinent communiter ad amicitiam, quae ad creaturas irrationales haberi non potest. Primo quidem, quia amicitia ad eum habetur cui volumus bonum. Non autem proprie possum bonum velle creaturae irrationali, quia non est eius proprie habere bonum, sed solum creaturae rationalis, quae est domina utendi bono quod habet per liberum arbitrium. Et ideo philosophus dicit, in II Physic., quod huiusmodi rebus non dicimus aliquid bene vel male contingere nisi secundum similitudinem. Secundo, quia omnis amicitia fundatur super aliqua communicatione vitae, *nihil enim est ita proprium amicitiae sicut convivere*, ut patet per philosophum, VIII Ethic. Creaturae autem irrationales non possunt communicationem habere in vita humana, quae est secundum rationem. Unde nulla amicitia potest haberi ad creaturas irrationales, nisi forte secundum metaphoram. Tertia ratio est propria caritati, quia caritas fundatur super communicatione beatitudinis aeternae, cuius

Třetí důvod, vlastní lásce, poněvadž se láska zakládá na společenství blaženosti věčné, které není schopen nerozumový tvor. Pročež nelze míti přátelství lásky s nerozumovým tvorem.

Lze však milovati z lásky nerozumové tvory, jakožto dobrá chceme jiným, pokud totiž z lásky chceme, aby byly zacílováni ke cti Boží a užitku lidí. A tak je miluje z lásky i Bůh.

Z toho je patrná odpověď k prvnímu.

K druhému se musí říci, že podoba stopy nedává schopnosti života věčného, nýbrž podoba obrazu. Proto není podobného důvodu.

K třetímu se musí říci, že víra se může rozšiřovati na vše, co jest jakýmkoliv způsobem pravdivé. Ale přátelství lásky se rozšiřuje jedině na ta, jimž je vrozené míti dobro života věčného. Proto není podobnosti.

XXV.4. Zda člověk má milovati z lásky sám sebe.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že člověk nemiluje z lásky sám sebe. Praví totiž Řehoř v jedné homilii, že "lásku nelze míti mezi méně než dvěma". Tedy nikdo nemá lásky sám k sobě

Mimo to přátelství ve svém pojmu obnáší opětované milování a rovnost, jak je patrné v VIII. Ethic. To však nemůže míti člověk sám k sobě Ale láska jest nějaké přátelství, jak bylo řečeno. Tedy nemůže míti někdo lásku sám k sobě.

Mimo to, co patří k lásce, nemůže býti hanlivé, poněvadž "láska nejedná nesprávně", jak se praví I. Kor. 12. Ale milovati sám sebe je hanlivé; praví se totiž II. Tim. 3: "V posledních dnech nastanou nebezpečné doby a budou lidé milující sami sebe." Tedy člověk nemůže milovati z lásky sám sebe.

Avšak proti jest, co se praví Lev. 19: "Budeš milovati přítele svého jako sám sebe." Ale přítele milujeme z lásky. Tedy i sami sebe máme milovati z lásky.

Odpovídám: Musí se říci, že, poněvadž láska jest nějaké přátelství, jak bylo řečeno, můžeme mluviti o lásce dvojmo. Jedním způsobem pod obecným rázem přátelství. A podle tohoto se musí říci, že přátelství není vlastně se sebou, ale něco více než přátelství, poněvadž přátelství obnáší jakési sjednocení. Praví totiž Diviš, že milování je "síla jednotící". Avšak každý sám se sebou jest jednotka, která je mocnější než sjednocení s jiným. Pročež jako jednotka je původem sjednocení, tak milování, jímž někdo miluje sám sebe, je tvarem a kořenem přátelství. V tom totiž máme přátelství vůči jiným, že se k nim máme jako sami k sobě; praví se totiž, v IX. Ethic., že "přátelská, jež jsou vůči jiným, přicházejí z těch, jež jsou vůči sobě". Jako také o zásadách nemáme vědění, nýbrž něco více, totiž rozumění.

Jiným způsobem můžeme mluviti o lásce podle vlastního jejího pojmu, pokud je totiž přátelstvím člověka hlavně s

creatura irrationalis capax non est. Unde amicitia caritatis non potest haberi ad creaturam irrationalem. Possunt tamen ex caritate diligi creaturae irrationales sicut bona quae aliis volumus, inquantum scilicet ex caritate volumus eas conservari ad honorem Dei et utilitatem hominum. Et sic etiam ex caritate Deus eas diligit.

II-II q. 25 a. 3 ad 1

Unde patet responsio ad primum.

II-II q. 25 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod similitudo vestigii non causat capacitatem vitae aeternae, sicut similitudo imaginis. Unde non est similis ratio.

II-II q. 25 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod fides se potest extendere ad omnia quae sunt quocumque modo vera. Sed amicitia caritatis se extendit ad illa sola quae nata sunt habere bonum vitae aeternae. Unde non est simile.

4. Utrum aliquis ex caritate possit seipsum diligere.

II-II q. 25 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod homo non diligat seipsum ex caritate. Dicit enim Gregorius, in quadam homilia, quod *caritas minus quam inter duos haberi non potest*. Ergo ad seipsum nullus habet caritatem.

II-II q. 25 a. 4 arg. 2

Praeterea, amicitia de sui ratione importat reamationem et aequalitatem, ut patet in VIII Ethic., quae quidem non possunt esse homini ad seipsum. Sed caritas amicitia quaedam est, ut dictum est. Ergo ad seipsum aliquis caritatem habere non potest.

II-II q. 25 a. 4 arg. 3

Praeterea, illud quod ad caritatem pertinet non potest esse vituperabile, quia *caritas non agit perperam*, ut dicitur I ad Cor. XIII. Sed amare seipsum est vituperabile, dicitur enim II ad Tim. III, *in novissimis diebus instabunt tempora periculosa, et erunt homines amantes seipsos*. Ergo homo non potest seipsum ex caritate diligere.

II-II q. 25 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicitur Levit. XIX, *diliges amicum tuum sicut teipsum*. Sed amicum ex caritate diligimus. Ergo et nosipsos ex caritate debemus diligere.

II-II q. 25 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, cum caritas sit amicitia quaedam, sicut dictum est, dupliciter possumus de caritate loqui. Uno modo, sub communi ratione amicitiae. Et secundum hoc dicendum est quod amicitia proprie non habetur ad seipsum, sed aliquid maius amicitia, quia amicitia unionem quandam importat, dicit enim Dionysius quod amor est virtus unitiva; unicuique autem ad seipsum est unitas, quae est potior unione. Unde sicut unitas est principium unionis, ita amor quo quis diligit seipsum, est forma et radix amicitiae, in hoc enim amicitiam habemus ad alios, quod ad eos nos habemus sicut ad nosipsos; dicitur enim in IX Ethic. quod *amicabilia quae sunt ad alterum veniunt ex his quae sunt ad seipsum*. Sicut etiam de principiis non habetur scientia, sed aliquid maius, scilicet intellectus. Alio modo possumus loqui de caritate

Bohem a v důsledku s tím, co je Boží. A mezi těmi je i sám člověk, jenž má lásku. A tak mimo jiné, jež z lásky miluje, jakožto patřící Bohu, miluje z lásky i sám sebe.

K prvnímu se tedy musí říci, že Řehoř mluví o lásce podle obecného rázu přátelství.

A podle toho také platí druhý důvod.

K třetímu se musí říci, že milující sami sebe jsou haněni, pokud milují sebe podle smyslové přirozenosti, které vyhovují. Což není vpravdě milovati sebe podle přirozenosti rozumové, aby si chtěli ona dobra, jež patří k dokonalosti rozumu. A tím způsobem patří hlavně k lásce milovati sám sebe.

XXV.5. Zda člověk má z lásky milovati své tělo.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že člověk nemá z lásky milovati své tělo. Neboť nemilujeme toho, s nímž nechceme spolužíti. Ale lidé mající lásku utíkají před spolužitím s tělem, podle onoho Řím. 7: "Kdo mně vysvobodí z těla smrti této?" a Filip. 1: "Maje touhu odloučiti se a býti s Kristem." Tedy naše tělo se nemá milovati z lásky.

Mimo to přátelství lásky se zakládá na společenství božského požívání. Ale tělo nemůže býti účastno tohoto požívání. Tedy tělo se nemá milovati z lásky.

Mimo to lásku, poněvadž je nějaké přátelství, máme k těm, kteří mohou lásku opětovati. Ale naše tělo nás nemůže z lásky milovati. Tedy nemá se z lásky milovati.

Avšak proti jest, že Augustin, v 1. O nauce křesť., klade čtyři z lásky milované, a jedním z nich je vlastní tělo.

Odpovídám: Musí se říci, že o svém těle můžeme uvažovati podle dvojího. Jedním způsobem podle jeho přirozenosti; jiným způsobem podle porušenosti viny a trestu. Přirozenost však našeho těla není stvořena od zlého původce, jak bájí Manichejci, ale jest od Boha. Pročež ho můžeme užívati ke službě Boží, podle onoho Řím. 6: "Vydávejte svá těla za nástroje spravedlnosti Bohu." A proto z obliby lásky, jíž milujeme Boha, máme milovati také své tělo. Ale nákazu viny a porušenost trestu ve svém těle nemáme milovati, ale spíše dychtiti touhou po lásce.

K prvnímu se tedy musí říci, že Apoštol neutíkal před společenstvím těla co do přirozenosti těla, ano podle toho nechtěl býti o ně oloupen, podle onoho II. Kor. 5: "Nechceme býti vyloupeni, nýbrž přioděni." Ale chtěl nemíti nákazy dychtivosti, která zůstává v těle, a porušení jeho, které "zatěžuje duši", aby nemohla viděti Boha. Proto výstižně pravil "z těla smrti této".

secundum propriam rationem ipsius, prout scilicet est amicitia hominis ad Deum principaliter, et ex consequenti ad ea quae sunt Dei. Inter quae etiam est ipse homo qui caritatem habet. Et sic inter cetera quae ex caritate diligit quasi ad Deum pertinentia, etiam seipsum ex caritate diligit.

II-II q. 25 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Gregorius loquitur de caritate secundum communem amicitiae rationem.

II-II q. 25 a. 4 ad 2

Et secundum hoc etiam procedit secunda ratio.

II-II q. 25 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod amantes seipsos vituperantur inquantum amant se secundum naturam sensibilem, cui obtemperant. Quod non est vere amare seipsum secundum naturam rationalem, ut sibi velit ea bona quae pertinent ad perfectionem rationis. Et hoc modo praecipue ad caritatem pertinet diligere seipsum.

5. Utrum possit ex caritate diligere corpus proprium.

II-II q. 25 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod homo non debeat corpus suum ex caritate diligere. Non enim diligimus illum cui convivere non volumus. Sed homines caritatem habentes refugiunt corporis convictum, secundum illud Rom. VII, *quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et Philipp. I, *desiderium habens dissolvi et cum Christo esse*. Ergo corpus nostrum non est ex caritate diligendum.

II-II q. 25 a. 5 arg. 2

Praeterea, amicitia caritatis fundatur super communicatione divinae fruitionis. Sed huius fruitionis corpus particeps esse non potest. Ergo corpus non est ex caritate diligendum.

II-II q. 25 a. 5 arg. 3

Praeterea, caritas, cum sit amicitia quaedam, ad eos habetur qui reamare possunt. Sed corpus nostrum non potest nos ex caritate diligere. Ergo non est ex caritate diligendum.

II-II q. 25 a. 5 s. c.

Sed contra est quod Augustinus, in I de Doct. Christ., ponit quatuor ex caritate diligenda, inter quae unum est corpus proprium.

II-II q. 25 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod corpus nostrum secundum duo potest considerari, uno modo, secundum eius naturam; alio modo, secundum corruptionem culpae et poenae. Natura autem corporis nostri non est a malo principio creata, ut Manichaei fabulantur, sed est a Deo. Unde possumus eo uti ad servitium Dei, secundum illud Rom. VI, *exhibete membra vestra arma iustitiae Deo*. Et ideo ex dilectione caritatis qua diligimus Deum, debemus etiam corpus nostrum diligere. Sed infectionem culpae et corruptionem poenae in corpore nostro diligere non debemus, sed potius ad eius remotionem anhelare desiderio caritatis.

II-II q. 25 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod apostolus non refugiebat corporis communionem quantum ad corporis naturam, immo secundum hoc nolebat ab eo spoliari, secundum illud II ad Cor. V, *nolumus expoliari, sed supervestiri*. Sed volebat carere infectione concupiscentiae, quae remanet in corpore; et corruptione ipsius, quae aggravat animam, ne

K druhému se musí říci, že naše tělo, ačkoliv nemůže požívati Boha jeho poznáním a miláním, přece skrze skutky, jež konáme skrze tělo, můžeme přijíti k dokonalému požívání Boha. Pročež z požívání duše přeplývá nějak blaženost do těla, totiž "svěžest zdraví a neporušnosti", jak praví Augustin, v listě Dioskorovi. A proto, poněvadž se tělo nějak účastní blaženosti, může býti milováno oblibou lásky.

K třetímu se musí říci, že opětovaná láska má místo v přátelství, jež jest s jiným, ne však v přátelství, které je k sobě samému, ať podle duše nebo podle těla.

XXV.6. Zda se mají hříšníci z lásky milovati.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že hříšníci se nemají z lásky milovati. Praví se totiž v Žalmu: "Nespravedlivé jsem měl v nenávisti." Ale David měl dokonalou lásku. Tedy se mají nepřátelé spíše z lásky nenáviděn než milovati.

Mimo to "zkouškou obliby je prokázání díla", jak praví Řehoř v homilii Svatod. Ale spravedliví neprokazují hříšníkům díla obliby, ale spíše díla, které se zdají býti nenávisti, podle onoho Žalmu: "Ráno jsem zabíjel všechny hříšníky země" A Pán přikázal, Exod. 22: "Zločinné nebudeš trpěti naživu." Tedy hříšníci se nemají z lásky milovati.

Mimo to k přátelství náleží, abychom přátelům přáli a chtěli dobra. Ale svatí přejí z lásky hříšníkům zla, podle onoho Žalmu: "Ať se obrátí hříšníci do pekla." Tedy hříšníci se nemají milovati z lásky.

Mimo to vlastní je přátelům z těchže se radovati a totéž chtíti. Ale láska nedává chtíti, co chtějí hříšníci, ani se nedává radovati z toho, z čeho se radují hříšníci, ale působí spíše opak. Tedy hříšníci se nemají milovati z lásky.

Mimo to "přátelům je vlastní zároveň spolužíti`, jak se praví v VIII. Ethic. Ale s hříšníky se nemá spolužíti, podle onoho II. Kor. 6: "Vyjděte z jejich středu." Tedy hříšníci se nemají z lásky milovati.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v I. O nauce křesť., že když se praví, ‚Budeš milovati svého bližního', "jest jasné, že každý člověk se má pokládati za bližního". Ale hříšníci nepřestávají býti lidmi, poněvadž hřích neodstraňuje přirozenost. Tedy hříšníci se mají milovati z lásky.

Odpovídám: Musí se říci, že na hříšnících možno považiti dvojí, totiž přirozenost a vinu. Podle přirozenosti pak, kterou mají od Boha, jsou schopni blaženosti, na jejímž společenství se zakládá láska, jak bylo shora řečeno. A proto podle své přirozenosti se mají z lásky milovati. Ale jejich vina se protiví Bohu a je překážkou blaženosti. Pročež podle viny, jíž se protiví Bohu, mají se nenáviděti kteříkoliv hříšníci, také otec a matka a příbuzní, jak máme

possit Deum videre. Unde signanter dixit, de corpore mortis huius.

II-II q. 25 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod corpus nostrum quamvis Deo frui non possit cognoscendo et amando ipsum, tamen per opera quae per corpus agimus ad perfectam Dei fruitionem possumus venire. Unde et ex fruitione animae redundat quaedam beatitudo ad corpus, scilicet sanitatis et incorruptionis vigor; ut Augustinus dicit, in epistola ad Diosc. Et ideo, quia corpus aliquo modo est particeps beatitudinis, potest dilectione caritatis amari.

II-II q. 25 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod reamatio habet locum in amicitia quae est ad alterum, non autem in amicitia quae est ad seipsum, vel secundum animam vel secundum corpus.

6. Utrum peccatores sint ex caritate diligendi.

II-II q. 25 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod peccatores non sint ex caritate diligendi. Dicitur enim in Psalm., *iniquos odio habui*. Sed David caritatem habebat. Ergo ex caritate magis sunt odiendi peccatores quam diligendi.

II-II q. 25 a. 6 arg. 2

Praeterea, probatio dilectionis exhibitio est operis; ut Gregorius dicit, in homilia Pentecostes. Sed peccatoribus iusti non exhibent opera dilectionis, sed magis opera quae videntur esse odii, secundum illud Psalm., *in matutino interficiebam omnes peccatores terrae*. Et dominus praecepit, Exod. XXII, *maleficos non patieris vivere*. Ergo peccatores non sunt ex caritate diligendi.

II-II q. 25 a. 6 arg. 3

Praeterea, ad amicitiam pertinet ut amicis velimus et optemus bona. Sed sancti ex caritate optant peccatoribus mala, secundum illud Psalm., *convertantur peccatores in Infernum*. Ergo peccatores non sunt ex caritate diligendi.

II-II q. 25 a. 6 arg. 4

Praeterea, proprium amicorum est de eisdem gaudere et idem velle. Sed caritas non facit velle quod peccatores volunt, neque facit gaudere de hoc de quo peccatores gaudent; sed magis facit contrarium. Ergo peccatores non sunt ex caritate diligendi.

II-II q. 25 a. 6 arg. 5

Praeterea, proprium est amicorum simul convivere, ut dicitur in VIII Ethic. Sed cum peccatoribus non est convivendum, secundum illud II ad Cor. VI, *recedite de medio eorum*. Ergo peccatores non sunt ex caritate diligendi.

II-II q. 25 a. 6 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in I de Doct. Christ., quod cum dicitur, diliges proximum tuum, *manifestum est omnem hominem proximum esse deputandum*. Sed peccatores non desinunt esse homines, quia peccatum non tollit naturam. Ergo peccatores sunt ex caritate diligendi.

II-II q. 25 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod in peccatoribus duo possunt considerari, scilicet natura, et culpa. Secundum naturam quidem, quam a Deo habent, capaces sunt beatitudinis, super cuius communicatione caritas fundatur, ut supra dictum est. Et ideo secundum naturam suam sunt ex caritate diligendi. Sed culpa eorum Deo contrariatur, et est

Luk. 14. Neboť máme v hříšnících nenáviděti, že jsou hříšníky, a milovati, poněvadž jsou lidmi, schopnými blaženosti. A to jest vpravdě je z lásky milovati pro Boha.

K prvnímu se tedy musí říci, že Prorok nenáviděl nespravedlivé, pokud jsou nespravedliví, maje v nenávisti jejich nepravost, která jest jejich zlem. A to je dokonalá nenávist, o níž sám praví: "Dokonalou nenávistí jsem je nenáviděl." Avšak téhož rázu jest nenáviděti něčí zlo, a milovati jeho dobro. Proto i ona dokonalá nenávist patří k lásce.

K druhému se musí říci, že, jak praví Filosof v IX. Ethic., hřešícím přátelům se nemají odnímati přátelská dobrodiní, až dokud jest naděje na jejich uzdravení, ale spíše se jim má dáti pomoc k nabytí ctnosti než k nabytí peněz, kdyby je byli ztratili, čím ctnost je přátelství bližší než peníze. Ale když upadnou do největší špatnosti a stanou se nevyléčitelnými, tu se jim nemá prokazovati důvěrnost přátelská. A proto takové hříšné, od nichž se spíše očekává škoda druhých, než jejich polepšení, podle zákona božského a lidského se káže zabíti. A přece to nečiní soudce z nenávisti k nim, ale z milování lásky, kterým se dává přednost veřejnému dobru před životem soukromé osoby. A přece smrt, určená soudcem, hříšníkovi prospívá k smytí viny, obrátí-li se, anebo k ukončení viny, poněvadž se mu takto odnímá možnost dále hřešiti.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, stupeň obliby si možno odhadovati ze dvou. Jedním způsobem se strany předmětu. A tak má se více milovati to, co má větší ráz dobra, a co je Bohu podobnější. A takto se má více milovati otec než syn, poněvadž totiž otce milujeme pod pojmem původu, což má ráz dobra vynikajícího a Bohu podobnějšího. Jiným způsobem se počítají stupně obliby se strany samého milujícího. A takto se více miluje to, co je spojenější. A takto se má více milovati syn než otec, jak praví Filosof, v VIII. Ethic. A to nejprve poněvadž rodiče milují syny jako nějakou část sebe, otec však není částí syna. A proto obliba, podle níž otec miluje syna, je podobnější oblibě, kterou někdo miluje sebe. Za druhé, poněvadž rodiče spíše vědí, že někteří jsou jejich syny, než naopak. Za třetí, poněvadž syn je bližší rodičovi, jakožto část jeho, než otec synovi, k němuž má vztah původu. Za čtvrté, poněvadž rodiče milovali déle; neboť otec počíná hned milovati syna, syn však začíná milovati otce až po čase. Avšak obliba čím déle trvá, tím je silnější podle onoho Eccli 9: "Neopouštěj starého přítele, neboť nový mu nebude podobný."

K prvnímu se tedy musí říci, že původu patří podrobení, úcta a čest; účinku však náleží úměrně přijímati vliv původu a jeho péči. A proto rodičům patří od synů více úcta, synům však více jest povinná opatřující péče.

K druhému se musí říci, že otec miluje přirozeně více syna pod dojmem spojení se sebou. Ale pod dojmem

II-II q. 26 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod ex hoc quod duci exercitus magis obeditur in bello quam patri, non probatur quod simpliciter pater minus diligatur, sed quod minus diligatur secundum quid, idest secundum dilectionem bellicae communicationis.

9. Litrum magis filium quam patrem.

II-II q. 26 a. 9 arg. 1

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod homo ex caritate magis debeat diligere filium quam patrem. Illum enim magis debemus diligere cui magis debemus benefacere. Sed magis debemus benefacere filiis quam parentibus, dicit enim apostolus, II ad Cor. XII, *non debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis*. Ergo magis sunt diligendi filii quam parentes.

II-II q. 26 a. 9 arg. 2

Praeterea, gratia perficit naturam. Sed naturaliter parentes plus diligunt filios quam ab eis diligantur; ut philosophus dicit, in VIII Ethic. Ergo magis debemus diligere filios quam parentes.

II-II q. 26 a. 9 arg. 3

Praeterea, per caritatem affectus hominis Deo conformatur. Sed Deus magis diligit filios quam diligatur ab eis. Ergo etiam et nos magis debemus diligere filios quam parentes.

II-II q. 26 a. 9 s. c.

Sed contra est quod Ambrosius dicit, *primo Deus diligendus est, secundo parentes, inde filii, post domestici*.

II-II q. 26 a. 9 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, gradus dilectionis ex duobus pensari potest. Uno modo, ex parte obiecti. Et secundum hoc id quod habet maiorem rationem boni est magis diligendum, et quod est Deo similius. Et sic pater est magis diligendus quam filius, quia scilicet patrem diligimus sub ratione principii, quod habet rationem eminentioris boni et Deo similioris. Alio modo computantur gradus dilectionis ex parte ipsius diligentis. Et sic magis diligitur quod est coniunctius. Et secundum hoc filius est magis diligendus quam pater; ut philosophus dicit, in VIII Ethic. Primo quidem, quia parentes diligunt filios ut aliquid sui existentes; pater autem non est aliquid filii; et ideo dilectio secundum quam pater diligit filium similior est dilectioni qua quis diligit seipsum. Secundo, quia parentes magis sciunt aliquos esse suos filios quam e converso. Tertio, quia filius est magis propinquus parenti, utpote pars existens, quam pater filio, ad quem habet habitudinem principii. Quarto, quia parentes diutius amaverunt, nam statim pater incipit diligere filium; filius autem tempore procedente incipit diligere patrem. Dilectio autem quanto est diuturnior, tanto est fortior, secundum illud Eccli. IX, *non derelinquas amicum antiquum, novus enim non erit similis illi*.

II-II q. 26 a. 9 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod principio debetur subiectio reverentiae et honor, effectui autem proportionaliter competit recipere influentiam principii et provisionem ipsius. Et propter hoc parentibus a filiis magis debetur honor, filiis autem magis debetur cura provisionis.

II-II q. 26 a. 9 ad 2

Ad secundum dicendum quod pater naturaliter plus diligit vynikajícího dobra syn miluje přirozeně více otce.

K třetímu se musí říci, že, jak praví Augustin v I. O nauce křesť.: "Bůh nás miluje k našemu užitku a své cti." A proto, poněvadž otec se k nám přirovnává ve smyslu původu, jakož i Bůh, otci vlastně patří, aby mu synové vzdávali úctu; synu pak, aby rodiče opatřovali jeho užitek. Ačkoliv ve chvíli potřeby je syn za přijatá dobrodiní vázán, přispěti nejvíce rodičům.

XXVI.10. Zda má člověk více milovati matku než otce.

Při desáté se postupuje takto: Zdá se, že člověk má více milovati matku než otce. Neboť jak praví Filosof v I. O Rození zvířat, "samice dává při rození tělo". Ale člověk nemá duši od otce, ale stvořením od Boha, jak jsme měli v První Části. Tedy člověk má více od matky než od otce. Tedy má více milovati matku než otce.

Mimo to, více milujícího má člověk více milovati. Ale matka miluje syna více než otec, neboť Filosof praví v IX. Ethic., že "matky mají větší lásku k dětem. Neboť rození je matkám těžší a vědí lépe než otcové, že jsou to jejich děti". Tedy matka se má více milovati než otec.

Mimo to, tomu patří větší cit obliby, kdo pro nás více pracoval, podle onoho Řím. posl.: "Pozdravujte Marii, která mezi vámi mnoho pracovala." Ale matka pracuje více při rození a vychování než otec, pročež se praví Eccli. 7: "Nezapomínej na stenání své matky." Tedy člověk má více milovati matku než otce.

Avšak proti jest, co praví Jeronym, K Ezech., že "po Bohu, Otci všech, má se milovati otec", a pak dodává o matce.

Odpovídám: Musí se říci, že co se praví v těchto srovnáváních, má se rozuměti o sobě, aby se totiž rozumělo, že jest otázka o otci, pokud jest otcem, zda se má více milovati než matka, pokud je matkou. Neboť ve všech takových může býti takový rozdíl ctnosti a zloby, že přátelství se zruší nebo zmenší, jak praví Filosof, v VIII. Ethic. A proto, jak praví Ambrož, "dobrým domácím se má dáti přednost před špatnými syny". Ale řečeno o sobě, otec se má více milovati než matka. Neboť otec a matka jsou milováni jako nějaké původy přirozeného pocházení. Avšak otec má vyšší ráz původu než matka, poněvadž otec je původ na způsob činného, kdežto matka více na způsob trpného a hmoty. A proto, řečeno o sobě, otec má býti více milován.

K prvnímu se tedy musí říci, že při plození člověka matka poskytuje beztvarou hmotu těla, utváří se pak tvárnou silou, která jest v semeni otcově Ačkoliv pak taková síla nemůže stvořiti duši rozumovou, přece upravuje tělesnou hmotu k přijetí takového tvaru.

filium secundum rationem coniunctionis ad seipsum. Sed secundum rationem eminentioris boni filius naturaliter plus diligit patrem.

II-II q. 26 a. 9 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut Augustinus dicit, in I de Doct. Christ., *Deus diligit nos ad nostram utilitatem et suum honorem*. Et ideo, quia pater comparatur ad nos in habitudine principii, sicut et Deus, ad patrem proprie pertinet ut ei a filiis honor impendatur, ad filium autem ut eius utilitati a parentibus provideatur. Quamvis in articulo necessitatis filius obligatus sit ex beneficiis susceptis, ut parentibus maxime provideat.

10. Utrum magis patrem quam matrem.

II-II q. 26 a. 10 arg. 1

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod homo magis debeat diligere matrem quam patrem. Ut enim philosophus dicit, in I de Gen. Animal., *femina in generatione dat corpus*. Sed homo non habet animam a patre, sed per creationem a Deo, ut in primo dictum est. Ergo homo plus habet a matre quam a patre. Plus ergo debet diligere matrem quam patrem.

II-II q. 26 a. 10 arg. 2

Praeterea, magis amantem debet homo magis diligere. Sed mater plus diligit filium quam pater, dicit enim philosophus, in IX Ethic., quod *matres magis sunt amatrices filiorum. Laboriosior enim est generatio matrum; et magis sciunt quoniam ipsarum sunt filii quam patres*. Ergo mater est magis diligenda quam pater.

II-II q. 26 a. 10 arg. 3

Praeterea, ei debetur maior dilectionis affectus qui pro nobis amplius laboravit, secundum illud Rom. ult., *salutate Mariam, quae multum laboravit in vobis*. Sed mater plus laborat in generatione et educatione quam pater, unde dicitur Eccli. VII, *gemitum matris tuae ne obliviscaris*. Ergo plus debet homo diligere matrem quam patrem.

II-II q. 26 a. 10 s. c.

Sed contra est quod Hieronymus dicit, super Ezech., quod *post Deum, omnium patrem, diligendus est pater*, et postea addit de matre.

II-II q. 26 a. 10 co.

Respondeo dicendum quod in istis comparationibus id quod dicitur est intelligendum per se, ut videlicet intelligatur esse quaesitum de patre inquantum est pater, an sit plus diligendus matre inquantum est mater. Potest enim in omnibus huiusmodi tanta esse distantia virtutis et malitiae ut amicitia solvatur vel minuatur; ut philosophus dicit, in VIII Ethic. Et ideo, ut Ambrosius dicit, *boni domestici sunt malis filiis praeponendi*. Sed per se loquendo, pater magis est amandus quam mater. Amantur enim pater et mater ut principia quaedam naturalis originis. Pater autem habet excellentiorem rationem principii quam mater, quia pater est principium per modum agentis, mater autem magis per modum patientis et materiae. Et ideo, per se loquendo, pater est magis diligendus.

II-II q. 26 a. 10 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in generatione hominis mater ministrat materiam corporis informem, formatur autem per virtutem formativam quae est in semine patris. Et quamvis huiusmodi virtus non possit creare animam

K druhému se musí říci, že to patří k jinému pojetí obliby, neboť jiný je druh přátelství, kterým máme v oblibě milujícího, a kterým máme v oblibě plodícího. Nyní však mluvíme o přátelství, kterým jsme povinni otci a matce pod pojmem plození.

K třetímu (resp. ad 3; chybí v Mss; takto doplňuje Cajetanus) se musí říci, že větší znamenitost (přednost) původu při účasti převažuje nad větší námahou (úsilím, starostí) při vzniku potomstva; protože účel dobra se více projevuje v předmětu lásky skrze ni samotnou než účel obtížnosti neboli strasti.

XXVI.11. Zda má člověk více milovati manželku než otce a matku.

Při jedenácté se postupuje takto: Zdá se, že člověk má více milovati manželku než otce a matku. Neboť nikdo neopouští nějakou věc než pro věc více milovanou. Ale Gen. 2 se praví, že pro manželku "opustí člověk otce a matku". Tedy více má milovati manželku než otce a matku.

Mimo to Apoštol praví Efes. 5, že "mužové mají milovati manželky jako sebe". Ale člověk má více milovati sebe než rodiče. Tedy má také více milovati manželku než rodiče.

Mimo to, kde je více důvodů obliby, má býti větší obliba.

Ale v přátelství, které je k manželce, je více důvodů obliby, neboť praví Filosof v VIII. Ethic., že "zdá se býti v tomto přátelství užitek i potěšení i důvod ctnosti, jsou-li manželé ctnostní". Tedy větší má býti obliba k manželce než k rodičům.

Avšak proti jest, že "muž má milovati svou manželku jako své tělo", jak se praví Efes. 5. Ale člověk má méně milovati své tělo než bližního, jak bylo řečeno shora. Mezi bližními pak máme nejvíce milovati rodiče. Tedy více máme milovati rodiče než manželku.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, stupeň obliby lze pozorovati i podle rázu dobra i podle spojení s milujícím. Tedy podle rázu dobra, které je předmětem obliby, více se mají milovati rodiče než manželka, poněvadž jsou milováni pod pojmem původu a nějakého vyššího dobra. Avšak podle pojmu spojení více se má milovati manželka, poněvadž manželka je spojena s mužem jakožto jedno tělo, podle onoho Mat. 19: "Proto již nejsou dvě, ale jedno tělo." A proto manželka se miluje silněji, ale rodičům se má vzdávati větší úcta.

K prvnímu se tedy musí říci, že k vůli manželce se neopouští otec a matka ve všem, neboť v některých má člověk více státi při rodičích než při manželce. Ale vzhledem co do sjednocení tělesného spojení a spolubydlení člověk opouští všechny rodiče a lne k manželce.

rationalem, disponit tamen materiam corporalem ad huiusmodi formae susceptionem.

II-II q. 26 a. 10 ad 2

Ad secundum dicendum quod hoc pertinet ad aliam rationem dilectionis, alia enim est species amicitiae qua diligimus amantem, et qua diligimus generantem. Nunc autem loquimur de amicitia quae debetur patri et matri secundum generationis rationem.

II-II q. 26 a. 10 ad 3

Ad tertium *(resp. ad 3.: deest in Mss.; sic supplet Cajetanus)* dicendum, quod major excellentia principii in parte praeponderat majori labori matris in generatione; quoniam ratio boni magis attenditur in objecto per se dilectionis, quam ratio difficilis, seu laboris, etc.

11. Utrum uxorem plus quam patrem vel matrem.

II-II q. 26 a. 11 arg. 1

Ad undecimum sic proceditur. Videtur quod homo plus debeat diligere uxorem quam patrem et matrem. Nullus enim dimittit rem aliquam nisi pro re magis dilecta. Sed Gen. II dicitur quod propter uxorem relinquet homo patrem et matrem. Ergo magis debet diligere uxorem quam patrem vel matrem.

II-II q. 26 a. 11 arg. 2

Praeterea, apostolus dicit, ad Ephes. V, quod *viri debent diligere uxores sicut seipsos*. Sed homo magis debet diligere seipsum quam parentes. Ergo etiam magis debet diligere uxorem quam parentes.

II-II q. 26 a. 11 arg. 3

Praeterea, ubi sunt plures rationes dilectionis, ibi debet esse maior dilectio. Sed in amicitia quae est ad uxorem sunt plures rationes dilectionis, dicit enim philosophus, in VIII Ethic., quod *in hac amicitia videtur esse utile et delectabile et propter virtutem, si virtuosi sint coniuges*. Ergo maior debet esse dilectio ad uxorem quam ad parentes.

II-II q. 26 a. 11 s. c.

Sed contra est quod vir debet diligere uxorem suam sicut carnem suam, ut dicitur ad Ephes. V. Sed corpus suum minus debet homo diligere quam proximum, ut supra dictum est. Inter proximos autem magis debemus diligere parentes. Ergo magis debemus diligere parentes quam uxorem.

II-II q. 26 a. 11 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, gradus dilectionis attendi potest et secundum rationem boni, et secundum coniunctionem ad diligentem. Secundum igitur rationem boni, quod est obiectum dilectionis, magis sunt diligendi parentes quam uxores, quia diliguntur sub ratione principii et eminentioris cuiusdam boni. Secundum autem rationem coniunctionis magis diligenda est uxor, quia uxor coniungitur viro ut una caro existens, secundum illud Matth. XIX, *itaque iam non sunt duo, sed una caro*. Et ideo intensius diligitur uxor, sed maior reverentia est parentibus exhibenda.

II-II q. 26 a. 11 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod non quantum ad omnia deseritur pater et mater propter uxorem, in quibusdam enim magis debet homo assistere parentibus quam uxori. Sed quantum ad unionem carnalis copulae et cohabitationis,

K druhému se musí říci, že ze slov Apoštolových se nemá rozuměti, že člověk má milovati manželku stejně jako sebe, ale že obliba, kterou má někdo k sobě, je důvodem obliby, kterou má někdo k manželce se sebou spojené.

K třetímu se musí říci, že také v oteckém přátelství se nacházejí mnohé důvody obliby, a v něčem převažují důvod obliby, která jest vůči manželce, totiž podle rázu dobra; ačkoliv ony převažují podle rázu spojení.

Ke čtvrtému se musí říci, že onomu se také nemá tak rozumět, jako byly "jako" obnášelo rovnost, nýbrž důvod obliby. Neboť člověk miluje svou manželku hlavně z důvodu tělesného spojení.

XXVI.12. Zda člověk má více milovati dobrodince než obdarovaného.

Při dvanácté se postupuje takto: Zdá se, že člověk má více milovati dobrodince než obdarovaného. Poněvadž, jak praví Augustin v knize O katech. nevědom.: "Není větší výzvy k milování, než předcházeti milováním; neboť je příliš tvrdý duch, který, třebaže nechce oblibu věnovati, nechce ji opakovati." Ale dobrodinci nás předcházejí v dobrodiní lásky. Tedy dobrodince máme nejvíce milovati.

Mimo to tím více se má někdo milovati, čím více člověk hřeší, když od jeho obliby ustává, nebo jedná proti ní. Ale tížeji hřeší, kdo nemiluje dobrodince nebo jedná proti němu, než přestane-li milovati toho, komu doposud dobře činil. Tedy více se mají milovati dobrodinci než ti, kterým dobře činíme.

Mimo to mezi všemi, které máme milovati, nejvíce se má milovati Bůh a po něm otec, jak praví Jeronym. Ale tito jsou největší dobrodinci. Tedy dobrodince se má nejvíce milovati.

Avšak proti jest, co praví Filosof v IX. Ethic., že "se zdá, že dobrodinci více milují obdarované než naopak".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak se řeklo nahoře, něco se miluje více dvojmo: jedním způsobem, poněvadž má ráz vyššího dobra; jiným způsobem pro větší spojení. Prvním způsobem má se ovšem více milovati dobrodince, poněvadž má ráz vyššího dobra, ježto jest původ dobra v obdarovaném, jak se řeklo i o otci.

Avšak druhým způsobem milujeme více obdarované, jak dokazuje Filosof v IX. Ethic. čtyřmi důvody. A to nejprve, poněvadž obdarovaný jest jakýmsi dílem dobrodincovým; proto se také o někom říká: "Tento jest jeho stvůra." Avšak je přirozené každému, aby miloval své dílo; jako vidíme, že básníci milují své básně. A proto, že každý miluje své bytí a žití, které se nejvíce projevuje v jeho konání. Za druhé, poněvadž každý přirozeně miluje to, v čem spatřuje své dobro. Má sice i dobrodinec v obdařeném nějaké dobro a

relictis omnibus parentibus, homo adhaeret uxori.

II-II q. 26 a. 11 ad 2

Ad secundum dicendum quod in verbis apostoli non est intelligendum quod homo debeat diligere uxorem suam aequaliter sibi ipsi, sed quia dilectio quam aliquis habet ad seipsum est ratio dilectionis quam quis habet ad uxorem sibi coniunctam.

II-II q. 26 a. 11 ad 3

Ad tertium dicendum quod etiam in amicitia paterna inveniuntur multae rationes dilectionis. Et quantum ad aliquid praeponderant rationi dilectionis quae habetur ad uxorem, secundum scilicet rationem boni, quamvis illae praeponderent secundum coniunctionis rationem.

II-II q. 26 a. 11 ad 4

Ad quartum dicendum quod illud etiam non est sic intelligendum quod ly sicut importet aequalitatem, sed rationem dilectionis. Diligit enim homo uxorem suam principaliter ratione carnalis coniunctionis.

12. Utrum magis benefactorem quam beneficiatum.

II-II q. 26 a. 12 arg. 1

Ad duodecimum sic proceditur. Videtur quod homo magis debeat diligere benefactorem quam beneficiatum. Quia ut dicit Augustinus, in libro de Catechiz. Rud., *nulla est maior provocatio ad amandum quam praevenire amando, nimis enim durus est animus qui dilectionem, etsi non vult impendere, nolit rependere*. Sed benefactores praeveniunt nos in beneficio caritatis. Ergo benefactores maxime debemus diligere.

II-II q. 26 a. 12 arg. 2

Praeterea, tanto aliquis est magis diligendus quanto gravius homo peccat si ab eius dilectione desistat, vel contra eam agat. Sed gravius peccat qui benefactorem non diligit, vel contra eum agit, quam si diligere desinat eum cui hactenus benefecit. Ergo magis sunt amandi benefactores quam hi quibus benefacimus.

II-II q. 26 a. 12 arg. 3

Praeterea, inter omnia diligenda maxime diligendus est Deus et post eum pater, ut Hieronymus dicit. Sed isti sunt maximi benefactores. Ergo benefactor est maxime diligendus.

II-II q. 26 a. 12 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in IX Ethic., quod *benefactores magis videntur amare beneficiatos quam e converso*.

II-II q. 26 a. 12 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, aliquid magis diligitur dupliciter, uno quidem modo, quia habet rationem excellentioris boni; alio modo, ratione maioris coniunctionis. Primo quidem igitur modo benefactor est magis diligendus, quia, cum sit principium boni in beneficiato, habet excellentioris boni rationem; sicut et de patre dictum est. Secundo autem modo magis diligimus beneficiatos, ut philosophus probat, in IX Ethic., per quatuor rationes. Primo quidem, quia beneficiatus est quasi quoddam opus benefactoris, unde consuevit dici de aliquo, iste est factura illius. Naturale autem est cuilibet quod diligat opus suum, sicut videmus quod poetae diligunt poemata sua. Et hoc ideo quia unumquodque diligit suum esse et suum vivere, quod maxime manifestatur in suo

naopak. Ale dobrodinec spatřuje v obdařeném své dobro čestné, a obdarovaný v dobrodinci své dobro užitečné. Avšak o dobru čestném se uvažuje s větším potěšením než o dobru užitečném, jak proto, že déle trvá, neboť užitečnost rychle pomine, a potěšení vzpomínky není jako potěšení z přítomné věci; tak i proto, že o čestných dobrech přemítáme s větším potěšením než o užitcích, které nám přišly od jiných. -- Za třetí, poněvadž, milujícímu náleží jednati, neboť chce a působí dobro milovanému; milovanému však náleží trpěti; a proto vznešenější jest milovati. A proto náleží dobrodinci, aby více miloval. - Za čtvrté, poněvadž je nesnadnější prokazovati dobrodiní, než přijímati. Ta však, v nichž se namáháme, máme ve větší oblibě, co se nám snadno daří, tím jaksi pohrdáme.

K prvnímu se tedy musí říci, že jest na dobrodinci, aby byl obdarovaný vyzýván jej milovati. Avšak dobrodinec miluje obdarovaného ne jako od něho vyzýván, ale od sebe pohnut. Co je však ze sebe, je mocnější než to, co je skrze jiné.

K druhému se musí říci, že láska obdarovaného k dobrodinci je více povinná, pročež protiva má ráz většího hříchu. Ale láska dobrodince k obdarovanému je spíše samovolná, pročež jest ochotnější.

K třetímu se musí říci, že Bůh nás také více miluje, než my milujeme jeho. Rodiče pak více milují ditky, než jsou od nich milováni. Není však třeba, abychom kterékoliv obdarované více milovali než kterékoliv dobrodince. Neboť dobrodincům. od nichž dostáváme největší dobrodiní, totiž Bohu a rodičům, dáváme přednost před těmi, jimž prokazujeme menší dobrodiní.

XXVI.13. Zda řád lásky trvá v otčině.

Při třináctém se postupuje takto: Zdá se, že řád lásky netrvá v otčině. Neboť Augustin praví v knize O pravém nábož.: "Dokonalá láska jest, abychom více milovali větší dobra, a méně menší." Ale v otčině bude dokonalá láska. Tedy více bude někdo milovati lepšího než sebe, nebo více se sebou spojeného.

Mimo to ten je více milován, jemuž chceme větší dobro. Ale každý, jsoucí v otčině, chce větší dobro tomu, kdo má více dobra, jinak by se jeho vůle nesrovnávala ve všem s vůlí Boží. Avšak tam má větší dobro, kdo je lepší. Tedy v otčině bude každý více milovati lepšího. A takto více jiného než sebe sama a cizího než blízkého.

Mimo to celým obsahem obliby v otčině bude Bůh, neboť tehdy se naplní, co se praví I. Kor. 15: "Aby byl Bůh všechno ve všem." Tedy více bude milován, kdo je Bohu bližší. A takto bude někdo více milovati lepšího než sebe sama, a cizího než spojeného.

Avšak proti jest, že přirozenost se slávou neodnímá, ale zdokonaluje. Avšak řád lásky shora položený vychází ze

agere. Secundo, quia unusquisque naturaliter diligit illud in quo inspicit suum bonum. Habet quidem igitur et benefactor in beneficiato aliquod bonum, et e converso, sed benefactor inspicit in beneficiato suum bonum honestum, beneficiatus in benefactore suum bonum utile. Bonum autem honestum delectabilius consideratur quam bonum utile, tum quia est diuturnius, utilitas enim cito transit, et delectatio memoriae non est sicut delectatio rei praesentis; tum etiam quia bona honesta magis cum delectatione recolimus quam utilitates quae nobis ab aliis provenerunt. Tertio, quia ad amantem pertinet agere, vult enim et operatur bonum amato, ad amatum autem pertinet pati. Et ideo excellentioris est amare. Et propter hoc ad benefactorem pertinet ut plus amet. Quarto, quia difficilius est beneficia impendere quam recipere. Ea vero in quibus laboramus magis diligimus; quae vero nobis de facili proveniunt quodammodo contemnimus.

II-II q. 26 a. 12 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in benefactore est ut beneficiatus provocetur ad ipsum amandum. Benefactor autem diligit beneficiatum non quasi provocatus ab illo, sed ex seipso motus. Quod autem est ex se potius est eo quod est per aliud.

II-II q. 26 a. 12 ad 2

Ad secundum dicendum quod amor beneficiati ad benefactorem est magis debitus, et ideo contrarium habet rationem maioris peccati. Sed amor benefactoris ad beneficiatum est magis spontaneus, et ideo habet maiorem promptitudinem.

II-II q. 26 a. 12 ad 3

Ad tertium dicendum quod Deus etiam plus nos diligit quam nos eum diligimus, et parentes plus diligunt filios quam ab eis diligantur. Nec tamen oportet quod quoslibet beneficiatos plus diligamus quibuslibet benefactoribus. Benefactores enim a quibus maxima beneficia recepimus, scilicet Deum et parentes, praeferimus his quibus aliqua minora beneficia impendimus.

13. Utrum ordo caritatis maneat in patria.

II-II q. 26 a. 13 arg. 1

Ad tertiumdecimum sic proceditur. Videtur quod ordo caritatis non remaneat in patria. Dicit enim Augustinus, in libro de vera Relig., *perfecta caritas est ut plus potiora bona, et minus minora diligamus*. Sed in patria erit perfecta caritas. Ergo plus diliget aliquis meliorem quam seipsum vel sibi coniunctum.

II-II q. 26 a. 13 arg. 2

Praeterea, ille magis amatur cui maius bonum volumus. Sed quilibet in patria existens vult maius bonum ei qui plus bonum habet, alioquin voluntas eius non per omnia divinae voluntati conformaretur. Ibi autem plus bonum habet qui melior est. Ergo in patria quilibet magis diliget meliorem. Et ita magis alium quam seipsum, et extraneum quam propinquum.

II-II q. 26 a. 13 arg. 3

Praeterea, tota ratio dilectionis in patria Deus erit, tunc enim implebitur quod dicitur I ad Cor. XV, *ut sit Deus omnia in omnibus*. Ergo magis diligitur qui est Deo propinquior. Et ita aliquis magis diliget meliorem quam seipsum, et extraneum quam coniunctum.

II-II q. 26 a. 13 s. c.

samé přirozenosti. Vše totiž miluje přirozeně více sebe než jiné. Tedy onen řád lásky zůstane v otčině

Odpovídám: Musí se říci, že je nutné, aby řád lásky zůstal v otčině vzhledem k tomu, že Bůh se má nade všechno milovati. Neboť to jednoduše bude tehdy, až ho bude člověk dokonale požívati. Ale o řádu sebe sama k jiným zdá se, že se musí rozlišovati, poněvadž, jak bylo řečeno shora, stupeň obliby se může rozlišovati buď podle odlišnosti dobra, které někdo jinému přeje, nebo podle napětí obliby. A to prvním způsobem bude více milovati lepší než sebe, méně však méně dobré. Neboť každý blažený pro shodnost lidské vůle s božskou bude chtíti, aby každý měl, co mu patří podle božské spravedlnosti. Tehdy nebude ani doba přijíti zásluhou k větší odměně, jak se nyní přihází, když si může člověk přáti i ctnost i odměnu lepšího, ale tehdy vůle každého ustane na tom, co je božsky určeno. Druhým pak způsobem bude někdo více milovati více sebe než bližního, i lepšího, poněvadž napětí úkonu obliby přichází se strany milujícího podmětu; jak bylo shora řečeno. A na to je také každému dán od Boha dar lásky, aby nejprve zařídil sice svou mysl k Bohu, což patří k oblibě sebe samého, za druhé pak aby chtěl zařízení jiných k Bohu, nebo také aby jednal podle svého způsobu.

Ale co do řádu bližních navzájem bude někdo jednoduše více milovati lepšího podle milování láskou. Neboť celý blažený život pozůstává v zařízení mysli k Bohu. Pročež celý řád obliby blažených bude se zachovávati podle srovnání s Bohem, aby od každého byl totiž více milován a byl pokládán za bližšího ten, který je Bohu bližší. Tehdy totiž přestane opatřování, které je v tomto životě nutné, a jímž je nutné, aby každý více opatřoval v jakékoliv nutnosti se sebou spojenému než cizímu; z toho důvodu ze samé náklonnosti lásky člověk miluje více v tomto životě více se sebou spojeného, jemuž má spíše prokazovati účinek lásky. Nastane pak v otčině, že někdo bude milovati se sebou spojeného více způsoby, neboť neustanou v duši blaženého čestné důvody obliby. Avšak všecky tyto důvody nesrovnatelně předchází důvod obliby, který se béře z blízkosti k Bohu.

K prvnímu se tedy musí říci, že vzhledem ke spojeným se sebou onen důvod se připustí. Ale vůči sobě samému je třeba, aby někdo více miloval sebe než jiné, tím více, čím dokonalejší je láska; poněvadž dokonalost lásky zařizuje člověka dokonale k Bohu, což patří k oblibě sebe samého, jak bylo řečeno.

K druhému se musí říci, že onen důvod platí o řádu obliby podle stupně dobra, které chce někdo milovanému.

K třetímu se musí říci, že každému bude Bůh celým obsahem lásky; protože Bůh je celým dobrem člověka; neboť v nemožném případě, kdyby Bůh nebyl dobrem člověka, nebyl by obsahem jeho lásky. A proto v řádu obliby je třeba, aby po Bohu. miloval člověk nejvíce sebe.

Sed contra est quia natura non tollitur per gloriam, sed perficitur. Ordo autem caritatis supra positus ex ipsa natura procedit. Omnia autem naturaliter plus se quam alia amant. Ergo iste ordo caritatis remanebit in patria.

II-II q. 26 a. 13 co.

Respondeo dicendum quod necesse est ordinem caritatis remanere in patria quantum ad hoc quod Deus est super omnia diligendus. Hoc enim simpliciter erit tunc, quando homo perfecte eo fruetur. Sed de ordine sui ipsius ad alios distinguendum videtur. Quia sicut supra dictum est, dilectionis gradus distingui potest vel secundum differentiam boni quod quis alii exoptat; vel secundum intensionem dilectionis. Primo quidem modo plus diliget meliores quam seipsum, minus vero minus bonos. Volet enim quilibet beatus unumquemque habere quod sibi debetur secundum divinam iustitiam, propter perfectam conformitatem voluntatis humanae ad divinam. Nec tunc erit tempus proficiendi per meritum ad maius praemium, sicut nunc accidit, quando potest homo melioris et virtutem et praemium desiderare, sed tunc voluntas uniuscuiusque infra hoc sistet quod est determinatum divinitus. Secundo vero modo aliquis plus seipsum diliget quam proximum, etiam meliorem. Quia intensio actus dilectionis provenit ex parte subiecti diligentis, ut supra dictum est. Et ad hoc etiam donum caritatis unicuique confertur a Deo, ut primo quidem mentem suam in Deum ordinet, quod pertinet ad dilectionem sui ipsius; secundario vero ordinem aliorum in Deum velit, vel etiam operetur secundum suum modum. Sed quantum ad ordinem proximorum ad invicem simpliciter quis magis diliget meliorem, secundum caritatis amorem. Tota enim vita beata consistit in ordinatione mentis ad Deum. Unde totus ordo dilectionis beatorum observabitur per comparationem ad Deum, ut scilicet ille magis diligatur et propinquior sibi habeatur ab unoquoque qui est Deo propinquior. Cessabit enim tunc provisio, quae est in praesenti vita necessaria, qua necesse est ut unusquisque magis sibi coniuncto, secundum quamcumque necessitudinem, provideat magis quam alieno; ratione cuius in hac vita ex ipsa inclinatione caritatis homo plus diligit magis sibi coniunctum, cui magis debet impendere caritatis effectum. Continget tamen in patria quod aliquis sibi coniunctum pluribus rationibus diliget, non enim cessabunt ab animo beati honestae dilectionis causae. Tamen omnibus istis rationibus praefertur incomparabiliter ratio dilectionis quae sumitur ex propinquitate ad Deum.

II-II q. 26 a. 13 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod quantum ad coniunctos sibi ratio illa concedenda est. Sed quantum ad seipsum oportet quod aliquis plus se quam alios diligat, tanto magis quanto perfectior est caritas, quia perfectio caritatis ordinat hominem perfecte in Deum quod pertinet ad dilectionem sui ipsius, ut dictum est.

II-II q. 26 a. 13 ad 2

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit de ordine dilectionis secundum gradum boni quod aliquis vult amato.

II-II q. 26 a. 13 ad 3

Ad tertium dicendum quod unicuique erit Deus tota ratio diligendi eo quod Deus est totum hominis bonum, dato enim, per impossibile, quod Deus non esset hominis bonum, non esset ei ratio diligendi. Et ideo in ordine dilectionis oportet quod post Deum homo maxime diligat seipsum.

XXVII. O hlavním úkonu lásky, kterým je obliba.

Předmluva

Dělí se na osm článků.

Potom se má uvažovati o úkonu lásky.

A nejprve o hlavním úkonu lásky, kterým je obliba; za druhé o jiných úkonech nebo účincích následných.

O prvním je osm otázek:

1. Co je více vlastní lásce: býti milován nebo milovati.
2. Zda milovati, pokud je úkonem lásky, je totéž co blahovolnost.
3. Zda Bůh se má milovati sám pro sebe.
4. Zda může býti v tomto životě bezprostředně milován.
5. Zda může býti zcela milován.
6. Zda jeho obliba má míru.
7. Co je lepší, zda milovati přítele nebo milovati nepřítele.
8. Co je lepší, zda milovati Boha nebo bližního.

XXVII.1. Zda lásce je vlastnější býti milován, než milovati.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že lásce je vlastnější býti milován, než milovati. Neboť v lepších se nachází lepší láska. Ale lepší mají býti více milováni. Tedy vlastnější lásce je býti milován.

Mimo to, co se nachází ve více, zdá se, že je shodnější s přirozeností a tedy lepší. Ale, jak praví Filosof v VIII. Ethic. "mnozí chtějí býti spíše milováni než milovati, pročež pochlebování je mnoho". Tedy lepší je býti milován než milovati, a tedy vhodnější lásce.

Mimo to, pro co každé, ono i více. Ale lidé pro to, že jsou milováni, milují. Augustin totiž praví v knize O katechisování nevědomých, že "žádné podněcování k lásce není větší, než předcházeti láskou". Tedy láska pozůstává více v milovanosti než v milování.

Avšak proti jest, co praví Filosof v VIII. Ethic., že "přátelství pozůstává více v milování, než v milovanosti". Ale láska jest jakési přátelství. Tedy láska pozůstává více v milování než v milovanosti.

Odpovídám: Musí se říci, že milovati přísluší lásce, pokud je láskou. Neboť láska, poněvadž je nějaká ctnost, podle své bytnosti má sklon k vlastnímu úkonu. Milovanost však není úkonem lásky toho, který je milován, nýbrž úkonem jeho lásky je milovati, milovanost pak mu patří podle obecného rázu dobra, pokud totiž k jeho dobru jiný je hýbán úkonem lásky. Z toho jest jasné, že lásce více přísluší milovati než býti milován, neboť více přísluší každému, co mu přísluší samo sebou a podstatně, než co mu přísluší skrze jiné. A toho je dvojí známka: první totiž, že přátelé jsou více chváleni proto, že milují, než proto, že jsou milováni; ano, nemilují-li a jsou milováni, kárají se. Druhá, že matky, které nejvíce milují, spíše chtějí milovati než býti milovány; jak praví Filosof v téže knize, že "totiž některé dávají své dítky kojné a milují sice, avšak

27. De caritate quantum ad eius actum principalem qui est dilectio.

Prooemium

II-II q. 27 pr.

Deinde considerandum est de actu caritatis. Et primo, de principali actu caritatis, qui est dilectio; secundo, de aliis actibus vel effectibus consequentibus. Circa primum quaeruntur octo. Primo, quid sit magis proprium caritatis, utrum amari vel amare. Secundo, utrum amare, prout est actus caritatis, sit idem quod benevolentia. Tertio, utrum Deus sit propter seipsum amandus. Quarto, utrum possit in hac vita immediate amari. Quinto, utrum possit amari totaliter. Sexto, utrum eius dilectio habeat modum. Septimo, quid sit melius, utrum diligere amicum vel diligere inimicum. Octavo, quid sit melius, utrum diligere Deum vel diligere proximum.

1. Utrum amare sit magis proprium caritatis quam amari.

II-II q. 27 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod caritatis magis sit proprium amari quam amare. Caritas enim in melioribus melior invenitur. Sed meliores debent magis amari. Ergo caritatis magis est proprium amari.

II-II q. 27 a. 1 arg. 2

Praeterea, illud quod in pluribus invenitur videtur esse magis conveniens naturae, et per consequens melius. Sed sicut dicit philosophus, in VIII Ethic., *multi magis volunt amari quam amare, propter quod amatores adulationis sunt multi*. Ergo melius est amari quam amare, et per consequens magis conveniens caritati.

II-II q. 27 a. 1 arg. 3

Praeterea, propter quod unumquodque, illud magis. Sed homines propter hoc quod amantur, amant, dicit enim Augustinus, in libro de Catechiz. Rud., quod *nulla est maior provocatio ad amandum quam praevenire amando*. Ergo caritas magis consistit in amari quam in amare.

II-II q. 27 a. 1 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in VIII Ethic., quod *magis existit amicitia in amare quam in amari*. Sed caritas est amicitia quaedam. Ergo caritas magis consistit in amare quam in amari.

II-II q. 27 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod amare convenit caritati inquantum est caritas. Caritas enim, cum sit virtus quaedam, secundum suam essentiam habet inclinationem ad proprium actum. Amari autem non est actus caritatis ipsius qui amatur, sed actus caritatis eius est amare; amari autem competit ei secundum communem rationem boni, prout scilicet ad eius bonum alius per actum caritatis movetur. Unde manifestum est quod caritati magis convenit amare quam amari, magis enim convenit unicuique quod convenit ei per se et substantialiter quam quod convenit ei per aliud. Et huius duplex est signum. Primum quidem, quia amici magis laudantur ex hoc quod amant quam ex hoc quod amantur, quinimmo si non amant et amentur, vituperantur. Secundo, quia matres, quae maxime amant,

nevyhledávají opětování lásky, nenastane-li".

K prvnímu se tedy musí říci, že lepší, protože jsou lepší, jsou více milováni. Ale proto, že je v nich dokonalejší láska, jsou více milující, avšak podle úměrnosti milovaného. Neboť lepší nemiluje to, co je pod ním, méně než je milé, i jako kdo je méně dobrý, nedosáhne milování lepšího, kolik je milý

K druhému se musí říci, že, jak praví tamtéž Filosof, "lidé chtějí býti milováni, pokud chtějí býti ctěni". Jako se totiž někomu vzdává čest jako nějaké osvědčení dobra v tom, který je ctěn, tak i tím, že někdo je milován, ukazuje se, že je v něm nějaké dobro; poněvadž jedině dobro lze milovati. Tak tedy lidé chtějí býti milováni a ctěni pro jiné, totiž pro zjevení dobra, jsoucího v milovaném. Avšak mající lásku chtějí právě milovati, jako by bylo dobrem lásky, jakož i každý úkon ctnosti je dobrem oné ctnosti. Proto k lásce více náleží chtíti milovati než chtíti milovanost.

K třetímu se musí říci, že někteří milují pro milovanost, ne tak, že by milovanost byla cílem toho, že se miluje, ale proto. poněvadž je jakousi cestou, uvádějící k tomu, aby člověk miloval.

XXVII.2. Zda milovati, pokud jest úkonem lásky, je totéž jako blahovolnost.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že milovati, pokud jest úkonem lásky, není nic jiného než blahovolnost. Neboť Filosof praví v II. Rhet., že "milovati je chtíti někomu dobro". Ale to je blahovolnost. Tedy úkon lásky není nic jiného než blahovolnost.

Mimo to, čí je zběhlost, toho jest úkon. Ale zběhlost lásky je v mohoucnosti vůle, jak bylo shora řečeno: Tedy i úkon lásky je úkonem vůle. Ale jest jen směřující k dobru, což je blahovolnost. Tedy úkon lásky není nic jiného než blahovolnost.

Mimo to Filosof stanoví v IX: Ethic. pět náležejících ku přátelství: z těchto první je, že člověk chce příteli dobro; druhé jest, že mu chce, aby byl a žil; třetí jest, že s ním utěšeně spolužije; čtvrté jest, že volí totéž; páté jest; že spolucítí bolest a spolu se raduje. Ale dvě první patří k blahovolnosti. Tedy prvním úkonem lásky je blahovolnost.

Avšak proti jest, co Filosof praví v téže knize, že blahovolnost není ani "přátelství" ani "milování", ale jest "počátkem přátelství". Ale láska je přátelství, jak bylo shora řečeno. Tedy blahovolnost není totéž co obliba, která jest úkonem lásky.

Odpovídám: Musí se říci, že blahovolnost se vlastně říká úkonu vůle, jímž chceme druhému dobro, Avšak tento úkon vůle se rozlišuje od skutku milování jak tím, že je v žádosti smyslové, tak i, že jest v žádosti rozumové, kterou je vůle, plus quaerunt amare quam amari, *quaedam enim*, ut philosophus dicit, in eodem libro, *filios suos dant nutrici, et amant quidem, reamari autem non quaerunt, si non contingat*.

II-II q. 27 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod meliores ex eo quod meliores sunt, sunt magis amabiles. Sed ex eo quod in eis est perfectior caritas, sunt magis amantes, secundum tamen proportionem amati. Non enim melior minus amat id quod infra ipsum est quam amabile sit, sed ille qui est minus bonus non attingit ad amandum meliorem quantum amabilis est.

II-II q. 27 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut philosophus dicit ibidem, homines volunt amari inquantum volunt honorari. Sicut enim honor exhibetur alicui ut quoddam testimonium boni in ipso qui honoratur, ita per hoc quod aliquis amatur ostenditur in ipso esse aliquod bonum, quia solum bonum amabile est. Sic igitur amari et honorari quaerunt homines propter aliud, scilicet ad manifestationem boni in amato existentis. Amare autem quaerunt caritatem habentes secundum se, quasi ipsum sit bonum caritatis, sicut et quilibet actus virtutis est bonum virtutis illius. Unde magis pertinet ad caritatem velle amare quam velle amari.

II-II q. 27 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod propter amari aliqui amant, non ita quod amari sit finis eius quod est amare, sed eo quod est via quaedam ad hoc inducens quod homo amet.

2. Utrum amare prout est actus caritatis sit idem quod benevolentia.

II-II q. 27 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod amare, secundum quod est actus caritatis, nihil sit aliud quam benevolentia. Dicit enim philosophus, in II Rhet. amare est velle alicui bona. Sed hoc est benevolentia. Ergo nihil aliud est actus caritatis quam benevolentia.

II-II q. 27 a. 2 arg. 2

Praeterea, cuius est habitus, eius est actus. Sed habitus caritatis est in potentia voluntatis, ut supra dictum est. Ergo etiam actus caritatis est actus voluntatis. Sed non nisi in bonum tendens, quod est benevolentia. Ergo actus caritatis nihil est aliud quam benevolentia.

II-II q. 27 a. 2 arg. 3

Praeterea, philosophus, in IX Ethic., ponit quinque ad amicitiam pertinentia, quorum primum est quod homo velit amico bonum; secundum est quod velit ei esse et vivere; tertium est quod ei convivat; quartum est quod eadem eligat; quintum est quod condoleat et congaudeat. Sed prima duo ad benevolentiam pertinent. Ergo primus actus caritatis est benevolentia.

II-II q. 27 a. 2 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in eodem libro, quod benevolentia neque est amicitia neque est amatio, sed est amicitiae principium. Sed caritas est amicitia, ut supra dictum est. Ergo benevolentia non est idem quod dilectio, quae est caritatis actus.

II-II q. 27 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod benevolentia proprie dicitur actus voluntatis quo alteri bonum volumus. Hic autem voluntatis actus differt ab actuali amore tam secundum

Neboť milování, které je v žádosti smyslové, jest nějaká vášeň, Avšak každá vášeň kloní k svému úkonu s jakousi prudkostí. Vášeň však milování má to, že nepovstává hned, ale po nějakém bedlivém prohlížení věci milované. A proto Filosof, ukazuje v IX. Ethic. rozdíl mezi blahovolností a milováním, které jest vášní, praví, že blahovolnost "nemá rozlišování a žádosti", to jest nějaké prudkosti sklonu, ale z pouhého rozumového úsudku chce člověk někomu dobro. A stejně takové milování jest z jakéhosi návyku. Avšak blahovolnost vzniká mnohdy z nenadání, jak se nám přihází při zápasnících, když zápasí, a chtěli bychom, aby jeden z nich zvítězil.

Ale milování, které jest v žádosti rozumové, také se liší od blahovolnosti, neboť obnáší jakési spojení podle citu milujícího k milovanému, pokud totiž milující pokládá milované jaksi jako spojené se sebou nebo k sobě náležející a takto je hýbán k němu. Ale blahovolnost jest jednoduchý úkon vůle, kterým chceme někomu dobro, a bez předpokladu řečeného spojení citu s ním. Tak tedy v oblibě, pokud jest úkonem lásky, jest sice uzavřena blahovolnost, ale obliba či milování přidává sjednocení citu. A proto Filosof praví tamtéž, že blahovolnost je počátkem přátelství.

K prvnímu se tedy musí říci, že Filosof tam vyměřuje milování, neudávaje celý jeho pojem, ale něco patřícího k jeho pojmu, v čem se nejvíce jeví úkon obliby.

K druhému se musí říci, že obliba jest úkon vůle, směřující k dobru, ale s jakýmsi spojením s milovaným, jež ovšem blahovolnost neobnáší.

K třetímu se musí říci, že ta, která tam klade Filosof, potud patří k přátelství, pokud vycházejí z milování, které má někdo sám k sobě, jak se praví tamtéž; že totiž toto všechno činí příteli jako sám sobě. A to patří k řečenému spojení citu.

XXVII.3. Zda Bůh se má milovati z lásky sám pro sebe.

Při třetí se postupuje takto. Zdá se, že Bůh není milován z lásky sám pro sebe, ale pro něco jiného. Neboť Řehoř praví v jedné homilii: "Z těch, které zná duch, učí se milovati neznámá." Avšak neznámými nazývá rozumová a božská, známými však smyslová. Tedy Bůh se má milovati pro jiné.

Mimo to milování sleduje poznání. Ale Bůh se poznává skrze jiné podle onoho Řím. 1: "Neviditelná Boží skrze ta, jež jsou učiněná, rozumem se uvidí." Tedy i pro něco jiného je milován a ne pro sebe.

Mimo to, "naděje rodí lásku", jak se praví v Glosse. Také "bázeň uvádí lásku", jak praví Augustin. Ale naděje očekává dosažení něčeho od Boha; bázeň však utíká před něčím, co může býti od Boha uvaleno. Tedy se zdá, že Bůh má býti milován pro nějaké dobro doufané nebo pro nějaké zlo obávané. Nemá se tedy milovati sám pro sebe.

quod est in appetitu sensitivo, quam etiam secundum quod est in appetitu intellectivo, qui est voluntas. Amor enim qui est in appetitu sensitivo passio quaedam est. Omnis autem passio cum quodam impetu inclinat in suum obiectum. Passio autem amoris hoc habet quod non subito exoritur, sed per aliquam assiduam inspectionem rei amatae. Et ideo philosophus, in IX Ethic., ostendens differentiam inter benevolentiam et amorem qui est passio, dicit quod benevolentia non habet distensionem et appetitum, idest aliquem impetum inclinationis, sed ex solo iudicio rationis homo vult bonum alicui. Similiter etiam talis amor est ex quadam consuetudine, benevolentia autem interdum oritur ex repentino, sicut accidit nobis de pugilibus qui pugnant, quorum alterum vellemus vincere. Sed amor qui est in appetitu intellectivo etiam differt a benevolentia. Importat enim quandam unionem secundum affectus amantis ad amatum, inquantum scilicet amans aestimat amatum quodammodo ut unum sibi, vel ad se pertinens, et sic movetur in ipsum. Sed benevolentia est simplex actus voluntatis quo volumus alicui bonum, etiam non praesupposita praedicta unione affectus ad ipsum. Sic igitur in dilectione, secundum quod est actus caritatis, includitur quidem benevolentia, sed dilectio sive amor addit unionem affectus. Et propter hoc philosophus dicit ibidem quod benevolentia est principium amicitiae.

II-II q. 27 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod philosophus ibi definit amare non ponens totam rationem ipsius, sed aliquid ad rationem eius pertinens in quo maxime manifestatur dilectionis actus.

II-II q. 27 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod dilectio est actus voluntatis in bonum tendens, sed cum quadam unione ad amatum, quae quidem in benevolentia non importatur.

II-II q. 27 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod intantum illa quae philosophus ibi ponit ad amicitiam pertinent, inquantum proveniunt ex amore quem quis habet ad seipsum, ut ibidem dicitur, ut scilicet haec omnia aliquis erga amicum agat sicut ad seipsum. Quod pertinet ad praedictam unionem affectus.

3. Utrum Deus sit propter seipsum amandus.

II-II q. 27 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod Deus non propter seipsum, sed propter aliud diligatur ex caritate. Dicit enim Gregorius, in quadam homilia, *ex his quae novit animus discit incognita amare*. Vocat autem incognita intelligibilia et divina, cognita autem sensibilia. Ergo Deus est propter alia diligendus.

II-II q. 27 a. 3 arg. 2

Praeterea, amor sequitur cognitionem. Sed Deus per aliud cognoscitur, secundum illud Rom. I. *Invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur*. Ergo etiam propter aliud amatur, et non propter se.

II-II q. 27 a. 3 arg. 3

Praeterea, spes generat caritatem, ut dicitur in Glossa Matth. I. *Timor etiam caritatem introducit*; ut Augustinus dicit, super Prim. Canonic. Ioan. Sed spes expectat aliquid adipisci a Deo, timor autem refugit aliquid quod a Deo infligi potest. Ergo videtur quod Deus propter aliquod bonum speratum, vel propter aliquod malum timendum sit

Avšak proti jest, že, jak praví Augustin v I. O učení Křest., "požívati jest na někom lpěti pro něho samého". Ale "Boha se má požívati", jak se praví v téže knize. Tedy Bůh má býti milován sám pro sebe.

Odpovídám: Musí se říci, že ly "pro" obnáší vztah nějaké příčiny. Avšak čtverý jest rod příčiny, totiž účelná, tvarová, účinná a látková, na niž se uvádí také látkové uzpůsobení, které není příčinou jednoduše, ale z části. A podle těchto čtyř rodů příčin se něco nazývá pro jiné milovaným. A to podle rodu příčiny účelné, jako milujeme lék pro zdraví; pak podle rodu příčiny tvarové, jako milujeme člověka pro ctnost, poněvadž totiž ctností je tvarově dobrý a tedy milý; pak podle příčiny účinné, jako milujeme některé, pokud jsou syny takového otce; pak podle uzpůsobení, které se uvádí na rod příčiny látkové, praví se, že milujeme něco pro to, co nás uzpůsobilo k jeho oblibě, třebas pro nějaká přijatá dobrodiní, ačkoliv, když jsme již začali milovati, nemilujeme přítele pro ona dobrodiní, ale pro jeho ctnost. Tedy prvními třemi způsoby nemilujeme Boha pro něco jiného, ale pro něho samého. Neboť není zařízen k jinému jako k cíli, ale sám je posledním cílem všech; ani není utvářen něčím jiným k tomu, aby byl dobrý, ale jeho podstata je jeho dobrota, podle jejíhož vzoru vše je dobré; ani zase nemá dobrotu od jiného, ale od něho vše ostatní. Ale čtvrtým způsobem může býti milován pro jiné, poněvadž totiž některými jinými jsme uzpůsobováni k tomu, abychom prospívali v Boží oblibě, třebas dobrodiními od něho přijatými nebo doufanými odměnami nebo i tresty, kterým se chceme skrze něho vyhnouti.

K prvnímu se tedy musí říci, že "z těch, které duch zná, učí se milovati nepoznaná", ne že poznaná jsou důvodem lásky oněch nepoznaných na způsob příčiny tvarové nebo účelné nebo účinné, ale poněvadž se tím člověk uzpůsobuje k milování nepoznaných.

K třetímu se musí říci, že ti, kteří jsou v hanlivém stavu, buď že utrpěli pohanu nebo že chtějí pohanu způsobiti, popuzují se k hněvu a smělosti a to jsou nějaké vášně mužství, povznášející ducha člověka k nesnadnému a proto dávají člověku dohad, že v budoucnu něco strpí. A proto takoví, pokud jsou v tomto stavu, je nesmilovávají, podle onoho, Přísl. 27: "Hněv nemá milosrdenství, aniž vybuchující vztek." A z podobného důvodu pyšní se nesmilovávají, protože opovrhují jinými a považují je za špatné; a proto se domnívají, že po zásluze trpí, cokoliv trpí. Pročež i Řehoř praví, Hom. 34., že "nepravá spravedlnost", totiž pyšných, "nemá soustrasti, nýbrž opovržení".

XXX.3. Zda milosrdenství je ctnost.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že milosrdenství není ctnost. Neboť hlavní u ctnosti je volba, jak je patrné z Filosofa, v 2. Ethic. Ale volba je "touha předem uraděného", jak se praví v téže knize. To tedy, co překáží rozhodování, nemůže slouti ctností. Ale milosrdenství překáží radění, podle onoho Sallustiova, Proti Katil.: "Všichni lidé, kteří radí v nejistých věcech, musí býti prosti hněvu i milosrdenství; neboť duch nesnadno spatří pravdu, kde tyto překážejí." Tedy milosrdenství není ctnost.

Mimo to nic, co je protivné ctnosti, není chvályhodně. Ale msta odporuje milosrdenství, jak praví Filosof, v 2 Rhetor. Ale msta je chvályhodná vášeň, jak se praví v 2. Rhetor.

aliquis misereatur ex quo contingit quod de miseria aliena doleat. Quia autem tristitia seu dolor est de proprio malo, intantum aliquis de miseria aliena tristatur aut dolet inquantum miseriam alienam apprehendit ut suam. Hoc autem contingit dupliciter. Uno modo, secundum unionem affectus, quod fit per amorem. Quia enim amans reputat amicum tanquam seipsum, malum ipsius reputat tanquam suum malum, et ideo dolet de malo amici sicut de suo. Et inde est quod philosophus, in IX Ethic., inter alia amicabilia ponit hoc quod est condolere amico. Et apostolus dicit, ad Rom. XII, *gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus*. Alio modo contingit secundum unionem realem, utpote cum malum aliquorum propinquum est ut ab eis ad nos transeat. Et ideo philosophus dicit, in II Rhet., homines miserentur super illos qui sunt eis coniuncti et similes, quia per hoc fit eis aestimatio quod ipsi etiam possint similia pati. Et inde est etiam quod senes et sapientes, qui considerant se posse in mala incidere, et debiles et formidolosi magis sunt misericordes. E contrario autem alii, qui reputant se esse felices et intantum potentes quod nihil mali putant se posse pati, non ita miserentur. Sic igitur semper defectus est ratio miserendi, vel inquantum aliquis defectum alicuius reputat suum, propter unionem amoris; vel propter possibilitatem similia patiendi.

II-II q. 30 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Deus non miseretur nisi propter amorem, inquantum amat nos tanquam aliquid sui.

II-II q. 30 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod illi qui iam sunt in infimis malis non timent se ulterius pati aliquid, et ideo non miserentur. Similiter etiam nec illi qui valde timent, quia tantum intendunt propriae passioni quod non intendunt miseriae alienae.

II-II q. 30 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod illi qui sunt in contumeliativa dispositione, sive quia sint contumeliam passi, sive quia velint contumeliam inferre, provocantur ad iram et audaciam, quae sunt quaedam passiones virilitatis extollentes animum hominis ad arduum. Unde auferunt homini aestimationem quod sit aliquid in futurum passurus. Unde tales, dum sunt in hac dispositione, non miserentur, secundum illud Prov. XXVII, *ira non habet misericordiam, neque erumpens furor*. Et ex simili ratione superbi non miserentur, qui contemnunt alios et reputant eos malos. Unde reputant quod digne patiantur quidquid patiuntur. Unde et Gregorius dicit quod falsa iustitia, scilicet superborum, non habet compassionem, sed dedignationem.

3. Utrum misericordia sit virtus.

II-II q. 30 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod misericordia non sit virtus. Principale enim in virtute est electio, ut patet per philosophum, in libro Ethic. Electio autem est appetitus praeconsiliati, ut in eodem libro dicitur. Illud ergo quod impedit consilium non potest dici virtus. Sed misericordia impedit consilium, secundum illud Sallustii, *omnes homines qui de rebus dubiis consultant ab ira et misericordia vacuos esse decet, non enim animus facile verum providet ubi ista officiunt*. Ergo misericordia non est virtus.

II-II q. 30 a. 3 arg. 2

Praeterea, nihil quod est contrarium virtuti est laudabile. Tedy milosrdenství není ctnost.

Mimo to radost a pokoj nejsou zvláštní ctnosti, neboť vyplývají z lásky, jak shora bylo řečeno. Ale i milosrdenství plyne z lásky; tak totiž z lásky pláčeme s plačícími jako se radujeme s radujícími. Tedy milosrdenství není zvláštní ctnost.

Mimo to, poněvadž milosrdenství patří do síly žádostivé, není ctností rozumovou, ani není ctností božskou, protože nemá Boha předmětem; podobně není ani mravní ctností, poněvadž není ani o skutcích (to totiž náleží do spravedlnosti), ani není o vášních, neboť se neuvádí na žádnou z dvanácti středností, jež klade Filosof v 2. Ethic. Tedy milosrdenství není ctnost.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v IX. O Městě Bož.: "Daleko lépe a lidštěji a přiměřeněji cítění dobrých mluvil Cicero při chvále Cesara, kde praví: Žádná z tvých ctností není hodnější obdivu a vděčnější než milosrdenství." Tedy milosrdenství je ctnost.

Odpovídám: Musí se říci, že milosrdenství obnáší bolest z cizí bídy. Tato bolest však jedním způsobem může označovati hnutí žádosti smyslové: a podle toho milosrdenství je vášní, a nikoli ctností. Druhým však způsobem může označovati hnutí žádosti rozumové, pokud někomu se nelíbí zlo druhého. Toto hnutí však může býti řízeno podle rozumu; a podle tohoto hnutí řízeného rozumem může býti řízeno hnutí nižší žádosti. Pročež Augustin praví, v IX. O Městě Bož., že "toto hnutí ducha", totiž milosrdenství, "slouží rozumu, když se tak poskytuje milosrdenství, aby se zachovala spravedlnost, buď že se dává potřebnému nebo se odpouští kajícímu". A poněvadž ráz lidské ctnosti záleží v tom, že hnutí ducha je řízeno rozumem, jak je zřejmé z dřívějšího, následuje, že milosrdenství je ctnost.

K prvnímu se tedy musí říci, že ono mínění Sallustiovo o milosrdenství se rozumí, pokud je vášní neřízenou rozumem; tak totiž překáží radění rozumu, pokud působí odchylku od spravedlnosti.

K druhému se musí říci, že Filosof tam mluví o milosrdenství a odplatě, pokud obojí je vášní; a mají pak protivnost se strany oceňování, které mají o cizích zlech. Milosrdný má z nich bolest, pokud uvažuje, že někdo trpí nezasloužená; mstivý však se raduje, pokud soudí, že někdo trpí zaslouženě, a rmoutí se, jestliže nehodným se daří dobře. A obojí je chvalné, a "odvozené od téhož mravu", jak se tamtéž praví. Avšak milosrdenství vlastně odporuje závist, jak bude řečeno níže.

K třetímu se musí říci, že radost a pokoj nic nepřidávají k rázu dobra, jež je předmětem lásky. Proto nevyžadují jiných ctností než lásky. Avšak milosrdenství se vztahuje k nějakému zvláštnímu rázu, totiž k bídě toho, nad nímž se smilovává.

Sed Nemesis contrariatur misericordiae, ut philosophus dicit, in II Rhet. Nemesis autem est passio laudabilis, ut dicitur in II Ethic. Ergo misericordia non est virtus.

II-II q. 30 a. 3 arg. 3

Praeterea, gaudium et pax non sunt speciales virtutes quia consequuntur ex caritate, ut supra dictum est. Sed etiam misericordia consequitur ex caritate, sic enim ex caritate flemus cum flentibus sicut gaudemus cum gaudentibus. Ergo misericordia non est specialis virtus.

II-II q. 30 a. 3 arg. 4

Praeterea, cum misericordia ad vim appetitivam pertineat, non est virtus intellectualis. Nec est virtus theologica, cum non habeat Deum pro obiecto. Similiter etiam non est virtus moralis, quia nec est circa operationes, hoc enim pertinet ad iustitiam; nec est circa passiones, non enim reducitur ad aliquam duodecim medietatum quas philosophus ponit, in II Ethic. Ergo misericordia non est virtus.

II-II q. 30 a. 3 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in IX de Civ. Dei, *longe melius et humanius et piorum sensibus accommodatius Cicero in Caesaris laude locutus est, ubi ait, nulla de virtutibus tuis nec admirabilior nec gratior misericordia est*. Ergo misericordia est virtus.

II-II q. 30 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod misericordia importat dolorem de miseria aliena. Iste autem dolor potest nominare, uno quidem modo, motum appetitus sensitivi. Et secundum hoc misericordia passio est, et non virtus. Alio vero modo potest nominare motum appetitus intellectivi, secundum quod alicui displicet malum alterius. Hic autem motus potest esse secundum rationem regulatus, et potest secundum hunc motum ratione regulatum regulari motus inferioris appetitus. Unde Augustinus dicit, in IX de Civ. Dei, quod *iste motus animi, scilicet misericordia, servit rationi quando ita praebetur misericordia ut iustitia conservetur, sive cum indigenti tribuitur, sive cum ignoscitur poenitenti*. Et quia ratio virtutis humanae consistit in hoc quod motus animi ratione reguletur, ut ex superioribus patet, consequens est misericordiam esse virtutem.

II-II q. 30 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod auctoritas illa Sallustii intelligitur de misericordia secundum quod est passio ratione non regulata. Sic enim impedit consilium rationis, dum facit a iustitia discedere.

II-II q. 30 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod philosophus loquitur ibi de misericordia et Nemesi secundum quod utrumque est passio. Et habent quidem contrarietatem ex parte aestimationis quam habent de malis alienis, de quibus misericors dolet, inquantum aestimat aliquem indigna pati; Nemeseticus autem gaudet, inquantum aestimat aliquos digne pati, et tristatur si indignis bene accidat. Et utrumque est laudabile, et ab eodem more descendens, ut ibidem dicitur. Sed proprie misericordiae opponitur invidia, ut infra dicetur.

II-II q. 30 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod gaudium et pax nihil adiiciunt super rationem boni quod est obiectum caritatis, et ideo non requirunt alias virtutes quam caritatem. Sed misericordia respicit quandam specialem rationem, scilicet miseriam eius cuius miseretur.

II-II q. 30 a. 3 ad 4

Ad quartum dicendum quod misericordia, secundum quod est virtus, est moralis virtus circa passiones existens, et reducitur ad illam medietatem quae dicitur Nemesis, quia ab eodem more procedunt, ut in II Rhet. dicitur. Has autem medietates philosophus non ponit virtutes, sed passiones, quia etiam secundum quod sunt passiones, laudabiles sunt. Nihil tamen prohibet quin ab aliquo habitu electivo proveniant. Et secundum hoc assumunt rationem virtutis.

4. Utrum sit maxima virtutum.

II-II q. 30 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod misericordia sit maxima virtutum. Maxime enim ad virtutem pertinere videtur cultus divinus. Sed misericordia cultui divino praefertur, secundum illud Osee VI et Matth. XII, *misericordiam volo, et non sacrificium*. Ergo misericordia est maxima virtus.

II-II q. 30 a. 4 arg. 2

Praeterea, super illud I ad Tim. IV, *pietas ad omnia utilis est*, dicit Glossa Ambrosii, *omnis summa disciplinae Christianae in misericordia et pietate est*. Sed disciplina Christiana continet omnem virtutem. Ergo summa totius virtutis in misericordia consistit.

II-II q. 30 a. 4 arg. 3

Praeterea, virtus est quae bonum facit habentem. Ergo tanto aliqua virtus est melior quanto facit hominem Deo similiorem, quia per hoc melior est homo quod Deo est similior. Sed hoc maxime facit misericordia, quia de Deo dicitur in Psalm. quod *miserationes eius sunt super omnia opera eius*. Unde et Luc. VI dominus dicit, *estote misericordes, sicut et pater vester misericors est*. Misericordia igitur est maxima virtutum.

II-II q. 30 a. 4 s. c.

Sed contra est quod apostolus, ad Coloss. III, cum dixisset, *induite vos, sicut dilecti Dei, viscera misericordiae* etc., postea subdit, *super omnia, caritatem habete*. Ergo misericordia non est maxima virtutum.

II-II q. 30 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod aliqua virtus potest esse maxima dupliciter, uno modo, secundum se; alio modo, per comparationem ad habentem. Secundum se quidem misericordia maxima est. Pertinet enim ad misericordiam quod alii effundat; et, quod plus est, quod defectus aliorum sublevet; et hoc est maxime superioris. Unde et misereri ponitur proprium Deo, et in hoc maxime dicitur eius omnipotentia manifestari. Sed quoad habentem, misericordia non est maxima, nisi ille qui habet sit maximus, qui nullum supra se habeat, sed omnes sub se. Ei enim qui supra se aliquem habet maius est et melius coniungi superiori quam supplere defectum inferioris. Et ideo quantum ad hominem, qui habet Deum superiorem, caritas, per quam Deo unitur, est potior quam misericordia, per quam defectus proximorum supplet. Sed inter omnes virtutes quae ad proximum pertinent potissima est misericordia, sicut etiam est potioris actus, nam supplere defectum alterius, inquantum huiusmodi, est superioris et melioris.

II-II q. 30 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Deum non colimus per

Ke čtvrtému se musí říci, že milosrdenství, pokud je ctností, je mravní ctnost, týkající se vášní, a uvádí se na onu středností, jež se nazývá msta; neboť "vycházejí z téhož mravu", jak se praví v 2. Rhetor. Tyto střednosti však Filosof neklade jako ctnosti, nýbrž jako vášně, neboť i pokud jsou vášněmi, jsou chvalně Nic však nepřekáží, aby vycházely od nějaké volicí zběhlosti, a podle toho přibírají ráz ctnosti.

XXX.4. Zda milosrdenství je největší ze ctností.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se; že milosrdenství je největší ze ctností. Zdá se totiž, že nejvíce patří k ctnosti ctění Boha. Ale milosrdenství se dává přednost před ctěním Boha, podle onoho Ose. 6., a Mat. 12.: "Milosrdenství chci, a ne obět." Tedy milosrdenství je největší ze ctností.

Mimo to, k onomu I. Tit. 4.: "Zbožnost na vše jest užitečná," praví Glossa Ambrožova: "Celý souhrn křesťanské kázně je v milosrdenství a zbožnosti." Ale křesťanská káze obsahuje všechny ctnosti. Tedy souhrn všech ctností spočívá v milosrdenství.

Mimo to ctnost jest, jež činí dobrým majícího, jak praví Filosof. Tedy tím nějaká ctnost je lepší, čím podobnějšího činí člověka Bohu, poněvadž člověk je lepší tím, že je podobnější Bohu. To však nejvíce působí milosrdenství; protože o Bohu se praví, v Žalmu 44, že "jeho 'milování jsou nade všechna jeho díla". Pročež i Pán praví, Luk. 6: "Buďte milosrdní jako i váš Otec je milosrdný." Tedy milosrdenství je největší ze ctností.

Avšak proti jest, že Apoštol, Kol. 3, když řekl: "Oblecte jako miláčkové Boží srdečné milosrdenství atd.," pak dodává: "Nade všechno mějte lásku." Tedy milosrdenství není největší ze ctností.

Odpovídám: Musí se říci, že nějaká ctnost může býti největší dvojmo: jedním způsobem o sobě, druhým způsobem u porovnání s majícím. O sobě sice milosrdenství je největší; náleží totiž milosrdenství, že jiným rozdává a, což je více, že odstraňuje nedostatky jiných; a to zvláště je vlastní vyššímu.. Pročež i milosrdenství se klade jako vlastnost Boží a říká se, že v tom se nejvíce ukazuje jeho všemohoucnost. Avšak vzhledem k majícímu milosrdenství není největší, leč je-li největší ten, jenž je má, jenž nikoho nemá nad sebou, nýbrž všechny pod sebou. Pro toho totiž, jenž má někoho nad sebou, je více a lépe spojiti se s vyšším, než doplňovati nedostatek nižšího. A tudíž pro člověka, jenž má Boha nad sebou, láska, kterou se spojuje s Bohem, je lepší než milosrdenství, jímž přispívá nedostatkům bližních. Avšak mezi ctnostmi, jež se vztahují na bližního, největší je milosrdenství, jakož i má větší úkon; neboť přispívati nedostatku druhého, jako takovému, náleží vyššímu a lepšímu.

K prvnímu se tedy musí říci, že Boha nectíme vnějšími obětmi nebo dary pro něho samého, nýbrž pro sebe a pro bližní. Neboť nepotřebuje našich obětí, nýbrž chce, aby ony

mu byly přinášeny k vůli naší zbožnosti a k užitku bližních. A proto milosrdenství, jímž se přispívá nedostatkům druhých, je mu milejší obětí, jakožto bližeji působící užitek bližním, podle onoho, Žid. posl.: "Nezapomínejte na dobročinnost a společenství, neboť takovými obětmi se zasluhuje Bůh."

K druhému se musí říci, že souhrn křesťanského života spočívá v milosrdenství vzhledem k vnějším skutkům; avšak vnitřní cit lásky, jíž se spojujeme s Bohem, převažuje i milování i milosrdenství vůči bližním.

K třetímu se musí říci, že láskou jsme připodobňováni Bohu jakožto citem spojení. A proto více jest než milosrdenství, jímž se připodobňujeme Bohu v podobné činnosti.

XXXI. O dobročinnosti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest úvaha o zevnějších úkonech čili účincích lásky. A nejprve o dobročinnosti; za druhé o almužně, jež jest jakási část dobročinnosti; za třetí o bratrském napomenutí, jež jest jakousi almužnou.

O prvním jsou čtyři otázky.

1. Zda dobročinnost jest úkon lásky.
2. Zda jest všem dobře činiti.
3. Zda více spojeným se má více dobře činiti.
4. Zda dobročinnost jest zvláštní ctnost.

XXXI.1. Zda dobročinnost jest úkon lásky.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že dobročinnost není úkonem lásky. Lásku totiž nejvíce máme k Bohu. Ale k Bohu nemůžeme býti dobročinní, podle onoho Job. 35: "Co mu dáš, nebo co vezme z ruky tvé?" Tedy dobročinnost není úkonem lásky.

Mimo to dobročinnost nejvíce záleží v udělování darů. Ale to patří do štědrosti. Tedy dobročinnost není úkonem lásky, nýbrž štědrosti.

Mimo to, co kdo dává, buď dává jako povinné, nebo dává jako nepovinné. Ale dobrodiní, které se poskytuje jako povinnost, patří do spravedlnosti; které pak se poskytuje jako nepovinné, darmo se dává a podle toho patří do milosrdenství. Není tedy úkonem lásky.

Avšak proti, láska jest nějaké přátelství, jak bylo řečeno. Ale Filosof, v IX. Ethic., mezi jinými úkony přátelství udává to jedno, co jest "konati dobré vůči přátelům", což jest přátelům dobře činiti. Tedy dobročinnost jest úkonem lásky.

Odpovídám: Musí se říci, že dobročinnost neobnáší nic exteriora sacrificia aut munera propter ipsum, sed propter nos et propter proximos, non enim indiget sacrificiis nostris, sed vult ea sibi offerri propter nostram devotionem et proximorum utilitatem. Et ideo misericordia, qua subvenitur defectibus aliorum, est sacrificium ei magis acceptum, utpote propinquius utilitatem proximorum inducens, secundum illud Heb. ult., *beneficentiae et communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis prometur Deus*.

II-II q. 30 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod summa religionis Christianae in misericordia consistit quantum ad exteriora opera. Interior tamen affectio caritatis, qua coniungimur Deo, praeponderat et dilectioni et misericordiae in proximos.

II-II q. 30 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod per caritatem assimilamur Deo tanquam ei per affectum uniti. Et ideo potior est quam misericordia, per quam assimilamur Deo secundum similitudinem operationis.

31. De effectibus exterioribus caritatis. Et primo de beneficentia.

Prooemium

II-II q. 31 pr.

Deinde considerandum est de exterioribus actibus vel effectibus caritatis. Et primo, de beneficentia; secundo, de eleemosyna, quae est quaedam pars beneficentiae; tertio, de correctione fraterna, quae est quaedam eleemosyna. Circa primum quaeruntur quatuor. Primo, utrum beneficentia sit actus caritatis. Secundo, utrum sit omnibus benefaciendum. Tertio, utrum magis coniunctis sit magis benefaciendum. Quarto, utrum beneficentia sit virtus specialis.

1. Utrum beneficentia sit actus caritatis.

II-II q. 31 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod beneficentia non sit actus caritatis. Caritas enim maxime habetur ad Deum. Sed ad eum non possumus esse benefici, secundum illud Iob XXXV, *quid dabis ei? Aut quid de manu tua accipiet?* Ergo beneficentia non est actus caritatis.

II-II q. 31 a. 1 arg. 2

Praeterea, beneficentia maxime consistit in collatione donorum. Sed hoc pertinet ad liberalitatem. Ergo beneficentia non est actus caritatis, sed liberalitatis.

II-II q. 31 a. 1 arg. 3

Praeterea, omne quod quis dat, vel dat sicut debitum vel dat sicut non debitum. Sed beneficium quod impenditur tanquam debitum pertinet ad iustitiam, quod autem impenditur tanquam non debitum, gratis datur, et secundum hoc pertinet ad misericordiam. Ergo omnis beneficentia vel est actus iustitiae vel est actus misericordiae. Non est ergo actus caritatis.

II-II q. 31 a. 1 s. c.

Sed contra, caritas est amicitia quaedam, ut dictum est. Sed philosophus, in IX Ethic., inter alios amicitiae actus ponit hoc unum quod est operari bonum ad amicos, quod est amicis benefacere. Ergo beneficentia est actus caritatis.

II-II q. 31 a. 1 co.

jiného než činiti dobré druhému. Toto pak dobro se může pozorovati dvojmo. Jedním způsobem podle obecného rázu dobra; a to patří k obecnému pojmu dobročinnosti. A to je úkon přátelství a v důsledku lásky. Neboť v úkonu obliby se uzavírá blahovůle, skrze niž někdo chce příteli dobro, jak jsme měli shora. Avšak vůle vykonává ta, která chce, je-li mohoucnost. A proto v důsledku dobře činiti příteli následuje z úkonu obliby. A proto dobročinnost podle obecného rázu jest úkonem přátelství či lásky.

Vezme-li se však dobro, jež někdo činí druhému, pod nějakým zvláštním rázem dobra, tak dobročinnost dostává zvláštní ráz a bude patřiti do nějaké zvláštní ctnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Diviš, IV. hl. O Bož. Jmén., "láska hýbe souřadná ke vzájemnému poměru; nižší obrací k vyšším, aby byla od nich zdokonalena, i vyšší pohybuje k opatření nižších". A v tom dobročinnost jest úkonem lásky. A proto nepatří nám dobře činiti Bohu, ale jej ctíti podrobením jemu. Jeho pak jest ze své lásky nám dobře činiti.

K druhému se musí říci, že v udělování darů jest dbáti dvojího. A jedno z nich jest zevnější dar, jiné pak jest vnitřní vášeň, kterou kdo má k bohatství, těše se z nich. Do štědrosti pak patří mírniti vnitřní vášeň, aby totiž někdo nepřebíral dychtivosti a lásky k bohatství; z toho se totiž člověku snadno vydává bohatství. Pročež, když člověk dá nějaký veliký dar, a přece s nějakou dychtivostí podrženi, darování není štědré. Ale se strany zevnějšího daného udělení dobrodiní patří povšechně k přátelství nebo lásce. Proto to neubírá lásce, když někdo z lásky dá druhému věc, kterou dychtí podrženi, ale spíše se tím ukazuje dokonalost přátelství.

K třetímu se musí říci, že, jako přátelství či láska při poskytnutém dobrodiní přihlíží k obecnému rázu dobra, tak spravedlnost přihlíží tam k rázu povinného; milosrdenství pak tam vidí ráz odhalujícího ubohost nebo nedostatek.

XXXI.2. Zda jest všem dobře činiti.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že se nemá všem dobře činiti. Praví totiž Augustin, v I. O nauce křest., že "všem prospěti nemůžeme". Ale ctnost nekloní k nemožnému. Tedy není třeba všem dobře činiti.

Mimo to Eccles. 12 se praví: "Dej dobrému a nepřijímej hříšníka." Ale mnoho lidí jest hříšných. Nemá se tedy všem dobře činiti.

Mimo to "láska nejedná špatně", jak se praví I. Kor. 13. Ale dobře činiti některým, jest jednati špatně, třebas kdyby někdo dobře činil nepřátelům vlasti, nebo když dobře činí vyobcovanému, protože tím se s ním styká. Tedy, ježto dobře činiti jest úkonem lásky, nemá se všem dobře činiti.

Respondeo dicendum quod beneficentia nihil aliud importat quam facere bonum alicui. Potest autem hoc bonum considerari dupliciter. Uno modo, secundum communem rationem boni. Et hoc pertinet ad communem rationem beneficentiae. Et hoc est actus amicitiae, et per consequens caritatis. Nam in actu dilectionis includitur benevolentia, per quam aliquis vult bonum amico, ut supra habitum est. Voluntas autem est effectiva eorum quae vult, si facultas adsit. Et ideo ex consequenti benefacere amico ex actu dilectionis consequitur. Et propter hoc beneficentia secundum communem rationem, est amicitiae vel caritatis actus. Si autem bonum quod quis facit alteri accipiatur sub aliqua speciali ratione boni, sic beneficentia accipiet specialem rationem, et pertinebit ad aliquam specialem virtutem.

II-II q. 31 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Dionysius dicit, IV cap. de Div. Nom., *amor movet ordinata ad mutuam habitudinem, et inferiora convertit in superiora ut ab eis perficiantur, et superiora movet ad inferiorum provisionem*. Et quantum ad hoc beneficentia est effectus dilectionis. Et ideo nostrum non est Deo benefacere, sed eum honorare, nos ei subiiciendo, eius autem est ex sua dilectione nobis benefacere.

II-II q. 31 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod in collatione donorum duo sunt attendenda, quorum unum est exterius datum; aliud autem est interior passio quam habet quis ad divitias, in eis delectatus. Ad liberalitatem autem pertinet moderari interiorem passionem, ut scilicet aliquis non superexcedat in concupiscendo et amando divitias, ex hoc enim efficietur homo facile emissivus donorum. Unde si homo det aliquod donum magnum, et tamen cum quadam concupiscentia retinendi, datio non est liberalis. Sed ex parte exterioris dati collatio beneficii pertinet in generali ad amicitiam vel caritatem. Unde hoc non derogat amicitiae, si aliquis rem quam concupiscit retinere det alicui propter amorem; sed magis ex hoc ostenditur amicitiae perfectio.

II-II q. 31 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod sicut amicitia seu caritas respicit in beneficio collato communem rationem boni, ita iustitia respicit ibi rationem debiti. Misericordia vero respicit ibi rationem relevantis miseriam vel defectum.

2. Utrum sit omnibus benefaciendum.

II-II q. 31 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non sit omnibus benefaciendum. Dicit enim Augustinus, in I de Doct. Christ., quod omnibus prodesse non possumus. Sed virtus non inclinat ad impossibile. Ergo non oportet omnibus benefacere.

II-II q. 31 a. 2 arg. 2

Praeterea, Eccli. XII dicitur, *da iusto, et non recipias peccatorem*. Sed multi homines sunt peccatores. Non ergo omnibus est benefaciendum.

II-II q. 31 a. 2 arg. 3

Praeterea, caritas non agit perperam, ut dicitur I ad Cor. XIII. Sed benefacere quibusdam est agere perperam, puta si aliquis benefaciat inimicis reipublicae; vel si benefaciat excommunicato, quia per hoc ei communicat. Ergo, cum benefacere sit actus caritatis, non est omnibus benefaciendum.

Avšak proti jest, co praví Apoštol, Galat. prosl.: "Dokud máme čas, čiňme dobro všem."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo svrchu řečeno, dobročinnost sleduje lásku s té stránky, že pohne vyšší k opatření nižších. Avšak stupně u lidí nejsou neměnné jako v andělích, protože lidé mohou utrpěti mnohonásobné nedostatky. Pročež, kdo jest v něčem vyšší, buď jest nebo může býti nižší v jiném. A proto, ježto obliba lásky se vztahuje na všechny, také dobročinnost se má vztahovati na všechny, včasně však a místně Neboť všechny úkony ctností se mají omezovati podle náležitých okolností.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jednoduše řečeno, nemůžeme všem dobře činiti zvláště, avšak nikoho není, u něhož by nemohl nastati případ, v němž je mu třeba dobře činiti také zvláště A proto láska vyžaduje, aby člověk, i když ve skutečnosti některým nečiní dobře, přece to měl v úpravě svého ducha, že učiní dobře každému, až bude čas. Jest však nějaké dobrodiní, které můžeme udělovati všem, když ne zvláště, aspoň povšechně, jako když se modlíme za všechny věřící a nevěřící.

K druhému se musí říci, že ve hříšníku je dvojí, totiž vina a přirozenost. Jest tedy hříšníku přispěti k udržení přirozenosti, nemá se mu však přispěti k podpoře viny. Neboť to by nebyla dobročinnost, nýbrž spíše zločinnost.

K třetímu se musí říci, že vyobcovaným a nepřátelům vlasti se mají dobrodiní odpírati, pokud se tím odvracejí od viny. Kdyby však nastala nutnost, bylo by jim pomoci, aby nezhynula přirozenost; avšak náležitým způsobem, totiž, aby nezemřeli hladem nebo žízní, nebo neutrpěli nějakou takovou pohromu, leč podle řádu spravedlnosti.

XXXI.3. Zda se má více dobře činiti těm, kteří jsou s námi více spojeni.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že se nemá více dobře činiti těm, kteří jsou s námi více spojeni. Praví se totiž Luk. 14: "Když strojíš oběd nebo večeři, nevolej přátele své, ani bratry, ani příbuzné" Ale tito jsou více spojeni. Tedy se nemá více dobře činiti spojeným, nýbrž spíše cizím a potřebným. Následuje totiž: "Ale když strojíš hostinu, zavolej chudé a slabé, atd."

Mimo to největším dobrodiním jest, když člověk někomu pomůže ve válce. Ale voják ve válce více má pomoci cizímu spoluvojínu než pokrevnímu nepříteli. Tedy dobrodiní se nemají více prokazovati více spojeným.

Mimo to dříve jest navrátiti dluhy, než dobrodiní darmo prokazovati. Ale jest dlužno, aby někdo udělával dobrodiní tomu, od něhož obdržel. Tedy dobrodincům se má více dobře činiti než příbuzným.

Mimo to více jest milovati rodiče než děti, jak bylo shora řečeno. Ale více jest dobře činiti dětem, protože "nemají

II-II q. 31 a. 2 s. c.

Sed contra est quod apostolus dicit, ad Gal. ult., *dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes*.

II-II q. 31 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, beneficentia consequitur amorem ex ea parte qua movet superiora ad provisionem inferiorum. Gradus autem in hominibus non sunt immutabiles, sicut in Angelis, quia homines possunt pati multiplices defectus; unde qui est superior secundum aliquid, vel est vel potest esse inferior secundum aliud. Et ideo, cum dilectio caritatis se extendat ad omnes, etiam beneficentia se debet extendere ad omnes, pro loco tamen et tempore, omnes enim actus virtutum sunt secundum debitas circumstantias limitandi.

II-II q. 31 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, simpliciter loquendo, non possumus omnibus benefacere in speciali, nullus tamen est de quo non possit occurrere casus in quo oporteat ei benefacere etiam in speciali. Et ideo caritas requirit ut homo, etsi non actu alicui benefaciat, habeat tamen hoc in sui animi praeparatione, ut benefaciat cuicumque si tempus adesset. Aliquod tamen beneficium est quod possumus omnibus impendere, si non in speciali saltem in generali, sicut cum oramus pro omnibus fidelibus et infidelibus.

II-II q. 31 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod in peccatore duo sunt, scilicet culpa et natura. Est ergo subveniendum peccatori quantum ad sustentationem naturae, non est autem ei subveniendum ad fomentum culpae; hoc enim non esset benefacere, sed potius malefacere.

II-II q. 31 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod excommunicatis et reipublicae hostibus sunt beneficia subtrahenda inquantum per hoc arcentur a culpa. Si tamen immineret necessitas, ne natura deficeret, esset eis subveniendum, debito tamen modo, puta ne fame aut siti morerentur, aut aliquod huiusmodi dispendium, nisi secundum ordinem iustitiae, paterentur.

3. Utrum magis coniunctis sit magis benefaciendum.

II-II q. 31 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod non sit magis benefaciendum his qui sunt nobis magis coniuncti. Dicitur enim Luc. XIV, *cum facis prandium aut cenam, noli vocare amicos tuos neque fratres neque cognatos*. Sed isti sunt maxime coniuncti. Ergo non est magis benefaciendum coniunctis, sed potius extraneis indigentibus, sequitur enim, *sed cum facis convivium, voca pauperes et debiles,* et cetera.

II-II q. 31 a. 3 arg. 2

Praeterea, maximum beneficium est quod homo aliquem in bello adiuvet. Sed miles in bello magis debet iuvare extraneum commilitonem quam consanguineum hostem. Ergo beneficia non sunt magis exhibenda magis coniunctis.

II-II q. 31 a. 3 arg. 3

Praeterea, prius sunt debita restituenda quam gratuita beneficia impendenda. Sed debitum est quod aliquis impendat beneficium ei a quo accepit. Ergo benefactoribus magis est benefaciendum quam propinquis.

II-II q. 31 a. 3 arg. 4

děti shromažďovati rodičům", nýbrž obráceně, jak se praví II. Kor. 12. Není tedy více dobře činiti více spojeným.

Avšak proti jest, co praví Augustin v I. O nauce křesť.: "Když nemůžeš všem prospěti, jest nejspíše obstarati ty, kteří jsou s tebou spojeni úžeji, jako nějakým osudem v místních nebo časových nebo jakýchkoli věcných okolnostech."

Odpovídám: Musí se říci, že milost a ctnost napodobují řád přirozenosti, jenž byl ustanoven od Boží moudrosti. Takový pak jest řád přirozenosti, že každý přirozený činitel dříve a více rozlévá svou činnost na ta, která jsou mu více blízká; jako oheň více otepluje věc více sobě blízkou. A podobně Bůh na podstaty sobě bližší rozlévá dříve a hojněji dary své dobroty, jak je patrné z Diviše, VII. hl. Nebes. Hierar. Avšak prokazování dobrodiní jest nějaký úkon lásky k druhým. A proto je třeba, bychom k více blízkým byli více dobročinní.

Ale blízkost jednoho člověka k druhému se může pozorovati podle rozličných, v nichž se lidé navzájem stýkají; jako pokrevní v přirozeném styku, spoluobčané v občanském, věřící v duchovním, a tak u jiných. A podle rozličných spojení jest rozličně rozdělovati různá dobrodiní. Neboť každému jest více prokazovati dobrodiní patřící k té věci, podle níž je s námi více spojen, jednoduše řečeno. Avšak může se to měniti podle rozličnosti míst a dob a záležitostí. Neboť v některém případě jest více přispěti cizímu, třebas když je v nejvyšší bídě, než i otci, netrpícímu takovou bídou.

K prvnímu se tedy musí říci, že Pán nezakazuje jednoduše volati přátele nebo pokrevní k hostině, nýbrž volati je s tím úmyslem, aby tě navzájem pozvali: to by totiž nebyla láska, nýbrž chtivost. Může se však státi, že jest spíše pozvati cizí v nějakém případu pro větší potřebnost. Musí se totiž rozuměti při stejném stavu, že více spojeným se má více dobře činiti. Je-li však ze dvou jeden více spojený a druhý více potřebný, nelze všeobecným pravidlem určiti, komu se má více pomoci, protože jsou různé stupně i potřebnosti, i blízkosti; ale to vyžaduje úsudku opatrného.

K druhému se musí říci, že společné dobro mnohých jest božštější než dobro jednoho. Proto pro dobro vlasti, ať duchovní nebo časné, ctnostné jest, když někdo také vlastní život vystaví nebezpečí. A proto, ježto styk ve válečných úkonech je zařízen k zachování vlasti, v tom voják, poskytující pomoci spoluvojákovi, neposkytuje mu jakožto soukromé osobě, nýbrž jakožto podporu celé vlasti. A proto není divu, když se v tom dá přednost cizímu před spojeným podle těla,

K třetímu se musí říci, že je dvojí dluh. A to jeden, jenž se nepočítá do statku toho, jenž dluží, nýbrž do statku toho, komu je dlužný: třebas když někdo má peníze nebo jinou věc druhého, buď krádeží odňatou nebo přijatou půjčkou, nebo uloženou, nebo nějakým podobným způsobem. A při

Praeterea, magis sunt diligendi parentes quam filii, ut supra dictum est. Sed magis est benefaciendum filiis, quia non debent filii thesaurizare parentibus, ut dicitur II ad Cor. XII. Ergo non est magis benefaciendum magis coniunctis.

II-II q. 31 a. 3 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in I de Doct. Christ., *cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est qui, pro locorum et temporum vel quarumlibet rerum opportunitatibus, constrictius tibi, quasi quadam sorte, iunguntur*.

II-II q. 31 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod gratia et virtus imitantur naturae ordinem, qui est ex divina sapientia institutus. Est autem talis ordo naturae ut unumquodque agens naturale per prius magis diffundat suam actionem ad ea quae sunt sibi propinquiora, sicut ignis magis calefacit rem sibi magis propinquam. Et similiter Deus in substantias sibi propinquiores per prius et copiosius dona suae bonitatis diffundit; ut patet per Dionysium, IV cap. Cael. Hier. Exhibitio autem beneficiorum est quaedam actio caritatis in alios. Et ideo oportet quod ad magis propinquos simus magis benefici. Sed propinquitas unius hominis ad alium potest attendi secundum diversa in quibus sibi ad invicem homines communicant, ut consanguinei naturali communicatione, concives in civili, fideles in spirituali, et sic de aliis. Et secundum diversas coniunctiones sunt diversimode diversa beneficia dispensanda, nam unicuique est magis exhibendum beneficium pertinens ad illam rem secundum quam est magis nobis coniunctus, simpliciter loquendo. Tamen hoc potest variari secundum diversitatem locorum et temporum et negotiorum, nam in aliquo casu est magis subveniendum extraneo, puta si sit in extrema necessitate, quam etiam patri non tantam necessitatem patienti.

II-II q. 31 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod dominus non prohibet simpliciter vocare amicos aut consanguineos ad convivium, sed vocare eos ea intentione quod te ipsi reinvitent. Hoc enim non erit caritatis, sed cupiditatis. Potest tamen contingere quod extranei sint magis invitandi in aliquo casu, propter maiorem indigentiam. Intelligendum est enim quod magis coniunctis magis est, ceteris paribus, benefaciendum. Si autem duorum unus sit magis coniunctus et alter magis indigens, non potest universali regula determinari cui sit magis subveniendum, quia sunt diversi gradus et indigentiae et propinquitatis, sed hoc requirit prudentis iudicium.

II-II q. 31 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod bonum commune multorum divinius est quam bonum unius. Unde pro bono communi reipublicae vel spiritualis vel temporalis virtuosum est quod aliquis etiam propriam vitam exponat periculo. Et ideo, cum communicatio in bellicis ordinetur ad conservationem reipublicae, in hoc miles impendens commilitoni auxilium, non impendit ei tanquam privatae personae, sed sicut totam rempublicam iuvans. Et ideo non est mirum si in hoc praefertur extraneus coniuncto secundum carnem.

II-II q. 31 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod duplex est debitum. Unum quidem quod non est numerandum in bonis eius qui debet, sed potius in bonis eius cui debetur. Puta si aliquis habet pecuniam aut rem aliam alterius vel furto sublatam vel

tomto má člověk dříve vrátiti dluh, než z něho dobře činiti spojeným, leč by snad byl případ takové bídy, v němž by mu bylo dovoleno vziti i věc cizí ku pomoci trpícímu bídou; leč by snad i ten, jemuž je věc dlužná, byl v podobné bídě. Ale v tom případě by se musil považiti stav obou podle jiných podmínek, vybraných úsudkem opatrného, protože v. takových nelze dáti všeobecné pravidlo pro rozmanitost jednotlivých případů, jak praví Filosof, v IX. Ethic.

Jiný pak jest dluh, jenž se počítá do statku toho, jenž dluží, a ne toho, jemuž se dluží; třebas když je dlužné ne ze závazku spravedlnosti, nýbrž z nějaké mravní záhodnosti, jako se stává při dobrodiních darmo přijatých. Avšak dobrodiní žádného dobrodince není takové, jako rodiče. A proto se má ve všech dobrodiních rodičům dáti přednost před všemi jinými, leč by s druhé strany převažovala nutnost nebo jiná podmínka, třebas obecný prospěch Církve nebo vlasti. U jiných však se musí oceniti i spojení i přijaté dobrodiní; což podobně se nemůže určiti obecným pravidlem.

Ke čtvrtému se musí říci, že rodiče jsou jako představení. A proto láska rodičů jest na dobrodiní, láska však dětí na úctu k rodičům. A přece v případě nejzazší bídy více by bylo dovolené opustiti děti než rodiče, jež není dovoleno žádným způsobem opustiti, pro závazek přijatých dobrodiní, jak je patrné z Filosofa, v VIII. Ethic.

XXXI.4. Zda dobročinnost je zvláštní ctnost.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že dobročinnost je zvláštní ctnost. Neboť přikázání jsou zařízena ke ctnostem, poněvadž "zákonodárci zamýšlejí učiniti lidi ctnostnými", jak se praví v II. Ethic. Ale odděleně se dává přikázání o dobročinnosti a o lásce; neboť Mat. 5 se praví: "Milujte své nepřátele, a dobře činěte těm, kteří vás nenávidí." Tedy dobročinnost je ctnost odlišná od lásky.

Mimo to neřesti jsou protilehlé ctnostem. Ale dobročinnosti jsou protilehlé některé zvláštní neřesti, jimiž se druhým působí škoda, na př. loupež, krádež a jiná taková. Tedy dobročinnost je zvláštní ctnost.

Mimo to láska se nerozlišuje na mnoho druhů. Ale dobročinnost se zdá rozlišená na mnoho druhů podle různých druhů dobrodiní. Tedy dobročinnost je jiná ctnost než láska.

Avšak proti jest, že úkon vnitřní a vnější nevyžadují zvláštních ctností. Ale dobročinnost a blahovolnost se neliší než jako úkon vnější a vnitřní, poněvadž dobročinnost je vykonání blahovolnosti. Tedy jako blahovolnost není jiná ctnost než láska, tak ani dobročinnost.

Odpovídám: Musí se říci, že ctnosti se různí podle různých rázů předmětu. Ale tentýž je tvarový ráz předmětu lásky a dobročinnosti, neboť obojí se vztahuje k obecnému rázu dobra, jak jest patrné z řečeného. Tedy dobročinnost není jiná ctnost než láska, ale znamená nějaký úkon lásky.

mutuo acceptam sive depositam, vel aliquo alio simili modo, quantum ad hoc plus debet homo reddere debitum quam ex eo benefacere coniunctis. Nisi forte esset tantae necessitatis articulus in quo etiam liceret rem alienam accipere ad subveniendum necessitatem patienti. Nisi forte et ille cui res debetur in simili necessitate esset. In quo tamen casu pensanda esset utriusque conditio secundum alias conditiones, prudentis iudicio, quia in talibus non potest universalis regula dari, propter varietatem singulorum casuum, ut philosophus dicit, in IX Ethic. Aliud autem est debitum quod computatur in bonis eius qui debet, et non eius cui debetur, puta si debeatur non ex necessitate iustitiae, sed ex quadam morali aequitate, ut contingit in beneficiis gratis susceptis. Nullius autem benefactoris beneficium est tantum sicut parentum, et ideo parentes in recompensandis beneficiis sunt omnibus aliis praeferendi; nisi necessitas ex alia parte praeponderaret, vel aliqua alia conditio, puta communis utilitas Ecclesiae vel reipublicae. In aliis autem est aestimatio habenda et coniunctionis et beneficii suscepti. Quae similiter non potest communi regula determinari.

II-II q. 31 a. 3 ad 4

Ad quartum dicendum quod parentes sunt sicut superiores, et ideo amor parentum est ad benefaciendum, amor autem filiorum ad honorandum parentes. Et tamen in necessitatis extremae articulo magis liceret deserere filios quam parentes; quos nullo modo deserere licet, propter obligationem beneficiorum susceptorum; ut patet per philosophum, in VIII Ethic.

4. Utrum beneficentia sit virtus specialis.

II-II q. 31 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod beneficentia sit specialis virtus. Praecepta enim ad virtutes ordinantur, *quia legislatores intendunt facere homines virtuosos*, sicut dicitur in II Ethic. Sed seorsum datur praeceptum de beneficentia et de dilectione, dicitur enim Matth. V, *diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos*. Ergo beneficentia est virtus distincta a caritate.

II-II q. 31 a. 4 arg. 2

Praeterea, vitia virtutibus opponuntur. Sed beneficentiae opponuntur aliqua specialia vitia, per quae nocumentum proximo infertur, puta rapina, furtum et alia huiusmodi. Ergo beneficentia est specialis virtus.

II-II q. 31 a. 4 arg. 3

Praeterea, caritas non distinguitur in multas species. Sed beneficentia videtur distingui in multas species, secundum diversas beneficiorum species. Ergo beneficentia est alia virtus a caritate.

II-II q. 31 a. 4 s. c.

Sed contra est quod actus interior et exterior non requirunt diversas virtutes. Sed beneficentia et benevolentia non differunt nisi sicut actus exterior et interior, quia beneficentia est executio benevolentiae. Ergo, sicut benevolentia non est alia virtus a caritate, ita nec beneficentia.

II-II q. 31 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod virtutes diversificantur secundum diversas rationes obiecti. Eadem autem est ratio formalis obiecti caritatis et beneficentiae, nam utraque respicit communem rationem boni, ut ex praedictis patet. Unde beneficentia non est alia virtus a caritate, sed nominat

K prvnímu se tedy musí říci, že přikázání se nedávají o zběhlostech ctností, ale o úkonech. A proto různost přikázání neznamená různé zběhlosti ctností, nýbrž různé úkony.

K druhému se musí říci, že jako všechna dobrodiní, prokázaná bližnímu, pokud se uvažují pod obecným rázem dobra, uvádějí se na milování, tak všechny škody, pokud se uvažují podle obecného rázu zla, uvádějí se na nenávist. Pokud se však uvažují podle některých zvláštních rázů buď dobra nebo zla, uvádějí se na některé zvláštní ctnosti nebo neřesti. A podle toho jsou také různé druhy dobrodiní.

Z toho je patrná odpověď k třetímu.

XXXII. O almužně.

Předmluva

Dělí se na deset článků.

Potom jest uvažovati o almužně A o tom je deset otázek.

1. Zda uštědření almužny je úkon lásky.
2. O rozlišení almužen.
3. Které almužny jsou více, zda duchovní nebo tělesné.
4. Zda tělesné almužny mají duchovní účinek.
5. Zda dáti almužnu je přikázáno.
6. Zda tělesná almužna se má dáti z nutného.
7. Zda se má dáti z nespravedlivě nabytého.
8. Kdo mají dávati almužnu.
9. Kterým se má dávati.
10. O způsobu dávati almužnu.

XXXII.1. Zda almužna jest úkon lásky.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že dáti almužnu není úkon lásky. Neboť úkon lásky nemůže býti bez lásky. Ale uštědření almužen může býti bez lásky, podle onoho I. Kor. 13: "Rozdělím-li na pokrmy chudých všechny své statky, avšak lásky nebudu míti." Tedy dáti almužnu není úkon lásky.

Mimo to almužna se počítá mezi skutky zadostučinění podle onoho Dan. 4: "Své hříchy vykupuj almužnami." Tedy dáti almužnu není úkon lásky, ale spravedlnosti.

Mimo to podávati Bohu oběť je úkon bohopocty. Ale dáti almužnu je podati Bohu oběť podle onoho Žid. prosl.: "Na dobročinnost a sdílnost nezapomínejte, neboť takovými obětmi se zasluhuje Bůh." Tedy dáti almužnu není úkon lásky, ale spíše bohopocty.

Mimo to Filosof praví ve IV. Ethic., že dáti něco pro dobro jest úkon štědrosti. Ale to se děje nejvíce v uštědřování almužen. Tedy dáti almužnu není úkon lásky.

quendam caritatis actum.

II-II q. 31 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod praecepta non dantur de habitibus virtutum, sed de actibus. Et ideo diversitas praeceptorum non significat diversos habitus virtutum, sed diversos actus.

II-II q. 31 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod sicut omnia beneficia proximo exhibita, inquantum considerantur sub communi ratione boni, reducuntur ad amorem; ita omnia nocumenta, inquantum considerantur secundum communem rationem mali, reducuntur ad odium. Prout autem considerantur secundum aliquas speciales rationes vel boni vel mali, reducuntur ad aliquas speciales virtutes vel vitia. Et secundum hoc etiam sunt diversae beneficiorum species.

II-II q. 31 a. 4 ad 3

Unde patet responsio ad tertium.

32. De exterioribus effectibus caritatis quantum ad eleemosynam.

Prooemium

II-II q. 32 pr.

Deinde considerandum est de eleemosyna. Et circa hoc quaeruntur decem. Primo, utrum eleemosynae largitio sit actus caritatis. Secundo, de distinctione eleemosynarum. Tertio, quae sint potiores eleemosynae, utrum spirituales vel corporales. Quarto, utrum corporales eleemosynae habeant effectum spiritualem. Quinto, utrum dare eleemosynas sit in praecepto. Sexto, utrum corporalis eleemosyna sit danda de necessario. Septimo, utrum sit danda de iniuste acquisito. Octavo, quorum sit dare eleemosynam. Nono, quibus sit danda. Decimo, de modo dandi eleemosynas.

1. Utrum eleemosynae largitio sit actus caritatis.

II-II q. 32 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod dare eleemosynam non sit actus caritatis. Actus enim caritatis non potest esse sine caritate. Sed largitio eleemosynarum potest esse sine caritate, secundum illud I ad Cor. XIII, *si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, caritatem autem non habuero*. Ergo dare eleemosynam non est actus caritatis.

II-II q. 32 a. 1 arg. 2

Praeterea, eleemosyna computatur inter opera satisfactionis, secundum illud Dan. IV, *peccata tua eleemosynis redime*. Sed satisfactio est actus iustitiae. Ergo dare eleemosynam non est actus caritatis, sed iustitiae.

II-II q. 32 a. 1 arg. 3

Praeterea, offerre hostiam Deo est actus latriae. Sed dare eleemosynam est offerre hostiam Deo, secundum illud ad Heb. ult., *beneficentiae et communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis promeretur Deus*. Ergo caritatis non est actus dare eleemosynam, sed magis latriae.

II-II q. 32 a. 1 arg. 4

Praeterea, philosophus dicit, in IV Ethic., quod dare aliquid propter bonum est actus liberalitatis. Sed hoc maxime fit in

Avšak proti jest, co se praví I. Jan. 3: "Kdo by měl statek tohoto světa a viděl by bratra svého, trpícího nouzi, a zavřel před ním útroby své, jak v něm zůstává láska Boží?"

Odpovídám: Musí se říci, že vnější úkony se vztahují k oné ctnosti, k níž patří to, co je pohnutkou k vykonání takového úkonu. Avšak pohnutkou k dání almužny jest, aby se přispělo trpícímu nouzi; proto někteří, vyměřujíce almužnu, praví, že almužna jest "skutek, jímž se něco dává nuznému ze soucitu pro Boha". Než tato pohnutka patří do milosrdenství, jak bylo shora řečeno. Proto jest jasné, že dáti almužnu jest vlastní úkon milosrdenství. A to se jeví ze samého jména, neboť v řeckém se odvozuje od milosrdenství, jako v latině od smilování. A poněvadž milosrdenství je úkon lásky, jak jsme ukázali nahoře, následně dáti almužnu jest úkon lásky prostřednictvím milosrdenství.

K prvnímu se tedy musí říci, že něco se nazývá úkon ctnosti dvojmo. Jedním způsobem hmotně, jako úkonem spravedlností je činiti spravedlivá. A takový úkon ctnosti může býti bez ctnosti, neboť mnozí, třebaže nemající zběhlost spravedlnosti, konají spravedlivá, buď z přirozeného důvodu nebo z bázně či naděje něčeho dosáhnouti. Jiným způsobem se nazývá něco úkonem ctnosti tvarově; jako úkon spravedlnosti je skutek spravedlivý tím způsobem, kterým koná spravedlivý, totiž ochotně a s potěšením. A takovým způsobem úkon ctnosti není bez ctnosti. - Tedy podle toho dáti almužnu hmotně, může býti bez lásky, ale dáti almužnu tvarově, to jest pro Boha, s potěšením a ochotně, a každým tím způsobem, který náleží, není bez lásky.

K druhému se musí říci, že nic nepřekáží, aby úkon, který patří jedné ctnosti výkonem, byl přidělován jiné ctnosti jako rozkazující a zařizující ke svému cíli. A tím způsobem dáti almužnu klade se mezi skutky zadostučinění, pokud se slitování s nedostatkem trpícího zařizuje k zadostučinění za vinu. - Pokud však, že se zařizuje k usmíření Boha, má ráz oběti a takto je přikazována bohopoctou.

Z toho je patrná odpověď k třetímu.

Ke čtvrtému se musí říci, že dávati almužnu náleží do štědrosti, pokud štědrost odstraňuje překážku tohoto úkonu, jež může býti z nadbytečné lásky k bohatství, pro níž u někoho nastává přílišné jeho zadržování.

XXXII.2. Zda se vhodně rozlišují rody almužen.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že se nevhodně rozlišují rody almužen. Neboť se udává sedm tělesných almužen totiž: nakrmiti hladového, napojiti žíznivého, odívati nahého, vzíti hosta, navštěvovati nemocného, vykupovati zajatého a pohřbívati mrtvého, které jsou obsaženy v tomto verši: "Návštěva, nápoj, pokrm, výkupné, oděv, přijetí, pohřeb." Udává se také jiných sedm almužen duchovních, totiž: učiti nevědomého, raditi pochybujícímu, těšiti smutného, napomínati hřešícího, odpouštěti urážejícímu, snášeti nepohodlné a obtížné, a za všechny se modliti. Také tato jsou obsažena v tomto verši: "Dej radu, pokárej, dej útěchu, odpusť, snes, popros;" avšak tak, že pod jedním se rozumí rada i poučení. Ale zdá se, že se nevhodně rozlišují tyto almužny. Neboť almužna je zařízena k přispění bližnímu. Ale tím, že bližní se pohřbívá, v ničem se mu nepřispívá; jinak by nebylo pravdivé, co praví Pán Mat. 10: "Nebojte se těch, kteří zabíjejí tělo, a po tom nemají více co činiti." Proto i Pán, Mat. 25, připomínaje. skutky milosrdenství, neční zmínky o pohřbívání mrtvých. Tedy zdá se, že se nevhodně rozlišují tyto almužny.

Mimo to almužna se dává na přispění potřebám. bližního, jak bylo řečeno. Ale jsou mnohé jiné potřeby lidského života než ony řečené: jako že slepý potřebuje vůdce, chromý opory, chudý bohatství. Tedy se nevhodně rozlišují řečené almužny.

Mimo to dáti almužnu je úkon milosrdenství. Ale napomínati chybujícího se zdá více patřiti k přísnosti než k milosrdenství. Tedy se nemá počítati mezi duchovní almužny.

Mimo to almužna je zařízena k přispění nedostatku. Ale není člověka, který by v některých netrpěl nedostatkem vědění. Tedy zdá se, že každý má kohokoli poučovati, nezná-li, co on ví.

Avšak proti jest, co praví Řehoř v jedné homilii: "Mající porozumění, dbejž rozhodně, abys nemlčel; mající hojnost statků, bdiž, abys neochabnul v uštědřování milosrdenství; mající umění, kterým se řídí, velmi se snaž, aby ses dělil s bližním o jeho užívání a užitek; maje možnost promluviti u boháče, boj se zavržení pro zadržení hřivny, jestliže se nepřimlouvá u něho za chudé, ač může." Tedy řečené almužny se vhodně rozlišují podle toho, čím lidé oplývají a strádají.

Odpovídám: Musí se říci, že řečené rozlišení almužen se vhodně béře podle různých nedostatků bližních. Z těch jsou některé se strany duše, k nimž jsou zařízeny duchovní almužny; některé pak se strany těla, k nimž jsou zařízeny tělesné almužny. Neboť tělesný nedostatek jest buď v životě nebo po životě. Je-li však v životě, buď je společný nedostatek vůči těm, kterých všichni potřebují, nebo je zvláštní v nějakém nastalém případě. Jestli prvním způsobem, buď je nedostatek vnitřní nebo vnější. Vnitřní pak je dvojí: jeden totiž, jemuž se odpomáhá suchou potravou, totiž hlad, a podle toho se udává "nakrmení hladového"; jiný pak jest, kterému se odpomáhá potravou vlhkou, totiž žízeň, a podle toho se praví "napojiti žízniveho". - Avšak nedostatek společný vůči vnější pomoci je dvojí: jeden vůči oděvu, a na to se udává "odívání nahého"; jiný je vůči obydlí a na to je "přijímati hosta". - Podobně pak, je-li nějaký nedostatek zvláštní, buď je z vnitřní příčiny, jako nemoc a na to se udává "navštěvovati nemocné"; nebo z příčiny vnější a na to se udává "vykoupení zajatých". -Avšak po životě se prokazuje mrtvým "pohřeb".

Podobně pak duchovním nedostatkům se přispívá duchovními úkony dvojmo. Jedním způsobem prosbou Boha o pomoc a na to se udává "modlitba", jíž někdo za jiné prosí. Jiným způsobem poskytováním lidské pomoci, a to trojím způsobem. Jedním způsobem proti nedostatku rozumu, a je-li to nedostatek rozumu badavého, dává se mu prostředek skrze "poučení", jestliže však rozumu činorodého, dává se mu prostředek skrze "radu". - Jiným způsobem je nedostatek z vášně síly žádostivé; z těch je největším smutek, jemuž se přispívá skrze "útěchu". - Třetím způsobem se strany nezřízeného úkonu, který lze pozorovati trojmo. Jedním způsobem se strany samého hřešícího, pokud vychází z jeho nezřízené vůle; a tak se dává prostředek skrze "napomenutí". Jiným způsobem se strany toho, proti němuž se hřeší; a takto, je-li hřích proti nám, dáváme prostředek odpouštěním urážky; je-li však proti Bohu nebo bližnímu, "nemáme na vůli odpouštěti", jak praví Jeronym K Mat. Třetím způsobem se strany následku samého nezřízeného úkonu, jímž jsou obtěžováni jeho spolužijící, i mimo úmysl hřešícího: a tak se dává prostředek "snášením", nejvíce u těch, kteří hřeší ze slabosti, podle onoho Řím. 15: "My silnější máme snášeti slabosti jiných." A nejenom pokud jsou slabí obtížní z nezřízených činů, ale jakákoliv jejich břemena jest snášeti, podle onoho Gal. 6: "Jeden neste břemena druhého."

K prvnímu se tedy musí říci, že pohřbení mrtvého nepřispívá mu vzhledem k cítění, které by tělo mělo po smrti. A podle toho praví Pán, že zabíjející tělo, nemají více co činiti. A proto i Pán nepřipomíná pohřbení mezi jinými skutky milosrdenství, ale vypočítává jenom ty, které jsou zřejmě nutné. Avšak patří k zemřelému, co se děje s jeho tělem, jak proto, že žije ve vzpomínkách lidí, a jeho čest se zneuctívá, zůstává-li nepohřben; tak co do citu, který měl pro své tělo, dokud byl ještě živ, jemuž se má přizpůsobiti po jeho smrti cítění oddaných. A podle toho se někteří chválí pro pohřbívání mrtvých, jako Tobiáš a ti, kteří pohřbili Pána, jak je patrné z Augustina, v knize O konání péče o zemřelé.

K druhému se musí říci, že všechny ostatní nutnosti se uvádějí na tyto. Neboť i slepota i kulhání jsou jakési nemoci; proto vésti slepého a podpírati kulhavého se uvádí na návštěvu nemocných. Podobně také přispěti člověku proti jakémukoliv utlačování, přicházejícímu z venku, uvádí se na vykupování zajatých. Avšak bohatství, jímž se přispívá chudobě, nehledá se než na přispění řečeným nedostatkům; a proto nebylo třeba činiti zvláštní zmínku o tomto nedostatku.

K třetímu se musí říci, že napomínání hřešících, co do samého vykonání úkonu, zdá se obsahovati přísnost spravedlnosti. Ale co do úmyslu napomínajícího, který chce vysvoboditi člověka ze zla viny, patří k milosrdenství a citu

largitione eleemosynarum. Ergo dare eleemosynam non est actus caritatis.

II-II q. 32 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dicitur I Ioan. III, *qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem patientem, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in illo?*

II-II q. 32 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod exteriores actus ad illam virtutem referuntur ad quam pertinet id quod est motivum ad agendum huiusmodi actus. Motivum autem ad dandum eleemosynas est ut subveniatur necessitatem patienti, unde quidam, definientes eleemosynam, dicunt quod eleemosyna est opus quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum. Quod quidem motivum pertinet ad misericordiam, ut supra dictum est. Unde manifestum est quod dare eleemosynam proprie est actus misericordiae. Et hoc apparet ex ipso nomine, nam in Graeco a misericordia derivatur, sicut in Latino miseratio. Et quia misericordia est effectus caritatis, ut supra ostensum est, ex consequenti dare eleemosynam est actus caritatis, misericordia mediante.

II-II q. 32 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod aliquid dicitur esse actus virtutis dupliciter. Uno modo, materialiter, sicut actus iustitiae est facere iusta. Et talis actus virtutis potest esse sine virtute, multi enim non habentes habitum iustitiae iusta operantur, vel ex naturali ratione, vel ex timore sive ex spe aliquid adipiscendi. Alio modo dicitur esse aliquid actus virtutis formaliter, sicut actus iustitiae est actio iusta eo modo quo iustus facit, scilicet prompte et delectabiliter. Et hoc modo actus virtutis non est sine virtute. Secundum hoc ergo dare eleemosynas materialiter potest esse sine caritate, formaliter autem eleemosynas dare, idest propter Deum, delectabiliter et prompte et omni eo modo quo debet, non est sine caritate.

II-II q. 32 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod nihil prohibet actum qui est proprie unius virtutis elicitive, attribui alteri virtuti sicut imperanti et ordinanti ad suum finem. Et hoc modo dare eleemosynam ponitur inter opera satisfactoria, inquantum miseratio in defectum patientis ordinatur ad satisfaciendum pro culpa. Secundum autem quod ordinatur ad placandum Deum, habet rationem sacrificii, et sic imperatur a latria.

II-II q. 32 a. 1 ad 3

Unde patet responsio ad tertium.

II-II q. 32 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod dare eleemosynam pertinet ad liberalitatem inquantum liberalitas aufert impedimentum huius actus, quod esse posset ex superfluo amore divitiarum, propter quem aliquis efficitur nimis retentivus earum.

2. Utrum convenienter distinguantur eleemosynarum genera ponendo septem eleemosynas spirituales et septem corporales.

II-II q. 32 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter eleemosynarum genera distinguantur. Ponuntur enim septem eleemosynae corporales, scilicet pascere esurientem, potare sitientem, vestire nudum, recolligere hospitem, visitare infirmum, redimere captivum, et sepelire mortuum; quae in hoc versu continentur, *visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo*. Ponuntur etiam aliae septem eleemosynae spirituales, scilicet docere ignorantem, consulere dubitanti, consolari tristem, corrigere peccantem, remittere offendenti, portare onerosos et graves, et pro omnibus orare; quae etiam in hoc versu continentur, *consule, castiga, solare, remitte, fer, ora*; ita tamen quod sub eodem intelligatur consilium et doctrina. Videtur autem quod inconvenienter huiusmodi eleemosynae distinguantur. Eleemosyna enim ordinatur ad subveniendum proximo. Sed per hoc quod proximus sepelitur, in nullo ei subvenitur, alioquin non esset verum quod dominus dicit, Matth. X, *nolite timere eos qui occidunt corpus, et post hoc non habent amplius quid faciant*. Unde et dominus, Matth. XXV, commemorans misericordiae opera, de sepultura mortuorum mentionem non facit. Ergo videtur quod inconvenienter huiusmodi eleemosynae distinguantur.

II-II q. 32 a. 2 arg. 2

Praeterea, eleemosyna datur ad subveniendum necessitatibus proximi, sicut dictum est. Sed multae aliae sunt necessitates humanae vitae quam praedictae, sicut quod caecus indiget ductore, claudus sustentatione, pauper divitiis. Ergo inconvenienter praedictae eleemosynae enumerantur.

II-II q. 32 a. 2 arg. 3

Praeterea, dare eleemosynam est actus misericordiae. Sed corrigere delinquentem magis videtur ad severitatem pertinere quam ad misericordiam. Ergo non debet computari inter eleemosynas spirituales.

II-II q. 32 a. 2 arg. 4

Praeterea, eleemosyna ordinatur ad subveniendum defectui. Sed nullus est homo qui defectum ignorantiae non patiatur in aliquibus. Ergo videtur quod quilibet debeat quemlibet docere, si ignoret id quod ipse scit.

II-II q. 32 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, in quadam homilia, *habens intellectum curet omnino ne taceat; habens rerum affluentiam vigilet ne a misericordiae largitate torpescat; habens artem qua regitur magnopere studeat ut usum atque utilitatem illius cum proximo partiatur; habens loquendi locum apud divitem damnationem pro retento talento timeat si, cum valet, non apud eum pro pauperibus intercedat*. Ergo praedictae eleemosynae convenienter distinguuntur secundum ea in quibus homines abundant et deficiunt.

II-II q. 32 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod praedicta eleemosynarum distinctio convenienter sumitur secundum diversos defectus proximorum. Quorum quidam sunt ex parte animae, ad quos ordinantur spirituales eleemosynae; quidam vero ex parte corporis, ad quos ordinantur eleemosynae corporales. Defectus enim corporalis aut est in vita, aut est post vitam. Si quidem est in vita, aut est communis defectus respectu eorum quibus omnes indigent; aut est specialis propter aliquod accidens superveniens. Si primo modo, aut defectus est interior, aut exterior. Interior quidem est duplex, unus quidem cui subvenitur per alimentum siccum, scilicet fames, et secundum hoc ponitur pascere esurientem; alius autem est cui subvenitur per alimentum humidum, scilicet sitis, et secundum hoc dicitur potare sitientem. Defectus autem communis respectu exterioris auxilii est duplex, unus respectu tegumenti, et quantum ad hoc ponitur vestire nudum; alius est respectu habitaculi, et quantum ad hoc est suscipere hospitem. Similiter autem si sit defectus aliquis specialis, aut est ex causa intrinseca, sicut infirmitas, et quantum ad hoc ponitur visitare infirmum, aut ex causa extrinseca, et quantum ad hoc ponitur redemptio captivorum. Post vitam autem exhibetur mortuis sepultura. Similiter autem spiritualibus defectibus spiritualibus actibus subvenitur dupliciter. Uno modo, poscendo auxilium a Deo, et quantum ad hoc ponitur oratio, qua quis pro aliis orat. Alio modo, impendendo humanum auxilium, et hoc tripliciter. Uno modo, contra defectum intellectus, et si quidem sit defectus speculativi intellectus, adhibetur ei remedium per doctrinam; si autem practici intellectus, adhibetur ei remedium per consilium. Alio modo est defectus ex passione appetitivae virtutis, inter quos est maximus tristitia, cui subvenitur per consolationem. Tertio modo, ex parte inordinati actus, qui quidem tripliciter considerari potest. Uno modo, ex parte ipsius peccantis, inquantum procedit ab eius inordinata voluntate, et sic adhibetur remedium per correctionem. Alio modo, ex parte eius in quem peccatur, et sic, si quidem sit peccatum in nos, remedium adhibemus remittendo offensam; si autem sit in Deum vel in proximum, non est nostri arbitrii remittere, ut Hieronymus dicit, super Matth. Tertio modo, ex parte sequelae ipsius actus inordinati, ex qua gravantur ei conviventes, etiam praeter peccantis intentionem, et sic remedium adhibetur supportando; maxime in his qui ex infirmitate peccant, secundum illud Rom. XV, *debemus nos firmiores infirmitates aliorum portare*. Et non solum secundum quod infirmi sunt graves ex inordinatis actibus, sed etiam quaecumque eorum onera sunt supportanda, secundum illud Galat. VI, *alter alterius onera portate*.

II-II q. 32 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod sepultura mortui non confert ei quantum ad sensum quem corpus post mortem habeat. Et secundum hoc dominus dicit quod interficientes corpus non habent amplius quid faciant. Et propter hoc etiam dominus non commemorat sepulturam inter alia misericordiae opera, sed numerat solum illa quae sunt evidentioris necessitatis. Pertinet tamen ad defunctum quid de eius corpore agatur, tum quantum ad hoc quod vivit in memoriis hominum, cuius honor dehonestatur si insepultus remaneat; tum etiam quantum ad affectum quem adhuc vivens habebat de suo corpore, cui piorum affectus conformari debet post mortem ipsius. Et secundum hoc aliqui commendantur de mortuorum sepultura, ut Tobias et illi qui dominum sepelierunt; ut patet per Augustinum, in libro de cura pro mortuis agenda.

II-II q. 32 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod omnes aliae necessitates ad has reducuntur. Nam et caecitas et claudicatio sunt infirmitates quaedam, unde dirigere caecum et sustentare claudum reducitur ad visitationem infirmorum. Similiter etiam subvenire homini contra quamcumque oppressionem illatam extrinsecus reducitur ad redemptionem captivorum. Divitiae autem, quibus paupertati subvenitur, non quaeruntur nisi ad subveniendum praedictis defectibus, et ideo non fuit specialis mentio de hoc defectu facienda.

II-II q. 32 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod correctio peccantium, quantum ad ipsam executionem actus, severitatem iustitiae continere videtur. Sed quantum ad intentionem corrigentis, qui vult

obliby, podle onoho Přísl. 27: "Lepší jsou rány milujícího než záludná políbení nenávidějícího."

Ke čtvrtému se musí říci, že každá nevědomost nepatří k nedostatku člověka, ale jen ta, kterou někdo neví, co mu přísluší věděti; a přispěti tomuto nedostatku patří k almužně Avšak při tom se mají zachovati náležité okolnosti osoby a místa a času, jako i při jiných ctnostných úkonech.

XXXII.3. Zda tělesné almužny jsou více než duchovní.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že tělesné almužny jsou více než duchovní. Neboť je chvalnější činiti almužnu více potřebnému, neboť almužna má odtud chválu, že přispívá potřebnému. Ale tělo, jemuž se přispívá tělesnými almužnami, jest potřebnější přirozenosti nežli duch, jemuž se přispívá duchovními almužnami. Tedy almužny tělesné jsou více.

Mimo to oplátka dobrodiní zmenšuje chválu a zásluhu almužny. Proto i Pán praví, Luk. 14: "Když činíš oběd nebo večeři, nevolej bohaté sousedy, aby tě snad i oni nepozvali." Avšak v duchovních almužnách je vždy oplátka, poněvadž, kdo se modlí za jiného, sobě prospívá, podle onoho Žalm.: "Má modlitba se vrátí do mého nitra"; také kdo učí jiného, sám ve vědění prospívá. Což se nepřihází při tělesných almužnách. Tedy tělesné almužny jsou více než duchovní.

Mimo to ke chvále almužny náleží, že se chudý z dané almužny potěší; proto se praví o Jobovi, 31: "Zda mi nežehnala jeho bedra?" A Filemonovi praví Apoštol: "Útroby svatých okřály skrze tebe, bratře." Ale mnohdy je chudému více milá tělesná almužna než duchovní. Tedy tělesná almužna je více než duchovní.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v knize O Horské řeči Páně, k onomu "Kdo od tebe žádá, dej mu": "Jest dáti, co ani tobě ani druhému neškodí; a když odepřeš, co žádá, jest naznačiti spravedlnost, abys jej nepropustil s prázdnem. A někdy dáš něco lepšího, když napomeneš nespravedlivě žádajícího." Avšak napomenutí je almužna duchovní. Tedy duchovní almužny mají přednost před tělesnými.

Odpovídám: Musí se říci, že srovnání oněch dvou almužen lze brátí dvojmo. Jedním způsobem jednoduše řečeno. A podle toho duchovní almužny vynikají trojím důvodem. A to nejprve, poněvadž to, co se poskytuje, je ušlechtilejší, totiž duchovní dar, který vyniká nad tělesný, podle onoho Přísl. 4: "Dar dobrý vám udělím: zákona mého neopouštějte." - Za druhé pro toho, jemuž se přispívá, poněvadž duch je ušlechtilejší než tělo. Proto, jako má člověk sebe více opatřiti co do ducha než co do těla, tak i bližního, jehož má milovati jako sebe. - Za třetí co do samých úkonů, jimiž se přispívá bližnímu, poněvadž duchovní úkony jsou ušlechtilejší než tělesné, které jsou hominem a malo culpae liberare, pertinet ad misericordiam et dilectionis affectum, secundum illud Prov. XXVII, *meliora sunt verbera diligentis quam fraudulenta oscula odientis*.

II-II q. 32 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod non quaelibet nescientia pertinet ad hominis defectum, sed solum ea qua quis nescit ea quae convenit eum scire, cui defectui per doctrinam subvenire ad eleemosynam pertinet. In quo tamen observandae sunt debitae circumstantiae personae et loci et temporis, sicut et in aliis actibus virtuosis.

3. Utrum eleemosynae spirituales sint potiores eleemosynis corporalibus.

II-II q. 32 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod eleemosynae corporales sint potiores quam spirituales. Laudabilius enim est magis indigenti eleemosynam facere, ex hoc enim eleemosyna laudem habet quod indigenti subvenit. Sed corpus, cui subvenitur per eleemosynas corporales, est indigentioris naturae quam spiritus, cui subvenitur per eleemosynas spirituales. Ergo eleemosynae corporales sunt potiores.

II-II q. 32 a. 3 arg. 2

Praeterea, recompensatio beneficii laudem et meritum eleemosynae minuit, unde et dominus dicit, Luc. XIV, *cum facis prandium aut cenam, noli vocare vicinos divites, ne forte et ipsi te reinvitent*. Sed in eleemosynis spiritualibus semper est recompensatio, quia qui orat pro alio sibi proficit, secundum illud Psalm., *oratio mea in sinu meo convertetur*; qui etiam alium docet, ipse in scientia proficit. Quod non contingit in eleemosynis corporalibus. Ergo eleemosynae corporales sunt potiores quam spirituales.

II-II q. 32 a. 3 arg. 3

Praeterea, ad laudem eleemosynae pertinet quod pauper ex eleemosyna data consoletur, unde Iob XXXI dicitur, *si non benedixerunt mihi latera eius*; et ad Philemonem dicit apostolus, *viscera sanctorum requieverunt per te, frater*. Sed quandoque magis est grata pauperi eleemosyna corporalis quam spiritualis. Ergo eleemosyna corporalis potior est quam spiritualis.

II-II q. 32 a. 3 s. c.

Sed contra est quod Augustinus, in libro de Serm. Dom. in monte, super illud, *qui petit a te, da ei*, dicit, *dandum est quod nec tibi nec alteri noceat, et cum negaveris quod petit, indicanda est iustitia, ut non eum inanem dimittas. Et aliquando melius aliquid dabis, cum iniuste petentem correxeris*. Correctio autem est eleemosyna spiritualis. Ergo spirituales eleemosynae sunt corporalibus praeferendae.

II-II q. 32 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod comparatio istarum eleemosynarum potest attendi dupliciter. Uno modo, simpliciter loquendo, et secundum hoc eleemosynae spirituales praeeminent, triplici ratione. Primo quidem quia id quod exhibetur nobilius est, scilicet donum spirituale, quod praeeminet corporali, secundum illud Prov. IV, *donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis*. Secundo, ratione eius cui subvenitur, quia spiritus nobilior est corpore. Unde sicut homo sibi ipsi magis debet providere quantum ad spiritum quam quantum ad corpus, ita et proximo, quem debet tanquam seipsum diligere.

jaksi služebnické.

Jiným způsobem lze srovnávati podle nějakého zvláštního případu, v němž má přednost nějaká tělesná almužna před nějakou duchovní. Třebas spíše se má umírající hladem nasytiti, než poučovati, jako i podle Filosofa "potřebnému lépe jest bohatnouti nežli filosofovati", ač toto je jednoduše lepší.

K prvnímu se tedy musí říci, že dáti tomu, který více potřebuje, jest lepší při ostatním stejném. Ale je-li méně potřebný lepší a potřebuje lepšího, dáti jemu jest lepší. A tak je ve zmíněném.

K druhému se musí říci, že oplátka nezmenšuje zásluhu a chválu almužny, není-li zamýšlena, jako též lidská sláva, není-li zamýšlena, nezmenšuje ráz ctnosti; jakož i Salust praví o Katonovi, že "čím více unikal slávě, tím více ho sláva následovala". A tak se přihází při almužnách duchovních. - A přece zamýšleti duchovní dobra nezmenšuje zásluhu, jako zamýšleti dobra tělesná.

K třetímu se musí říci, že zásluha dávajícího almužnu se béře podle toho, v čem má rozumně spočinouti vůle přijímajícího, ne v tom, v čem spočívá, je-li nezřízená.

XXXII.4. Zda tělesné almužny mají duchovní účinek.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že tělesné almužny nemají duchovního účinku. Neboť účinek není nad svou příčinu. Ale dobra duchovní jsou nad tělesná. Tedy tělesné almužny nemají duchovních účinků.

Mimo to dáti tělesné za duchovní je neřest simonie. Ale této neřesti jest se úplně varovati. Tedy almužny se nemají dávati na dosažení duchovních účinků.

Mimo to, množení příčiny množí účinek. Kdyby tedy tělesná almužna působila duchovní účinek, následovalo by, že větší almužna duchovně více prospěje. Což je proti tomu, co se čte Luk: 21 o vdově, vpouštějící do pokladnice dvě malé mince, která podle výroku Páně "vpustila nad všechny". Tedy tělesná almužna nemá duchovního účinku.

Avšak proti jest, co se praví Eccli. 29: "Almužna mužova uchová milost člověka jako zřítelnici."

Odpovídám: Musí se říci, že tělesnou almužnu lze pozorovati trojmo. Jedním způsobem podle její podstaty. A podle toho nemá než tělesný účinek, pokud totiž doplňuje tělesné nedostatky bližních. - Jiným způsobem lze pozorovati se strany její příčiny, pokud totiž někdo dává tělesnou almužnu pro lásku k Bohu a bližnímu. A v tom přináší duchovní užitek, podle onoho Eccli. 29: "Ztrácej peníze pro bratra. Skládej poklad v přikázáních Nejvyššího a prospěje ti více než zlato." - Třetím způsobem se strany účinku. A tak má také duchovní ovoce, pokud totiž bližní, Tertio, quantum ad ipsos actus quibus subvenitur proximo, quia spirituales actus sunt nobiliores corporalibus, qui sunt quodammodo serviles. Alio modo possunt comparari secundum aliquem particularem casum, in quo quaedam corporalis eleemosyna alicui spirituali praefertur. Puta, magis esset pascendum fame morientem quam docendum, sicut et indigenti, secundum philosophum, melius est ditari quam philosophari, quamvis hoc sit simpliciter melius.

II-II q. 32 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod dare magis indigenti melius est, ceteris paribus. Sed si minus indigens sit melior, et melioribus indigeat, dare ei melius est. Et sic est in proposito.

II-II q. 32 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod recompensatio non minuit meritum et laudem eleemosynae si non sit intenta, sicut etiam humana gloria, si non sit intenta, non minuit rationem virtutis; sicut et de Catone Sallustius dicit quod *quo magis gloriam fugiebat, eo magis eum gloria sequebatur*. Et ita contingit in eleemosynis spiritualibus. Et tamen intentio bonorum spiritualium non minuit meritum, sicut intentio bonorum corporalium.

II-II q. 32 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod meritum dantis eleemosynam attenditur secundum id in quo debet rationabiliter requiescere voluntas accipientis, non in eo in quo requiescit si sit inordinata.

4. Utrum eleemosynae corporales, habeant efiectum spiritualem.

II-II q. 32 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod eleemosynae corporales non habeant effectum spiritualem. Effectus enim non est potior sua causa. Sed bona spiritualia sunt potiora corporalibus. Non ergo eleemosynae corporales habent spirituales effectus.

II-II q. 32 a. 4 arg. 2

Praeterea, dare corporale pro spirituali vitium simoniae est. Sed hoc vitium est omnino vitandum. Non ergo sunt dandae eleemosynae ad consequendum spirituales effectus.

II-II q. 32 a. 4 arg. 3

Praeterea, multiplicata causa, multiplicatur effectus. Si igitur eleemosyna corporalis causaret spiritualem effectum, sequeretur quod maior eleemosyna magis spiritualiter proficeret. Quod est contra illud quod legitur Luc. XXI de vidua mittente duo aera minuta in gazophylacium, quae, secundum sententiam domini, plus omnibus misit. Non ergo eleemosyna corporalis habet spiritualem effectum.

II-II q. 32 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicitur Eccli. XXIX, *eleemosyna viri gratiam hominis quasi pupillam conservabit*.

II-II q. 32 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod eleemosyna corporalis tripliciter potest considerari. Uno modo, secundum suam substantiam. Et secundum hoc non habet nisi corporalem effectum, inquantum scilicet supplet corporales defectus proximorum. Alio modo potest considerari ex parte causae eius, inquantum scilicet aliquis eleemosynam corporalem dat propter dilectionem Dei et proximi. Et quantum ad hoc affert fructum spiritualem, secundum illud Eccli. XXIX, *perde pecuniam propter fratrem. Pone thesaurum in*

jemuž se tělesnou almužnou přispěje, jest pohnut k modlitbě za dobrodince. Proto též se tamtéž dodává: "Zavřej almužnu do nitra chudého, a ona za tě bude prositi ode všeho zlého."

K prvnímu se tedy musí říci, že onen důvod platí o tělesné almužně podle její podstaty.

K druhému se musí říci, že ten, kdo dává almužnu, nemíní koupiti něco duchovního za tělesné, poněvadž ví, že duchovní jsou nekonečně nad hmotná; ale zamýšlí zasloužiti si duchovní ovoce skrze cit lásky.

K třetímu se musí říci, že vdova, která dala méně podle velikosti, dala více podle svých poměrů. A z toho se v ní odhaduje větší cit lásky, z níž má tělesná almužna duchovní účinek.

XXXII.5. Zda dáti almužnu je v přikázání.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že dáti almužnu není v přikázání. Neboť rady se odlišují od přikázání. Ale dáti almužnu je radou, podle onoho Dan. 4: "Mou radu schval, králi: Svoje hříchy vykup almužnami." Tedy dávati almužnu není v přikázání.

Mimo to každý smí své věci užívati a ji podržeti. Ale kdo podržuje svou věc, nedá almužnu. Tedy je dovoleno nedáti almužnu. Tedy dávati almužnu není v přikázání.

Mimo to vše, co spadá pod přikázání, zavazuje přestupníky některou dobou pod smrtelným hříchem, poněvadž kladná přikázání zavazují pro určitou dobu. Kdyby tedy dávati almužnu spadalo pod přikázání, bylo by určiti nějakou dobu, v níž by člověk hřešil smrtelně, kdyby nedal almužnu. Ale to se nezdá; poněvadž se může vždy důvodně souditi, že chudému lze jinak přispěti a že to, co se vynaloží na almužnu, může mu býti nutné v přítomnosti nebo v budoucnosti. Tedy zdá se, že dávati almužnu není v přikázání.

Mimo to všechna přikázání se uvádějí na přikázání desatera. Ale ona přikázání neobsahují nic o dávání almužen. Tedy dávati almužny není v přikázání.

Avšak proti, nikdo není trestán věčným trestem za opomenutí něčeho, co nespadá pod přikázání. Ale někteří jsou trestáni věčným trestem za opomenutí almužen, jak je patrné Mat. 25. Tedy dávati almužnu je v přikázání.

Odpovídám: Musí se říci, že, poněvadž milovati bližního je v přikázání, je nutné, aby vše to spadalo pod přikázání, bez' čeho se nezachová obliba bližního. Avšak k oblibě bližního patří, abychom bližnímu nejen dobro chtěli, ale také činili, *praeceptis altissimi, et proderit tibi magis quam aurum*. Tertio modo, ex parte effectus. Et sic etiam habet spiritualem fructum, inquantum scilicet proximus, cui per corporalem eleemosynam subvenitur, movetur ad orandum pro benefactore. Unde et ibidem subditur, *conclude eleemosynam in sinu pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo*.

II-II q. 32 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa procedit de corporali eleemosyna secundum suam substantiam.

II-II q. 32 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod ille qui dat eleemosynam non intendit emere aliquid spirituale per corporale, quia scit spiritualia in infinitum corporalibus praeeminere, sed intendit per caritatis affectum spiritualem fructum promereri.

II-II q. 32 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod vidua, quae minus dedit secundum quantitatem, plus dedit secundum suam proportionem; ex quo pensatur in ipsa maior caritatis affectus, ex qua corporalis eleemosyna spiritualem efficaciam habet.

5. Utrum dare eleemosynam sit in praecepto.

II-II q. 32 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod dare eleemosynam non sit in praecepto. Consilia enim a praeceptis distinguuntur. Sed dare eleemosynam est consilium, secundum illud Dan. IV, *consilium meum regi placeat, peccata tua eleemosynis redime*. Ergo dare eleemosynam non est in praecepto.

II-II q. 32 a. 5 arg. 2

Praeterea, cuilibet licet sua re uti et eam retinere. Sed retinendo rem suam aliquis eleemosynam non dabit. Ergo licitum est eleemosynam non dare. Non ergo dare eleemosynam est in praecepto.

II-II q. 32 a. 5 arg. 3

Praeterea, omne quod cadit sub praecepto aliquo tempore obligat transgressores ad peccatum mortale, quia praecepta affirmativa obligant pro tempore determinato. Si ergo dare eleemosynam caderet sub praecepto, esset determinare aliquod tempus in quo homo peccaret mortaliter nisi eleemosynam daret. Sed hoc non videtur, quia semper probabiliter aestimari potest quod pauperi aliter subveniri possit; et quod id quod est in eleemosynas erogandum possit ei esse necessarium vel in praesenti vel in futuro. Ergo videtur quod dare eleemosynam non sit in praecepto.

II-II q. 32 a. 5 arg. 4

Praeterea, omnia praecepta reducuntur ad praecepta Decalogi. Sed inter illa praecepta nihil continetur de datione eleemosynarum. Ergo dare eleemosynas non est in praecepto.

II-II q. 32 a. 5 s. c.

Sed contra, nullus punitur poena aeterna pro omissione alicuius quod non cadit sub praecepto. Sed aliqui puniuntur poena aeterna pro omissione eleemosynarum; ut patet Matth. XXV. Ergo dare eleemosynam est in praecepto.

II-II q. 32 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod cum dilectio proximi sit in praecepto, necesse est omnia illa cadere sub praecepto sine

podle onoho I. Jan. 3: "Nemilujme slovem, ani jazykem, ale skutkem a pravdou." Avšak k tomu, abychom chtěli a činili něčí dobro, vyžaduje se, abychom přispěli jeho nouzi, což se děje uštědřením almužen. A proto uštědření almužen je v přikázání.

Ale poněvadž přikázání jsou dána o úkonech ctností, je nutné, aby tímto způsobem spadalo darování almužny pod přikázání, pokud úkon jest požadován ctností, totiž pokud vyžaduje správný rozum. A podle něho jest něco pozorovati se strany dávajícího, a něco se strany toho, jemuž jest almužnu dáti. Se strany pak dávajícího jest uvážiti, aby to, co se má vynaložiti na almužny, bylo jeho přebytečné, podle onoho Luk. 11: "Co zbývá, dejte almužnou." A pravím přebytečné, nejenom vzhledem k němu, co je nad to, co je nutné jednotlivci, nýbrž také vzhledem k jiným, o něž mu připadá péče, poněvadž napřed je třeba, aby každý opatřil sebe a ty, o něž mu připadá péče (vzhledem k těm sluje nutným osobě, pokud osoba znamená hodnost), potom, aby se ze zbytku přispělo potřebám jiných. Jako i přirozenost nejprve běře sobě, na udržení vlastního těla, co je nutné úkolu síly živicí; ale zbytek vynaloží na plození druhého skrze sílu plodivou.

Se strany pak přijímajícího se vyžaduje, aby měl nouzi, jinak by nebylo důvodu, proč se mu dává almužna. Ale ježto nějaký jeden nemůže přispěti všem, majícím nouzi, ne každá potřeba zavazuje z přikázání, ale jedině ta, bez níž ten, který trpí nouzi, nemůže se udržeti. Neboť v tomto případě má místo, co praví Ambrož: "Nakrm umírajícího hladem. Jestliže jsi nenakrmil, zabil jsi."

Tak tedy dávati almužnu z přebytečného je v přikázání, a dáti almužnu tomu, kdo je v krajní nouzi. Ale jinak dávati almužnu jest v radě, jako i o každém lepším dobru jsou dány rady.

K prvnímu se tedy musí říci, že Daniel mluvil ke králi, který nebyl podroben Božímu zákonu. Pročež i ta, která patří k přikázání zákona, který nevyznával, měla se mu předložiti na způsob rady. - Nebo lze říci, že mluvil v onom případě, v němž dáti almužnu není v přikázání.

K druhému se musí říci, že časná dobra, která člověku podává Bůh, jsou sice jeho co do vlastnictví, ale co do užívání nemají býti jenom jeho, ale také jiných, které z nich lze vydržovati, z toho, co mu přebývá. Proto Basil praví: "Vyznáváš-li, že ti přišla od Boha (totiž časná dobra), zda je nespravedlivý Bůh, rozděluje nám věci nestejně? Proč ty oplýváš, onen pak žebrá, ne-li aby ty získals zásluhu dobrého spravování, onen pak byl ozdoben cenou trpělivosti? Je to chléb hladového, který máš, suknice nahého, kterou chováš zamčenou, bota bosého, která u tebe plesniví, peníz nuzného, který máš zakopaný. Proto tolik bezpráví, kolik bys mohl dáti." A totéž praví Ambrož v Dekret. odd. 47.

K třetímu se musí říci, že jest nějaká doba, v níž smrtelně hřeší, opomene-li dáti almužnu, a to se strany přijímajícího, když je potřeba zřejmá a tísnivá a není hned jasné, kdo mu

quibus dilectio proximi non conservatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet ut proximo non solum velimus bonum, sed etiam operemur, secundum illud I Ioan. III, *non diligamus verbo neque lingua, sed opere et veritate*. Ad hoc autem quod velimus et operemur bonum alicuius requiritur quod eius necessitati subveniamus, quod fit per eleemosynarum largitionem. Et ideo eleemosynarum largitio est in praecepto. Sed quia praecepta dantur de actibus virtutum, necesse est quod hoc modo donum eleemosynae cadat sub praecepto, secundum quod actus est de necessitate virtutis, scilicet secundum quod recta ratio requirit. Secundum quam est aliquid considerandum ex parte dantis; et aliquid ex parte eius cui est eleemosyna danda. Ex parte quidem dantis considerandum est ut id quod est in eleemosynas erogandum sit ei superfluum, secundum illud Luc. XI, *quod superest date eleemosynam*. Et dico superfluum non solum respectu sui ipsius, quod est supra id quod est necessarium individuo; sed etiam respectu aliorum quorum cura sibi incumbit, quia prius oportet quod unusquisque sibi provideat et his quorum cura ei incumbit (respectu quorum dicitur necessarium personae secundum quod persona dignitatem importat), et postea de residuo aliorum necessitatibus subveniatur sicut et natura primo accipit sibi, ad sustentationem proprii corporis, quod est necessarium ministerio virtutis nutritivae; superfluum autem erogat ad generationem alterius per virtutem generativam. Ex parte autem recipientis requiritur quod necessitatem habeat, alioquin non esset ratio quare eleemosyna ei daretur. Sed cum non possit ab aliquo uno omnibus necessitatem habentibus subveniri, non omnis necessitas obligat ad praeceptum, sed illa sola sine qua is qui necessitatem patitur sustentari non potest. In illo enim casu locum habet quod Ambrosius dicit, *pasce fame morientem. Si non paveris, occidisti*. Sic igitur dare eleemosynam de superfluo est in praecepto; et dare eleemosynam ei qui est in extrema necessitate. Alias autem eleemosynam dare est in consilio, sicut et de quolibet meliori bono dantur consilia.

II-II q. 32 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Daniel loquebatur regi qui non erat legi Dei subiectus. Et ideo ea etiam quae pertinent ad praeceptum legis, quam non profitebatur, erant ei proponenda per modum consilii. Vel potest dici quod loquebatur in casu illo in quo dare eleemosynam non est in praecepto.

II-II q. 32 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod bona temporalia, quae homini divinitus conferuntur, eius quidem sunt quantum ad proprietatem, sed quantum ad usum non solum debent esse eius, sed etiam aliorum, qui ex eis sustentari possunt ex eo quod ei superfluit. Unde Basilius dicit, *si fateris ea tibi divinitus provenisse* (scilicet temporalia bona) *an iniustus est Deus inaequaliter res nobis distribuens? Cur tu abundas, ille vero mendicat, nisi ut tu bonae dispensationis merita consequaris, ille vero patientiae bravis decoretur? Est panis famelici quem tu tenes, nudi tunica quam in conclavi conservas, discalceati calceus qui penes te marcescit, indigentis argentum quod possides inhumatum. Quocirca tot iniuriaris quot dare valeres*. Et hoc idem dicit Ambrosius, in Decret., dist. XLVII.

II-II q. 32 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod est aliquod tempus dare in quo mortaliter peccat si eleemosynam dare omittat, ex parte

má přispěti. Se strany pak dávajícího, když má přebytky, které mu nejsou podle přítomného stavu nutné, jak lze důvodně odhadnouti. A netřeba, aby uvážil všechny případy, které mohou nastati do budoucna, neboť to by bylo "mysliti na zítřek", což Pán zakazuje, Mat. 6. Ale má rozeznati přebytečné a nutné podle toho, co se pravděpodobně a jako častější vyskytuje.

Ke čtvrtému se musí říci, že každé přispění bližnímu se uvádí na přikázání o ctění rodičů. Neboť tak vykládá i Apoštol, I. Tim. 4, řka: "Oddanost je užitečná ke všemu, majíc zaslíbení života, který jest nyní i budoucího", a to praví, poněvadž v přikázání o ctění rodičů je přidáno příslíbení: "abys byl dlouhověký na zemi". Pod oddaností je pak zahrnuto každé uštědřování almužny.

XXXII.6. Zda má někdo dáti almužnu z nutného.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že nikdo nemá dáti almužnu z nutného. Neboť řád lásky neplatí méně pro skutek dobročinný než pro vnitřní cit. Avšak hřeší, kdo jedná převráceně v řádu lásky, poněvadž řád lásky je v přikázání. Poněvadž tedy podle řádu lásky má někdo více milovati sebe než bližního, zdá se, že hřeší, odnímá-li sobě nutné, aby uštědřil jinému.

Mimo to, kdo uštědří z těch, která jsou jemu nutná, rozhazuje vlastní statek, což patří marnotratnému, jak je patrné z Filosofa, ve IV. Ethic. Ale žádné neřestné dílo se nemá činiti. Tedy nemá se dávati almužna z nutného.

Mimo to Apoštol praví, I. k Tim. 5: "Nemá-li někdo péči o své a hlavně o domácí, zapřel víru a je horší než nevěřící."

Ale že někdo dává z těch, kterých potřebuje pro sebe a své, zdá se opomíjeti péči, kterou má kdo míti o sebe a o své Tedy zdá se, že, kdokoli dává z nutných almužnu, těžce hřeší.

Avšak proti jest, co praví Pán, Mat. 19: "Chceš-li býti dokonalý, jdi a prodej vše, co máš, a dej chudým." Ale ten, kdo dá chudým vše, co má, nejen dává přebytečná, ale také nutná. Tedy z nutných může dáti člověk almužnu.

Odpovídám: Musí se říci, že nutné se říká dvojmo. Jedním způsobem, bez čeho něco nemůže býti. A z takového nutného vůbec se nemá dávati almužna: třebas kdyby někdo, postavený ve chvíli nouze, měl jenom, z čeho by mohl vydržovati sebe a své děti nebo jiné, k němu patřící, neboť z toho nutného dáti almužnu znamená odnímati život sobě a svým. - Ale to pravím, leč by snad nastal takový případ, kde odnětím sobě dal by nějaké velké osobě, skrze níž by se držela Církev nebo stát; neboť pro vysvobození takové osoby vystavil by chvalně nebezpečí smrti sebe a své, ježto obecné dobro má přednost před vlastním.

Jiným způsobem se říká, že něco jest nutné, bez čeho nelze slušně tráviti život podle podmínek nebo postavení vlastní

quidem recipientis, cum apparet evidens et urgens necessitas, nec apparet in promptu qui ei subveniat; ex parte vero dantis, cum habet superflua quae secundum statum praesentem non sunt sibi necessaria, prout probabiliter aestimari potest. Nec oportet quod consideret ad omnes casus qui possunt contingere in futurum, hoc enim esset de crastino cogitare, quod dominus prohibet, Matth. VI. Sed debet diiudicari superfluum et necessarium secundum ea quae probabiliter et ut in pluribus occurrunt.

II-II q. 32 a. 5 ad 4

Ad quartum dicendum quod omnis subventio proximi reducitur ad praeceptum de honoratione parentum. Sic enim et apostolus interpretatur, I ad Tim. IV, dicens, *pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est et futurae*, quod dicit quia in praecepto de honoratione parentum additur promissio, ut sis longaevus super terram. Sub pietate autem comprehenditur omnis eleemosynarum largitio.

6. Utrum corporalis eleemosyna sit danda de necessario.

II-II q. 32 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod aliquis non debeat eleemosynam dare de necessario. Ordo enim caritatis non minus attenditur penes effectum beneficii quam penes interiorem affectum. Peccat autem qui praepostere agit in ordine caritatis, quia ordo caritatis est in praecepto. Cum ergo ex ordine caritatis plus debeat aliquis se quam proximum diligere, videtur quod peccet si subtrahat sibi necessaria ut alteri largiatur.

II-II q. 32 a. 6 arg. 2

Praeterea, quicumque largitur de his quae sunt necessaria sibi est propriae substantiae dissipator, quod pertinet ad prodigum, ut patet per philosophum, in IV Ethic. Sed nullum opus vitiosum est faciendum. Ergo non est danda eleemosyna de necessario.

II-II q. 32 a. 6 arg. 3

Praeterea, apostolus dicit, I ad Tim. V, *si quis suorum, et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior*. Sed quod aliquis det de his quae sunt sibi necessaria vel suis videtur derogare curae quam quis debet habere de se et de suis. Ergo videtur quod quicumque de necessariis eleemosynam dat, quod graviter peccet.

II-II q. 32 a. 6 s. c.

Sed contra est quod dominus dicit, Matth. XIX, *si vis perfectus esse, vade et vende omnia quae habes, et da pauperibus*. Sed ille qui dat omnia quae habet pauperibus non solum dat superflua sed etiam necessaria. Ergo de necessariis potest homo eleemosynam dare.

II-II q. 32 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod necessarium dupliciter dicitur. Uno modo, sine quo aliquid esse non potest. Et de tali necessario omnino eleemosyna dari non debet, puta si aliquis in articulo necessitatis constitutus haberet solum unde posset sustentari, et filii sui vel alii ad eum pertinentes; de hoc enim necessario eleemosynam dare est sibi et suis vitam subtrahere. Sed hoc dico nisi forte talis casus immineret ubi, subtrahendo sibi, daret alicui magnae personae, per quam Ecclesia vel respublica sustentaretur, quia pro talis personae liberatione seipsum et suos laudabiliter periculo mortis exponeret, cum bonum commune sit proprio praeferendum. Alio modo dicitur

osoby, a jiných osob, o které mu připadá péče. Hranice takového nutného nejsou stanoveny přesně, ale nelze souditi zda přidati mnoho jest nad takové nutné, a ubrání mnoha ještě ponechává, z čeho by mohl někdo slušně tráviti život podle svého postavení. Tedy z takového dávati almužnu je dobré, a nespadá pod přikázání, ale pod radu. Avšak bylo by nezřízené, kdyby si někdo tolik odňal z vlastního majetku: aby jiným uštědřoval, že by ze zbytku nemohl slušně tráviti život podle vlastního postavení a podle stávajících poměrů, neboť nikdo nemusí žiti nevhodně.

Ale z toho třeba vyjmouti trojí. První z nich je, když někdo změní stav, třebas vstupem do řádu. Neboť tehdy, rozdávaje všechno své pro Krista, činí skutek dokonalosti, umisťuje se v jiném povolání. - Za druhé, když ta, která si odnímá, ač jsou nutná k slušnému životu, přece je lze snadno nahraditi, takže nenásleduje největší nepříležitost. - Za třetí, kdyby nadešla krajní nouze nějaké soukromé osoby, nebo také nějaká velká tíseň státu. Neboť v těchto případech by někdo chvalně odložil to, co by se zdálo patřiti ke slušnosti jeho stavu, aby přispěl větší tísní.

A tím je patrná odpověď k námitkám.

XXXII.7. Zda se může dáti almužna z nespravedlivě nabytých.

Při sedmé se postupuje takto: Zdá se, že almužna se může dáti z nedovoleně nabytých. Praviť se, Luk. 16: "Čiňte si přátele z mamony nepravosti." Avšak "mamona" znamená bohatství. Tedy z bohatství nespravedlivě nabytého může si někdo činiti duchovní přátele uštědřováním almužen.

Mimo to každý hanebný zisk zdá se nedovoleně nabytý. Ale hanebný zisk je, kterého získávají nevěstky; pročež z takového se nemá přinášeti oběť a dar Bohu, podle onoho Deut. 22: "Nebudeš obětovati v domě Boha sveho výdělku veřejné." Podobně se také hanebně nabývá, čeho se nabývá v kostkách, poněvadž, jak praví Filosof, ve IV. Ethic., "se toho získává od přátel, kterým třeba dávati". Nejhanebněji se také něčeho nabývá simonií, skrze níž někdo činí křivdu Duchu Svatému. A přece se může dáti z takových almužna. Tedy' ze špatně nabytých může někdo konati almužnu.

Mimo to větším zlům jest se více vyhýbati než menším. Ale menším hříchem je podržeti cizí věc než vražda, které s,: někdo dopouští, nepřispěje-li někomu v nejzazší nouzi; jak jest patrné z Ambrože, jenž praví: "Nakrm hladem umírajícího, poněvadž, jestli nenakrmíš, zabil jsi." Tedy někdo může konati almužnu v nějakém případě ze špatně nabytých.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v knize O Slov. Páně: "Ze spravedlivých prací čiňte almužny. Neboť nepodplatíte soudce Krista, aby vás neslyšel s chudými, kterým ubíráte. Nechtějte činiti almužnu z lichvy a půjček. Věřícím pravím, jimž rozdáváme tělo Kristovo."

aliquid esse necessarium sine quo non potest convenienter vita transigi secundum conditionem vel statum personae propriae et aliarum personarum quarum cura ei incumbit. Huius necessarii terminus non est in indivisibili constitutus, sed multis additis, non potest diiudicari esse ultra tale necessarium; et multis subtractis, adhuc remanet unde possit convenienter aliquis vitam transigere secundum proprium statum. De huiusmodi ergo eleemosynam dare est bonum, et non cadit sub praecepto, sed sub consilio. Inordinatum autem esset si aliquis tantum sibi de bonis propriis subtraheret ut aliis largiretur, quod de residuo non posset vitam transigere convenienter secundum proprium statum et negotia occurrentia, nullus enim inconvenienter vivere debet. Sed ab hoc tria sunt excipienda. Quorum primum est quando aliquis statum mutat, puta per religionis ingressum. Tunc enim, omnia sua propter Christum largiens, opus perfectionis facit, se in alio statu ponendo. Secundo, quando ea quae sibi subtrahit, etsi sint necessaria ad convenientiam vitae, tamen de facili resarciri possunt, ut non sequatur maximum inconveniens. Tertio, quando occurreret extrema necessitas alicuius privatae personae, vel etiam aliqua magna necessitas reipublicae. In his enim casibus laudabiliter praetermitteret aliquis id quod ad decentiam sui status pertinere videretur, ut maiori necessitati subveniret.

II-II q. 32 a. 6 ad arg.

Et per hoc patet de facili responsio ad obiecta.

7. Utrum sit danda de iniuste acquisito.

II-II q. 32 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod possit eleemosyna fieri de illicite acquisitis. Dicitur enim Luc. XVI, *facite vobis amicos de mammona iniquitatis*. Mammona autem significat divitias. Ergo de divitiis inique acquisitis potest sibi aliquis spirituales amicos facere, eleemosynas largiendo.

II-II q. 32 a. 7 arg. 2

Praeterea, omne turpe lucrum videtur esse illicite acquisitum. Sed turpe lucrum est quod de meretricio acquiritur, unde et de huiusmodi sacrificium vel oblatio Deo offerri non debet, secundum illud Deut. XXIII, *non offeres mercedem prostibuli in domo Dei tui*. Similiter etiam turpiter acquiritur quod acquiritur per aleas, quia, ut philosophus dicit, in IV Ethic., *tales ab amicis lucrantur, quibus oportet dare*. Turpissime etiam acquiritur aliquid per simoniam, per quam aliquis spiritui sancto iniuriam facit. Et tamen de huiusmodi eleemosyna fieri potest. Ergo de male acquisitis potest aliquis eleemosynam facere.

II-II q. 32 a. 7 arg. 3

Praeterea, maiora mala sunt magis vitanda quam minora. Sed minus peccatum est detentio rei alienae quam homicidium, quod aliquis incurrit nisi alicui in ultima necessitate subveniat, ut patet per Ambrosium, qui dicit, *pasce fame morientem, quoniam si non paveris, occidisti*. Ergo aliquis potest eleemosynam facere in aliquo casu de male acquisitis.

II-II q. 32 a. 7 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro de Verb. Dom., *de iustis laboribus facite eleemosynas. Non enim corrupturi estis iudicem Christum, ut non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis. Nolite velle eleemosynas facere*

Odpovídám: Musí se říci, že trojmo může býti něco nedovoleně nabyté. Jedním totiž způsobem to, čeho se nedovoleně nabývá, náleží tomu, od něhož je nabyté a nemůže se podržeti od toho, jenž nabyl, jak se přihází při loupeži, krádeži a úrocích. A z takových, poněvadž je člověk povinen nahraditi, nemůže se díti almužna.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak jest patrné ze shora řečeného, nenávist je nějaké hnutí žádostivé mohutnosti, která není hýbána než od něčeho postřehnutého. Bůh však může býti od člověka postřehnut dvojmo: jedním způsobem v sobě, totiž, když je viděn ve své bytnosti; jiným způsobem skrze své účinky, když totiž "neviditelná Boží se vidí rozuměná skrze ta, která byla učiněna". Ale Bůh ze své

Ad tertium dicendum quod testes possunt induci propter tria. Uno modo, ad ostendendum quod hoc sit peccatum de quo aliquis arguitur; ut Hieronymus dicit. Secundo, ad convincendum de actu, si actus iteretur; ut Augustinus dicit, in regula. Tertio, *ad testificandum quod frater admonens fecit quod in se fuit*; ut Chrysostomus dicit.

II-II q. 33 a. 8 ad 4

Ad quartum dicendum quod Augustinus intelligit quod prius dicatur praelato quam testibus secundum quod praelatus est quaedam singularis persona quae magis potest prodesse quam alii, non autem quod dicatur ei tanquam Ecclesiae, ideo sicut in loco iudicis residenti.

34. De vitiis oppositis caritati. Et primo de odio quod opponitur ipsi dilectioni.

Prooemium

II-II q. 34 pr.

Deinde considerandum est de vitiis oppositis caritati. Et primo, de odio, quod opponitur ipsi dilectioni; secundo, de acedia et invidia, quae opponuntur gaudio caritatis; tertio, de discordia et schismate, quae opponuntur paci; quarto, de offensione et scandalo, quae opponuntur beneficentiae et correctioni fraternae. Circa primum quaeruntur sex, primo, utrum Deus possit odio haberi. Secundo, utrum odium Dei sit maximum peccatorum. Tertio, utrum odium proximi semper sit peccatum. Quarto, utrum sit maximum inter peccata quae sunt in proximum. Quinto, utrum sit vitium capitale. Sexto, ex quo capitali vitio oriatur.

1. Utrum Deus possit odio haberi.

II-II q. 34 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Deum nullus odio habere possit. Dicit enim Dionysius, IV cap. de Div. Nom., quod *omnibus amabile et diligibile est ipsum bonum et pulchrum*. Sed Deus est ipsa bonitas et pulchritudo. Ergo a nullo odio habetur.

II-II q. 34 a. 1 arg. 2

Praeterea, in apocryphis Esdrae dicitur quod *omnia invocant veritatem, et benignantur in operibus eius*. Sed Deus est ipsa veritas, ut dicitur Ioan. XIV. Ergo omnes diligunt Deum, et nullus eum odio habere potest.

II-II q. 34 a. 1 arg. 3

Praeterea, odium est aversio quaedam. Sed sicut Dionysius dicit, in IV cap. de Div. Nom., Deus omnia ad seipsum convertit. Ergo nullus eum odio habere potest.

II-II q. 34 a. 1 s. c.

Sed contra est, quod dicitur in Psalm., *superbia eorum qui te oderunt ascendit semper*; et Ioan. XV, *nunc autem et viderunt et oderunt me et patrem meum*.

II-II q. 34 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut ex supradictis patet, odium est quidam motus appetitivae potentiae, quae non movetur nisi ab aliquo apprehenso. Deus autem dupliciter ab homine apprehendi potest, uno modo, secundum seipsum, puta cum per essentiam videtur; alio modo, per effectus suos, cum scilicet *invisibilia Dei per ea quae facta*

bytnosti jest dobrota sama, kterou nemůže míti nikdo v nenávisti, poněvadž v pojmu dobra jest, aby bylo milováno. A proto jest nemožné, aby někdo vidoucí Boha v bytnosti, měl ho v nenávisti. Ale jsou některé jeho účinky, které žádným způsobem nemohou býti nikterak protivné vůli lidské, poněvadž býti, žíti a rozuměti, což jsou jakési účinky Boží, jest žádoucí a milé všem. Proto také pokud Bůh jest poznáván jako původce těchto účinků, nemůže býti nenáviděn. Jsou však některé účinky Boží, které odporují nezřízené vůli, jako uložení trestu, a také zabraňování hříchům skrz božský zákon, což odporuje vůli pokažené hříchem. A při pozorování takových účinků Bůh může býti od některých nenáviděn, pokud se totiž postřehuje zabraňující hříchu a sesilující tresty.

K prvnímu se tedy musí říci, že onen důvod platí o těch, kteří vidí Boží bytnost, která je sama bytnost dobroty.

K druhému se musí říci, že onen důvod platí při tom, když se Bůh poznává jako příčina oněch účinků, které jsou od lidí přirozeně milovány. A mezi těmito jsou díla pravdy, dávající se člověku poznati.

K třetímu se musí říci, že Bůh obrací vše k sobě, pokud je původem bytí, poněvadž vše, pokud jest, tíhne k podobnosti s Bohem, jenž je bytí samo.

XXXIV.2. Zda nenávist Boha je největší z hříchů.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že nenávist Boha není největší z hříchů. Neboť nejtěžší hřích je hřích proti Duchu Svatému, který je neodpustitelný, jak se praví Mat. 12. Ale nenávist Boha se nepočítá mezi druhy hříchů proti Duchu Svatému, jak jest patrné ze shora řečeného. Tedy nenávist k Bohu není nejtěžším z hříchů.

Mimo to hřích pozůstává ve vzdálení od Boha. Ale zdá se, že více je vzdálen od Boha nevěřící, který nemá ani poznání Boha, než věřící, který, třebaže Boha nenávidí, přece jej aspoň poznává. Tedy se zdá, že hřích nevěry je těžší než hřích nenávisti k Bohu.

Mimo to Bůh je nenáviděn jenom pro své účinky, které odporují vůli, mezi nimiž hlavní je trest. Ale nenáviděti trest není největší z hříchů. Tedy nenávist Boha není největší z hříchů.

Avšak proti jest, že "protilehlým nejlepšího je nejhorší", jak jest patrné z Filosofa, v VIII. Ethic. Ale nenávist Boha jest protilehlá oblibě Boha, v níž pozůstává nejlepší člověka. Tedy nenávist Boha jest nejhorší hřích člověka.

Odpovídám: Musí se říci, že chyba hříchu pozůstává v odvrácení od Boha, jak bylo řečeno. Avšak takové odvrácení od Boha nemělo by ráz viny, kdyby nebylo *sunt intellecta conspiciuntur*. Deus autem per essentiam suam est ipsa bonitas, quam nullus habere odio potest, quia de ratione boni est ut ametur. Et ideo impossibile est quod aliquis videns Deum per essentiam eum odio habeat. Sed effectus eius aliqui sunt qui nullo modo possunt esse contrarii voluntati humanae, quia esse, vivere et intelligere est appetibile et amabile omnibus, quae sunt quidam effectus Dei. Unde etiam secundum quod Deus apprehenditur ut auctor horum effectuum, non potest odio haberi. Sunt autem quidam effectus Dei qui repugnant inordinatae voluntati, sicut inflictio poenae; et etiam cohibitio peccatorum per legem divinam, quae repugnat voluntati depravatae per peccatum. Et quantum ad consideration tem talium effectuum, ab aliquibus Deus odio haberi potest, inquantum scilicet apprehenditur peccatorum prohibitor et poenarum inflictor.

II-II q. 34 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa procedit quantum ad illos qui vident Dei essentiam, quae est ipsa essentia bonitatis.

II-II q. 34 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit quantum ad hoc quod apprehenditur Deus ut causa illorum effectuum qui naturaliter ab hominibus amantur, inter quos sunt opera veritatis praebentis suam cognitionem hominibus.

II-II q. 34 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod Deus convertit omnia ad seipsum inquantum est essendi principium, quia omnia, inquantum sunt, tendunt in Dei similitudinem, qui est ipsum esse.

2. Utrum odium Dei sit maximum peccatorum.

II-II q. 34 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod odium Dei non sit maximum peccatorum. Gravissimum enim peccatum est peccatum in spiritum sanctum, quod est irremissibile, ut dicitur Matth. XII. Sed odium Dei non computatur inter species peccati in spiritum sanctum; ut ex supradictis patet. Ergo odium Dei non est gravissimum peccatorum.

II-II q. 34 a. 2 arg. 2

Praeterea, peccatum consistit in elongatione a Deo. Sed magis videtur esse elongatus a Deo infidelis, qui nec Dei cognitionem habet, quam fidelis, qui saltem, quamvis Deum odio habet, eum tamen cognoscit. Ergo videtur quod gravius sit peccatum infidelitatis quam peccatum odii in Deum.

II-II q. 34 a. 2 arg. 3

Praeterea, Deus habetur odio solum ratione suorum effectuum qui repugnant voluntati, inter quos praecipuum est poena. Sed odire poenam non est maximum peccatorum. Ergo odium Dei non est maximum peccatorum.

II-II q. 34 a. 2 s. c.

Sed contra est quod optimo opponitur pessimum; ut patet per philosophum, in VIII Ethic. Sed odium Dei opponitur dilectioni Dei, in qua consistit optimum hominis. Ergo odium Dei est pessimum peccatum hominis.

II-II q. 34 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod defectus peccati consistit in aversione a Deo, ut supra dictum est. Huiusmodi autem

dobrovolně Proto ráz viny pozůstává v dobrovolném odvrácení od Boha. Avšak toto dobrovolné odvrácení od Boha o sobě tkví v nenávisti Boha, kdežto u jiných hříchů jen podílně a podle jiného. Jako totiž vůle o sobě lne k tomu, co miluje, tak o sobě uniká tomu, co nenávidí. Pročež, když někdo nenávidí Boha, vůle jeho ze sebe se od něho odvrací. Ale v jiných hříších, třebas když někdo smilní, neodvrací se od Boha ze sebe, ale podle jiného, pokud totiž žádá nezřízené potěšení, které má připojené odvrácení od Boha. Avšak vždy to, co jest o sobě, je více než to, co je podle jiného. Proto nenávist Boha je mezi jinými hříchy těžší.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Řehoř, v XXV. Moral., "jiné jest nekonati dobra, a jiné nenáviděti dárce dober; jako jest jiné hřešiti z unáhlení, jiné z rozvahy". Z čehož se dává rozuměti, že nenáviděti Boha, dárce všech dober, jest hřešiti z rozvahy; což je hřích proti Duchu Svatému. Z toho jest jasné, že nenávist Boha jest nejvíce hříchem proti Duchu Svatému, pokud hřích proti Duchu Svatému označuje zvláštní rod hříchu. Proto se však nepočítá mezi druhy hříchu proti Duchu Svatému, poněvadž se všeobecně nachází v každém druhu hříchu proti Duchu Svatému.

K druhému se musí říci, že sama nevěra nemá ráz viny, leč pokud je dobrovolná; a proto tím je těžší, čím více je dobrovolná. Avšak, že jest dobrovolná, pochází odtud, že má někdo v nenávisti pravdu, která se předkládá. Proto jest patrné, že ráz hříchu nevěry je z nenávisti Boha, o jehož pravdě je víra; a proto, jako příčina je více než účinek, tak nenávist k Bohu je větší hřích než nevěra.

K třetímu se musí říci, že ne kdokoli nenávidí tresty, nenávidí Boha, původce trestů; neboť mnozí nenávidí tresty, a přece je trpělivě snášejí z úcty k Bohu spravedlnosti. Pročež Augustin praví, v X. Vyzn., že trestná zla Bůh "káže snášeti, ne milovati". Ale vypuknouti v nenávist trestajícího Boha, to jest míti v nenávisti samu Boží spravedlnost, což je nejtěžší hřích. Proto Řehoř praví, XXV. Moral: "Jako je někdy těžší hřích milovati hřích, nežli páchati, tak je špatnější nenáviděti spravedlnost než ji nečiniti."

XXXIV.3. Zda každá nenávist bližního je hříchem.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že každá nenávist bližního není hříchem. Neboť žádný hřích se nenachází v přikázáních nebo radách božského zákona, podle onoho Přísl. 8: "Správně jsou všechny řeči mé, nic není v nich špatného ani převrácného." A Luk. 14 se praví: "Přichází-li někdo ke mně, a nemá v nenávisti otce a matku, nemůže býti mým učedníkem." Tedy ne každá nenávist k bližnímu je hříchem.

Mimo to nic nemůže být hříchem podle toho, v čem napodobujeme Boha. Ale napodobujíce Boha, máme některé v nenávisti, neboť se praví Řím. I: "Zlehčovatelé, Bohem nenávidění." Tedy můžeme míti některé v nenávisti bez hříchu..

aversio rationem culpae non haberet nisi voluntaria esset. Unde ratio culpae consistit in voluntaria aversione a Deo. Haec autem voluntaria aversio a Deo per se quidem importatur in odio Dei, in aliis autem peccatis quasi participative et secundum aliud. Sicut enim voluntas per se inhaeret ei quod amat, ita secundum se refugit id quod odit, unde quando aliquis odit Deum, voluntas eius secundum se ab eo avertitur. Sed in aliis peccatis, puta cum aliquis fornicatur, non avertitur a Deo secundum se, sed secundum aliud, inquantum scilicet appetit inordinatam delectationem, quae habet annexam aversionem a Deo. Semper autem id quod est per se est potius eo quod est secundum aliud. Unde odium Dei inter alia peccata est gravius.

II-II q. 34 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Gregorius dicit, XXV Moral., *aliud est bona non facere, aliud est bonorum odisse datorem, sicut aliud est ex praecipitatione, aliud ex deliberatione peccare* ex quo datur intelligi quod odire Deum, omnium bonorum datorem, sit ex deliberatione peccare, quod est peccatum in spiritum sanctum. Unde manifestum est quod odium Dei maxime est peccatum in spiritum sanctum, secundum quod peccatum in spiritum sanctum nominat aliquod genus speciale peccati. Ideo tamen non computatur inter species peccati in spiritum sanctum, quia generaliter invenitur in omni specie peccati in spiritum sanctum.

II-II q. 34 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod ipsa infidelitas non habet rationem culpae nisi inquantum est voluntaria. Et ideo tanto est gravior quanto est magis voluntaria. Quod autem sit voluntaria provenit ex hoc quod aliquis odio habet veritatem quae proponitur. Unde patet quod ratio peccati in infidelitate sit ex odio Dei, circa cuius veritatem est fides. Et ideo, sicut causa est potior effectu, ita odium Dei est maius peccatum quam infidelitas.

II-II q. 34 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod non quicumque odit poenas odit Deum, poenarum auctorem, nam multi odiunt poenas qui tamen patienter eas ferunt ex reverentia divinae iustitiae. Unde et Augustinus dicit, X Confess., quod mala poenalia Deus tolerare iubet, non amari. Sed prorumpere in odium Dei punientis, hoc est habere odio ipsam Dei iustitiam, quod est gravissimum peccatum. Unde Gregorius dicit, XXV Moral., *sicut nonnunquam gravius est peccatum diligere quam perpetrare, ita nequius est odisse iustitiam quam non fecisse*.

3. Utrum odium proximi semper sit peccatum.

II-II q. 34 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod non omne odium proximi sit peccatum. Nullum enim peccatum invenitur in praeceptis vel consiliis legis divinae, secundum illud Prov. VIII. *Recti sunt omnes sermones mei, non est in eis pravum quid nec perversum*. Sed Luc. XIV dicitur, *si quis venit ad me et non odit patrem et matrem, non potest meus esse discipulus*. Ergo non omne odium proximi est peccatum.

II-II q. 34 a. 3 arg. 2

Praeterea, nihil potest esse peccatum secundum quod Deum imitamur. Sed imitando Deum quosdam odio habemus, dicitur enim Rom. I, *detractores, Deo odibiles*. Ergo possumus aliquos odio habere absque peccato.

Mimo to nic přirozeného není hříchem, poněvadž hřích jest "ustoupení od toho, co je podle přirozenosti", jak praví Damašský v II. knize. Ale je přirozené každé věci, že nenávidí to, co je si protivné a usiluje o jeho zrušení. Tedy zdá se, že není hříchem, má-li někdo v nenávisti svého nepřítele.

Avšak proti jest, co se praví I. Jan. 2: "Kdo nenávidí bratra svého, je ve tmách." Ale duchovní tmy jsou hříchy. Tedy nenávist bližního nemůže býti bez hříchu.

Odpovídám: Musí se říci, že nenávist je protilehlá lásce, jak bylo shora řečeno. Proto nenávist má tolik z pojmu zla, kolik má láska z pojmu dobra. Lásku však třeba míti k bližnímu podle toho, co má od Boha, to jest podle přirozeností a milosti, ne však podle toho, co má sám od sebe a ďábla, totiž podle hříchu a nedostatku spravedlnosti. Pročež je dovoleno míti v nenávisti v bratru hřích a všecko to, co patří k nedostatku božské spravedlnosti. Ale samu přirozenost a milost bratrovu nemůže míti někdo v nenávisti bez hříchu. Avšak právě to, že v bratru nenávidíme vinu a nedostatek dobra, patří k milování bratra. Neboť téhož rázu jest, že chceme něčí dobro a že nenávidíme jeho zlo. Proto jednoduše vzata nenávist k bratrovi jest vždy s hříchem.

K prvnímu se tedy musí říci, že rodiče co do přirozenosti a příbuznosti, kterou jsou s námi spojeni, máme ctíti podle přikázání Božího, jak jest patrné Exod. 20. Avšak mají se nenáviděti v tom, že nám jsou překážkou přistoupiti k dokonalosti božské spravedlnosti.

K druhému se musí říci, že Bůh nenávidí v zlehčovatelích vinu, ne přirozenost. A takto můžeme míti zlehčovatele v nenávisti bez hříchu.

K třetímu se musí říci, že lidé podle dober, která mají od Boha, nejsou proti nám, tedy vzhledem k tomu se mají milovati. Avšak jsou proti nám, pokud proti nám jednají nepřátelsky, což patří k jejich vině; a podle toho mají býti nenáviděni. Neboť máme v nich míti v nenávisti to, že jsou našimi nepřáteli.

XXXIV.4. Zda nenávist k bližnímu je nejtěžší z hříchů, které se páchají proti bližnímu.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že nenávist k bližnímu je nejtěžší z těch hříchů, které se páchají proti bližnímu. Praví se totiž I. Jan. 3: "Každý, kdo nenávidí bratra svého, je vrah." Ale vražda je nejtěžší z hříchů, které se páchají proti bližnímu. Tedy i nenávist.

Mimo to nejhorší jest protilehlé nejlepšímu. Ale nejlepší z těch, která prokazujeme bližnímu, jest milování, neboť vše ostatní se odnáší k lásce. Tedy i nejhorší jest nenávist.

Avšak proti jest, "zlo se říká, protože škodí", podle Augustina, v Ench. Ale více někdo škodí bližnímu jinými hříchy než nenávistí, na příklad krádeží, vraždou a

II-II q. 34 a. 3 arg. 3

Praeterea, nihil naturalium est peccatum, quia *peccatum est recessus ab eo quod est secundum naturam*, ut Damascenus dicit, in II libro. Sed naturale est unicuique rei quod odiat id quod est sibi contrarium et quod nitatur ad eius corruptionem. Ergo videtur non esse peccatum quod aliquis habeat odio inimicum suum.

II-II q. 34 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur I Ioan. II, *qui fratrem suum odit in tenebris est*. Sed tenebrae spirituales sunt peccata. Ergo odium proximi non potest esse sine peccato.

II-II q. 34 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod odium amori opponitur, ut supra dictum est. Unde tantum habet odium de ratione mali quantum amor habet de ratione boni. Amor autem debetur proximo secundum id quod a Deo habet, idest secundum naturam et gratiam, non autem debetur ei amor secundum id quod habet a seipso et Diabolo, scilicet secundum peccatum et iustitiae defectum. Et ideo licet habere odio in fratre peccatum et omne illud quod pertinet ad defectum divinae iustitiae, sed ipsam naturam et gratiam fratris non potest aliquis habere odio sine peccato. Hoc autem ipsum quod in fratre odimus culpam et defectum boni, pertinet ad fratris amorem, eiusdem enim rationis est quod velimus bonum alicuius et quod odimus malum ipsius. Unde, simpliciter accipiendo odium fratris, semper est cum peccato.

II-II q. 34 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod parentes, quantum ad naturam et affinitatem qua nobis coniunguntur, sunt a nobis secundum praeceptum Dei honorandi, ut patet Exod. XX. Odiendi autem sunt quantum ad hoc quod impedimentum praestant nobis accedendi ad perfectionem divinae iustitiae.

II-II q. 34 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod Deus in detractoribus odio habet culpam, non naturam. Et sic sine culpa possumus odio detractores habere.

II-II q. 34 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod homines secundum bona quae habent a Deo non sunt nobis contrarii, unde quantum ad hoc sunt amandi. Contrariantur autem nobis secundum quod contra nos inimicitias exercent, quod ad eorum culpam pertinet, et quantum ad hoc sunt odio habendi. Hoc enim in eis debemus habere odio, quod nobis sunt inimici.

4. Utrum sit maximum inter peccata quae sunt in proximum.

II-II q. 34 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod odium proximi sit gravissimum peccatum eorum quae in proximo committuntur. Dicitur enim I Ioan. III, *omnis qui odit fratrem suum homicida est*. Sed homicidium est gravissimum peccatorum quae committuntur in proximum. Ergo et odium.

II-II q. 34 a. 4 arg. 2

Praeterea, pessimum opponitur optimo. Sed optimum eorum quae proximo exhibemus est amor, omnia enim alia ad dilectionem referuntur. Ergo et pessimum est odium.

II-II q. 34 a. 4 s. c. 1

Sed contra, malum dicitur quod nocet; secundum

cizoložstvím. Tedy nenávist není nejtěžší hřích.

Mimo to Zlatoústý, vykládaje ono Mat. 5: "Kdo by zrušil jedno z těchto nejmenších přikázání," praví: "Přikázání Mojžíšova, Nezabiješ, Nezcizoložíš, v odměně jsou skromná, v hříchu však veliká; ale příkazy Kristovy, totiž: Nebudeš se hněvati, Nepožádáš, v odměně jsou veliké ale v hříchu nejmenší." Ale nenávist patří k vnitřnímu hnutí, jakož i hněv a žádost. Tedy nenávist k bližnímu je menší hřích než vražda.

Odpovídám: Musí se říci, že hřích, který se páše proti bližnímu, má ráz zla ze dvojího: a to jedním způsobem z nezřízenosti toho, jenž hřeší; jiným způsobem ze škody, která se působí tomu, proti němuž se hřeší. Tedy prvním způsobem nenávist je větší hřích než vnější úkony, které jsou na škodu bližního, poněvadž totiž nenávisti se činí nezřízenou vůle člověka, která je to největší v člověku, a z níž je kořen hříchu. Proto i kdyby vnější úkony byly nezřízené bez nezřízenosti vůle, nebyly by hříchy, třebas když někdo nevědomky anebo horle pro spravedlnost, zabije člověka. A je-li něco viny ve vnějších hříších, které se páchají proti bližnímu, vše jest z vnitřní nenávisti. Ale co do škody, která se dělá bližnímu, horší jsou hříchy vnější než vnitřní nenávist.

A tím jest patrná odpověď na námitky.

XXXIV.5. Zda nenávist je hlavní neřest.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že nenávist je hlavní neřest. Neboť: nenávist je přímo proti lásce. Ale láska je nejhlavnější ctnost a matka jiných. Tedy nenávist je nejvíce hlavní neřest a počátek všech ostatních.

Mimo to hříchy v nás vznikají podle náklonnosti vášní, podle onoho Řím. 7: "Vášně hříchů pracovaly v našich údech, aby rodily smrti." Ale ve vášních duše se zdají z lásky a nenávisti následovati jiné, jak je patrné ze shora řečeného. Tedy nenávist se má klásti mezi hlavní neřesti.

Mimo to neřest je zlo mravní. Ale nenávist se více vztahuje ke zlu než jiná váseň. Tedy zdá se, že se má stanoviti hlavní neřest nenávisti.

Avšak proti jest, že Řehoř v 31 Moral. nepočítá nenávist mezi sedmi hlavními neřestmi.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, hlavní neřest je, z níž jako častěji vznikají jiné neřesti. Ale neřest je proti přirozenosti člověka, pokud je rozumový živočich. Avšak v těch, která se dějí proti přirozenosti, pozvolna se porušuje to, co jest přirozenosti. Proto je třeba, aby se nejprve ustoupilo od toho, co je méně podle přirozenosti, poněvadž to, co je první při sestavování, je poslední při rozkladu. Avšak to, co je nejvíce a nejprve člověku

Augustinum, in Enchirid. Sed plus aliquis nocet proximo per alia peccata quam per odium, puta per furtum et homicidium et adulterium. Ergo odium non est gravissimum peccatum.

II-II q. 34 a. 4 s. c. 2

Praeterea, Chrysostomus, exponens illud Matth., *qui solverit unum de mandatis istis minimis*, dicit, *mandata Moysi, non occides, non adulterabis, in remuneratione modica sunt, in peccato autem magna, mandata autem Christi, idest non irascaris, non concupiscas, in remuneratione magna sunt, in peccato autem minima*. Odium autem pertinet ad interiorem motum, sicut et ira et concupiscentia. Ergo odium proximi est minus peccatum quam homicidium.

II-II q. 34 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod peccatum quod committitur in proximum habet rationem mali ex duobus, uno quidem modo, ex deordinatione eius qui peccat; alio modo, ex nocumento quod infertur ei contra quem peccatur. Primo ergo modo odium est maius peccatum quam exteriores actus qui sunt in proximi nocumentum, quia scilicet per odium deordinatur voluntas hominis, quae est potissimum in homine, et ex qua est radix peccati. Unde etiam si exteriores actus inordinati essent absque inordinatione voluntatis, non essent peccata, puta cum aliquis ignoranter vel zelo iustitiae hominem occidit. Et si quid culpae est in exterioribus peccatis quae contra proximum committuntur, totum est ex interiori odio. Sed quantum ad nocumentum quod proximo infertur peiora sunt exteriora peccata quam interius odium.

II-II q. 34 a. 4 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

5. Utrum sit vitium capitale.

II-II q. 34 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod odium sit vitium capitale. Odium enim directe opponitur caritati. Sed caritas est principalissima virtutum et mater aliarum. Ergo odium est maxime vitium capitale, et principium omnium aliorum.

II-II q. 34 a. 5 arg. 2

Praeterea, peccata oriuntur in nobis secundum inclinationem passionum, secundum illud ad Rom. VII, *passiones peccatorum operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti*. Sed in passionibus animae ex amore et odio videntur omnes aliae sequi, ut ex supradictis patet. Ergo odium debet poni inter vitia capitalia.

II-II q. 34 a. 5 arg. 3

Praeterea, vitium est malum morale. Sed odium principalius respicit malum quam alia passio. Ergo videtur quod odium debet poni vitium capitale.

II-II q. 34 a. 5 s. c.

Sed contra est quod Gregorius, XXXI Moral., non enumerat odium inter septem vitia capitalia.

II-II q. 34 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, vitium capitale est ex quo ut frequentius alia vitia oriuntur. Vitium autem est contra naturam hominis inquantum est animal rationale. In his autem quae contra naturam fiunt paulatim id quod est naturae corrumpitur. Unde oportet quod primo recedatur ab eo quod est minus secundum naturam, et ultimo ab eo quod est maxime secundum naturam, quia id

přirozené, jest, aby miloval dobro, a zvláště dobro božské a dobro bližního. A proto nenávist, která jest proti této lásce, není první při ničení ctnosti, které se děje nešestmi, ale poslední. A proto nenávist není hlavní neřest.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak se praví v VII. Fysic., "ctnost každé věci záleží v tom, aby byla dobře uzpůsobena podle své přirozenosti." Pročež ve ctnostech musí býti první a hlavní, co je první a hlavní v řádu přirozeném. A proto láska se. klade za nehlavnější ctnost. A z téhož důvodu nemůže býti nenávist první neřest, jak bylo řečeno.

K druhému se musí říci, že nenávist zla, které je protivou dobra přirozeného, je první mezi vášněmi duše, jakož i milování přirozeného dobra. Ale nenávist k dobru sourodému nemůže býti první, ale má ráz posledního, poněvadž taková nenávist dosvědčuje porušenost přirozenosti již nastalou, jako i milování cizího dobra.

K třetímu se musí říci, že je dvojí zlo. Nějaké pravé, jež totiž odporuje přirozenému dobru. A nenávist takového dobra může míti ráz prvenství mezi vášněmi. Jest pak jiné zlo nepravé, ale zdánlivé, které je totiž pravým dobrem a sourodým, ale považuje se za zlo pro porušenost přirozenosti. A je třeba, aby nenávist takového zla byla na konci. Tato pak nenávist je neřestná, ne však první.

XXXIV.6. Zda nenávist vzniká ze závisti.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že nenávist nevzniká ze závisti. Neboť závist je "jakýsi smutek z cizích dober". Avšak nenávist nevzniká ze smutku, ale spíše naopak, neboť máme smutek z přítomnosti zel, která nenávidíme. Tedy nenávist nevzniká ze závisti.

Mimo to nenávist je protilehlá oblibě. Ale obliba bližního se vztahuje k oblibě Boha, jak jsme měli nahoře. Tedy i nenávist bližního se vztahuje k nenávisti Boha. Ale příčinou nenávisti k Bohu není závist. Neboť nezávidíme těm, kteří jsou od nás příliš vzdáleni, ale těm, kteří se zdají blízkými, jak je patrné z Filosofa, v II. Rhetoric. Tedy příčinou nenávisti není závist.

Mimo to jeden účinek má jednu příčinu. Ale příčinou nenávisti je hněv. Praví totiž Augustin v Řeholi, že "hněv roste v nenávist". Tedy příčinou nenávisti není závist.

Avšak proti jest, co praví Řehoř v 31. Morál., že "ze závisti vzniká nenávist".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, nenávist bližního je poslední v postupu hříchu, poněvadž je proti lásce, kterou je bližní přirozeně milován. Avšak že někdo ustupuje od toho, co je přirozené, stává se tím, že se zamýšlí varovati něčeho, čemu třeba přirozeně utíkati. Avšak přirozeně utíká každý živočich smutku, jakož i žádá potěšení, jak jest patrné z Filosofa, v VII. a X. Ethic. A

quod est primum in constructione est ultimum in resolutione. Id autem quod est maxime et primo naturale homini est quod diligat bonum, et praecipue bonum divinum et bonum proximi. Et ideo odium, quod huic dilectioni opponitur, non est primum in deletione virtutis, quae fit per vitia, sed ultimum. Et ideo odium non est vitium capitale.

II-II q. 34 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut dicitur in VII Physic., *virtus uniuscuiusque rei consistit in hoc quod sit bene disposita secundum suam naturam*. Et ideo in virtutibus oportet esse primum et principale quod est primum et principale in ordine naturali. Et propter hoc caritas ponitur principalissima virtutum. Et eadem ratione odium non potest esse primum in vitiis, ut dictum est.

II-II q. 34 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod odium mali quod contrariatur naturali bono est primum inter passiones animae, sicut et amor naturalis boni. Sed odium boni connaturalis non potest esse primum, sed habet rationem ultimi, quia tale odium attestatur corruptioni naturae iam factae, sicut et amor extranei boni.

II-II q. 34 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod duplex est malum. Quoddam verum, quia scilicet repugnat naturali bono, et huius mali odium potest habere rationem prioritatis inter passiones. Est autem aliud malum non verum, sed apparens, quod scilicet est verum bonum et connaturale, sed aestimatur ut malum propter corruptionem naturae. Et huiusmodi mali odium oportet quod sit in ultimo. Hoc autem odium est vitiosum, non autem primum.

6. Ex quo capitali vitio oriatur.

II-II q. 34 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod odium non oriatur ex invidia. Invidia enim est tristitia quaedam de alienis bonis. Odium autem non oritur ex tristitia, sed potius e converso, tristamur enim de praesentia malorum quae odimus. Ergo odium non oritur ex invidia.

II-II q. 34 a. 6 arg. 2

Praeterea, odium dilectioni opponitur. Sed dilectio proximi refertur ad dilectionem Dei, ut supra habitum est. Ergo et odium proximi refertur ad odium Dei. Sed odium Dei non causatur ex invidia, non enim invidemus his qui maxime a nobis distant, sed his qui propinqui videntur, ut patet per philosophum, in II Rhet. Ergo odium non causatur ex invidia.

II-II q. 34 a. 6 arg. 3

Praeterea, unius effectus una est causa. Sed odium causatur ex ira, dicit enim Augustinus, in regula, quod ira crescit in odium. Non ergo causatur odium ex invidia.

II-II q. 34 a. 6 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, XXXI Moral., quod de invidia oritur odium.

II-II q. 34 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, odium proximi est ultimum in progressu peccati, eo quod opponitur dilectioni qua naturaliter proximus diligitur. Quod autem aliquis recedat ab eo quod est naturale, contingit ex hoc quod intendit vitare aliquid quod est naturaliter fugiendum. Naturaliter autem omne animal fugit

proto, jako příčinou potěšení je láska, tak příčinou nenávisti je smutek. Neboť jako jsme hýbáni k milování těch, která nás těší, pokud se právě proto berou v pojmu dobra, tak jsme hýbáni k nenávisti těch, která nás zarmucují, pokud právě proto se berou v pojmu zla. Proto, ježto nenávist je smutek z dobra bližního, následuje, že dobro bližního se nám stává nenáviděným. A takto ze závisti vzniká nenávist.

K prvnímu se tedy musí říci, že, poněvadž síla žádostivá, jakož i vnímavá, se obrací ke svým úkonům, následuje, že ve hnutích žádostivé mohutnosti jest jakési kroužení. Tedy podle prvního postupu žádostivého hnutí z milování následuje touha, z níž následuje potěšení, když někdo dosáhl, po čem toužil. A poněvadž právě to, co jest potěšení z milovaného dobra, má -nějaký ráz dobra, následuje, že potěšení působí milování. A podle téhož důvodu následuje; že smutek působí nenávist.

K druhému se musí říci, že jest jiný důvod o oblibě a o nenávisti. Neboť předmětem obliby je dobro, které z Boha plyne do tvorů, a proto obliba je nejprve Boha, a potom je bližního. Ale nenávist je zla, které nemá místa v Bohu, nýbrž v jeho účincích. Proto také shora bylo řečeno; že Bůh není nenáviděn, leč pokud se postřehuje podle svých účinků. A proto dříve je nenávist bližního než nenávist Boha. Proto, ježto závist vůči bližnímu je matkou nenávisti, která jest vůči bližnímu, stává se v důsledku příčinou nenávisti, která jest vůči Bohu.

K třetímu se musí říci, že nic nebrání, aby podle různých stránek něco vznikalo z různých příčin. A podle toho může nenávist vzniknouti i z hněvu, i ze závisti. Přiměji však vzniká ze závisti, jíž se samo dobro bližního stává zarmucujícím a v důsledku nenáviděným. Ale z hněvu vzniká nenávist podle jakéhosi zvětšení. Neboť hněvem nejprve žádáme zlo bližního podle nějaké míry, pokud má totiž ráz pomsty; avšak později trváním hněvu se přijde k tomu, že člověk naprostě touží po zlu bližního, což patří k pojmu nenávisti. Proto je patrné, že závist je příčinou nenávisti tvarově, podle rázu předmětu, hněv však uzpůsobováním.

XXXV. O nechuti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o nešestech protilehlých radosti lásky. Ta je pak dobra božského, a proti té radosti je nechuť; i dobra bližního, a proti té radosti jest závist. Tedy nejprve se má uvažovati o nechuti; za druhé o závisti.

O prvním jsou čtyři otázky:

1. Zda nechuť je hřích.

2. Zda je zvláštní neřest.

3. Zda je smrtelný hřích.

tristitiam, sicut et appetit delectationem; sicut patet per philosophum, in VII et X Ethic. Et ideo sicut ex delectatione causatur amor, ita ex tristitia causatur odium, sicut enim movemur ad diligendum ea quae nos delectant, inquantum ex hoc ipso accipiuntur sub ratione boni; ita movemur ad odiendum ea quae nos contristant, inquantum ex hoc ipso accipiuntur sub ratione mali. Unde cum invidia sit tristitia de bono proximi, sequitur quod bonum proximi reddatur nobis odiosum. Et inde est quod ex invidia oritur odium.

II-II q. 34 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod quia vis appetitiva, sicut et apprehensiva, reflectitur super suos actus, sequitur quod in motibus appetitivae virtutis sit quaedam circulatio. Secundum igitur primum processum appetitivi motus, ex amore consequitur desiderium, ex quo consequitur delectatio, cum quis consecutus fuerit quod desiderabat. Et quia hoc ipsum quod est delectari in bono amato habet quandam rationem boni, sequitur quod delectatio causet amorem. Et secundum eandem rationem sequitur quod tristitia causet odium.

II-II q. 34 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod alia ratio est de dilectione et odio. Nam dilectionis obiectum est bonum, quod a Deo in creaturas derivatur, et ideo dilectio per prius est Dei, et per posterius est proximi. Sed odium est mali, quod non habet locum in ipso Deo, sed in eius effectibus, unde etiam supra dictum est quod Deus non habetur odio nisi inquantum apprehenditur secundum suos effectus. Et ideo per prius est odium proximi quam odium Dei. Unde, cum invidia ad proximum sit mater odii quod est ad proximum, fit per consequens causa odii quod est in Deum.

II-II q. 34 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod nihil prohibet secundum diversas rationes aliquid oriri ex diversis causis. Et secundum hoc odium potest oriri et ex ira et ex invidia. Directius tamen oritur ex invidia, per quam ipsum bonum proximi redditur contristabile et per consequens odibile. Sed ex ira oritur odium secundum quoddam augmentum. Nam primo per iram appetimus malum proximi secundum quandam mensuram, prout scilicet habet rationem vindictae, postea autem per continuitatem irae pervenitur ad hoc quod homo malum proximi absolute desideret, quod pertinet ad rationem odii. Unde patet quod odium ex invidia causatur formaliter secundum rationem obiecti; ex ira autem dispositive.

35. De vitiis oppositis caritati quantum ad acediam quae opponitur gaudio caritatis quod est de bono divino.

Prooemium

II-II q. 35 pr.

Deinde considerandum est de vitiis oppositis gaudio caritatis. Quod quidem est et de bono divino, cui gaudio opponitur acedia; et de bono proximi, cui gaudio opponitur invidia. Unde primo considerandum est de acedia; secundo, de invidia. Circa primum quaeruntur quatuor. Primo, utrum acedia sit peccatum. Secundo, utrum sit speciale vitium. Tertio, utrum sit mortale peccatum. Quarto, utrum sit vitium capitale.

4. Zda je hlavní nešest.

XXXV.1. Zda nechuť je hřích.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že nechuť není hříchem. Neboť, podle Filosofa, v II. Ethic. "pro vášně nejsou ani chvála ani hana". Ale nechuť je nějaká vášeň, jak praví Damašský, a měli jsme shora. Tedy nechuť není hříchem.

Mimo to, žádná tělesná chyba, která připadá na stanovené hodiny, nemá ráz hříchu. Ale taková je nechuť, neboť Kassián praví, v X. knize O zařízeních klášter.: "Nechuť znepokojuje mnicha hlavně okolo hodiny šesté, zachvacujíc jako horečka v určité době, v obvyklých a stanovených hodinách přinášejíc nemocné duši nejpalčivější žáry svých zápalů." Tedy nechuť není hříchem.

Mimo to, co pochází z dobrého kořene, to se nezdá býti hříchem. Ale nechuť pochází z dobrého kořene, neboť Kassián praví, v téže knize, že nechuť pochází odtud, že někdo "vzdychá, že nemá duchovního prospěchu, a velebí odlehlé a daleko položené kláštery," což se zdá náležeti k pokoře. Tedy nechuť není hříchem.

Mimo to se má utíkati každému hříchu podle onoho Eccli.: "Jako před tváří hada utíkej hříchu." Ale Kassián praví, v téže knize: "Zkušeností je dokázáno, že útočení nechuti se má utíkati ne vyhýbáním, ale má se přemoci odporováním." Tedy nechuť není hříchem.

Avšak proti jest, že to, co je zakázáno v Písmě svatém, jest hříchem. Avšak taková je nechuť; neboť se praví Eccli. 6: "Podlož svou šíji a nes ji," totiž duchovní moudrost, "a neznechucuj si její pouta." Tedy nechuť je hříchem.

Odpovídám: Musí se říci, že nechuť, podle Damašského, jest "nějaký tíživý smutek", který totiž tak tlačí lidského ducha, že nemá žádnou chuť jednati; jako ta, která jsou kyselá1 jsou také studená. Pročež nechuť obnáší jakýsi hnus práce, jak jest patrné z toho, co se praví v Glosse, k onomu Žalmu: "Všechen pokrm si zhnusila jejich duše;" a někteří praví, že nechuť je "ztrnulost mysli, nedbající začíti dobra". Avšak takový smutek je vždy špatný, a to někdy sám sebou, někdy pak podle účinku. Neboť smutek špatný sám sebou jest, který je z toho, co je zdánlivě zlo, vpravdě však dobro, jako naopak špatné potěšení je, které je ze zdánlivého dobra, vpravdě však zla. Poněvadž tedy duchovní dobro je vpravdě dobro, smutek, který je z duchovního dobra, je sám sebou špatný. Ale také smutek, který je z pravého zla, jest špatný podle účinku, jestliže tak zatíží člověka, že ho zcela odvádí od dobrého skutku; proto i Apoštol, II. Kor. 2, nechce, aby se. kající "větším smutkem" nad hříchem "ztravoval". Poněvadž tedy nechuť, jak se zde béře, znamená smutek z duchovního dobra, je dvojmo špatná, i sama sebou, i podle účinku. Pročež nechuť je hříchem; neboť zlo ve hnutích žádostivých nazýváme hříchem, jak je patrné ze shora řečeného.

1 Acedia (nechuť) - acidum; nesprávná etymologie. Řecké slovo akédia = nechuť.

1. Utrum acedia sit peccatum.

II-II q. 35 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod acedia non sit peccatum. *Passionibus enim non laudamur neque vituperamur*; secundum philosophum, in II Ethic. Sed acedia est quaedam passio, est enim species tristitiae, ut Damascenus dicit, et supra habitum est. Ergo acedia non est peccatum.

II-II q. 35 a. 1 arg. 2

Praeterea, nullus defectus corporalis qui statutis horis accidit habet rationem peccati. Sed acedia est huiusmodi, dicit enim Cassianus, in X Lib. de institutis monasteriorum, *maxime acedia circa horam sextam monachum inquietat, ut quaedam febris ingruens tempore praestituto, ardentissimos aestus accensionum suarum solitis ac statutis horis animae inferens aegrotanti*. Ergo acedia non est peccatum.

II-II q. 35 a. 1 arg. 3

Praeterea, illud quod ex radice bona procedit non videtur esse peccatum. Sed acedia ex bona radice procedit, dicit enim Cassianus, in eodem libro, quod acedia provenit ex hoc quod aliquis *ingemiscit se fructum spiritualem non habere, et absentia longeque posita magnificat monasteria*; quod videtur ad humilitatem pertinere. Ergo acedia non est peccatum.

II-II q. 35 a. 1 arg. 4

Praeterea, omne peccatum est fugiendum, secundum illud Eccli. XXI, *quasi a facie colubri, fuge peccatum*. Sed Cassianus dicit, in eodem libro, *experimento probatum est acediae impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam*. Ergo acedia non est peccatum.

II-II q. 35 a. 1 s. c.

Sed contra, illud quod interdicitur in sacra Scriptura est peccatum. Sed acedia est huiusmodi, dicitur enim Eccli. VI, subiice humerum tuum et porta illam, idest spiritualem sapientiam, et non acedieris in vinculis eius. Ergo acedia est peccatum.

II-II q. 35 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod acedia, secundum Damascenum, est quaedam tristitia aggravans, quae scilicet ita deprimit animum hominis ut nihil ei agere libeat; sicuti ea quae sunt acida etiam frigida sunt. Et ideo acedia importat quoddam taedium operandi, ut patet per hoc quod dicitur in Glossa super illud Psalm., *omnem escam abominata est anima eorum*; et a quibusdam dicitur quod acedia est torpor mentis bona negligentis inchoare. Huiusmodi autem tristitia semper est mala, quandoque quidem etiam secundum seipsam; quandoque vero secundum effectum. Tristitia enim secundum se mala est quae est de eo quod est apparens malum et vere bonum, sicut e contrario delectatio mala est quae est de eo quod est apparens bonum et vere malum. Cum igitur spirituale bonum sit vere bonum, tristitia quae est de spirituali bono est secundum se mala. Sed etiam tristitia quae est de vere malo mala est secundum effectum si sic hominem aggravet ut eum totaliter a bono opere retrahat, unde et apostolus, II ad Cor. II, non vult ut poenitens maiori tristitia de peccato absorbeatur. Quia igitur acedia, secundum quod hic sumitur, nominat tristitiam spiritualis boni, est dupliciter mala, et secundum se et secundum effectum. Et ideo acedia est peccatum, malum enim in motibus appetitivis dicimus esse peccatum, ut ex supradictis patet.

II-II q. 35 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod passiones secundum se non sunt peccata, sed secundum quod applicantur ad aliquod malum, vituperantur; sicut et laudantur ex hoc quod applicantur ad aliquod bonum. Unde tristitia secundum se non nominat nec aliquid laudabile nec vituperabile, sed tristitia de malo vero moderata nominat aliquid laudabile; tristitia autem de bono, et iterum tristitia immoderata, nominat aliquid vituperabile. Et secundum hoc acedia ponitur peccatum.

II-II q. 35 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod passiones appetitus sensitivi et in se possunt esse peccata venialia, et inclinant animam ad peccatum mortale. Et quia appetitus sensitivus habet organum corporale, sequitur quod per aliquam corporalem transmutationem homo fit habilior ad aliquod peccatum. Et ideo potest contingere quod secundum aliquas transmutationes corporales certis temporibus provenientes aliqua peccata nos magis impugnent. Omnis autem corporalis defectus de se ad tristitiam disponit. Et ideo ieiunantes, circa meridiem, quando iam incipiunt sentire defectum cibi et urgeri ab aestibus solis, magis ab acedia impugnantur.

II-II q. 35 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod ad humilitatem pertinet ut homo, defectus proprios considerans, seipsum non extollat. Sed hoc non pertinet ad humilitatem, sed potius ad ingratitudinem, quod bona quae quis a Deo possidet contemnat. Et ex tali contemptu sequitur acedia, de his enim tristamur quae quasi mala vel vilia reputamus. Sic igitur necesse est ut aliquis aliorum bona extollat quod tamen bona sibi divinitus provisa non contemnat, quia sic ei tristia redderentur.

II-II q. 35 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod peccatum semper est fugiendum, sed impugnatio peccati quandoque est vincenda fugiendo, quandoque resistendo. Fugiendo quidem, quando continua cogitatio auget peccati incentivum, sicut est in luxuria, unde dicitur I ad Cor. VI, *fugite fornicationem*. Resistendo autem, quando cogitatio perseverans tollit incentivum peccati, quod provenit ex aliqua levi apprehensione. Et hoc contingit in acedia, quia quanto magis cogitamus de bonis spiritualibus, tanto magis nobis placentia redduntur; ex quo cessat acedia.

XXXV.2. Zda nechuť je zvláštní nešest.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že nechuť není zvláštní nešest. Neboť co náleží každé nešesti, nestanoví ráz zvláštní nešesti. Ale kterákoliv nešest činí člověka smutným z protilehlého duchovního dobra; neboť chlípný má smutek z dobra zdrželivosti a labužník z dobra střídmosti. Ježto tedy nechuť je smutek z dobra duchovního, jak bylo řečeno, zdá se, že nechuť není zvláštní nešest.

Mimo to nechuť, poněvadž je jakýsi smutek, jest proti radosti. Ale radost se nepokládá za nějakou zvláštní ctnost. Tedy ani nechuť se nemá pokládati za zvláštní nešest.

2. Utrum acedia sit speciale vitium.

II-II q. 35 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod acedia non sit speciale vitium. Illud enim quod convenit omni vitio non constituit specialis vitii rationem. Sed quodlibet vitium facit hominem tristari de bono spirituali opposito, nam luxuriosus tristatur de bono continentiae, et gulosus de bono abstinentiae. Cum ergo acedia sit tristitia de bono spirituali, sicut dictum est, videtur quod acedia non sit speciale peccatum.

II-II q. 35 a. 2 arg. 2

Praeterea, acedia, cum sit tristitia quaedam, gaudio opponitur. Sed gaudium non ponitur una specialis virtus. Ergo neque acedia debet poni speciale vitium.

Mimo to duchovní dobro, poněvadž je jakýsi společný předmět, jejž žádá ctnost, a utíká nešest, nestanoví zvláštní ráz ctnosti nebo nešesti, leč je zúženo něčím přidaným. Ale nic se nevidí, co by je zužovalo na nechuť, je-li zvláštní nešestí, než práce; neboť proto někteří utíkají duchovním dobrům, poněvadž jsou pracná, pročež i nechuť je jakési zhnusení. Avšak utíkati pracím a hledati tělesný klid, zdá se patřiti k témuž, totiž k lenosti. Tedy nechuť není nic jiného než lenost, což se však zdá nesprávné, neboť lenost je protilehlá pilnosti, nechuti však radost. Tedy nechuť není zvláštní nešest.

Avšak proti jest, že Řehoř, v 31 Moral., rozlišuje nechuť od jiných nešestí. Tedy nechuť je zvláštní nešest.

Odpovídám: Musí se říci, že, poněvadž nechuť je smutek z duchovního dobra, béře-li se duchovní dobro obecně, némá nechuť ráz zvláštní nešesti, poněvadž, jak bylo řečeno, každá nešest utíká duchovnímu dobru protilehlé ctnosti. Podobně také nelze říci, že je nechuť zvláštní nešest, pokud utíká duchovnímu dobru, pokud je pracné nebo obtížné tělu nebo překáží jeho potěšení, poněvadž by to nedělilo nechuť od tělesných nešestí, jimiž někdo hledá klid a potěšení těla.

A proto se musí říci, že v duchovních dobrech je jakýsi řád; neboť všechna duchovní dobra, která jsou v úkonech jednotlivých ctností, jsou zařízena k jednomu duchovnímu dobru, kterým je dobro božské, pro něž je zvláštní ctnost, kterou je láska. Proto kterékoliv ctnosti náleží radovati se z vlastního duchovního dobra, které pozůstává ve vlastním úkonu; ale lásce patří zvláště ona duchovní radost, kterou se někdo raduje z božského dobra. A podobně onen smutek kterým se někdo rmoutí z duchovního dobra, které jest v úkonech jednotlivých ctností, nepatří k nějaké zvláštní nešesti, ale ke všem nešestem. Ale rmoutiti se z božského dobra, z něhož se láska raduje, patří ke zvláštní nešesti, která se nazývá nechuť.

A tím je patrná odpověď na námitky.

XXXV.3. Zda nechuť je smrtelný hřích.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že nechuť není smrtelný hřích. Neboť každý smrtelný hřích je proti přikázání zákona Božího. Ale zdá se, že nechuť není proti žádnému přikázání, jak je patrné probírajícímu jednotlivá přikázání desatera. Tedy nechuť není smrtelný hřích.

Mimo to hřích skutkem v témže rodu není menší než hřích srdce. Ale ustoupiti skutkem od nějakého duchovního dobra, vedoucího k Bohu, není smrtelný hřích, jinak by hřešil těžce, kdokoli by nezachovával rady. Tedy ustoupiti srdcem od takových duchovních skutků není smrtelný hřích. Tedy nechuť není smrtelný hřích.

Mimo to, žádný smrtelný hřích se neshledává v dokonalých mužích. Ale nechuť se nachází v dokonalých mužích, neboť Kassián praví, v 10. O Zařízeních Klášterních, že nechuť je "více zkušenost samotářů, a dlících na poušti je útočnějším a častějším nepřítelem". Tedy nechuť není vždy

II-II q. 35 a. 2 arg. 3

Praeterea, spirituale bonum, cum sit quoddam commune obiectum quod virtus appetit et vitium refugit, non constituit specialem rationem virtutis aut vitii nisi per aliquid additum contrahatur. Sed nihil videtur quod contrahat ipsum ad acediam, si sit vitium speciale, nisi labor, ex hoc enim aliqui refugiunt spiritualia bona quia sunt laboriosa; unde et acedia taedium quoddam est. Refugere autem labores, et quaerere quietem corporalem, ad idem pertinere videtur, scilicet ad pigritiam. Ergo acedia nihil aliud esset quam pigritia. Quod videtur esse falsum, nam pigritia sollicitudini opponitur, acediae autem gaudium. Non ergo acedia est speciale vitium.

II-II q. 35 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Gregorius, XXXI Moral., distinguit acediam ab aliis vitiis. Ergo est speciale peccatum.

II-II q. 35 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, cum acedia sit tristitia de spirituali bono, si accipiatur spirituale bonum communiter, non habebit acedia rationem specialis vitii, quia sicut dictum est, omne vitium refugit spirituale bonum virtutis oppositae. Similiter etiam non potest dici quod sit speciale vitium acedia inquantum refugit spirituale bonum prout est laboriosum vel molestum corpori, aut delectationis eius impeditivum, quia hoc etiam non separaret acediam a vitiis carnalibus, quibus aliquis quietem et delectationem corporis quaerit. Et ideo dicendum est quod in spiritualibus bonis est quidam ordo, nam omnia spiritualia bona quae sunt in actibus singularum virtutum ordinantur ad unum spirituale bonum quod est bonum divinum, circa quod est specialis virtus, quae est caritas. Unde ad quamlibet virtutem pertinet gaudere de proprio spirituali bono, quod consistit in proprio actu, sed ad caritatem pertinet specialiter illud gaudium spirituale quo quis gaudet de bono divino. Et similiter illa tristitia qua quis tristatur de bono spirituali quod est in actibus singularum virtutum non pertinet ad aliquod vitium speciale, sed ad omnia vitia. Sed tristari de bono divino, de quo caritas gaudet, pertinet ad speciale vitium, quod acedia vocatur.

II-II q. 35 a. 2 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

3. Utrum sit peccatum mortale.

II-II q. 35 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod acedia non sit peccatum mortale. Omne enim peccatum mortale contrariatur praecepto legis Dei. Sed acedia nulli praecepto contrariari videtur, ut patet discurrenti per singula praecepta Decalogi. Ergo acedia non est peccatum mortale.

II-II q. 35 a. 3 arg. 2

Praeterea, peccatum operis in eodem genere non est minus quam peccatum cordis. Sed recedere opere ab aliquo spirituali bono in Deum ducente non est peccatum mortale, alioquin mortaliter peccaret quicumque consilia non observaret. Ergo recedere corde per tristitiam ab huiusmodi spiritualibus operibus non est peccatum mortale. Non ergo acedia est peccatum mortale.

II-II q. 35 a. 3 arg. 3

Praeterea, nullum peccatum mortale in viris perfectis invenitur. Sed acedia invenitur in viris perfectis, dicit enim Cassianus, in Lib. X de institutis coenobiorum, quod *acedia est solitariis magis experta, et in eremo commorantibus*

těžký hřích.

Avšak proti jest, co se praví II. Kor. 7: "Smutek světa působí smrt." Ale taková je nechuť, neboť není smutkem podle Boha, který se dělí od smutku světa, a který působí smrt. Tedy je smrtelný hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, smrtelný hřích se nazývá, který odnímá duchovní život, který je skrze lásku, podle níž v nás Bůh bydlí. Pročež onen hřích je ze svého rodu hřích smrtelný, který ze sebe podle vlastního rázu se protiví lásce. Avšak taková je nechuť. Neboť vlastním účinkem lásky je radost z Boha, jak bylo shora řečeno, kdežto nechuť je smutek z duchovního dobra, pokud je božským dobrem. Proto podle svého rodu je nechuť smrtelný hřích.

Avšak jest uvážiti ve všech hříších, které podle svého rodu jsou těžké, že nejsou smrtelné, leč když dosáhnou své dokonalosti. Neboť dokonání hříchu je v souhlase rozumu. Mluvíme totiž nyní o hříchu lidském, který pozůstává v lidském úkonu, jehož počátek je rozum. Proto je-li začátek hříchu jenom ve smyslnosti a nedosáhne až k souhlasu rozumu, pro nedokonanost úkonu jest hříchem lehkým. Jako v rodu cizoložství dychtivost, která pozůstává jen ve smyslnosti, jest lehký hřích; přijde-li se však až k souhlasu rozumu, je hříchem smrtelným. Tak také hnutí nechuti v pouhé smyslnosti je mnohdy pro odpor těla vůči duchu, a tehdy je lehkým hříchem. Někdy však dosáhne až k rozumu, který souhlasí s útěkem a hrůzou a odmítnutím božského dobra, když tělo vůbec převládne proti duchu. A tu jest jasné, že nechuť je těžký hřích.

K prvnímu se tedy musí říci, že nechuť je proti přikázání o svěcení soboty, v němž, pokud je mravním příkazem, přikazuje se klid mysli v Bohu, jehož protivou je smutek mysli z božského dobra.

K druhému se musí říci, že nechuť není ustoupení mysli od kteréhokoliv duchovního dobra, ale od dobra božského, v němž má mysl tkvíti z nutnosti. Proto rmoutí-li se někdo proto že ho někdo nutí plniti skutky ctnosti, které není povinen konati, není hřích nechuti; ale když se rmoutí nad těmi, která mu nastávají vykonati pro Boha.

K třetímu se musí říci, že ve svatých mužích se shledávají nějaká nedokonalá hnutí nechuti, která však nedospějí až k souhlasu rozumu.

XXXV.4. Zda nechuť se má pokládati za hlavní nešest.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že nechuť se nemá pokládati za hlavní nešest. Neboť hlavní nešestí se nazývá, která hýbe ke hříšným úkonům, jak jsme měli shora. Ale nechuť nehýbe k jednání, ale od jednání spíše odtahuje. Tedy se nemá pokládati za hlavní nešest.

infestior hostis ac frequens. Ergo acedia non est peccatum mortale.

II-II q. 35 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur II ad Cor. VII, tristitia saeculi mortem operatur. Sed huiusmodi est acedia, non enim est tristitia secundum Deum, quae contra tristitiam saeculi dividitur, quae mortem operatur. Ergo est peccatum mortale.

II-II q. 35 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, peccatum mortale dicitur quod tollit spiritualem vitam, quae est per caritatem, secundum quam Deus nos inhabitat, unde illud peccatum ex suo genere est mortale quod de se, secundum propriam rationem, contrariatur caritati. Huiusmodi autem est acedia. Nam proprius effectus caritatis est gaudium de Deo, ut supra dictum est, acedia autem est tristitia de bono spirituali inquantum est bonum divinum. Unde secundum suum genus acedia est peccatum mortale. Sed considerandum est in omnibus peccatis quae sunt secundum suum genus mortalia quod non sunt mortalia nisi quando suam perfectionem consequuntur. Est autem consummatio peccati in consensu rationis, loquimur enim nunc de peccato humano, quod in actu humano consistit, cuius principium est ratio. Unde si sit inchoatio peccati in sola sensualitate, et non pertingat usque ad consensum rationis, propter imperfectionem actus est peccatum veniale. Sicut in genere adulterii concupiscentia quae consistit in sola sensualitate est peccatum veniale; si tamen pervenitur usque ad consensum rationis, est peccatum mortale. Ita etiam et motus acediae in sola sensualitate quandoque est, propter repugnantiam carnis ad spiritum, et tunc est peccatum veniale. Quandoque vero pertingit usque ad rationem, quae consentit in fugam et horrorem et detestationem boni divini, carne omnino contra spiritum praevalente. Et tunc manifestum est quod acedia est peccatum mortale.

II-II q. 35 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod acedia contrariatur praecepto de sanctificatione sabbati, in quo, secundum quod est praeceptum morale, praecipitur quies mentis in Deo, cui contrariatur tristitia mentis de bono divino.

II-II q. 35 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod acedia non est recessus mentalis a quocumque spirituali bono, sed a bono divino, cui oportet mentem inhaerere ex necessitate. Unde si aliquis contristetur de hoc quod aliquis cogit eum implere opera virtutis quae facere non tenetur, non est peccatum acediae, sed quando contristatur in his quae ei imminent facienda propter Deum.

II-II q. 35 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod in viris sanctis inveniuntur aliqui imperfecti motus acediae, qui tamen non pertingunt usque ad consensum rationis.

4. Utrum sit vitium capitale.

II-II q. 35 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod acedia non debeat poni vitium capitale. Vitium enim capitale dicitur quod movet ad actus peccatorum, ut supra habitum est. Sed acedia non movet ad agendum, sed magis retrahit ab

Mimo to hlavní nešest má své určité dcery. Řehoř pak, v 31. Morál., označuje šest dcer nechuti, které jsou: "špatnost, nevraživost, malomyslnost, zoufalství, ztrnulost vůči přikázáním, těkání mysli po nedovolených", o kterých se zdá, že nevhodně vznikají z nechuti. Neboť zdá se, že nevraživost je totéž, co nenávist, která vzniká ze závisti, jak bylo shora řečeno. Špatnost pak je rod ku všem nešestem; a podobně těkání mysli po nedovolených se nachází ve všech nešestech; ztrnulost pak vůči přikázáním se zdá býti totéž, co nechuť. Malomyslnost však a zoufalství mohou vzniknouti z kterýchkoli hříchů. Tedy nevhodně se pokládá nechuť za hlavní nešest.

Mimo to Isidor, v knize O Nejvyšším Dobru, rozlišuje nešest nechuti od nešesti smutku, řka, že smutek je, když se ustupuje od těžšího a pracnějšího, jež je povinné; nechuť pak, když se obrací k nenáležitému odpočinku. A praví, že ze smutku vzniká "nevraživost, malomyslnost, rozhořčení, zoufalství;" z nechuti pak praví, že vzniká sedmero, což jsou: zahálčivost, ospalost, nemístnost mysli, neklid těla, nestálost, povídavost, zvědavost. Tedy se zdá, že buď Řehoř nebo Isidor špatně označují nechuť s jejími dcerami za hlavní hřích.

Avšak proti jest, co praví Řehoř, v 31. Moral., že nechuť je nešest hlavní a má řečené dcery.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, hlavní nešest je ta, z níž snadno vznikají jiné nešesti podle rázu příčiny účelné. Avšak, jako lidé mnoho konají pro potěšení, buď aby ho dosáhli, nebo také pohnuti jeho nárazem něco učiniti, tak také pro smutek mnohá konají, buď aby se mu vyhnuli, nebo jeho návalem vyrazí v nějaké skutky. Proto, poněvadž nechuť je nějaký smutek, jak bylo shora řečeno, vhodně se pokládá za hlavní nešest.

K prvnímu se tedy musí říci, že nechuť, zatěžujíc ducha, zdržuje člověka od těch skutků, které působí smutek. Ale přece přivádí duši k vykonání něčeho, buď těch, která jsou se smutkem souladná, třebas k nářku, nebo také k některým, jimiž se vyhne smutku.

K druhému se musí říci, že Řehoř vhodně vypočítává dcery nechuti. Poněvadž totiž, jak praví Filosof, v VIII. Ethic., "nikdo nemůže bez potěšení zůstati dlouho ve smutku", je nutné, aby ze smutku něco dvojmo vznikalo: jedním způsobem, aby člověk ustoupil od zarmucujících; jiným způsobem, aby přešel k jiným, jimiž se těší, jako ti, kteří se nemohou radovati v duchovních potěšeních, přenesou se k tělesným, podle Filosofa, v X. Ethic. Avšak v útěku smutku se pozoruje ten postup, že nejprve člověk utíká zarmucujícím; za druhé také napadá ta, která přinášejí smutek. Avšak duchovní dobra, z nichž se rmoutí nechuť, jsou i cílem, i tím, co je k cíli. Útěk pak cíli nastává skrze zoufalství. Útěk pak dobrům, která jsou k cíli, co do obtížných, která podléhají radám, nastává skrze malomyslnost; avšak v těch, která patří k společné spravedlnosti, nastává skrze ztrnulost vůči přikázáním. Napadání pak zarmucujících dober duchovních někdy sice agendo. Ergo non debet poni vitium capitale.

II-II q. 35 a. 4 arg. 2

Praeterea, vitium capitale habet filias sibi deputatas. Assignat autem Gregorius, XXXI Moral., sex filias acediae, quae sunt *malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa praecepta, vagatio mentis circa illicita*, quae non videntur convenienter oriri ex acedia. Nam rancor idem esse videtur quod odium, quod oritur ex invidia, ut supra dictum est. Malitia autem est genus ad omnia vitia, et similiter vagatio mentis circa illicita, et in omnibus vitiis inveniuntur. Torpor autem circa praecepta idem videtur esse quod acedia. Pusillanimitas autem et desperatio ex quibuscumque peccatis oriri possunt. Non ergo convenienter ponitur acedia esse vitium capitale.

II-II q. 35 a. 4 arg. 3

Praeterea, Isidorus, in libro de summo bono, distinguit vitium acediae a vitio tristitiae, dicens tristitiam esse inquantum recedit a graviori et laborioso ad quod tenetur; acediam inquantum se convertit ad quietem indebitam. Et dicit de tristitia oriri rancorem, pusillanimitatem, amaritudinem, desperationem, de acedia vero dicit oriri septem, quae sunt otiositas, somnolentia, importunitas mentis, inquietudo corporis, instabilitas, verbositas, curiositas. Ergo videtur quod vel a Gregorio vel ab Isidoro male assignetur acedia vitium capitale cum suis filiabus.

II-II q. 35 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, XXXI Moral., acediam esse vitium capitale et habere praedictas filias.

II-II q. 35 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, vitium capitale dicitur ex quo promptum est ut alia vitia oriantur secundum rationem causae finalis. Sicut autem homines multa operantur propter delectationem, tum ut ipsam consequantur, tum etiam ex eius impetu ad aliquid agendum permoti; ita etiam propter tristitiam multa operantur, vel ut ipsam evitent, vel ex eius pondere in aliqua agenda proruentes. Unde cum acedia sit tristitia quaedam, ut supra dictum est, convenienter ponitur vitium capitale.

II-II q. 35 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod acedia, aggravando animum, impedit hominem ab illis operibus quae tristitiam causant. Sed tamen inducit animum ad aliqua agenda vel quae sunt tristitiae consona, sicut ad plorandum; vel etiam ad aliqua per quae tristitia evitatur.

II-II q. 35 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod Gregorius convenienter assignat filias acediae. Quia enim, ut philosophus dicit, in VIII Ethic., *nullus diu absque delectatione potest manere cum tristitia*, necesse est quod ex tristitia aliquid dupliciter oriatur, uno modo, ut homo recedat a contristantibus; alio modo, ut ad alia transeat in quibus delectatur, sicut illi qui non possunt gaudere in spiritualibus delectationibus transferunt se ad corporales, secundum philosophum, in X Ethic. In fuga autem tristitiae talis processus attenditur quod primo homo fugit contristantia; secundo, etiam impugnat ea quae tristitiam ingerunt. Spiritualia autem bona, de quibus tristatur acedia, sunt et finis et id quod est ad finem. Fuga autem finis fit per desperationem. Fuga autem bonorum quae sunt ad finem, quantum ad ardua, quae subsunt consiliis, fit per pusillanimitatem; quantum

je proti lidem, kteří k duchovním dobrům přivádějí, a to jest nevraživost; někdy však se rozšiřuje na sama duchovní dobra, k jichž odmítání je někdo přiváděn; a to jest vlastně špatnost. Pokud pak někdo se přenáší pro smutek od duchovních k zevnějším těšícím, pokládá se za deeru nechuti těkání po nedovolených.

Tím je patrná odpověď na to, co se namítalo proti jednotlivým dcerám; neboť špatnost se zde neběře, pokud je rod nešesti, ale jak bylo řečeno. Také nevraživost se zde neběře všeobecně za nenávist, ale za jakousi nevoli, jak bylo řečeno. A totéž jest říci o jiných.

K třetímu se musí říci, že také Kassián, v knize O Zříz. klášt., rozlišuje smutek od nechuti, ale vhodněji Řehoř nazývá nechuť smutkem. Poněvadž, jak bylo shora řečeno, smutek není nešest od jiných odlišná, pokud někdo ustupuje od těžkého a pracného díla, nebo má někdo smutek ze kterýchkoliv jiných příčin, ale jen pokud se rmoutí z božského dobra. A to patří k pojmu nechuti, která potud obrací k nedovolenému klidu, pokud zavrhuje božské dobro.

Avšak ona, která pokládá Isidor za vznikající z nechuti a smutku, uvádějí se na ta, která stanoví Řehoř. Neboť rozhořčení, které pokládá Isidor za vznikající ze smutku, jest jakýsi účinek nevraživosti. Zahálčivost pak a ospalost se uvádějí na ztrnulost vůči přikázáním, vůči nimž je někdo zahálčivý, vůbec jich pomíjeje; a ospalý, nedbale je plně. Všech pak ostatních pět, které pokládá za vznikající z nechuti, patří k těkavosti mysli po nedovolených. Tato pak, pokud sídlí v samém jádru mysli, chtějící se nevhodně rozptylovati po různých, nazývá se nemístnost mysli. Pokud pak patří k poznávání, nazývá se zvědavost, co do mluvení pak se nazývá povídavost; co do těla, nezůstávajícího na témž místě, se zase nazývá neklid těla, když totiž někdo ukazuje těkavost mysli nespořádanými pohyby údů; a vůči různým místům nazývá se nestálost. Nebo se může bráti nestálost podle měnivosti předsevzetí.

XXXVI. O závisti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o závisti.

A o tom jsou čtyři otázky:

1. Co je závist.
2. Zda je hřích.
3. Zda je smrtelný hřích.
4. Zda je hlavní nešest; a o jejích dcerách.

XXXVI.1. Zda závist je smutek.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že závist není smutek. Neboť předmětem smutku je zlo. Ale předmětem závisti je dobro; praví totiž Řehoř, v V. Moral., mluvě o závistivém: "Chřadnoucí mysl drásá její bolest a mučí ji cizí štěstí." Tedy závist není smutek.

autem ad ea quae pertinent ad communem iustitiam, fit per torporem circa praecepta. Impugnatio autem contristantium bonorum spiritualium quandoque quidem est contra homines qui ad bona spiritualia inducunt, et hoc est rancor; quandoque vero se extendit ad ipsa spiritualia bona, in quorum detestationem aliquis adducitur, et hoc proprie est malitia. Inquantum autem propter tristitiam a spiritualibus aliquis transfert se ad delectabilia exteriora, ponitur filia acediae evagatio circa illicita. Per quod patet responsio ad ea quae circa singulas filias obiiciebantur. Nam malitia non accipitur hic secundum quod est genus vitiorum, sed sicut dictum est. Rancor etiam non accipitur hic communiter pro odio, sed pro quadam indignatione, sicut dictum est. Et idem dicendum est de aliis.

II-II q. 35 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod etiam Cassianus, in libro de institutis Coenob., distinguit tristitiam ab acedia, sed convenientius Gregorius acediam tristitiam nominat. Quia sicut supra dictum est, tristitia non est vitium ab aliis distinctum secundum quod aliquis recedit a gravi et laborioso opere, vel secundum quascumque alias causas aliquis tristetur, sed solum secundum quod contristatur de bono divino. Quod pertinet ad rationem acediae, quae intantum convertit ad quietem indebitam inquantum aspernatur bonum divinum. Illa autem quae Isidorus ponit oriri ex tristitia et acedia reducuntur ad ea quae Gregorius ponit. Nam amaritudo, quam ponit Isidorus oriri ex tristitia, est quidam effectus rancoris. Otiositas autem et somnolentia reducuntur ad torporem circa praecepta, circa quae est aliquis otiosus, omnino ea praetermittens et somnolentus, ea negligenter implens. Omnia autem alia quinque quae ponit ex acedia oriri pertinent ad evagationem mentis circa illicita. Quae quidem secundum quod in ipsa arce mentis resident volentis importune ad diversa se diffundere, vocatur importunitas mentis; secundum autem quod pertinet ad cognitivam, dicitur curiositas; quantum autem ad locutionem, dicitur verbositas; quantum autem ad corpus in eodem loco non manens, dicitur inquietudo corporis, quando scilicet aliquis per inordinatos motus membrorum vagationem indicat mentis; quantum autem ad diversa loca, dicitur instabilitas. Vel potest accipi instabilitas secundum mutabilitatem proposita.

36. De vitiis oppositis caritati quantum ad invidiam quae opponitur gaudio de bono proximi.

Prooemium

II-II q. 36 pr.

Deinde considerandum est de invidia. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, quid sit invidia. Secundo, utrum sit peccatum. Tertio, utrum sit peccatum mortale. Quarto, utrum sit vitium capitale, et de filiabus eius.

1. Utrum invidia sit tristitia de bonis alienis.

II-II q. 36 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod invidia non sit tristitia. Obiectum enim tristitiae est malum. Sed obiectum invidiae est bonum, dicit enim Gregorius, in V Moral., de invido loquens, *tabescentem mentem sua poena sauciat,*

Mimo to podobnost není příčinou smutku, ale spíše potěšení. Ale podobnost je příčinou závisti; praví totiž Filosof, v II. Rhetoric.: "Takoví budou záviděti, kterým jsou v něčem podobní, buď podle rodu, nebo podle poznání, nebo podle postavy, nebo podle šatu, nebo podle domnění." Tedy závist není smutek.

Mimo to smutek pochází z nějakého nedostatku; pročež ti, kteří mají velký nedostatek, jsou ke smutku náchylni, jak bylo shora řečeno, když se jednalo o vášních. Ale ti, kterým málo chybí, a kteří jsou milovníky cti, a kteří jsou považováni za moudré, jsou závistiví, jak je patrné z Filosofa, v II. Rhetoric. Tedy závist není smutek.

Mimo to smutek je protilehlý potěšení. Avšak protilehlá nemají tutéž příčinu. Tedy, když vzpomínka na dobré stavy je příčinou potěšení, jak bylo shora řečeno, nebude příčinou smutku. Avšak jest příčinou závisti; neboť Filosof praví, v II. Rhetoric., že těm někteří závidí, "kdo mají něco měli, co se jim hodilo, nebo co sami někdy měli". Tedy závist není smutek.

Avšak proti jest, že Damašský, v II. knize, pokládá závist za druh smutku a praví, že "závist je smutek z cizích dober".

Odpovídám: Musí se říci, že předmětem smutku je vlastní zlo. Avšak stává se, že to, co je cizí dobro, je považováno za vlastní zlo. A podle toho může býti smutek z cizího dobra. Ale to se stává dvojmo. Jedním způsobem, když má někdo smutek z něčího dobra, pokud mu z toho hrozí nebezpečí nějaké škody; jako když má člověk smutek z povýšení svého nepřítele, boje se, aby mu neubližoval. A takový smutek není závist, ale spíše účinek smutku, jak praví Filosof, v II. Rhetoric. Jiným způsobem lze považovati dobro druhého za vlastní zlo, pokud zmenšuje vlastní slávu nebo vynikání. A tím způsobem má závist smutek z dobra druhého. A proto lidé závidí hlavně ona dobra, "v nichž je sláva, a v nichž jsou lidé rádi ctěni a mají jméno", jak praví Filosof v II. Rhetoric.

K prvnímu se tedy musí říci, že nic nepřekáží to, co je dobré jednomu, považovati za zlo druhého. A podle toho může býti nějaký smutek z dobra, jak bylo řečeno.

K druhému se musí říci, že, poněvadž závist je slávy druhého, pokud umenšuje slávu, kterou někdo žádá, důsledek je, že je závist toliko vůči těm, jimž se chce člověk ve slávě rovnati, nebo předčiti. To však není mezi příliš vzdálenými; neboť nikdo, leda nesmyslný, nesnaží se rovnati se ve slávě nebo předčiti ty, kteří jsou mnohem větší než on; třebas všední člověk krále nebo také král všednímu, jehož velmi převyšuje. Pročež těm, kteří jsou velmi daleko buď místem nebo časem nebo stavem, člověk nezávidí; ale těm, kteří jsou blízcí, jež se snaží dostihnouti nebo předčiti. Neboť, poněvadž oni předčí ve slávě, děje se to proti naší vůli, a odtud vzniká smutek. Avšak podobnost působí potěšení, pokud se shoduje s vůlí.

quam felicitas torquet aliena. Ergo invidia non est tristitia.

II-II q. 36 a. 1 arg. 2

Praeterea, similitudo non est causa tristitiae, sed magis delectationis. Sed similitudo est causa invidiae, dicit enim philosophus, in II Rhet., *invidebunt tales quibus sunt aliqui similes aut secundum genus, aut secundum cognationem, aut secundum staturam, aut secundum habitum, aut secundum opinionem*. Ergo invidia non est tristitia.

II-II q. 36 a. 1 arg. 3

Praeterea, tristitia ex aliquo defectu causatur, unde illi qui sunt in magno defectu sunt ad tristitiam proni, ut supra dictum est, cum de passionibus ageretur. Sed illi quibus modicum deficit, et qui sunt amatores honoris, et qui reputantur sapientes, sunt invidi; ut patet per philosophum, in II Rhet. Ergo invidia non est tristitia.

II-II q. 36 a. 1 arg. 4

Praeterea, tristitia delectationi opponitur. Oppositorum autem non est eadem causa. Ergo, cum memoria bonorum habitorum sit causa delectationis, ut supra dictum est, non erit causa tristitiae. Est autem causa invidiae, dicit enim philosophus, in II Rhet., quod his aliqui invident qui habent aut possederunt quae ipsis conveniebant aut quae ipsi quandoque possidebant. Ergo invidia non est tristitia.

II-II q. 36 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Damascenus, in II libro, ponit invidiam speciem tristitiae, et dicit quod invidia est tristitia in alienis bonis.

II-II q. 36 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod obiectum tristitiae est malum proprium. Contingit autem id quod est alienum bonum apprehendi ut malum proprium. Et secundum hoc de bono alieno potest esse tristitia. Sed hoc contingit dupliciter. Uno modo, quando quis tristatur de bono alicuius inquantum imminet sibi ex hoc periculum alicuius nocumenti, sicut cum homo tristatur de exaltatione inimici sui, timens ne eum laedat. Et talis tristitia non est invidia, sed magis timoris effectus; ut philosophus dicit, in II Rhet. Alio modo bonum alterius aestimatur ut malum proprium inquantum est diminutivum propriae gloriae vel excellentiae. Et hoc modo de bono alterius tristatur invidia. Et ideo praecipue de illis bonis homines invident in quibus est gloria, et in quibus homines amant honorari et in opinione esse; ut philosophus dicit, in II Rhet.

II-II q. 36 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod nihil prohibet id quod est bonum uni apprehendi ut malum alteri. Et secundum hoc tristitia aliqua potest esse de bono, ut dictum est.

II-II q. 36 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod quia invidia est de gloria alterius inquantum diminuit gloriam quam quis appetit, consequens est ut ad illos tantum invidia habeatur quibus homo vult se aequare vel praeferre in gloria. Hoc autem non est respectu multum a se distantium, nullus enim, nisi insanus, studet se aequare vel praeferre in gloria his qui sunt multo eo maiores, puta plebeius homo regi; vel etiam rex plebeio, quem multum excedit. Et ideo his qui multum distant vel loco vel tempore vel statu homo non invidet, sed his qui sunt propinqui, quibus se nititur aequare vel praeferre. Nam cum illi excedunt in gloria, accidit hoc contra nostram utilitatem, et inde causatur tristitia. Similitudo autem delectationem causat inquantum

K třetímu se musí říci, že nikdo neusiluje o ta, jichž mu velmi chybí. A proto, když ho v tom někdo předčí, nezávidí. Ale chybí-li málo, zdá se, že toho může dosíci, a tak o to usiluje. Proto, je-li jeho úsilí marné, pro přemíru slávy druhého, má smutek. A odtud je, že milovníci cti jsou více závistiví. A podobně i malomyslní jsou závistiví, poněvadž všechno považují za veliké, a cokoliv dobrého někomu připadne, považují za veliké překonání sebe. Pročež Job. 5. se praví: "Malého zabíjí závist." A Řehoř praví, v V. Moral, že ;,záviděti nemůžeme než těm, které v něčem považujeme za lepší sebe".

Ke čtvrtému se musí říci, že vzpomínka na minulá dobra, pokud byla majetkem, působí potěšení, ale pokud jsou ztracená, působí smutek. A pokud jsou majetkem jiných, působí závist, poněvadž se to zdá největším zkrácením vlastní slávy. Pročež Filosof praví, v II. Rhetoric., že "staří závidí mladým a ti, kteří mnoho vynaložili na dosažení něčeho, závidí těm, kteří toho dosáhli malými výlohami"; neboť je bolí ztráta jejich dober, a to, že jiní dosáhli dober.

XXXVI.2. Zda závist je hřích.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že závist není hříchem. Jeronym totiž praví, Laetě o výchově deery: "Měj společnice, s nimiž by se učila, jim záviděla, jejichž chvály by hryzly." Ale nikdo nemá býti dražděn ke hříchu. Tedy závist není hřích.

Mimo to závist je "smutek z cizích dober", jak praví Damašský. Ale to se někdy stává chvalně; neboť se praví Přísl. 29: "Když bezbožní vezmou vládu, bude nařikati lid." Tedy závist není vždy hříchem.

Mimo to závist udává jakousi horlivost. Ale nějaká horlivost je dobrá, podle onoho Žalmu: "Horlivost domu tvého mne stravuje." Tedy závist není vždy hříchem.

Mimo to trest se dělí od viny. Ale závist je jakýsi trest, neboť Řehoř praví, v V. Moral.: "Když přemožené srdce pokazila hniloba závisti, sama vnější ukazují, jak mocně popuzuje ducha zběsilost: barva totiž přechází v bledost, oči vpadají, mysl plane, údy tuhnou, v myšlenkách nastává zuřivost, v zubech skřípot." Tedy závist není hříchem.

Avšak proti jest, co se praví Gal. 5: "Nebuďme žádostiví marné slávy, navzájem se vyzývajíce, navzájem závidíce."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, "závist je smutek z cizích dober." Ale tento smutek se může přihoditi čtverým způsobem. A to jedním pak způsobem, když se někdo rmoutí nad dobrem druhého, pokud se z něho obává škody buď sobě nebo také jiným dobrům. A takový smutek není závist, jak bylo řečeno, a může býti bez hříchu. Proto Řehoř praví, v XXII. Moral.: "Často se stává, že bez ztráty

concordat voluntati.

II-II q. 36 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod nullus conatur ad ea in quibus est multum deficiens. Et ideo cum aliquis in hoc eum excedat, non invidet. Sed si modicum deficiat, videtur quod ad hoc pertingere possit, et sic ad hoc conatur. Unde si frustraretur eius conatus propter excessum gloriae alterius, tristatur. Et inde est quod amatores honoris sunt magis invidi. Et similiter etiam pusillanimes sunt invidi, quia omnia reputant magna, et quidquid boni alicui accidat, reputant se in magno superatos esse. Unde et Iob V dicitur, *parvulum occidit invidia*. Et dicit Gregorius, in V Moral., quod *invidere non possumus nisi eis quos nobis in aliquo meliores putamus*.

II-II q. 36 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod memoria praeteritorum bonorum, inquantum fuerunt habita, delectationem causat, sed inquantum sunt amissa, causant tristitiam. Et inquantum ab aliis habentur, causant invidiam, quia hoc maxime videtur gloriae propriae derogare. Et ideo dicit philosophus, in II Rhet., quod *senes invident iunioribus; et illi qui multa expenderunt ad aliquid consequendum invident his qui parvis expensis illud sunt consecuti*; dolent enim de amissione suorum bonorum, et de hoc quod alii consecuti sunt bona.

2. Utrum invidia sit peccatum.

II-II q. 36 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod invidia non sit peccatum. Dicit enim Hieronymus, ad Laetam, de Instruct. filiae, *habeat socias cum quibus discat, quibus invideat, quarum laudibus mordeatur*. Sed nullus est sollicitandus ad peccandum. Ergo invidia non est peccatum.

II-II q. 36 a. 2 arg. 2

Praeterea, invidia est tristitia de alienis bonis, ut Damascenus dicit. Sed hoc quandoque laudabiliter fit, dicitur enim Prov. XXIX, *cum impii sumpserint principatum, gemet populus*. Ergo invidia non semper est peccatum.

II-II q. 36 a. 2 arg. 3

Praeterea, invidia zelum quendam nominat. Sed zelus quidam est bonus, *zelus domus tuae comedit me*. Secundum illud Psalm., ergo invidia non semper est peccatum.

II-II q. 36 a. 2 arg. 4

Praeterea, poena dividitur contra culpam. Sed invidia est quaedam poena, dicit enim Gregorius, V Moral., *cum devictum cor livoris putredo corruperit, ipsa quoque exteriora indicant quam graviter animum vesania instigat, color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, membra frigescunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor*. Ergo invidia non est peccatum.

II-II q. 36 a. 2 s. c.

Sed contra est quod dicitur ad Gal. V, *non efficiamur inanis gloriae cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes*.

II-II q. 36 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, invidia est tristitia de alienis bonis. Sed haec tristitia potest contingere quatuor modis. Uno quidem modo, quando aliquis dolet de bono alicuius inquantum ex eo timetur nocumentum vel sibi ipsi vel etiam aliis bonis. Et talis tristitia non est invidia, ut dictum est; et potest esse sine peccato. Unde

lásky i nás obveseluje zhroucení nepřítele, i opět bez viny závisti rmoutí jeho sláva, když doufáme, že jeho pádem někteří šťastně vstanou, i se strachujeme, že jeho prospívání mnohé nespravedlivě utlačí."

Jiným způsobem může někdo míti smutek z dobra druhého, ne z toho, že on má dobro, ale z toho, že nám chybí ono dobro, které on má. A to je vlastně horlivost, jak praví Filosof, v II. Rhetoric. A je-li tato horlivost v dobrech čestných, jest chvalná, podle onoho I. Kor. 14: "Horlete o duchovní." Avšak je-li v dobrech času, může býti s hříchem i bez hříchu.

Třetím způsobem má někdo smutek z dobra druhého, pokud ten, jehož potká dobro, jest ho neholen. A tento smutek nemůže povstati z dober čestných, jimiž se stává někdo spravedlivým, ale, jak praví Filosof, v II. Rhetoric., jest z bohatství a takových, která mohou vzejíti hodným i nehodným. A takový smutek se podle něho nazývá nemesis, a patří k dobrým mravům. Ale to praví proto, poněvadž pozoroval časná dobra o sobě, pokud se mohou zdáti velká nepřihlížejícím k věčným. Ale podle učení víry časná dobra, která vzcházejí nehodným, podle spravedlivého Božího zařízení jsou rozdělována, buď k jejich polepšení, nebo k jejich odsouzení. A taková dobra jsou jako nic ve srovnání s budoucími dobry, která jsou uchovávána dobrým. A proto takový smutek se zakazuje v Písmě svatém, podle onoho Žalmu: "Nezáviď zlomyslným, ani nežárli na činící nepravost." A jinde: "Skoro sklouzly kroky mé, poněvadž jsem žárlil na nespravedlivé, vida pokoj hříšníků."

Čtvrtým způsobem má někdo smutek z dober jiného, pokud ho druhý předčí v dobrech. A to je vlastně závist. A toto je vždy špatné, jak praví také Filosof, v II. Rhetoric., poněvadž se rmoutí nad tím, z čeho se má radovati, totiž z dobra bližního.

K prvnímu se tedy musí říci, že tam se béře závist za horlivost, kterou má býti někdo pobízen prospívati s lepšími.

K druhému se musí říci, že onen důvod platí o smutku z cizích dober podle prvního způsobu.

K třetímu se musí říci, že závist se liší od horlivosti, jak bylo řečeno. Proto některá horlivost může býti dobrá, ale závist je vždy špatná.

Ke čtvrtému se musí říci, že nic nepřekáží, aby některý hřích pro něco připojeného byl trestem, jak bylo shora řečeno, když se jednalo o hříších.

XXXVI.3. Zda závist je smrtelný hřích.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že závist není smrtelný hřích. Neboť závist, poněvadž je smutek, jest vášeň smyslové žádosti. 'Ale ve smyslnosti není smrtelný hřích, ale toliko v rozumu, jak je patrně z Augustina, v XII. O Troj. Tedy závist není smrtelný hřích.

Mimo to u nemluvňat nemůže býti smrtelný hřích. Ale může u nich býti závist; neboť Augustin, v I. Vyzn.: "Já viděl a zakusil žárlivé pachole: ještě nemluvil a bledý, trpkým pohledem patřil na svého soukojence." Tedy závist

Gregorius, XXII Moral., ait, *evenire plerumque solet ut, non amissa caritate, et inimici nos ruina laetificet, et rursum eius gloria sine invidiae culpa contristet, cum et ruente eo quosdam bene erigi credimus, et proficiente illo plerosque iniuste opprimi formidamus*. Alio modo potest aliquis tristari de bono alterius, non ex eo quod ipse habet bonum, sed ex eo quod nobis deest bonum illud quod ipse habet. Et hoc proprie est zelus; ut philosophus dicit, in II Rhet. Et si iste zelus sit circa bona honesta, laudabilis est, secundum illud I ad Cor. XIV, *aemulamini spiritualia*. Si autem sit de bonis temporalibus, potest esse cum peccato, et sine peccato. Tertio modo aliquis tristatur de bono alterius inquantum ille cui accidit bonum est eo indignus. Quae quidem tristitia non potest oriri ex bonis honestis, ex quibus aliquis iustus efficitur; sed sicut philosophus dicit, in II Rhet., est de divitiis et de talibus, quae possunt provenire dignis et indignis. Et haec tristitia, secundum ipsum, vocatur Nemesis, et pertinet ad bonos mores. Sed hoc ideo dicit quia considerabat ipsa bona temporalia secundum se, prout possunt magna videri non respicientibus ad aeterna. Sed secundum doctrinam fidei, temporalia bona quae indignis proveniunt ex iusta Dei ordinatione disponuntur vel ad eorum correctionem vel ad eorum damnationem, et huiusmodi bona quasi nihil sunt in comparatione ad bona futura, quae servantur bonis. Et ideo huiusmodi tristitia prohibetur in Scriptura sacra, secundum illud Psalm., *noli aemulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem*. Et alibi, *pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns*. Quarto aliquis tristatur de bonis alicuius inquantum alter excedit ipsum in bonis. Et hoc proprie est invidia. Et istud semper est pravum, ut etiam philosophus dicit, in II Rhet., quia dolet de eo de quo est gaudendum, scilicet de bono proximi.

II-II q. 36 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ibi sumitur invidia pro zelo quo quis debet incitari ad proficiendum cum melioribus.

II-II q. 36 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit de tristitia alienorum bonorum secundum primum modum.

II-II q. 36 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod invidia differt a zelo, sicut dictum est. Unde zelus aliquis potest esse bonus, sed invidia semper est mala.

II-II q. 36 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod nihil prohibet aliquod peccatum, ratione alicuius adiuncti, poenale esse; ut supra dictum est, cum de peccatis ageretur.

3. Utrum invidia sit peccatum mortale.

II-II q. 36 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod invidia non sit peccatum mortale. Invidia enim, cum sit tristitia, est passio appetitus sensitivi. Sed in sensualitate non est peccatum mortale, sed solum in ratione; ut patet per Augustinum, XII de Trin. Ergo invidia non est peccatum mortale.

II-II q. 36 a. 3 arg. 2

Praeterea, in infantibus non potest esse peccatum mortale. Sed in eis potest esse invidia, dicit enim Augustinus, in I Confess., *vidi ego et expertus sum zelantem puerum,*

není smrtelný hřích.

Mimo to každý smrtelný hřích je protivou nějaké ctnosti. Ale závist není protivou nějaké ctnosti, ale nemese, což jest nějaká vášeň, jak je patrné z Filosofa, v II. Rhetoric. Tedy závist není smrtelný hřích.

Avšak proti jest, co se praví Job. 5: "Malého zabíjí závist." Avšak nic nezabíjí duchovně, leč smrtelný hřích. Tedy závist je smrtelný hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že závist je ze svého rodu smrtelný hřích. Neboť rod hříchu se pozoruje z předmětu. Avšak závist podle rázu svého předmětu je protivou lásky, skrze niž má duše duchovní život, podle onoho I. Jan. 3: "My víme, že jsme přeneseni ze smrti do života, poněvadž milujeme bratry."

Předmětem pak obojího, jak lásky, tak nenávisti, je dobro bližního, avšak podle protivného pohybu; neboť láska se raduje z dobra bližního, závist se však z téhož rmoutí, jak je patrné z řečených. Proto je jasné, že závist je ze svého rodu smrtelný hřích. Avšak, jak bylo shora řečeno, v kterémkoliv rodě smrtelného hřichu se shledávají nějaká nedokonalá hnutí ve smyslnosti, která jsou lehké hříchy: jako v rodě cizoložství první hnutí dychtivosti, a v rodě vraždy první hnutí hněvu. Tak také v rodě závisti se shledávají nějaká první hnutí, někdy též v dokonalých mužích, jež jsou lehké hříchy.

K prvnímu se tedy musí říci, že hnutí závisti, pokud je vášní smyslnosti, je cosi nedokonalého v rodu lidských úkonů, jichž počátkem je rozum. Proto taková závist není smrtelný hřích. A podobný důvod je u maličkých, kteří nemají užívání rozumu.

Z toho je patrná odpověď k druhému.

K třetímu se musí říci, že závist podle Filosofa, v II. Rhetoric., je protilehlá i nemesi i milosrdenství, ale podle různých. Neboť je protilehlá milosrdenství přímo, podle protivnosti hlavního předmětu, neboť závistivý se rmoutí z dobra bližního, milosrdný se však rmoutí ze zla bližního; pročež závistiví nejsou milosrdní, jak se praví tamtéž, ani naopak. Avšak se strany toho, z jehož dobra se rmoutí závistivý, závist je proti nemesi, neboť nemesický se rmoutí z dobra těch, kteří nehodně jednají, podle onoho Žalmu: "Žárlil jsem na nespravedlivé, vida pokoj hříšníků." Avšak závistivý má smutek z dobra těch, kteří jsou hodní. Z čehož je patrné, že první protivnost je více přímá než druhá. Avšak milosrdenství je nějaká ctnost a vlastní účinek lásky. Proto závist je protilehlá milosrdenství a lásce.

XXXVI.4. Zda závist je hlavní neřest.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že závist není hlavní neřest. Neboť neřesti se dělí od dcer hlavních neřestí. Ale závist je dcerou marné slávy; praví totiž Filosof. v II. *nondum loquebatur, et intuebatur pallidus amaro aspectu collactaneum suum*. Ergo invidia non est peccatum mortale.

II-II q. 36 a. 3 arg. 3

Praeterea, omne peccatum mortale alicui virtuti contrariatur. Sed invidia non contrariatur alicui virtuti, sed Nemesi, quae est quaedam passio; ut patet per philosophum, in II Rhet. Ergo invidia non est peccatum mortale.

II-II q. 36 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur Iob V, *parvulum occidit invidia*. Nihil autem occidit spiritualiter nisi peccatum mortale. Ergo invidia est peccatum mortale.

II-II q. 36 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod invidia ex genere suo est peccatum mortale. Genus enim peccati ex obiecto consideratur. Invidia autem, secundum rationem sui obiecti, contrariatur caritati, per quam est vita animae spiritualis, secundum illud I Ioan. III, *nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres*. Utriusque enim obiectum, et caritatis et invidiae, est bonum proximi, sed secundum contrarium motum, nam caritas gaudet de bono proximi, invidia autem de eodem tristatur, ut ex dictis patet. Unde manifestum est quod invidia ex suo genere est peccatum mortale. Sed sicut supra dictum est, in quolibet genere peccati mortalis inveniuntur aliqui imperfecti motus in sensualitate existentes qui sunt peccata venialia, sicut in genere adulterii primus motus concupiscentiae, et in genere homicidii primus motus irae. Ita etiam et in genere invidiae inveniuntur aliqui primi motus quandoque etiam in viris perfectis, qui sunt peccata venialia.

II-II q. 36 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod motus invidiae secundum quod est passio sensualitatis, est quoddam imperfectum in genere actuum humanorum, quorum principium est ratio. Unde talis invidia non est peccatum mortale. Et similis est ratio de invidia parvulorum, in quibus non est usus rationis.

II-II q. 36 a. 3 ad 2

Unde patet responsio ad secundum.

II-II q. 36 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod invidia, secundum philosophum, in II Rhet. opponitur et Nemesi et misericordiae, sed secundum diversa. Nam misericordiae opponitur directe, secundum contrarietatem principalis obiecti, invidus enim tristatur de bono proximi; misericors autem tristatur de malo proximi. Unde invidi non sunt misericordes, sicut ibidem dicitur, nec e converso. Ex parte vero eius de cuius bono tristatur invidus, opponitur invidia Nemesi, Nemeseticus enim tristatur de bono indigne agentium, secundum illud Psalm., *zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns*; invidus autem tristatur de bono eorum qui sunt digni. Unde patet quod prima contrarietas est magis directa quam secunda. Misericordia autem quaedam virtus est, et caritatis proprius effectus. Unde invidia misericordiae opponitur et caritati.

4. Utrum invidia sit vitium capitale et defiliabus eius.

II-II q. 36 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod invidia non sit vitium capitale. Vitia enim capitalia distinguuntur contra

Rhetoric., že "milovníci cti a slávy více závidí." Tedy závist není hlavní neřest.

Mimo to hlavní neřesti se zdají býti lehčí než jiné, které z nich vznikají; praví totiž Řehoř, v XXXI. Moral: "První neřesti se vkrádají do oklamané mysli s jakýmsi důvodem, ale které následují, zatím co vlekou mysl do veškeré nesmyslnosti, jakoby zvířeckým řváním mysl pletou." Ale závist se zdá býti nejtěžší hřích; praví totiž Řehoř, v V. Moral.: "Ačkoliv každou neřestí, které se dopouštíme, vlévá se do lidského srdce jed starého nepřítele, v této nepravosti však vytřásá had celé svoje útroby a chrlí mor vštěpované zloby." Tedy závist není hlavní neřest.

Mimo to, zdá se, že Řehoř, v XXXI. Moral., nevhodně označuje její dcery, když tam praví, že "ze závisti vzniká nenávist, našeptávání, nactiutrhání, jásot v protivenství bližního a trápení při úspěších". Neboť jásot v protivenství bližního a trápení v úspěších se zdá býti totéž, co závist, jak je patrné z předeslaných. Nemají se proto ona klásti za dcery závisti.

Avšak proti jest autorita Řehoře, v XXXI. Moral., který pokládá závist za hlavní neřest a určuje jí řečené dcery.

Odpovídám: Musí se říci, že jako nechuť je smutek z duchovního dobra božského, tak závist je smutek z dobra bližního. Avšak shora bylo řečeno, že nechuť je hlavní neřest tím způsobem, jak nechutí je člověk puzen něco činiti, buď aby utíkal smutku, nebo aby smutku vyhověl. Proto z téhož důvodu se pokládá závist za hlavní neřest.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Řehoř, v XXXI. Moral., "hlavní neřesti takovým spřízněním jsou spojeny, že nevychází než jedna z druhé. Neboť první potomek pýchy jest marná sláva, která, když zkazí znásilněnou mysl, hned plodí závist; poněvadž, když se žádá zmocniti marného jména, skomírá, že by ho někdo jiný mohl dosíci". Proto není proti rázu hlavní neřesti, aby vznikla z jiné, nýbrž aby neměla nějaký hlavní ráz vyváděti ze sebe mnohé rody hříchů. Snad však protože závist se jasně rodí z marné slávy, nepokládá ji za hlavní neřest ani Isisdor, v knize o Nejvyšším Dobru, ani Kassián, v knize O Zařiz. Klášter.

K druhému se musí říci, že z oněch slov není, že závist jest největší hřích, ale že ďábel, když vnuká závist, navádí člověka k tomu, co sám má hlavně v srdci; poněvadž, jak tam se dále uvádí, "závistí ďáblovou přišla smrt na okrsek zemský". Avšak jest nějaká závist, která se počítá mezi nejtěžší hříchy totiž "závidění bratrovy milosti", pokud má někdo litost ze samého vzrůstu milosti Boží, nejenom z dobra bližního. Proto se pokládá za hřích proti Duchu Svatému, poněvadž takovým záviděním člověk jaksi závidí Duchu Svatému, který jest oslavován ve svých dílech.

filias capitalium vitiorum. Sed invidia est filia inanis gloriae, dicit enim philosophus, in II Rhet., quod *amatores honoris et gloriae magis invident*. Ergo invidia non est vitium capitale.

II-II q. 36 a. 4 arg. 2

Praeterea, vitia capitalia videntur esse leviora quam alia quae ex eis oriuntur, dicit enim Gregorius, XXXI Moral., *prima vitia deceptae menti quasi sub quadam ratione se ingerunt, sed quae sequuntur, dum mentem ad omnem insaniam protrahunt, quasi bestiali clamore mentem confundunt*. Sed invidia videtur esse gravissimum peccatum, dicit enim Gregorius, V Moral., *quamvis per omne vitium quod perpetratur humano cordi antiqui hostis virus infunditur, in hac tamen nequitia tota sua viscera serpens concutit, et imprimendae malitiae pestem vomit*. Ergo invidia non est vitium capitale.

II-II q. 36 a. 4 arg. 3

Praeterea, videtur quod inconvenienter eius filiae assignentur a Gregorio, XXXI Moral., ubi dicit quod *de invidia oritur odium, susurratio, detractio, exultatio in adversis proximi et afflictio in prosperis*. Exultatio enim in adversis proximi, et afflictio in prosperis, idem videtur esse quod invidia, ut ex praemissis patet. Non ergo ista debent poni ut filiae invidiae.

II-II q. 36 a. 4 s. c.

Sed contra est auctoritas Gregorii, XXXI Moral., qui ponit invidiam vitium capitale, et ei praedictas filias assignat.

II-II q. 36 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod sicut acedia est tristitia de bono spirituali divino, ita invidia est tristitia de bono proximi. Dictum est autem supra acediam esse vitium capitale, ea ratione quia ex acedia homo impellitur ad aliqua facienda vel ut fugiat tristitiam vel ut tristitiae satisfaciat. Unde eadem ratione invidia ponitur vitium capitale.

II-II q. 36 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Gregorius dicit, in XXXI Moral. *capitalia vitia tanta sibi coniunctione coniunguntur ut non nisi unum de altero proferatur. Prima namque superbiae soboles inanis est gloria, quae dum oppressam mentem corruperit, mox invidiam gignit, quia dum vani nominis potentiam appetit, ne quis hanc alius adipisci valeat, tabescit*. Non est ergo contra rationem vitii capitalis quod ipsum ex alio oriatur, sed quod non habeat aliquam principalem rationem producendi ex se multa genera peccatorum. Forte tamen propter hoc quod invidia manifeste ex inani gloria nascitur, non ponitur vitium capitale neque ab Isidoro, in libro de summo bono, neque a Cassiano, in libro de Instit. Coenob.

II-II q. 36 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod ex verbis illis non habetur quod invidia sit maximum peccatorum, sed quod quando Diabolus invidiam suggerit, ad hoc hominem inducit quod ipse principaliter in corde habet; quia sicut ibi inducitur consequenter, *invidia Diaboli mors introivit in orbem terrarum*. Est tamen quaedam invidia quae inter gravissima peccata computatur, scilicet invidentia fraternae gratiae, secundum quod aliquis dolet de ipso augmento gratiae Dei, non solum de bono proximi. Unde ponitur peccatum in spiritum sanctum, quia per hanc invidentiam homo quodammodo invidet spiritui sancto, qui in suis operibus glorificatur.

K třetímu se musí říci, že počet dcer závisti lze tak brátí, že v úsilí závisti jest něco jako počátek, a něco jako střed, a něco jako konec. Počátek pak jest, že někdo zmenšuje slávu druhého, buď tajně, a tak jest našeptávání, nebo zjevně a tak jest nactiutrhání. Střed pak jest, že někdo, zamýšleje zmenšiti slávu druhého, buď může, a tak je jásot při protivenstvích; nebo nemůže, a tak jest trápení v úspěších. Konec pak jest v samé nenávisti, poněvadž jako dobro těšící působí lásku, tak smutek působí nenávist, jak bylo shora řečeno. Avšak trápení v úspěších bližního jest jedním způsobem sama závist, pokud má totiž někdo smutek z úspěchů někoho, pokud jsou nějakou slávou. Jiným však způsobem jest dcerou závisti, pokud přichází úspěch bližního proti úsilí závidícího, který se pokouší zabrániti. Jásot pak v protivenstvích není přímo totéž, co závist, ale následuje z ní, neboť ze smutku z dobra bližního, což je závist, následuje jásot z jeho zla.

XXXVII. O nesvornosti.

Předmluva

Dělí se na dva články.

Potom jest uvažovati o hříších, které jsou protilehlé pokoji. A nejprve o nesvornosti, která jest v srdci; za druhé o sváru, který je v ústech; za třetí o těch, která patří ke skutku, totiž o rozkolu, vádě a válce.

O prvním jsou dvě otázky:

1. Zda nesvornost je hřích.

2. Zda je dcera marné slávy.

XXXVII.1. Zda nesvornost je hříchem.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že nesvornost není hříchem. Neboť nesvornost s někým jest odstoupení od vůle druhého. Ale zdá se, že to není hřích, poněvadž vůle druhého není měřítkem vůle naší, ale jedině vůle Boží. Tedy nesvornost není hříchem.

Mimo to kdokoliv navádí někoho ke hříchu, sám hřeší. Ale vnésti mezi některé nesvornost nezdá se býti hřích, neboť Skut. 23 se praví, že "Pavel věda, že jedna část jsou Saduceové a druhá Fariseové, zvolal ve shromáždění: Mužové, bratři, já jsem Farisejem, syn Fariseů; jsem souzen z naděje a ze vzkříšení z mrtvých. A když to řekl, nastala roztržka mezi Farizeji a Saduceji." Tedy nesvornost není hřichem.

Mimo to hřích, hlavně těžký, nenachází se v mužích svatých. Ale ve svatých mužích se nachází nesvornost; praví se totiž, Skut. 15: "Nastal nesouhlas mezi Pavlem a Barnabášem, takže od sebe odešli." Tedy nesvornost není hřích, a zvláště smrtelný.

Avšak proti jest, že Gal. 5 roztržky, to jest nesvornosti se kladou mezi skutky těla, o nichž se přidává: "Kteří činí taková, nedosáhnou království Božího." Avšak nic nevylučuje z království Božího než smrtelný hřích. Tedy nesvornost je smrtelný hřích.

II-II q. 36 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod numerus filiarum invidiae sic potest sumi. Quia in conatu invidiae est aliquid tanquam principium, et aliquid tanquam medium, et aliquid tanquam terminus. Principium quidem est ut aliquis diminuat gloriam alterius vel in occulto, et sic est susurratio; vel manifeste, et sic est detractio. Medium autem est quia aliquis intendens diminuere gloriam alterius aut potest, et sic est exultatio in adversis; aut non potest, et sic est afflictio in prosperis. Terminus autem est in ipso odio, quia sicut bonum delectans causat amorem, ita tristitia causat odium, ut supra dictum est. Afflictio autem in prosperis proximi uno modo est ipsa invidia, inquantum scilicet aliquis tristatur de prosperis alicuius secundum quod habent quandam gloriam. Alio vero modo est filia invidiae, secundum quod prospera proximi eveniunt contra conatum invidentis, qui nititur impedire. Exultatio autem in adversis non est directe idem quod invidia, sed ex ea sequitur, nam ex tristitia de bono proximi, quae est invidia, sequitur exultatio de malo eiusdem.
Mimo to vzbouření obnáší jakési rozdělení. Ale také jméno rozkolu se béře od roztržení, jak se řeklo shora. Tedy hřích vzbouření se nezdá hřích odlišný od hříchu rozkolu.

Mimo to, každý hřích zvláštní; od jiných odlišný, buď je hlavní neřest nebo vzniká z nějaké hlavní neřesti. Ale vzbouření ani se nepočítá k hlavním neřestem, ani k neřestem které vznikají z hlavních, jak je patrné v XXXI. Moral., kde se vypočítávají obojí neřesti. Tedy vzbouření není zvláštní hřích od jiných odlišný.

Avšak proti jest, že II. Kor. 12 se rozlišují vzbouření od jiných hříchů.

Odpovídám: Musí se říci, že vzbouření je nějaký zvláštní hřích, který v něčem se shoduje s válkou a vádou, avšak v něčem se od nich liší. Shoduje se pak s nimi v tom, že obnáší nějaké odporování. Avšak liší se od nich v dvojím. A to nejprve, poněvadž válka a váda obnášejí vzájemné skutečné napadání, ale vzbouření se může říci, ať se děje takové napadání skutečně nebo se připravuje takové napadání. Proto Glossa k II. Kor. 12 praví, že vzbouření jsou "rozbroje k boji", když se totiž někteří připravují a zamýšlejí bojovati. Za druhé se liší, poněvadž válka je vlastně proti zevnějším nepřátelům, jako množství proti množství, avšak váda jest jednoho s jedním, nebo málo s málo. Avšak vzbouření jest vlastně mezi stranami jednoho laedat, quandoque enim etiam occulte laedere quaerit; sed quando videt se praevalere cum rixa et iurgio laesionem intendit. Sed rixose aliquem laedere est proprius effectus irae, ratione iam dicta.

II-II q. 41 a. 2 ad 5

Ad quintum dicendum quod ex rixis sequitur odium et discordia in cordibus rixantium. Et ideo ille qui meditatur, idest qui intendit inter aliquos seminare discordias, procurat quod ad invicem rixantur, sicut quodlibet peccatum potest imperare actum alterius peccati, ordinando illum in suum finem. Sed ex hoc non sequitur quod rixa sit filia inanis gloriae proprie et directe.

42. De seditione quae opponitur paci quantum ad opus.

Prooemium

II-II q. 42 pr.

Deinde considerandum est de seditione. Et circa hoc quaeruntur duo primo, utrum sit speciale peccatum. Secundo, utrum sit mortale peccatum.

1. Utrum seditio sit speciale peccatum.

II-II q. 42 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod seditio non sit speciale peccatum ab aliis distinctum. Quia ut Isidorus dicit, in libro Etymol., *seditiosus est qui dissensionem animorum facit et discordias gignit*. Sed ex hoc quod aliquis aliquod peccatum procurat, non peccat alio peccati genere nisi illo quod procurat. Ergo videtur quod seditio non sit speciale peccatum a discordia distinctum.

II-II q. 42 a. 1 arg. 2

Praeterea, seditio divisionem quandam importat. Sed nomen etiam schismatis sumitur a scissura, ut supra dictum est. Ergo peccatum seditionis non videtur esse distinctum a peccato schismatis.

II-II q. 42 a. 1 arg. 3

Praeterea, omne peccatum speciale ab aliis distinctum vel est vitium capitale, aut ex aliquo vitio capitali oritur. Sed seditio neque computatur inter vitia capitalia, neque inter vitia quae ex capitalibus oriuntur, ut patet in XXXI Moral., ubi utraque vitia numerantur. Ergo seditio non est speciale peccatum ab aliis distinctum.

II-II q. 42 a. 1 s. c.

Sed contra est quod II ad Cor. XII seditiones ab aliis peccatis distinguuntur.

II-II q. 42 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod seditio est quoddam peccatum speciale, quod quantum ad aliquid convenit cum bello et rixa, quantum autem ad aliquid differt ab eis. Convenit quidem cum eis in hoc quod importat quandam contradictionem. Differt autem ab eis in duobus. Primo quidem, quia bellum et rixa important mutuam impugnationem in actu, sed seditio potest dici sive fiat huiusmodi impugnatio in actu, sive sit praeparatio ad talem impugnationem. Unde Glossa II ad Cor. XII dicit quod seditiones sunt tumultus ad pugnam, cum scilicet aliqui se praeparant et intendunt pugnare. Secundo differunt, quia bellum proprie est contra extraneos et hostes, quasi

množství, mezi sebou nesouhlasícími, třebas když jedna část města jest podněcována k rozbroji proti druhé A proto, že vzbouření má zvláštní dobro, proti němuž je, totiž jednotu a pokoj množství, proto je zvláštní hřích.

K prvnímu se tedy musí říci, že vzbouřenec se říká tomu, kdo vzbouření podněcuje. A poněvadž vzbouření obnáší nějakou nesvornost, proto vzbouřencem je, kdo působí nesvornost ne jakoukoliv, ale mezi stranami nějakého množství. Hřích pak vzbouření jest nejen v tom, kdo rozsévá nesvornost, ale také v těch, kteří nezřízeně navzájem nesouhlasí.

K druhému se musí říci, že vzbouření se liší od rozkolu ve dvojím. A to nejprve, poněvadž rozkol je proti duchovní jednotě množství, totiž jednotě církevní, avšak vzbouření je proti časné a světské jednotě množství, třebas města nebo království. Za druhé, poněvadž rozkol neobnáší nějakou přípravu k tělesnému boji, ale obnáší toliko duchovní nesouhlas; vzbouření však obnáší přípravu k tělesnému boji.

K třetímu se musí říci, že vzbouření, jakož i rozkol, jest obsaženo pod nesvorností. Neboť obojí jest nějaká nesvornost, ne jednoho s jedním, ale částí množství navzájem.

XLII.2. Zda vzbouření je vždy smrtelný hřích.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že vzbouření není vždy smrtelný hřích. Neboť vzbouření obnáší "rozbroje k boji", jak je patrné z Glossy shora uvedené. Ale boj není vždy smrtelný hřích, ale někdy je spravedlivý a dovolený, jak jsme měli shora. Tedy tím spíše vzbouření může býti bez smrtelného hříchu.

Mimo to vzbouření je nějaká nesvornost, jak se řeklo. Ale nesvornost může býti bez hříchu smrtelného, a někdy také bez jakéhokoliv hříchu. Tedy i vzbouření.

Mimo to jsou chváleni, kteří vysvobozují množství z moci tyranské Ale to se nemůže snadno státi bez nějaké neshody v množství, když jedna část usiluje ponechati tyrana, druhá však jej usiluje zapuditi. Tedy vzbouření může nastati bez hříchu.

Avšak proti jest, že Apoštol, II. Kor. 12, zakazuje vzbouření mezi jinými, jež jsou hříchy smrtelné. Tedy vzbouření je smrtelný hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, vzbouření je proti jednotě množství, to jest lidu, města nebo království. Avšak Augustin praví, II. O Městě Božím, že moudří označují jako lid "ne každé shromáždění množství, ale shromáždění sdružené souhlasem práva a společenstvím prospěchu". Proto jest zjevné, že jednota, proti níž je vzbouření, jest jednotou práva a společného prospěchu. Tedy je zjevné, že vzbouření jest i proti spravedlnosti, i proti společnému dobru. A proto ze svého rodu je hřích multitudinis ad multitudinem; rixa autem est unius ad unum, vel paucorum ad paucos; seditio autem proprie est inter partes unius multitudinis inter se dissentientes, puta cum una pars civitatis excitatur in tumultum contra aliam. Et ideo seditio, quia habet speciale bonum cui opponitur, scilicet unitatem et pacem multitudinis, ideo est speciale peccatum.

II-II q. 42 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod seditiosus dicitur qui seditionem excitat. Et quia seditio quandam discordiam importat, ideo seditiosus est qui discordiam facit non quamcumque, sed inter partes alicuius multitudinis. Peccatum autem seditionis non solum est in eo qui discordiam seminat, sed etiam in eis qui inordinate ab invicem dissentiunt.

II-II q. 42 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod seditio differt a schismate in duobus. Primo quidem, quia schisma opponitur spirituali unitati multitudinis, scilicet unitati ecclesiasticae, seditio autem opponitur temporali vel saeculari multitudinis unitati, puta civitatis vel regni. Secundo, quia schisma non importat aliquam praeparationem ad pugnam corporalem, sed solum importat dissensionem spiritualem, seditio autem importat praeparationem ad pugnam corporalem.

II-II q. 42 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod seditio, sicut et schisma, sub discordia continetur. Utrumque enim est discordia quaedam, non unius ad unum, sed partium multitudinis ad invicem.

2. Utrum sit peccatum mortale.

II-II q. 42 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod seditio non semper sit peccatum mortale. Seditio enim importat tumultum ad pugnam; ut patet per Glossam supra inductam. Sed pugna non semper est peccatum mortale, sed quandoque est iusta et licita, ut supra habitum est. Ergo multo magis seditio potest esse sine peccato mortali.

II-II q. 42 a. 2 arg. 2

Praeterea, seditio est discordia quaedam, ut dictum est. Sed discordia potest esse sine peccato mortali, et quandoque etiam sine omni peccato. Ergo etiam seditio.

II-II q. 42 a. 2 arg. 3

Praeterea, laudantur qui multitudinem a potestate tyrannica liberant. Sed hoc non de facili potest fieri sine aliqua dissensione multitudinis, dum una pars multitudinis nititur retinere tyrannum, alia vero nititur eum abiicere. Ergo seditio potest fieri sine peccato.

II-II q. 42 a. 2 s. c.

Sed contra est quod apostolus, II ad Cor. XII, prohibet seditiones inter alia quae sunt peccata mortalia. Ergo seditio est peccatum mortale.

II-II q. 42 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, seditio opponitur unitati multitudinis, idest populi, civitatis vel regni. Dicit autem Augustinus, II de Civ. Dei, quod *populum determinant sapientes non omnem coetum multitudinis, sed coetum iuris consensu et utilitatis communione sociatum*. Unde manifestum est unitatem cui opponitur seditio esse unitatem iuris et communis utilitatis. Manifestum est ergo quod seditio opponitur et iustitiae et

smrtelný, a tím těžší, čím dobro společné, které se vzbouřením napadá, jest větší než dobro soukromé, které se napadá vádou. Avšak hřích vzbouření prvotně a hlavně náleží těm, kteří vzbouření obstarávají, a ti hřeší velmi těžce. Druhotně pak těm, kteří je následují, porušujíce společné dobro. Avšak ti, kteří dobro společné brání, jim odpírajíce, nemají se nazývati vzbouřenci, jakož ani ti, kteří se brání, se nenazývají rozvadění, jak se řeklo shora.

K prvnímu se tedy musí říci, že boj, který je dovolený, děje se pro společný prospěch, jak se řeklo shora. Ale vzbouření se děje proti obecnému dobru množství. Proto je vždy těžký hřích.

K druhému se musí říci, že nesvornost v tom, co není zjevně dobré, může býti bez hříchu. Ale nesvornost v tom, co je zjevně dobré, nemůže býti bez hříchu. A taková nesvornost je vzbouření, které je proti prospěchu množství, což je zjevné dobro.

K třetímu se musí říci, že tyranská vláda není spravedlivá, poněvadž nesměřuje k dobru obecnému, ale k soukromému dobru vládnoucího, jak jest patrné z Filosofa, v III. Polit. a v VIII. Ethic. Pročež pobouření takové vlády nemá ráz vzbouření, leda snad, když se vláda tyranova tak nezřízeně pobouří, že poddané množství má z následujícího pobouření větší škodu nežli z vlády tyranovy. Spíše pak je tyran vzbouřencem, když v poddaném sobě lidu živí nesvornosti a vzbouření, aby mohl bezpečněji panovati. Neboť toto je tyranské, poněvadž jest zařízeno k vlastnímu dobru vládcově se škodou množství.

XLIII. O pohoršení.

Předmluva

Dělí se na osm článků.

Potom zbývá uvažovati o nešestech, které jsou proti dobročinnosti. Mezi nimi pak některé patří k pojmu spravedlnosti, ona totiž, kterými někdo bližnímu nespravedlivě ubližuje. Ale proti lásce zdá se zvláště pohoršení. Pročež je zde uvažovati o pohoršení.

A o něm jest osm otázek.

1. Co je pohoršení.
2. Zda pohoršení je hřích.
3. Zda jest zvláštní hřích.
4. Zda je smrtelný hřích.
5. Zda jest pohoršení dokonalých.
6. Zda oni pohoršují.
7. Zda se má upustiti od duchovních dober pro pohoršení.
8. Zda se má pro pohoršení upustiti od časných.

XLIII.1. Zda pohoršení se vhodně vyměřuje, že jest "méně správné slovo nebo skutek, dávající příležitost pádu".

Při první se postupuje takto: Zdá se, že pohoršení se nevhodně vyměřuje, jako "méně správné slovo nebo skutek, dávající příležitost pádu". Neboť pohoršení je hřích, communi bono. Et ideo ex suo genere est peccatum mortale, et tanto gravius quanto bonum commune, quod impugnatur per seditionem, est maius quam bonum privatum, quod impugnatur per rixam. Peccatum autem seditionis primo quidem et principaliter pertinet ad eos qui seditionem procurant, qui gravissime peccant. Secundo autem, ad eos qui eos sequuntur, perturbantes bonum commune. Illi vero qui bonum commune defendunt, eis resistentes, non sunt dicendi seditiosi, sicut nec illi qui se defendunt dicuntur rixosi, ut supra dictum est.

II-II q. 42 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod pugna quae est licita fit pro communi utilitate, sicut supra dictum est. Sed seditio fit contra commune bonum multitudinis. Unde semper est peccatum mortale.

II-II q. 42 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod discordia ab eo quod non est manifeste bonum potest esse sine peccato. Sed discordia ab eo quod est manifeste bonum non potest esse sine peccato. Et talis discordia est seditio, quae opponitur utilitati multitudinis, quae est manifeste bonum.

II-II q. 42 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod regimen tyrannicum non est iustum, quia non ordinatur ad bonum commune, sed ad bonum privatum regentis, ut patet per philosophum, in III Polit. et in VIII Ethic. Et ideo perturbatio huius regiminis non habet rationem seditionis, nisi forte quando sic inordinate perturbatur tyranni regimen quod multitudo subiecta maius detrimentum patitur ex perturbatione consequenti quam ex tyranni regimine. Magis autem tyrannus seditiosus est, qui in populo sibi subiecto discordias et seditiones nutrit, ut tutius dominari possit. Hoc enim tyrannicum est, cum sit ordinatum ad bonum proprium praesidentis cum multitudinis nocumento.

43. De scandalo quod opponitur caritati quantum ad beneficentiam.

Prooemium

II-II q. 43 pr.

Deinde considerandum restat de vitiis quae beneficentiae opponuntur. Inter quae alia quidem pertinent ad rationem iustitiae, illa scilicet quibus aliquis iniuste proximum laedit, sed contra caritatem specialiter scandalum esse videtur. Et ideo considerandum est hic de scandalo. Circa quod quaeruntur octo. Primo, quid sit scandalum. Secundo, utrum scandalum sit peccatum. Tertio, utrum sit peccatum speciale. Quarto, utrum sit peccatum mortale. Quinto, utrum perfectorum sit scandalizari. Sexto, utrum eorum sit scandalizare. Septimo, utrum spiritualia bona sint dimittenda propter scandalum. Octavo, utrum sint propter scandalum temporalia dimittenda.

1. Quid sit scandalum.

II-II q. 43 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod scandalum

jak se dále řekne. Ale podle Augustina, v XXII. Proti Faustovi, hřích je "slovo neb skutek neb touha proti zákonu Božímu". Tedy řečený výměr je nedostačující, poněvadž opomíjí myšlenku nebo touhu.

Mimo to, poněvadž mezi úkony ctnostnými nebo správnými jeden je ctnostnější nebo správnější druhého, jen to se nezdá méně správné, co je nejsprávnější. Jestliže tedy pohoršení je méně správné slovo nebo skutek, následuje, že každý ctnostný skutek mimo nejlepší je pohoršením.

Mimo to příležitost označuje příčinu případkovou; Ale to, co je případkové, nemá se klásti do výměru, poněvadž nedává druh. Tedy nevhodně se klade do výměru pohoršení "příležitost".

Mimo to z každého skutku druhého může někdo vzíti příležitost pádu, poněvadž příčiny případkové jsou neomezené. Jestliže tedy pohoršení jest, co dává druhému příležitost pádu, každý skutek nebo slovo může býti pohoršením, což se zdá nevhodně.

Mimo to bližnímu se dává příležitost pádu, když je urážen nebo oslabován. Ale pohoršení se odděluje od urážky' a slabosti, neboť Apoštol praví, Řím. 14: "Dobré jest nejísti masa a nepíti vína a nad čím se bratr tvůj uráží nebo pohoršuje nebo oslabuje." Tedy řečený výměr pohoršení není vhodný.

Avšak proti jest, co praví Jeronym, vykládaje ono, co máme Mat. 15: ‚Víš, že farizeové, uslyševše toto slovo' atd.: "Když čteme ‚Kdokoliv by se pohoršil', tak rozumíme: "Kdo slovem nebo skutkem dal druhému příležitost pádu."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak Jeronym tamtéž píše, "co se řecky řekne skandalon, my můžeme říci urážka nebo pád a naražení nohou". Neboť se někdy přihodí, že leží někomu na tělesné cestě nějaká překážka, na niž naraziví připravuje si pád. A taková překážka se nazývá pohoršení. A podobně postupem cesty duchovní se přihodí, že se někomu připraví duchovní pád slovem nebo skutkem druhého, pokud totiž někdo svým připomínáním nebo sváděním nebo příkladem táhne druhého ke hříchu. A to se vlastně nazývá pohoršením. Avšak nic podle svého rázu nepřipravuje k duchovnímu pádu, leč co má nějaký nedostatek správnosti, poněvadž to, co je dokonale správné, více chrání člověka před pádem nežli přivádí k pádu. A proto se vhodně praví, že "méně správné slovo nebo skutek dávající příležitost pádu," jest pohoršení.

K prvnímu se tedy musí říci, že myšlení nebo žádost se skrývá v srdci. Proto se neklade druhému jako překážka, připravující k pádu. A proto nemůže míti ráz pohoršení.

K druhému se musí říci, že méně správné nesluje to, co od něčeho jiného jest překonáno ve správnosti, ale co má nějaký nedostatek správnosti buď proto, že je samo sebou inconvenienter definiatur esse *dictum vel factum minus rectum praebens occasionem ruinae*. Scandalum enim peccatum est, ut post dicetur. Sed secundum Augustinum, XXII contra Faust., *peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei*. Ergo praedicta definitio est insufficiens, quia praetermittitur cogitatum sive concupitum.

II-II q. 43 a. 1 arg. 2

Praeterea, cum inter actus virtuosos vel rectos unus sit virtuosior vel rectior altero, illud solum videtur non esse minus rectum quod est rectissimum. Si igitur scandalum sit dictum vel factum minus rectum, sequetur quod omnis actus virtuosus praeter optimum sit scandalum.

II-II q. 43 a. 1 arg. 3

Praeterea, occasio nominat causam per accidens. Sed id quod est per accidens non debet poni in definitione, quia non dat speciem. Ergo inconvenienter in definitione scandali ponitur occasio.

II-II q. 43 a. 1 arg. 4

Praeterea, ex quolibet facto alterius potest aliquis sumere occasionem ruinae, quia causae per accidens sunt indeterminatae. Si igitur scandalum est quod praebet alteri occasionem ruinae, quodlibet factum vel dictum poterit esse scandalum. Quod videtur inconveniens.

II-II q. 43 a. 1 arg. 5

Praeterea, occasio ruinae datur proximo quando offenditur aut infirmatur. Sed scandalum dividitur contra offensionem et infirmitatem, dicit enim apostolus, ad Rom. XIV, *bonum est non manducare carnem et non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur aut infirmatur*. Ergo praedicta definitio scandali non est conveniens.

II-II q. 43 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Hieronymus, exponens illud quod habetur Matth. XV, *scis quia Pharisaei, audito hoc verbo*, etc., dicit, *quando legimus, quicumque scandalizaverit, hoc intelligimus, qui dicto vel facto occasionem ruinae dederit*.

II-II q. 43 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut Hieronymus ibidem dicit, *quod Graece scandalon dicitur, nos offensionem vel ruinam et impactionem pedis possumus dicere*. Contingit enim quod quandoque aliquis obex ponitur alicui in via corporali, cui impingens disponitur ad ruinam, et talis obex dicitur scandalum. Et similiter in processu viae spiritualis contingit aliquem disponi ad ruinam spiritualem per dictum vel factum alterius, inquantum scilicet aliquis sua admonitione vel inductione aut exemplo alterum trahit ad peccandum. Et hoc proprie dicitur scandalum. Nihil autem secundum propriam rationem disponit ad spiritualem ruinam nisi quod habet aliquem defectum rectitudinis, quia id quod est perfecte rectum magis munit hominem contra casum quam ad ruinam inducat. Et ideo convenienter dicitur quod dictum vel factum minus rectum praebens occasionem ruinae sit scandalum.

II-II q. 43 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod cogitatio vel concupiscentia mali latet in corde, unde non proponitur alteri ut obex disponens ad ruinam. Et propter hoc non potest habere scandali rationem.

II-II q. 43 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod minus rectum hic non dicitur

zlé, jako hřích, nebo poněvadž má podobu zla, jako když někdo je na modlosluţebné hostině. Neboť ačkoliv toto samo v sobě není hříšné, když to někdo nečiní se zkaženým úmyslem, přece poněvadž má jakési zdání a podobu uctívání modly, může dáti druhému příležitost pádu. Pročež Apoštol napomíná, I. Sol. 5: "Zdržujte se od všelikého zdání zla." Pročež se vhodně praví "méně správné", aby byla zahrnuta jak ta, která jsou sama sebou hříchy, tak ta, která mají zdání zla.

K třetímu se musí říci, že, jak jsme měli shora, nic nemůže býti člověku dostatečnou příčinou hříchu, který jest duchovní pád, než vlastní vůle. A proto slova neb skutky druhého člověka mohou býti jen nedokonalou příčinou, nějak přivádějící k pádu. A proto se nepraví "dávající příčinu pádu"; ale "dávající příležitost", což znamená příčinu nedokonalou, a ne vždy příčinu případkovou. A přece nic nevadí klásti do některých výměrů to, co je podle případku, poněvadž to, co jest jednomu případkové, může druhému příslušeti o sobě, jako do výměru osudu se klade příčina případková, jak je patrné v II. Physic.

Ke čtvrtému se musí říci, že slovo nebo skutek druhého může býti druhému příčinou hříchu dvojmo: jedním způsobem o sobě, jiným způsobem případkově. A to o sobě, když zamýšlí někdo svým špatným slovem nebo skutkem jiného svésti ke hříchu; nebo, ač toho sám nezamýšlí, sám skutek je takový, že má ve svém rázu sváděti ke hříchu, třebas když někdo veřejně činí hřích, nebo co má podobu hříchu. A pak ten, kdo koná takový úkon, vlastně dává příležitost pádu; proto se nazývá pohoršení činné. Avšak případkově nějaké slovo nebo skutek jednoho je druhému příčinou hříchu, když i mimo úmysl jednajícího a mimo povahu skutku někdo špatně založený takovým skutkem je uveden do hříchu, třebas když někdo závidí druhým dobro. A tehdy ten, kdo činí takový správný úkon, nedává příležitost, co na něm jest, nýbrž druhý béře příležitost, podle onoho Řím. 7: "Avšak použiv příležitosti" atd. A proto je to pohoršení trpné, bez činného; poněvadž ten, jenž jedná správně, co na něm jest, nedává příležitost pádu, který utrpí druhý. Někdy se tedy přihodí, že také je činné pohoršení u jednoho, a trpné u druhého, třebas když na svedení jednoho jiný hřeší. Někdy však je pohoršení činné bez trpného, třebas když někdo jiného svádí ke hříchu slovem nebo skutkem, a onen nesouhlasí. Někdy však jest pohoršení trpné bez činného, jak bylo již řečeno.

K pátému se musí říci, že oslabení značí náchylnost k pohoršení; avšak urážka značí rozhořčení někoho proti tomu, jenž hřeší, jež může býti někdy bez pádu. Avšak pohoršení obnáší sám náraz k pádu.

XLIII.2. Zda pohoršení je hřích.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že pohoršení není hřích. Neboť hříchy nenastávají z nutnosti, poněvadž každý hřích je dobrovolný, jak jsme měli shora. Ale Mat. 18 se praví: "Jest nutné, aby přišla pohoršení." Tedy pohoršení quod ab aliquo alio superatur in rectitudine, sed quod habet aliquem rectitudinis defectum, vel quia est secundum se malum, sicut peccata; vel quia habet speciem mali, sicut cum aliquis recumbit in idolio. Quamvis enim hoc secundum se non sit peccatum, si aliquis hoc non corrupta intentione faciat; tamen quia habet quandam speciem vel similitudinem venerationis idoli, potest alteri praebere occasionem ruinae. Et ideo apostolus monet, I ad Thess. V, *ab omni specie mala abstinete vos*. Et ideo convenienter dicitur minus rectum, ut comprehendantur tam illa quae sunt secundum se peccata, quam illa quae habent speciem mali.

II-II q. 43 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut supra habitum est, nihil potest esse homini sufficiens causa peccati, quod est spiritualis ruina, nisi propria voluntas. Et ideo dicta vel facta alterius hominis possunt esse solum causa imperfecta, aliqualiter inducens ad ruinam. Et propter hoc non dicitur, dans causam ruinae, sed, dans occasionem, quod significat causam imperfectam, et non semper causam per accidens. Et tamen nihil prohibet in quibusdam definitionibus poni id quod est per accidens, quia id quod est secundum accidens uni potest per se alteri convenire, sicut in definitione fortunae ponitur causa per accidens, in II Physic.

II-II q. 43 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod dictum vel factum alterius potest esse alteri causa peccandi dupliciter, uno modo, per se; alio modo, per accidens. Per se quidem, quando aliquis suo malo verbo vel facto intendit alium ad peccandum inducere; vel, etiam si ipse hoc non intendat, ipsum factum est tale quod de sui ratione habet ut sit inductivum ad peccandum, puta quod aliquis publice facit peccatum vel quod habet similitudinem peccati. Et tunc ille qui huiusmodi actum facit proprie dat occasionem ruinae, unde vocatur scandalum activum. Per accidens autem aliquod verbum vel factum unius est alteri causa peccandi, quando etiam praeter intentionem operantis, et praeter conditionem operis, aliquis male dispositus ex huiusmodi opere inducitur ad peccandum, puta cum aliquis invidet bonis aliorum. Et tunc ille qui facit huiusmodi actum rectum non dat occasionem, quantum in se est, sed alius sumit occasionem, secundum illud ad Rom. VII, *occasione autem accepta*, et cetera. Et ideo hoc est scandalum passivum sine activo, quia ille qui recte agit, quantum est de se, non dat occasionem ruinae quam alter patitur. Quandoque ergo contingit quod et sit simul scandalum activum in uno et passivum in altero, puta cum ad inductionem unius alius peccat. Quandoque vero est scandalum activum sine passivo, puta cum aliquis inducit verbo vel facto alium ad peccandum, et ille non consentit. Quandoque vero est scandalum passivum sine activo, sicut iam dictum est.

II-II q. 43 a. 1 ad 5

Ad quintum dicendum quod infirmitas nominat promptitudinem ad scandalum; offensio autem nominat indignationem alicuius contra eum qui peccat, quae potest esse quandoque sine ruina; scandalum autem importat ipsam impactionem ad ruinam.

2. Utrum scandalum sit peccatum.

II-II q. 43 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod scandalum non sit peccatum. Peccata enim non eveniunt ex necessitate, quia omne peccatum est voluntarium, ut supra habitum est.

není hřích.

Mimo to, žádný hřích nepochází z citu oddanosti, poněvadž "dobrý strom nemůže nésti ovoce špatné", jak se praví Mat. 7. Ale některé pohoršení jest z citu oddanosti, neboť Pán praví Petrovi, Mat. 16: "Jsi mně pohoršením;" kdež praví Jeronym, že "pobloužení Apoštolovo, pocházející z citu oddanosti, nijak se nezdá podnícením ďáblovým". Tedy není každé pohoršení hřích.

Mimo to pohoršení obnáší nějaký náraz. Ale nepadne každý, kdo narazí. Tedy pohoršení, což je duchovní pád, může býti bez hříchu.

Avšak proti jest, že pohoršení jest "méně správné slovo nebo skutek". Avšak odtud má něco ráz hříchu, že mu chybí správnost. Tedy pohoršení jest vždy s hříchem.

Odpovídám: Musí se říci, že jak bylo shora řečeno, dvojí jest pohoršení, totiž trpné v tom. jenž se pohoršÍ, a činné v tom, který pohoršuje, dávaje příležitost pádu. Tedy pohoršení trpné jest vždy hřích v tom, kdo se pohoršÍ, neboť se nepohoršÍ, než pokud padne nějakým duchovním pádem, který je hřích. Může však trpné pohoršení býti bez hříchu toho, z jehož skutku se někdo pohoršÍ, jako když se někdo pohoršÍ z toho, co druhý dobře činí. Podobně také činné pohoršení vždy jest hřích v tom, jenž pohoršuje, poněvadž buď sám skutek; který koná, je hřích, nebo také, má-li podobu hříchu, má se vždy opomenouti pro lásku k bližnímu, ze které je každý povinen dbáti spásy bližního; a takto kdo neopomene, jedná proti lásce. Může však býti činné pohoršení bez hříchu druhého, jenž se pohoršÍ, jak se řeklo shora.

K prvnímu se tedy musí říci, že to, co se praví: "Je nutné, aby přišla pohoršení," nemá se rozuměti o naprosté nutnosti, ale o nutnosti podmínečné, jíž nutně nastanou předvěděná nebo předpověděná od Boha, jak bylo řečeno v Prvním. Nebo jest nutné, aby přišla pohoršení nutnosti cíle, poněvadž jsou užitečná k tomu, aby "se stali zjevní, kdo jsou osvědčení".

Nebo je nutné, aby přišla pohoršení podle stavu lidí, kteří se před hříchy nechrání. Jako když nějaký lékař, vida, že někteří užívají nepatřičné stravy, řekne: "Je nutné, aby takoví onemocněli," čemuž se má rozuměti s tou podmínkou, jestliže nezmění stravu. A podobně je nutné, aby přišla pohoršení, nezmění-li lidé špatné obcování.

K druhému se musí říci, že pohoršení se tam béře široce, za jakoukoliv překážku. Neboť Petr chtěl zabrániti utrpení Kristovo z nějakého citu oddanosti Kristu.

K třetímu se musí říci, že nikdo duchovně nenarazí, jestliže se nějak nezdrží v postupu na cestě Boží, což se děje aspoň všedním hřích em.

Sed Matth. XVIII dicitur, *necesse est ut veniant scandala*. Ergo scandalum non est peccatum.

II-II q. 43 a. 2 arg. 2

Praeterea, nullum peccatum procedit ex pietatis affectu, quia *non potest arbor bona fructus malos facere*, ut dicitur Matth. VII. Sed aliquod scandalum est ex pietatis affectu, dicit enim dominus Petro, Matth. XVI, *scandalum mihi es*; ubi dicit Hieronymus quod *error apostoli, de pietatis affectu veniens, nunquam incentivum videtur esse Diaboli*. Ergo non omne scandalum est peccatum.

II-II q. 43 a. 2 arg. 3

Praeterea, scandalum impactionem quandam importat. Sed non quicumque impingit, cadit. Ergo scandalum potest esse sine peccato, quod est spiritualis casus.

II-II q. 43 a. 2 s. c.

Sed contra est quod scandalum est dictum vel factum minus rectum. Ex hoc autem habet aliquid rationem peccati quod a rectitudine deficit. Ergo scandalum semper est cum peccato.

II-II q. 43 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut iam supra dictum est, duplex est scandalum, scilicet passivum, in eo qui scandalizatur; et activum, in eo qui scandalizat, dans occasionem ruinae. Scandalum igitur passivum semper est peccatum in eo qui scandalizatur, non enim scandalizatur nisi inquantum aliqualiter ruit spirituali ruina, quae est peccatum. Potest tamen esse scandalum passivum sine peccato eius ex cuius facto aliquis scandalizatur, sicut cum aliquis scandalizatur de his quae alius bene facit. Similiter etiam scandalum activum semper est peccatum in eo qui scandalizat. Quia vel ipsum opus quod facit est peccatum, vel etiam, si habeat speciem peccati, dimittendum est semper propter proximi caritatem, ex qua unusquisque conatur saluti proximi providere; et sic qui non dimittit contra caritatem agit. Potest tamen esse scandalum activum sine peccato alterius qui scandalizatur, sicut supra dictum est.

II-II q. 43 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod hoc quod dicitur, necesse est ut veniant scandala, non est intelligendum de necessitate absoluta, sed de necessitate conditionali, qua scilicet necesse est praescita vel praenuntiata a Deo evenire, si tamen coniunctim accipiatur, ut in primo libro dictum est. Vel necesse est evenire scandala necessitate finis, quia utilia sunt ad hoc quod qui probati sunt manifesti fiant. Vel necesse est evenire scandala secundum conditionem hominum, qui sibi a peccatis non cavent. Sicut si aliquis medicus, videns aliquos indebita diaeta utentes, dicat, necesse est tales infirmari, quod intelligendum est sub hac conditione, si diaetam non mutent. Et similiter necesse est evenire scandala si homines conversationem malam non mutent.

II-II q. 43 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod scandalum ibi large ponitur pro quolibet impedimento. Volebat enim Petrus Christi passionem impedire, quodam pietatis affectu ad Christum.

II-II q. 43 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod nullus impingit spiritualiter nisi retardetur aliqualiter a processu in via Dei, quod fit saltem per peccatum veniale.

XLIII.3. Zda pohoršení je zvláštní hřích.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že pohoršení není zvláštní hřích. Neboť pohoršení je "méně správné slovo nebo skutek". Ale takový je každý hřích. Tedy každý hřích je pohoršením. Tedy pohoršení není zvláštní hřích.

Mimo to, každý zvláštní hřích, nebo každá zvláštní nespravedlnost, shledá se oddělené od jiných, jak se praví v V. Ethic. Ale pohoršení se neshledává oddělené od jiných hříchů. Tedy pohoršení není zvláštní hřích.

Mimo to, každý zvláštní hřích záleží v něčem, co dává druh mravnímu úkonu. Ale ráz pohoršení záleží v tom, že se hřeší před jinými. Avšak hřešiti zjevně, třebaže jest přitěžující okolností, nezdá se určovati druh hříchu. Tedy pohoršení není zvláštní hřích.

Avšak proti, zvláštní ctnosti je protilehlý zvláštní hřích. Ale pohoršení je protilehlé zvláštní ctnosti, totiž lásce; neboť se praví Řím. 14: "Rmoutí-li se tvůj bratr pro pokrm, nechodíš již podle lásky." Tedy pohoršení je zvláštní hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak se řeklo shora, dvojí jest pohoršení, totiž činné a trpné. Trpné pohoršení nemůže sice býti zvláštní hřích, poněvadž něčí pád pro slovo nebo skutek něčí se přihodí v každém rodu hříchu; a to, že se vezme příležitost hříchu ze slova nebo skutku druhého, neurčuje zvláštní druh hříchu, poněvadž neobnáší zvláštní ošklivost, protilehlou zvláštní ctnosti.

Činné pak pohoršení lze vzíti dvojmo, totiž o sobě a případkově A to případkově, když je mimo úmysl jednajícího, třebas když někdo svým nezřízeným skutkem nebo slovem nezamýšlí dáti druhému příležitost pádu, ale toliko vyhověti své vůli. A takto ani činné pohoršení není zvláštní hřích, poněvadž co je případkové, neurčuje druh. Je pak činné pohoršení o sobě, když někdo svým nezřízeným slovem nebo skutkem zamýšlí někoho táhnouti ke hříchu. A takto ze záměru zvláštního cíle nabývá rázu zvláštního hříchu, neboť cíl v mravních dává druh, jak se řeklo shora. Proto, jako krádež nebo vražda je zvláštní hřích pro zvláštní poškození bližního, které se zamýšlí, tak také pohoršení je zvláštní hřích proto, že se zamýšlí zvláštní poškození bližního. A je protilehlé bratrskému napomenutí, při němž se zamýšlí odstranění zvláštního poškození.

K prvnímu se tedy musí říci, že každý hřích může býti látkou činného pohoršení. Ale tvarový ráz zvláštního hříchu může míti ze záměru cíle, jak se řeklo.

K druhému se musí říci,, že pohoršení činné může se shledati oddělené od ostatních hříchů, třebas když někdo pohoršuje bližního skutkem, jenž o sobě není hříchem, ale má podobu zla.

3. Utrum sit speciale peccatum.

II-II q. 43 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod scandalum non sit speciale peccatum. Scandalum enim est dictum vel factum minus rectum. Sed omne peccatum est huiusmodi. Ergo omne peccatum est scandalum. Non ergo scandalum est speciale peccatum.

II-II q. 43 a. 3 arg. 2

Praeterea, omne speciale peccatum, sive omnis specialis iniustitia, invenitur separatim ab aliis; ut dicitur in V Ethic. Sed scandalum non invenitur separatim ab aliis peccatis. Ergo scandalum non est speciale peccatum.

II-II q. 43 a. 3 arg. 3

Praeterea, omne speciale peccatum constituitur secundum aliquid quod dat speciem morali actui. Sed ratio scandali constituitur per hoc quod coram aliis peccatur. In manifesto autem peccare, etsi sit circumstantia aggravans, non videtur constituere peccati speciem. Ergo scandalum non est speciale peccatum.

II-II q. 43 a. 3 s. c.

Sed contra, speciali virtuti speciale peccatum opponitur. Sed scandalum opponitur speciali virtuti, scilicet caritati, dicitur enim Rom. XIV, *si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum caritatem ambulas*. Ergo scandalum est speciale peccatum.

II-II q. 43 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, duplex est scandalum, activum scilicet, et passivum. Passivum quidem scandalum non potest esse speciale peccatum, quia ex dicto vel facto alterius aliquem ruere contingit secundum quodcumque genus peccati; nec hoc ipsum quod est occasionem peccandi sumere ex dicto vel facto alterius specialem rationem peccati constituit, quia non importat specialem deformitatem speciali virtuti oppositam. Scandalum autem activum potest accipi dupliciter, per se scilicet, et per accidens. Per accidens quidem, quando est praeter intentionem agentis, ut puta cum aliquis suo facto vel verbo inordinato non intendit alteri dare occasionem ruinae, sed solum suae satisfacere voluntati. Et sic etiam scandalum activum non est peccatum speciale, quia quod est per accidens non constituit speciem. Per se autem est activum scandalum quando aliquis suo inordinato dicto vel facto intendit alium trahere ad peccatum. Et sic ex intentione specialis finis sortitur rationem specialis peccati, finis enim dat speciem in moralibus, ut supra dictum est. Unde sicut furtum est speciale peccatum, aut homicidium, propter speciale nocumentum proximi quod intenditur; ita etiam scandalum est speciale peccatum, propter hoc quod intenditur speciale proximi nocumentum. Et opponitur directe correctioni fraternae, in qua attenditur specialis nocumenti remotio.

II-II q. 43 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod omne peccatum potest materialiter se habere ad scandalum activum. Sed formalem rationem specialis peccati potest habere ex intentione finis, ut dictum est.

II-II q. 43 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod scandalum activum potest inveniri separatim ab aliis peccatis, ut puta cum aliquis proximum scandalizat facto quod de se non est peccatum,

K třetímu se musí říci; že pohoršení nemá ráz zvláštního hříchu z řečené okolnosti, ale ze záměru cíle, jak bylo řečeno.

XLIII.4. Zda pohoršení je hřích smrtelný.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že pohoršení je smrtelný hřích. Neboť každý hřích, který je proti lásce, jest smrtelný hřích, jak bylo svrchu řečeno. Ale pohoršení je proti lásce, jak bylo řečeno. Tedy pohoršení je smrtelný hřích.

Mimo to žádnému hříchu nepatří trest věčného zavržení, než smrtelnému. Ale pohoršení patří trest věčného zavržení, podle onoho Mat. 18: "Kdo pohorší jednoho z těchto maličkých, kteří ve mně věří, lépe jemu, aby se pověsil na krk žernov oslí, a byl ponořen do hlubiny mořské." "Poněvadž", jak praví Jeronym, "mnohem lépe jest dostati za vinu krátký trest, než býti chován k věčným mukám". Tedy pohoršení je smrtelný hřích.

Mimo to každý hřích, který se páchá proti Bohu, je smrtelný hřích, poněvadž pouze smrtelný hřích odvrací člověka od Boha. Ale pohoršení je hřích proti Bohu; neboť Apoštol praví, I: Kor. 8: "Bijíce slabé svědomí bratří, proti Kristu hřešíte." Tedy pohoršení je vždy smrtelný hřích.

Avšak proti, svésti někoho ke všednímu hříchu může býti všední hřích. Ale to patří k pojmu pohoršení. Tedy pohoršení může býti všední hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak se řeklo shora, pohoršení obnáší nějaký náraz, který někomu připravuje pád. A proto pohoršení trpné může sice někdy býti všední hřích, jakožto mající toliko náraz; třebas když někdo z nezřízeného slova nebo skutku druhého je pohnut hnutím všedního hříchu. Avšak někdy je smrtelný hřích, jakožto mající s nárazem pád; třebas když někdo z nezřízeného slova nebo skutku druhého dojde až k smrtelnému hříchu. Avšak pohoršení činné, je-li případkové, může sice někdy býti všední hřích, třebas když někdo s nějakou malou nerozvážností buď učiní úkon všedního hříchu, nebo úkon, který není o sobě hříchem, ale má nějakou podobu zla. Avšak někdy je smrtelný hřích, buď že činí úkon smrtelného hříchu, buď že pohrdá spásou bližního, jako když někdo pro její zachování nezanechá činu, který se mu zlíbí. Je-li však činné pohoršení o sobě, třebas když chce svésti jiného ke hříchu smrtelnému, jest těžký hřích. A podobně chce-li bližního svésti ke všednímu hříchu úkonem hříchu smrtelného. Avšak chce-li svésti bližního ke všednímu hříchu úkonem hříchu všedního, je hřích všední.

A tím jest patrná odpověď k námitkám.

sed habet speciem mali.

II-II q. 43 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod scandalum non habet rationem specialis peccati ex praedicta circumstantia, sed ex intentione finis, ut dictum est.

4. Utrum sit peccatum mortale.

II-II q. 43 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod scandalum sit peccatum mortale. Omne enim peccatum quod contrariatur caritati est peccatum mortale, ut supra dictum est. Sed scandalum contrariatur caritati, ut dictum est. Ergo scandalum est peccatum mortale.

II-II q. 43 a. 4 arg. 2

Praeterea, nulli peccato debetur poena damnationis aeternae nisi mortali. Sed scandalo debetur poena damnationis aeternae, secundum illud Matth. XVIII, *qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris*. Quia, ut dicit Hieronymus, *multo melius est pro culpa brevem recipere poenam quam aeternis servari cruciatibus*. Ergo scandalum est peccatum mortale.

II-II q. 43 a. 4 arg. 3

Praeterea, omne peccatum quod in Deum committitur est peccatum mortale, quia solum peccatum mortale avertit hominem a Deo. Sed scandalum est peccatum in Deum, dicit enim apostolus, I ad Cor. VIII, *percutientes conscientiam fratrum infirmam, in Christum peccatis*. Ergo scandalum semper est peccatum mortale.

II-II q. 43 a. 4 s. c.

Sed contra, inducere aliquem ad peccandum venialiter potest esse peccatum veniale. Sed hoc pertinet ad rationem scandali. Ergo scandalum potest esse peccatum veniale.

II-II q. 43 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, scandalum importat impactionem quandam, per quam aliquis disponitur ad ruinam. Et ideo scandalum passivum quandoque quidem potest esse peccatum veniale, quasi habens impactionem tantum, puta cum aliquis ex inordinato dicto vel facto alterius commovetur motu venialis peccati. Quandoque vero est peccatum mortale, quasi habens cum impactione ruinam, puta cum aliquis ex inordinato dicto vel facto alterius procedit usque ad peccatum mortale. Scandalum autem activum, si sit quidem per accidens, potest esse quandoque quidem peccatum veniale, puta cum aliquis vel actum peccati venialis committit; vel actum qui non est secundum se peccatum sed habet aliquam speciem mali, cum aliqua levi indiscretione. Quandoque vero est peccatum mortale, sive quia committit actum peccati mortalis; sive quia contemnit salutem proximi, ut pro ea conservanda non praetermittat aliquis facere quod sibi libuerit. Si vero scandalum activum sit per se, puta cum intendit inducere alium ad peccandum, si quidem intendat inducere ad peccandum mortaliter, est peccatum mortale. Et similiter si intendat inducere ad peccandum venialiter per actum peccati mortalis. Si vero intendat inducere proximum ad peccandum venialiter per actum peccati venialis, est peccatum veniale.

II-II q. 43 a. 4 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

XLIII.5. Zda pohoršení trpné může padnouti také na dokonalé.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že pohoršení trpné může také padnouti na dokonalé. Neboť Kristus byl nejvíce dokonalý. Ale on pravil Petrovi: "Jsi mi pohoršením." Tedy tím více mohou utrpěti pohoršení jiní dokonalí.

Mimo to pohoršení obnáší nějakou překážku, která se někomu položí v duchovním životě. Ale také dokonalým mužům může se překážeti v postupech duchovního života, podle onoho k I. Sol. 2: "Chtěli jsme k vám přijíti; totiž já, Pavel, jednou a opět, ale zabránil nám Satan." Tedy i muži dokonalí mohou trpěti pohoršení.

Mimo to všední hříchy lze nalézti také v dokonalých mužích, podle onoho I. Jan. I: "Jestliže řekneme, že hříchu nemáme, sami sebe svádíme." Ale trpné pohoršení není vždy smrtelný hřích, ale někdy všední, jak se řeklo. Tedy trpné pohoršení lze nalézti v dokonalých mužích.

Avšak proti ,jest, co praví Jeronym, k onomu Mat. 18: ‚Kdo by pohoršil jednoho z maličkých těchto': "Věz, že kdo se pohorší, maličký jest; neboť dospělí neberou pohoršení."

Odpovídám: Musí se říci, že pohoršení trpné obnáší nějaké zakolísání v dobru u toho, kdo pohoršení trpí. Avšak ten, jenž pevně lne k věci nepohnutelné, nezakolísá. Avšak dospělí, čili dokonalí lnou pouze k Bohu, jehož dobrota je nezměnitelná, poněvadž, třebaže lnou ke svým představeným, přece k nim nelnou, leč pokud oni lnou ke Kristu, podle onoho I. Kor. 4: "Buďte mými následovníky, jako i já Kristův." Proto, jakkoli vidí druhé se chovati nezřízeně ve slovech nebo skutcích, sami neodstupují od své správnosti, podle onoho Žalmu: "Kteří doufají v Hospodina jako hora Sion, nepohne se na věky, kdo bydlí v Jerusalemě" A proto v těch, kteří láskou lnou dokonale k Bohu, nenachází se pohoršení, podle onoho Žalmu: "Hojný pokoj milujícím tvůj zákon, a není jim pohoršení."

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak se řeklo shora, pohoršení se tam béře široce za jakoukoliv překážku. Proto řekl Pán Petrovi: "Jsi mi pohoršením", poněvadž usiloval zabrániti jeho předsevzetí o podstoupení utrpení.

K druhému se musí říci, že ve vnějších úkonech lze dokonalým mužům překážeti. Ale ze slov nebo skutků jiných nemohou míti překážku, aby spěli k Bohu, podle onoho Řím. 8: "Ani smrt, ani život nebude moci odloučiti nás od lásky Boží."

K třetímu se musí říci, že dokonalí mužové ze slabosti těla upadají někdy do všedních hříchů; avšak nepohoršují se ze slov nebo skutků jiných podle pravého pojmu pohoršení. Ale může v nich býti jakási blízkost pohoršení, podle onoho Žalmu: "Skoro pak se pohnuly mé nohy."

5. Utrum perfectorum sit scandalizari.

II-II q. 43 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod scandalum passivum possit etiam in perfectos cadere. Christus enim fuit maxime perfectus. Sed ipse dixit Petro, *scandalum mihi es*. Ergo multo magis alii perfecti possunt scandalum pati.

II-II q. 43 a. 5 arg. 2

Praeterea, scandalum importat impedimentum aliquod quod alicui opponitur in vita spirituali. Sed etiam perfecti viri in processibus spiritualis vitae impediri possunt, secundum illud I ad Thess. II, *voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, semel et iterum, sed impedivit nos Satanas*. Ergo etiam perfecti viri possunt scandalum pati.

II-II q. 43 a. 5 arg. 3

Praeterea, etiam in perfectis viris peccata venialia inveniri possunt, secundum illud I Ioan. I, *si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus*. Sed scandalum passivum non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale, ut dictum est. Ergo scandalum passivum potest in perfectis viris inveniri.

II-II q. 43 a. 5 s. c.

Sed contra est quod super illud Matth. XVIII, *qui scandalizaverit unum de pusillis istis*, dicit Hieronymus, *nota quod qui scandalizatur parvulus est, maiores enim scandala non recipiunt*.

II-II q. 43 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod scandalum passivum importat quandam commotionem animi a bono in eo qui scandalum patitur. Nullus autem commovetur qui rei immobili firmiter inhaeret. Maiores autem, sive perfecti, soli Deo inhaerent, cuius est immutabilis bonitas, quia etsi inhaereant suis praelatis, non inhaerent eis nisi inquantum illi inhaerent Christo, secundum illud I ad Cor. IV, *imitatores mei estote, sicut et ego Christi*. Unde quantumcumque videant alios inordinate se habere dictis vel factis, ipsi a sua rectitudine non recedunt, secundum illud Psalm., *qui confidunt in domino, sicut mons Sion, non commovebitur in aeternum qui habitat in Ierusalem*. Et ideo in his qui perfecte Deo adhaerent per amorem scandalum non invenitur, secundum illud Psalm., *pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum*.

II-II q. 43 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut supra dictum est, scandalum large ponitur ibi pro quolibet impedimento. Unde dominus Petro dicit, scandalum mihi es, quia nitebatur eius propositum impedire circa passionem subeundam.

II-II q. 43 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod in exterioribus actibus perfecti viri possunt impediri. Sed in interiori voluntate per dicta vel facta aliorum non impediuntur quominus tendant in Deum, secundum illud Rom. VIII, *neque mors neque vita poterit nos separare a caritate Dei*.

II-II q. 43 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod perfecti viri ex infirmitate carnis incidunt interdum in aliqua peccata venialia, non autem ex aliorum dictis vel factis scandalizantur secundum veram scandali rationem. Sed potest esse in eis quaedam appropinquatio ad scandalum, secundum illud Psalm., *mei*

XLIII.6. Zda činné pohoršení se může nacházeti v dokonalých mužích.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že pohoršení činné se může nacházeti v dokonalých mužích. Neboť trpnost je účinek činnosti. Ale ze slov a skutků dokonalých se někteří trpně pohoršují, podle onoho Mat. 15: "Víš, že farizeové, uslyševše to slovo, pohoršili se?" Tedy v dokonalých mužích se může nacházeti činné pohoršení.

Mimo to Petr po přijetí Ducha Svatého byl ve stavu dokonalých. Ale později pohoršil pohany, jak se praví Gal. 2: "Když jsem viděl, že nejdou správně podle pravdy evangelia, řekl jsem Kefovi", to jest Petrovi, "přede všemi: Jestliže ty, ač jsi Žid, žiješ pohansky, a ne židovsky, proč nutíš pohany židovštěti?" Tedy pohoršení činné může býti v mužích dokonalých.

Mimo to pohoršení činné jest někdy všední hřích. Ale všední hříchy mohou býti také v mužích dokonalých. Tedy pohoršení činné může býti v mužích dokonalých.

Avšak proti, více odporuje dokonalosti pohoršení činné než pohoršení trpné. Ale pohoršení trpné nemůže býti v mužích dokonalých. Tedy tím méně pohoršení činné.

Odpovídám: Musí se říci, že pohoršení činné jest vlastně, když někdo něco takového řekne nebo činí, co o sobě je takové, že svou přirozeností přivádí druhého k pádu; a to je pouze to, co se děje nebo říká nezřízeně. Avšak dokonalým náleží pořádati podle pravidla rozumu to, co konají, podle onoho I. Kor. 14: "Všechno děj se ve vás čestně a podle pořádku." A této ostražitosti zvláště užívají v těch, v nichž nejen sami by narazili, ale také jiným by připravili náraz. Jestliže pak v jejich zjevných slovech nebo skutcích chybí něco z této spořádanosti; to pochází ze slabosti lidské, z níž v dokonalosti ochabnou. Avšak neochabnou tak, aby se velmi odchýlili od řádu rozumu, nýbrž málo a lehce; což není tak veliké, aby z toho mohl někdo rozumně bráti příležitost hříchu.

K prvnímu se tedy musí říci; že trpné pohoršení vždycky pochází od nějakého činného, ale ne vždy od nějakého činného pohoršení druhého, ale těhož, jenž se pohoršuje, poněvadž totiž sám sebe pohoršuje.

K druhému se musí říci, že Petr sice zhřešil a zasluhoval pokárání podle mínění Augustina a samého Pavla, vzdaluje se pohanů, aby se vyhnul pohoršení Židů, poněvadž to činil poněkud neopatrně, takže se z toho pohoršovali pohané obrácení k víře. Avšak skutek Petrův nebyl tak těžký hřích, aby se právem jiní pohoršovali. Proto utrpěli pohoršení trpné, avšak v Petrovi nebylo pohoršení činné.

K třetímu se musí říci, že všední hříchy dokonalých hlavně záleží v náhlých hnutích, která nemohou pohoršiti, poněvadž jsou skrytá. Avšak spáchají-li všední hříchy také *pene moti sunt pedes*.

6. Utrum eorum sit scandalizare.

II-II q. 43 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod scandalum activum possit inveniri in viris perfectis. Passio enim est effectus actionis. Sed ex dictis vel factis perfectorum aliqui passive scandalizantur, secundum illud Matth. XV, *scis quia Pharisaei, audito hoc verbo, scandalizati sunt?* Ergo in perfectis viris potest inveniri scandalum activum.

II-II q. 43 a. 6 arg. 2

Praeterea, Petrus post acceptum spiritum sanctum in statu perfectorum erat. Sed postea gentiles scandalizavit, dicitur enim ad Gal. II, *cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii*, dixi Cephae, idest Petro, coram omnibus, *si tu cum Iudaeus sis, gentiliter et non Iudaice vivis, quomodo gentes cogis iudaizare?* Ergo scandalum activum potest esse in viris perfectis.

II-II q. 43 a. 6 arg. 3

Praeterea, scandalum activum quandoque est peccatum veniale. Sed peccata venialia possunt etiam esse in viris perfectis. Ergo scandalum activum potest esse in viris perfectis.

II-II q. 43 a. 6 s. c.

Sed contra, plus repugnat perfectioni scandalum activum quam passivum. Sed scandalum passivum non potest esse in viris perfectis. Ergo multo minus scandalum activum.

II-II q. 43 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod scandalum activum proprie est cum aliquis tale aliquid dicit vel facit quod de se tale est ut alterum natum sit inducere ad ruinam, quod quidem est solum id quod inordinate fit vel dicitur. Ad perfectos autem pertinet ea quae agunt secundum regulam rationis ordinare, secundum illud I ad Cor. XIV, *omnia honeste et secundum ordinem fiant in vobis*. Et praecipue hanc cautelam adhibent in his in quibus non solum ipsi offenderent, sed etiam aliis offensionem pararent. Et si quidem in eorum manifestis dictis vel factis aliquid ab hac moderatione desit, hoc provenit ex infirmitate humana, secundum quam a perfectione deficiunt. Non tamen intantum deficiunt ut multum ab ordine rationis recedatur, sed modicum et leviter, quod non est tam magnum ut ex hoc rationabiliter possit ab alio sumi peccandi occasio.

II-II q. 43 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod scandalum passivum semper ab aliquo activo causatur, sed non semper ab aliquo scandalo activo alterius, sed eiusdem qui scandalizatur; quia scilicet ipse seipsum scandalizat.

II-II q. 43 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod Petrus peccavit quidem, et reprehensibilis fuit, secundum sententiam Augustini et ipsius Pauli, subtrahens se a gentilibus ut vitaret scandalum Iudaeorum, quia hoc incaute aliqualiter faciebat, ita quod ex hoc gentiles ad fidem conversi scandalizabantur. Non tamen factum Petri erat tam grave peccatum quod merito possent alii scandalizari. Unde patiebantur scandalum passivum, non autem erat in Petro scandalum activum.

II-II q. 43 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod peccata venialia perfectorum praecipue consistunt in subitis motibus, qui, cum sint

ve vnějších slovech a skutcích, jsou tak lehké, že v sobě nemají síly pohoršiti.

XLIII.7. Zda se má upustiti od duchovních dober k vůli pohoršení.

Při sedmé se postupuje takto: Zdá se, že se má upustiti od duchovních dober k vůli pohoršení. Neboť Augustin, v knize Proti listu Parmenianovu, učí, že, kde jest obava nebezpečí schismatu, má se upustiti od potrestání hříchů. Ale potrestání hříchů jest nějaké duchovní dobro, poněvadž je úkonem spravedlnosti. Tedy má se upustiti od duchovního dobra k vůli pohoršení.

Mimo to se zdá, že svaté učení jest nejvíce duchovní. Ale má se od něho upustiti k vůli pohoršení, podle onoho Mat. 7: "Nedávejte svaté psům, ani nerozhazujte svých perel před svině, aby obrátivše se, nerozthrali vás." Tedy má se upustiti od duchovního dobra k vůli pohoršení.

Mimo to bratrské napomenutí, poněvadž je úkon lásky, jest nějaké duchovní dobro. Ale někdy se od něho z lásky upouští na vyhnutí pohoršení jiných, jak praví Augustin, I. O Městě Božím. Tedy se má upustiti od duchovního dobra k vůli pohoršení.

Mimo to praví Jeronym, že se má k vůli pohoršení upustiti ode všeho, co se může opomenouti bez úhony trojí pravdy, totiž "života, spravedlnosti a nauky". Ale od vyplnění rad a uštědřování almužen lze mnohokráte upustiti bez úhony trojí řečené pravdy. Jinak by vždy hřešili všichni, kteří opomíjejí. A přece toto jsou největší mezi duchovními skutky. Tedy duchovní dobra mají se opomenouti k vůli pohoršení.

Mimo to varovati se jakéhokoli hříchu jest nějaké duchovní dobro, poněvadž každý hřích přináší hřešícímu nějakou duchovní škodu. Ale zdá se, že k vůli vyvarování pohoršení bližního někdo musí někdy vsědně hřešiti, třebas když vsedním hříchem zabrání smrtelnému hříchu druhého; neboť člověk má zabrániti zavržení bližního, jak může bez škody vlastní spásy, které neničí vsední hřích. Tedy nějaké duchovní dobro má člověk opomenouti k vůli vyvarování pohoršení.

Avšak proti jest, co praví Řehoř, K Ezech.: "Béře-li se pohoršení z pravdy, užitečněji se dopouští zrození pohoršení, než by se opustila pravda." Ale duchovní dobra nejvíce náleží k pravdě. Tedy duchovní dobra se nemají opomenouti k vůli pohoršení.

Odpovídám: Musí se říci, že, poněvadž je dvojí pohoršení, totiž činné a trpné, tato otázka nemá místa u pohoršení činného, poněvadž pohoršení činné, jsouc méně správné slovo nebo skutek, nemá se nic konati s pohoršením činným. Má však místo otázka, rozumí-li se o pohoršení trpném. Je tedy uvážiti, co se má opomenouti, aby se jiný nepohoršil. Jest pak v duchovních dobrech rozlišovati. Neboť některá z nich jsou nutná ke spáse, jichž nelze occulti, scandalizare non possunt. Si qua vero etiam in exterioribus dictis vel factis venialia peccata committant, tam levia sunt ut de se scandalizandi virtutem non habeant.

7. Utrum spiritualia bona sint dimittenda propter scandalum.

II-II q. 43 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod bona spiritualia sint propter scandalum dimittenda. Augustinus enim, in libro contra epistolam Parmen., docet quod ubi schismatis periculum timetur, a punitione peccatorum cessandum est. Sed punitio peccatorum est quoddam spirituale, cum sit actus iustitiae. Ergo bonum spirituale est propter scandalum dimittendum.

II-II q. 43 a. 7 arg. 2

Praeterea, sacra doctrina maxime videtur esse spiritualis. Sed ab ea est cessandum propter scandalum, secundum illud Matth. VII, *nolite sanctum dare canibus, neque margaritas vestras spargatis ante porcos, ne conversi dirumpant vos*. Ergo bonum spirituale est dimittendum propter scandalum.

II-II q. 43 a. 7 arg. 3

Praeterea, correctio fraterna, cum sit actus caritatis, est quoddam spirituale bonum. Sed interdum ex caritate dimittitur, ad vitandum scandalum aliorum; ut Augustinus dicit, in I de Civ. Dei. Ergo bonum spirituale est propter scandalum dimittendum.

II-II q. 43 a. 7 arg. 4

Praeterea, Hieronymus dicit quod dimittendum est propter scandalum omne quod potest praetermitti salva triplici veritate, scilicet vitae, iustitiae et doctrinae. Sed impletio consiliorum, et largitio eleemosynarum, multoties potest praetermitti salva triplici veritate praedicta, alioquin semper peccarent omnes qui praetermittunt. Et tamen haec sunt maxima inter spiritualia opera. Ergo spiritualia opera debent praetermitti propter scandalum.

II-II q. 43 a. 7 arg. 5

Praeterea, vitatio cuiuslibet peccati est quoddam spirituale bonum, quia quodlibet peccatum affert peccanti aliquod spirituale detrimentum. Sed videtur quod pro scandalo proximi vitando debeat aliquis quandoque peccare venialiter, puta cum peccando venialiter impedit peccatum mortale alterius, debet enim homo impedire damnationem proximi quantum potest sine detrimento propriae salutis, quae non tollitur per peccatum veniale. Ergo aliquod bonum spirituale debet homo praetermittere propter scandalum vitandum.

II-II q. 43 a. 7 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, super Ezech., *si de veritate scandalum sumitur, utilius nasci permittitur scandalum quam veritas relinquatur*. Sed bona spiritualia maxime pertinent ad veritatem. Ergo bona spiritualia non sunt propter scandalum dimittenda.

II-II q. 43 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod, cum duplex sit scandalum, activum scilicet et passivum, quaestio ista non habet locum de scandalo activo, quia cum scandalum activum sit dictum vel factum minus rectum, nihil est cum scandalo activo faciendum. Habet autem locum quaestio si intelligatur de scandalo passivo. Considerandum est igitur quid sit dimittendum ne alius scandalizetur. Est autem in

opomenouti bez hříchu smrtelného. Jest však jasné. že nikdo nemá smrtelně hřešiti, aby zabránil hříchu druhého, poněvadž podle řádu lásky člověk má více milovati svou duchovní spásu než cizí. Pročež od těch, která jsou nutná ke spáse, nemá se upustiti k vůli vyvarování pohoršení.

Avšak v těch duchovních dobrech, která nejsou nutná ke spáse, zdá se potřeba rozlišení. Poněvadž pohoršení, které z nich vzniká, někdy pochází ze špatnosti, když totiž někteří chtějí zabrániti takovým duchovním dobrům, vzbuzujíce pohoršení; a to je pohoršení Farizeů, kteří se pohoršovali nad učením Páně. A tím třeba pohrdnouti, jak učí Pán, Mat. 15. Někdy však pochází pohoršení ze slabosti nebo z nevědomosti; a to je pohoršení malých. K vůli tomu mají se duchovní dobra buď skrývati nebo také odložiti, kde nebezpečí nehrozí, až udáním důvodu takové pohoršení přestane. Avšak jestliže po udání důvodu takové pohoršení trvá, zdá se již ze špatnosti. A tak k vůli němu nemají se opomenouti takové duchovní skutky.

K prvnímu se tedy musí říci, že uvalení trestu se nemá žádati samo pro sebe, ale tresty se uvalují jako nějaké léky na zabránění hříchům. Pročež potud mají ráz spravedlnosti, pokud se jimi zabraňuje hříchům. Je-li však zjevné, že po uvalení trestu následují četnější a těžší hříchy, pak uvalení trestů nebude obsaženo pod spravedlností; a o tom případě mluví Augustin, když totiž z vyobcování některých hrozí nebezpečí rozkolu; neboť tehdy prohlásiti vyobcování nenáleží k pravdě spravedlnosti.

K druhému se musí říci, že ohledně učení jest uvážiti dvojí, totiž pravdu, které se učí, a sám úkon učitelský; z nich první je nutné ke spáse, aby se totiž neučilo protivě pravdy, ale příhodně podle doby a osob aby předložil pravdu ten, jemuž náleží povinnost učiti. A proto k vůli žádnému pohoršení, které by se zdálo následovati, nemá člověk učiti nesprávnosti, opomenuv pravdu. Ale sám úkon učitelský se vypočítává mezi duchovními almužnami, jak bylo řečeno shora. Pročež je tentýž důvod o učení a jiných skutcích milosrdenství, o nichž bude později řeč.

K třetímu se musí říci, že bratrské napomenutí, jak bylo shora řečeno, jest zařízeno k napravení bratra. Pročež potud se má počítati k duchovním dobrům, pokud toho lze dosíci; což nenastane, jestliže se z napomenutí bratr pohorší. Pročež opomene-li se napomenutí k vůli pohoršení, neopomíjí se duchovní dobro.

Ke čtvrtému se musí říci, že v pravdě života, nauky a spravedlnosti nejen jest obsaženo to, co je nutné ke spáse, ale také to, čím se dokonaleji přijde ke spáse, podle onoho I. Kor. 12: "Usilujte o charismata lepší." Proto ani rady nemají se prostě opomenouti, ani také skutky milosrdenství k vůli pohoršení, ale mají se zatím skrývati a odložiti k vůli pohoršení malých, jak bylo řečeno. Avšak někdy jest nutné ke spáse zachování rad a vykonání skutků milosrdenství. A to je patrné u těch, kteří již slíbili rady a v těch, jimž nastává povinnost přispěti nedostatkům jiných buď v spiritualibus bonis distinguendum. Nam quaedam horum sunt de necessitate salutis, quae praetermitti non possunt sine peccato mortali. Manifestum est autem quod nullus debet mortaliter peccare ut alterius peccatum impediat, quia secundum ordinem caritatis plus debet homo suam salutem spiritualem diligere quam alterius. Et ideo ea quae sunt de necessitate salutis praetermitti non debent propter scandalum vitandum. In his autem spiritualibus bonis quae non sunt de necessitate salutis videtur distinguendum. Quia scandalum quod ex eis oritur quandoque ex malitia procedit, cum scilicet aliqui volunt impedire huiusmodi spiritualia bona, scandala concitando, et hoc est scandalum Pharisaeorum, qui de doctrina domini scandalizabantur. Quod esse contemnendum dominus docet, Matth. XV. Quandoque vero scandalum procedit ex infirmitate vel ignorantia, et huiusmodi est scandalum pusillorum. Propter quod sunt spiritualia opera vel occultanda, vel etiam interdum differenda, ubi periculum non imminet, quousque, reddita ratione, huiusmodi scandalum cesset. Si autem post redditam rationem huiusmodi scandalum duret, iam videtur ex malitia esse, et sic propter ipsum non sunt huiusmodi spiritualia opera dimittenda.

II-II q. 43 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod poenarum inflictio non est propter se expetenda, sed poenae infliguntur ut medicinae quaedam ad cohibendum peccata. Et ideo intantum habent rationem iustitiae inquantum per eas peccata cohibentur. Si autem per inflictionem poenarum manifestum sit plura et maiora peccata sequi, tunc poenarum inflictio non continebitur sub iustitia. Et in hoc casu loquitur Augustinus, quando scilicet ex excommunicatione aliquorum imminet periculum schismatis, tunc enim excommunicationem ferre non pertineret ad veritatem iustitiae.

II-II q. 43 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod circa doctrinam duo sunt consideranda, scilicet veritas quae docetur; et ipse actus docendi. Quorum primum est de necessitate salutis, ut scilicet contrarium veritati non doceat, sed veritatem secundum congruentiam temporis et personarum proponat ille cui incumbit docendi officium. Et ideo propter nullum scandalum quod sequi videatur debet homo, praetermissa veritate, falsitatem docere. Sed ipse actus docendi inter spirituales eleemosynas computatur, ut supra dictum est. Et ideo eadem ratio est de doctrina et de aliis misericordiae operibus, de quibus postea dicetur.

II-II q. 43 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod correctio fraterna, sicut supra dictum est, ordinatur ad emendationem fratris. Et ideo intantum computanda est inter spiritualia bona inquantum hoc consequi potest. Quod non contingit si ex correctione frater scandalizetur. Et ideo si propter scandalum correctio dimittatur, non dimittitur spirituale bonum.

II-II q. 43 a. 7 ad 4

Ad quartum dicendum quod in veritate vitae, doctrinae et iustitiae non solum comprehenditur id quod est de necessitate salutis, sed etiam id per quod perfectius pervenitur ad salutem, secundum illud I ad Cor. XII, *aemulamini charismata meliora*. Unde etiam consilia non sunt simpliciter praetermittenda, nec etiam misericordiae opera, propter scandalum, sed sunt interdum occultanda vel differenda propter scandalum pusillorum, ut dictum est.

časných, třebas nasycením lačného, nebo v duchovních, třebas poučením nevědomého; ať se to stane povinností pro svěřený úřad, jak je patrné u představených, nebo pro nutnost potřebujícího. A pak je tentýž důvod o těchto, jako o jiných, která jsou nutná ke spáse.

K pátému se musí říci, že někteří řekli, že všední hřích se má učiniti k vůli vyvarování pohoršení. Ale to spojuje protivná; neboť má-li se učiniti, již není zlo ani hřích, neboť hřích nemůže býti zvolitelný. Avšak stává se, že něco není všední hřích pro nějakou okolnost, co by bez oné okolnosti bylo všední hřích; jako žertovné slovo je všední hřích, říká-li se bezúčelně; avšak řekne-li se z rozumného důvodu, není zbytečné ani hřích. Ačkoliv pak všední hřích nebere milost, skrze niž je spása člověka, přece pokud všední uzpůsobuje k smrtelnému, jest na škodu spáse.

XLIII.8. Zda se má upustiti od časných k vůli pohoršení.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že se má upustiti od časných k vůli pohoršení. Neboť více máme milovati duchovní spásu bližního, které se překáží pohoršením, než kterákoliv časná dobra. Ale to, co více milujeme, opomíjíme pro to, co více milujeme. Tedy časná spíše máme opomíjeti, abychom se vyhnuli pohoršení bližních.

Mimo to podle pravidla Jeronymova vše, co můžeme opomenouti, bez úhony trojí pravdy, má se opomenouti k vůli pohoršení. Ale časná se mohou opomenouti bez úhony trojí pravdy. Tedy se mají opomenouti k vůli pohoršení. '

Mimo to z časných dober není žádné potřebnější než pokrm. Ale pokrm má se opomenouti k vůli pohoršení, podle onoho Řím. 14: "Nechtěj svým pokrmem hubiti toho, pro něhož Kristus zemřel." Tedy mnohem více mají se opomenouti jiná časná k vůli pohoršení.

Mimo to časná nemůžeme zachovati nebo získati žádným vhodnějším způsobem než skrze soud. Ale soudů není dovoleno užívati, a hlavně s pohoršením; neboť praví se Mat. 5: "Tomu, kdo se chce s tebou souditi a vzíti šat, nech mu i plášť" a I. Kor. 6: "Vždyť je ve vás již vůbec chybou, že máte soudy mezi sebou. Proč spíše nepřijmete křivdu? Proč raději netrpíte lest?" Tedy se zdá, že časná se mají opomenouti k vůli pohoršení.

Mimo to mezi časnými se zdají nejméně opomenutelná ta, která jsou duchovním připojena. Ale ta se mají opomenouti k vůli pohoršení; neboť Apoštol, zasévaje duchovní, nebral časnou mzdu, "aby nedával překážku evangeliu Kristovu",

Quandoque tamen consiliorum observatio et impletio operum misericordiae sunt de necessitate salutis. Quod patet in his qui iam voverunt consilia; et in his quibus ex debito imminet defectibus aliorum subvenire, vel in temporalibus, puta pascendo esurientem, vel in spiritualibus, puta docendo ignorantem; sive huiusmodi fiant debita propter iniunctum officium, ut patet in praelatis, sive propter necessitatem indigentis. Et tunc eadem ratio est de huiusmodi sicut de aliis quae sunt de necessitate salutis.

II-II q. 43 a. 7 ad 5

Ad quintum dicendum quod quidam dixerunt quod peccatum veniale est committendum propter vitandum scandalum. Sed hoc implicat contraria, si enim faciendum est, iam non est malum neque peccatum; nam peccatum non potest esse eligibile. Contingit tamen aliquid propter aliquam circumstantiam non esse peccatum veniale quod, illa circumstantia sublata, peccatum veniale esset, sicut verbum iocosum est peccatum veniale quando absque utilitate dicitur; si autem ex causa rationabili proferatur, non est otiosum neque peccatum. Quamvis autem per peccatum veniale gratia non tollatur, per quam est hominis salus; inquantum tamen veniale disponit ad mortale, vergit in detrimentum salutis.

8. Utrum temporalia sint propter scandalum dimittenda.

II-II q. 43 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod temporalia sint dimittenda propter scandalum. Magis enim debemus diligere spiritualem salutem proximi, quae impeditur per scandalum, quam quaecumque temporalia bona. Sed id quod minus diligimus dimittimus propter id quod magis diligimus. Ergo temporalia magis debemus dimittere ad vitandum scandalum proximorum.

II-II q. 43 a. 8 arg. 2

Praeterea, secundum regulam Hieronymi, omnia quae possunt praetermitti salva triplici veritate, sunt propter scandalum dimittenda. Sed temporalia possunt praetermitti salva triplici veritate. Ergo sunt propter scandalum dimittenda.

II-II q. 43 a. 8 arg. 3

Praeterea, in temporalibus bonis nihil est magis necessarium quam cibus. Sed cibus est praetermittendus propter scandalum, secundum illud Rom. XIV, *noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est*. Ergo multo magis omnia alia temporalia sunt propter scandalum dimittenda.

II-II q. 43 a. 8 arg. 4

Praeterea, temporalia nullo convenientiori modo conservare aut recuperare possumus quam per iudicium. Sed iudiciis uti non licet, et praecipue cum scandalo, dicitur enim Matth. V, *ei qui vult tecum in iudicio contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium*; et I ad Cor. VI, *iam quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini?* Ergo videtur quod temporalia sint propter scandalum dimittenda.

II-II q. 43 a. 8 arg. 5

Praeterea, inter omnia temporalia minus videntur dimittenda quae sunt spiritualibus annexa. Sed ista sunt propter scandalum dimittenda, apostolus enim, seminans

jak je patrné I. Kor. 9; a z podobného důvodu Církev nevyžaduje desátky v některých zemích, k vůli vyvarování pohoršení. Tedy tím více se mají opomenouti jiná časná k vůli pohoršení.

Avšak proti jest, že blažený Tomáš Canterburský požadoval věci kostelů s pohoršením královým.

Odpovídám: Musí se říci, že při časných dobrech jest rozlišovati. Neboť buď jsou naše, nebo jest nám svěřeno zachování jich pro druhé, jako dobra Církve jsou svěřena prelátům a dobra obecná vždycky správcům státu. A zachovávati je, jakož i úschovy z nutnosti náleží těm, jimž jsou svěřena. A proto se nemají zanechávati k vůli pohoršení, jakož ani jiná, která jsou nutná ke spáse. Avšak rozdáním zanechati časných dober, jichž jsme pány, máme-li je u sebe, nebo nepožadujíce jich, jsou-li u jiných, někdy sice k vůli pohoršení musíme, někdy však ne. Jestliže totiž z toho vznikne pohoršení pro nevědomost nebo slabost jiných, což jsme shora nazvali pohoršením malých, pak se máme buď úplně vzdáti časných, a nebo se má jinak pohoršení utišiti, totiž nějakým připomenutím. Proto Augustin praví, v knize O horské řeči Páně: "Má se dáti, co ani tobě ani druhému neuškodí, pokud se může člověk domysliti. A komu odepřeš, co žádá, naznač spravedlnost; a dáš mu něco lepšího, když nespravedlivě žádajícího napraviš."

Někdy se však pohoršení rodí se špatnosti, což je pohoršení Farizeů. A k vůli takovým, kteří takto vyvolávají pohoršení, nemají se zanechati časná, poněvadž by to škodilo i obecnému dobru, neboť zlým by se dala příležitost loupiti, i samým uchvatitelům by škodilo, ježto by zůstávali ve hříchu, podržujíce cizí. Proto Řehoř praví, v XXXI. Moral.: "Některé, když nám uchvacují časná, jest jen snášeti, některým však se má brániti se zachováním spravedlnosti, nejen ze starosti, aby naše nebyla brána, ale aby uchvatitelé cizího sebe nezahubili."

A tím je patrné řešení k prvnímu.

K druhému se musí říci, že by bylo na škodu pravdy života a: spravedlnosti, kdyby se vždycky dovolovalo zlým lidem, aby uchvacovali cizí. Pročež netřeba zanechati časných k vůli jakémukoliv pohoršení.

K třetímu se musí říci, že není v úmyslu Apoštolově napomínati, aby se pokrm zcela opomenul k vůli pohoršení, poněvadž požívati pokrmu je nutné ke spáse; ale nějakého pokrmu máme zanechati k vůli pohoršení, podle onoho I. Kor. 8: "Nebudu jísti maso na věky, abych nepohoršil svého bratra."

Ke čtvrtému se musí říci, že podle Augustina, v knize O horské řeči Páně, onomu přikázání Páně má se rozuměti podle úpravy ducha, aby totiž člověk byl hotov raději trpěti křivdu a lest než podstoupiti soud, je- li to prospěšné. Někdy však není prospěšné, jak bylo řečeno. A podobně se rozumí slovu Apoštolovu.

spiritualia, temporalia stipendia non accepit, ne offendiculum daret Evangelio Christi, ut patet I ad Cor. IX; et ex simili causa Ecclesia in aliquibus terris non exigit decimas, propter scandalum vitandum. Ergo multo magis alia temporalia sunt propter scandalum dimittenda.

II-II q. 43 a. 8 s. c.

Sed contra est quod beatus Thomas Cantuariensis repetiit res Ecclesiae cum scandalo regis.

II-II q. 43 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod circa temporalia bona distinguendum est. Aut enim sunt nostra, aut sunt nobis ad conservandum pro aliis commissa; sicut bona Ecclesiae committuntur praelatis, et bona communia quibuscumque reipublicae rectoribus. Et talium conservatio, sicut et depositorum, imminet his quibus sunt commissa ex necessitate. Et ideo non sunt propter scandalum dimittenda, sicut nec alia quae sunt de necessitate salutis. Temporalia vero quorum nos sumus domini dimittere, ea tribuendo si penes nos ea habeamus, vel non repetendo si apud alios sint, propter scandalum quandoque quidem debemus, quandoque autem non. Si enim scandalum ex hoc oriatur propter ignorantiam vel infirmitatem aliorum, quod supra diximus esse scandalum pusillorum; tunc vel totaliter dimittenda sunt temporalia; vel aliter scandalum sedandum, scilicet per aliquam admonitionem. Unde Augustinus dicit, in libro de Serm. Dom. in monte, *dandum est quod nec tibi nec alteri noceat, quantum ab homine credi potest. Et cum negaveris quod petit, indicanda est ei iustitia, et melius ei aliquid dabis, cum petentem iniuste correxeris*. Aliquando vero scandalum nascitur ex malitia, quod est scandalum Pharisaeorum. Et propter eos qui sic scandala concitant non sunt temporalia dimittenda, quia hoc et noceret bono communi, daretur enim malis rapiendi occasio; et noceret ipsis rapientibus, qui retinendo aliena in peccato remanerent. Unde Gregorius dicit, in Moral., *quidam, dum temporalia nobis rapiunt, solummodo sunt tolerandi, quidam vero, servata aequitate, prohibendi; non sola cura ne nostra subtrahantur, sed ne rapientes non sua semetipsos perdant*.

II-II q. 43 a. 8 ad 1

Et per hoc patet solutio ad primum.

II-II q. 43 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod si passim permitteretur malis hominibus ut aliena raperent, vergeret hoc in detrimentum veritatis vitae et iustitiae. Et ideo non oportet propter quodcumque scandalum temporalia dimitti.

II-II q. 43 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod non est de intentione apostoli monere quod cibus totaliter propter scandalum dimittatur, quia sumere cibum est de necessitate salutis. Sed talis cibus est propter scandalum dimittendus, secundum illud I ad Cor. VIII, *non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum scandalizem*.

II-II q. 43 a. 8 ad 4

Ad quartum dicendum quod secundum Augustinum, in libro de Serm. Dom. in monte, illud praeceptum domini est intelligendum secundum praeparationem animi, ut scilicet homo sit paratus prius pati iniuriam vel fraudem quam iudicium subire, si hoc expediat. Quandoque tamen non expedit, ut dictum est. Et similiter intelligendum est verbum apostoli.

K pátému se musí říci, že pohoršení, kterého se varoval Apoštol, pocházelo z nevědomosti pohanů, kteří tomu nebyli zvyklí. Proto se bylo třeba na čas zdržeti, aby byli nejprve poučeni, že je to povinnost. A z podobného důvodu se Církev zdržuje od vymáhání desátků v zemích, v nichž není zvykem dávati desátky.

XLIV. O přikázáních lásky.

Předmluva

Dělí se na osm článků.

Potom jest uvažovati o přikázáních lásky.

A o tom jest osm otázek.

1. Zda se mají dávati přikázání o lásce.
2. Zda toliko jedno nebo dvě.
3. Zda dvě dostačují.
4. Zda se vhodně přikazuje, aby Bůh byl milován "z celého srdce".
5. Zda se vhodně přidává "z celé mysli atd.".
6. Zda lze onen příkaz v tomto životě vyplniti.
7. O tom přikázání: "Budeš milovati bližního svého jako sebe samého."
8. Zda řád lásky spadá pod přikázání.

XLIV.1. Zda se má o lásce dávati nějaké přikázání.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že o lásce se nemá dávati nějaké přikázání. Neboť láska dává způsob úkonům všech ctností, o kterých se dávají přikázání, ježto je tvar ctností, jak bylo shora řečeno. Ale způsob není přikázán, jak se obecně praví. Tedy o lásce se nemají dávati přikázání.

Mimo to láska, která "jest rozlita v srdcích našich skrze Ducha Svatého", činí nás svobodnými, poněvadž, "kde Duch Páně, tam svoboda", jak se praví II. Kor. 3. Ale závazek, který vzniká z přikázání, jest proti svobodě, poněvadž ukládá nutnost. Tedy se o lásce nemají dávati přikázání.

Mimo to láska jest hlavní mezi všemi ctnostmi, k nimž jsou zařízena přikázání, jak jest patrné ze shora řečeného. Kdyby se tedy dávala o lásce nějaká přikázání, měla by se položiti mezi hlavní přikázání, což jsou přikázání Desatera. Ale nejsou položena. Tedy se nemají dávati o lásce žádná přikázání.

Avšak proti, to, co Bůh od nás požaduje, spadá pod přikázání. Avšak Bůh požaduje od člověka, aby jej miloval, jak se praví Deut. 10. Tedy o oblibě lásky, což jest obliba Boha, mají se dávati přikázání.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, přikázání obnáší ráz povinného. Tedy potud něco spadá pod přikázání, pokud má ráz povinného. Avšak něco je povinné dvojmo. Jedním způsobem o sobě, jiným způsobem pro jiné. O sobě pak je něco povinné v každé záležitosti to, co je cíl, poněvadž má ráz dobra o sobě; pro jiné pak jest povinné to, co je zařízeno k cíli. Jako lékaři jest o sobě

II-II q. 43 a. 8 ad 5

Ad quintum dicendum quod scandalum quod vitabat apostolus ex ignorantia procedebat gentilium, qui hoc non consueverant. Et ideo ad tempus abstinendum erat, ut prius instruerentur hoc esse debitum. Et ex simili causa Ecclesia abstinet de decimis exigendis in terris in quibus non est consuetum decimas solvere.

44. De praeceptis caritatis.

Prooemium

II-II q. 44 pr.

Deinde considerandum est de praeceptis caritatis. Et circa hoc quaeruntur octo. Primo, utrum de caritate sint danda praecepta. Secundo, utrum unum tantum, vel duo. Tertio, utrum duo sufficiant. Quarto, utrum convenienter praecipiatur ut Deus ex toto corde diligatur. Quinto, utrum convenienter addatur, ex tota mente et cetera. Sexto, utrum praeceptum hoc possit in vita ista impleri. Septimo, de hoc praecepto, diliges proximum tuum sicut teipsum. Octavo, utrum ordo caritatis cadat sub praecepto.

1. Utrum de caritate sint danda praecepta.

II-II q. 44 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod de caritate non debeat dari aliquod praeceptum. Caritas enim imponit modum actibus omnium virtutum, de quibus dantur praecepta, cum sit forma virtutum, ut supra dictum est. Sed modus non est in praecepto, ut communiter dicitur. Ergo de caritate non sunt danda praecepta.

II-II q. 44 a. 1 arg. 2

Praeterea, caritas, quae in cordibus nostris per spiritum sanctum diffunditur, facit nos liberos, quia ubi spiritus domini, ibi libertas, ut dicitur II ad Cor. III. Sed obligatio, quae ex praeceptis nascitur, libertati opponitur, quia necessitatem imponit. Ergo de caritate non sunt danda praecepta.

II-II q. 44 a. 1 arg. 3

Praeterea, caritas est praecipua inter omnes virtutes, ad quas ordinantur praecepta, ut ex supradictis patet. Si igitur de caritate dantur aliqua praecepta, deberent poni inter praecipua praecepta, quae sunt praecepta Decalogi. Non autem ponuntur. Ergo nulla praecepta sunt de caritate danda.

II-II q. 44 a. 1 s. c.

Sed contra, illud quod Deus requirit a nobis cadit sub praecepto. Requirit autem Deus ab homine ut diligat eum, ut dicitur Deut. X. Ergo de dilectione caritatis, quae est dilectio Dei, sunt danda praecepta.

II-II q. 44 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, praeceptum importat rationem debiti. Intantum ergo aliquid cadit sub praecepto inquantum habet rationem debiti. Est autem aliquid debitum dupliciter, uno modo, per se; alio modo, propter aliud. Per se quidem debitum est in unoquoque negotio id quod est finis, quia habet rationem

povinné, aby uzdravoval, pro jiné pak, aby dal lék na uzdravení. Avšak cílem duchovního života jest, aby se člověk spojil s Bohem, což nastává láskou; a k tomu, jako k cíli, jest zařízeno vše, co náleží k duchovnímu životu. Pročež i Apoštol praví v I. k Tim. l: "Cílem přikázání jest láska ze srdce čistého a dobrého svědomí a neličené víry". Neboť všechny ctnosti, o jejichž úkonech jsou dána přikázání, jsou zařízeny buď na očistu srdce od vírů vášní, jako ctnosti, které jsou na vášně; nebo aspoň, aby bylo dobré svědomí, jako ctnosti, které jsou na skutky; nebo aby byla správná víra, jako to, co náleží k uctívání Boha. A tato tři se vyžadují k milování Boha, neboť nečisté srdce je odtahováno od milování Boha pro vášeň, naklánějící k pozemským; špatné pak svědomí vzbuzuje hrůzu před Boží spravedlností pro bázeň trestu; víra pak lichá táhne cit k tomu, co se o Bohu vymýšlí, oddělujíc od Boží pravdy. Avšak v každém rodě to, co jest o sobě, jest více než to, co je pro jiné. Pročež "největší přikázání" jest o lásce, jak se praví Mat. 22.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak bylo shora řečeno, když se jednalo o přikázáních, způsob milování nespadá pod ta přikázání, která se dávají o jiných úkonech ctností, třebas pod toto přikázání: "Cti otce svého a matku svou" nespadá, aby se to činilo z lásky. Avšak úkon milování spadá pod zvláštní přikázání.

K druhému se musí říci, že závazek přikázání není protilehlý svobodě než u toho, jehož mysl jest odvrácená od toho, co se přikazuje, jak jest patrné u těch, kteří zachovávají přikázání z pouhé bázně. Ale přikázání lásky nemůže se vyplniti než z vlastní vůle. A proto neodporuje svobodě.

K třetímu se musí říci, že všechna přikázání Desatera jsou zařízena k milování Boha a bližního. A proto přikázání lásky nemohla býti vypočtena mezi přikázání Desatera, ale jsou ve všech zahrnuta.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že o lásce neměla býti dána dvě přikázání. Neboť přikázání Boží jsou zařízena ke ctnosti, jak se řeklo shora. Ale láska jest jedna ctnost, jak jest patrné se shora řečeného. Tedy o lásce nemělo býti dáno než jen jedno přikázání.

Mimo to, jak praví Augustin, v I. O nauce křesť., láska v bližním nemiluje než Boha. Ale k milování Boha jsme dostatečně zařízeni tímto přikázáním: "Budeš milovati Pána Boha svého." Tedy nebylo třeba přidati jiné přikázání o milování bližního.

Mimo to různé hříchy jsou protilehlé různým přikázáním. Ale nehřeší, kdo opomíjí milovati bližního, neopomene-li milovati Boha; dokonce se praví, Luk. 14: "Přijde-li kdo ke mně a nemá nenávisti otce svého a matky své, nemůže býti mým učedníkem." Tedy není jiné přikázání o milování Boha a o milování bližního.

per se boni; propter aliud autem est debitum id quod ordinatur ad finem, sicut medico per se debitum est ut sanet; propter aliud autem, ut det medicinam ad sanandum. Finis autem spiritualis vitae est ut homo uniatur Deo, quod fit per caritatem, et ad hoc ordinantur, sicut ad finem, omnia quae pertinent ad spiritualem vitam. Unde et apostolus dicit, I ad Tim. I, *finis praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta*. Omnes enim virtutes, de quarum actibus dantur praecepta, ordinantur vel ad purificandum cor a turbinibus passionum, sicut virtutes quae sunt circa passiones; vel saltem ad habendam bonam conscientiam, sicut virtutes quae sunt circa operationes; vel ad habendam rectam fidem, sicut illa quae pertinent ad divinum cultum. Et haec tria requiruntur ad diligendum Deum, nam cor impurum a Dei dilectione abstrahitur propter passionem inclinantem ad terrena; conscientia vero mala facit horrere divinam iustitiam propter timorem poenae; fides autem ficta trahit affectum in id quod de Deo fingitur, separans a Dei veritate. In quolibet autem genere id quod est per se potius est eo quod est propter aliud. Et ideo maximum praeceptum est de caritate, ut dicitur Matth. XXII.

II-II q. 44 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut supra dictum est cum de praeceptis ageretur, modus dilectionis non cadit sub illis praeceptis quae dantur de aliis actibus virtutum, puta sub hoc praecepto, honora patrem tuum et matrem tuam, non cadit quod hoc ex caritate fiat. Cadit tamen actus dilectionis sub praeceptis specialibus.

II-II q. 44 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod obligatio praecepti non opponitur libertati nisi in eo cuius mens aversa est ab eo quod praecipitur sicut patet in his qui ex solo timore praecepta custodiunt. Sed praeceptum dilectionis non potest impleri nisi ex propria voluntate. Et ideo libertati non repugnat.

II-II q. 44 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod omnia praecepta Decalogi ordinantur ad dilectionem Dei et proximi. Et ideo praecepta caritatis non fuerunt connumeranda inter praecepta Decalogi, sed in omnibus includuntur.

2. Utrum unum tantum vel duo.

II-II q. 44 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod de caritate non fuerint danda duo praecepta. Praecepta enim legis ordinantur ad virtutem, ut supra dictum est. Sed caritas est una virtus, ut ex supradictis patet. Ergo de caritate non fuit dandum nisi unum praeceptum.

II-II q. 44 a. 2 arg. 2

Praeterea, sicut Augustinus dicit, in I de Doct. Christ., caritas in proximo non diligit nisi Deum. Sed ad diligendum Deum sufficienter ordinamur per hoc praeceptum, diliges dominum Deum tuum. Ergo non oportuit addere aliud praeceptum de dilectione proximi.

II-II q. 44 a. 2 arg. 3

Praeterea, diversa peccata diversis praeceptis opponuntur. Sed non peccat aliquis praetermittens dilectionem proximi, si non praetermittat dilectionem Dei, quinimmo dicitur Luc. XIV, *si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem suam, non potest meus esse discipulus*. Ergo non est aliud

Mimo to Apoštol praví Řím. 13: "Kdo miluje bližního, splnil zákon." Ale zákon není splněn, leč zachováním všech přikázání. Tedy všechna přikázání jsou obsažena v milování bližního. Dostačí tedy jedno přikázání o milování bližního. Nemají tedy býti dvě přikázání o lásce.

Avšak proti jest, co se praví I. Jan. 4: "To přikázání máme od Boha, aby, kdo miluje Boha, miloval i svého bratra."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, když se jednalo o přikázáních, přikázání jsou na takový způsob v zákoně, jako věty ve vědách badavých, v nichž jsou závěry obsaženy v síle prvních zásad. Proto, kdo by dokonale znal zásady podle celé jejich síly, nepotřeboval by, aby se mu závěry zvláště předkládaly. Ale poněvadž ne všichni, kteří znají zásady, stačí pozorovati všechno obsažené v síle zásad, k vůli těm jest nutné, aby se ve vědách odvozovaly závěry od zásad. Ale ve skutcích, v nichž nás řídí přikázání zákona, cíl má ráz zásady, jak se řeklo shora. Láska pak k Bohu je cíl, k němuž jest zařízena láska k bližnímu. A proto nejen jest třeba dáti přikázání o milování Boha, ale také o milování bližního, k vůli méně schopným, kteří snadno nevidí, že jedno z těch přikázání jest obsaženo v druhém.

K prvnímu se tedy musí říci, že láska, ač jest jedna ctnost, má přece dva úkony, z nichž jeden jest zařízen k druhému jako k cíli. Avšak přikázání jsou dána o úkonech ctností, a proto bylo třeba více přikázání lásky.

K druhému se musí říci, že Bůh jest milován v bližním, jako cíl v tom, co je k cíli, a přece bylo třeba dáti o obojím výslovná přikázání, z důvodu již řečeného.

K třetímu se musí říci, že to, co je k cíli, má ráz dobra ze zařízení k cíli. A podle toho také ústup od toho má ráz zla, a ne jinak.

Ke čtvrtému se musí říci, že v milování bližního· jest uzavřeno milování Boha, jako cíl v tom, co je k cíli, a obráceně. A -přece bylo třeba dáti výslovně obojí přikázání, z důvodu již řečeného.

XLIV.2. Zda dostačují dvě přikázání lásky.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že nedostačují dvě přikázání lásky. Neboť přikázání jsou dávána o úkonech ctností. Avšak úkony se rozlišují podle předmětů. Poněvadž tedy člověk má milovati z lásky čtveré, totiž Boha, sebe, bližního a vlastní tělo, jak je patrné ze shora řečeného, zdá se, že mají býti čtyři přikázání lásky. A takto dvě nedostačují.

Mimo to úkon lásky je nejen obliba, ale radost, pokoj, dobročinnost. Ale o úkonech ctností mají se dávati přikázání. Tedy dvě přikázání lásky nedostačují.

praeceptum de dilectione Dei et de dilectione proximi.

II-II q. 44 a. 2 arg. 4

Praeterea, apostolus dicit, ad Rom. XIII, *qui diligit proximum legem implevit*. Sed non impletur lex nisi per observantiam omnium praeceptorum. Ergo omnia praecepta includuntur in dilectione proximi. Sufficit ergo hoc unum praeceptum de dilectione proximi. Non ergo debent esse duo praecepta caritatis.

II-II q. 44 a. 2 s. c.

Sed contra est quod dicitur I Ioan. IV, *hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum diligat et fratrem suum*.

II-II q. 44 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est cum de praeceptis ageretur, hoc modo se habent praecepta in lege sicut propositiones in scientiis speculativis. In quibus conclusiones virtute continentur in primis principiis, unde qui perfecte cognosceret principia secundum totam suam virtutem, non opus haberet ut ei conclusiones seorsum proponerentur. Sed quia non omnes qui cognoscunt principia sufficiunt considerare quidquid in principiis virtute continetur, necesse est propter eos ut in scientiis ex principiis conclusiones deducantur. In operabilibus autem, in quibus praecepta legis nos dirigunt, finis habet rationem principii, ut supra dictum est. Dilectio autem Dei finis est, ad quem dilectio proximi ordinatur. Et ideo non solum oportet dari praeceptum de dilectione Dei, sed etiam de dilectione proximi, propter minus capaces, qui non de facili considerarent unum horum praeceptorum sub alio contineri.

II-II q. 44 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, si caritas sit una virtus, habet tamen duos actus, quorum unus ordinatur ad alium sicut ad finem. Praecepta autem dantur de actibus virtutum. Et ideo oportuit esse plura praecepta caritatis.

II-II q. 44 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod Deus diligitur in proximo sicut finis in eo quod est ad finem. Et tamen oportuit de utroque explicite dari praecepta, ratione iam dicta.

II-II q. 44 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod id quod est ad finem habet rationem boni ex ordine ad finem. Et secundum hoc etiam recedere ab eo habet rationem mali, et non aliter.

II-II q. 44 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod in dilectione proximi includitur dilectio Dei sicut finis in eo quod est ad finem, et e converso. Et tamen oportuit utrumque praeceptum explicite dari, ratione iam dicta.

3. Utrum duo sufficiant.

II-II q. 44 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod non sufficiant duo praecepta caritatis. Praecepta enim dantur de actibus virtutum. Actus autem secundum obiecta distinguuntur. Cum igitur quatuor homo debeat ex caritate diligere, scilicet Deum, seipsum, proximum et corpus proprium, ut ex supradictis patet; videtur quod quatuor debeant esse caritatis praecepta. Et sic duo non sufficiunt.

II-II q. 44 a. 3 arg. 2

Praeterea, caritatis actus non solum est dilectio, sed gaudium, pax, beneficentia. Sed de actibus virtutum sunt danda praecepta. Ergo duo praecepta caritatis non

Mimo to, jako ctnosti náleží konati dobro, tak i uhýbati zlu. Ale ke konaní dobra jsme naváděni kladnými přikázáními, k uhýbání zlu zápornými přikázáními. Tedy o lásce měla býti dána přikázání nejen kladná, ale i záporná. A tak řečená dvě přikázání lásky nedostačují.

Avšak proti jest, co praví Pán, Mat. 22: "Na těchto dvou přikázáních závisí celý Zákon i Proroci."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, láska jest nějaké přátelství. Avšak přátelství je s druhým. Proto praví Řehoř v jedné homilii: "Láska nemůže býti mezi méně než dvěma." Bylo pak již shora řečeno, jak někdo sebe miluje z lásky. Poněvadž však láska a milování jest dobro, dobro pak jest buď cíl nebo to, co je k cíli, vhodně dostačují o lásce dvě přikázání: jedno totiž, kterým jsme naváděni milovati Boha jako cíl, druhé pak, kterým jsme naváděni milovati bližního pro Boha, jako pro cíl.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Augustin, v I. O nauce křesť., "poněvadž je čtveré milovati z lásky, o druhém a čtvrtém", totiž o milování sebe a vlastního těla, "neměla býti dána žádná přikázání; neboť jakkoliv se člověk odchýlí od pravdy, zůstává mu milování sebe a milování vlastního těla". Avšak má se přikázati člověku způsob lásky, aby totiž miloval spořádaně sebe a vlastní tělo. A to se děje tím, že člověk miluje Boha a bližního.

K druhému se musí říci, že jiné úkony lásky následují z úkonu obliby jako účinek z příčiny, jak je patrné ze shora řečeného. Proto v síle přikázání lásky jsou uzavřena přikázání o jiných úkonech. - A přece k vůli váhavějším se shledávají výslovná přikázání, daná o jednotlivých; a to o radosti, Filip 4: "Radujte se v Pánu vždycky"; o pokoji pak, Žid. posl.: "Dbejte pokoje se všemi"; o dobročinnosti pak, Gal. posl.: "Dokud máme -čas, :čiňme dobré vůči všem." O jednotlivých úkonech dobročinnosti se shledávají přikázání, daná v Písmě, jak jest patrné bedlivě pozorujícímu.

K třetímu se musí říci, že jest více konati dobro, než varovati se zlého. A proto v síle přikázání kladných jsou uzavřena přikázání záporná. - A přece výslovně se shledávají přikázání, daná proti neřestem protilehlým lásce. Neboť proti nenávisti se praví, Lev. 19: "Neměj nenávist bratra svého ve svém srdci"; proti nechuti se praví, Eccli. 6: "Neznechucuj si jeho pouta"; proti závisti, Gal. 5: "Nestávejme se žádostivými marné slávy, navzájem se vyzývajíce, navzájem závidíce"; proti nesvornosti pak, I. Kor. 1: "Totéž mluvte všichni a nebuďtež mezi vámi rozkoly"; proti pohoršení však, Řím. 14: "Neklaďte bratru úrazu nebo pohoršení."

XLIV.3. Zda se vhodně nařizuje, aby Bůh byl milován z celého srdce.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že nevhodně se

sufficiunt.

II-II q. 44 a. 3 arg. 3

Praeterea, sicut ad virtutem pertinet facere bonum, ita et declinare a malo. Sed ad faciendum bonum inducimur per praecepta affirmativa, ad declinandum a malo per praecepta negativa. Ergo de caritate fuerunt danda praecepta non solum affirmativa, sed etiam negativa. Et sic praedicta duo praecepta caritatis non sufficiunt.

II-II q. 44 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dominus dicit, Matth. XXII, *in his duobus mandatis tota lex pendet et prophetae*.

II-II q. 44 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod caritas, sicut supra dictum est, est amicitia quaedam. Amicitia autem ad alterum est. Unde Gregorius dicit, in quadam homilia, *caritas minus quam inter duos haberi non potest*. Quomodo autem ex caritate aliquis seipsum diligat, supra dictum est. Cum autem dilectio et amor sit boni, bonum autem sit vel finis vel id quod est ad finem, convenienter de caritate duo praecepta sufficiunt, unum quidem quo inducimur ad Deum diligendum sicut finem; aliud autem quo inducimur ad diligendum proximum propter Deum sicut propter finem.

II-II q. 44 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Augustinus dicit, in I de Doct. Christ., *cum quatuor sint ex caritate diligenda*, de secundo et quarto, idest de dilectione sui et corporis proprii, *nulla praecepta danda erant, quantumlibet enim homo excidat a veritate, remanet illi dilectio sui et dilectio corporis sui*. Modus autem diligendi praecipiendus est homini, ut scilicet se ordinate diligat et corpus proprium. Quod quidem fit per hoc quod homo diligit Deum et proximum.

II-II q. 44 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod alii actus caritatis consequuntur ex actu dilectionis sicut effectus ex causa, ut ex supradictis patet. Unde in praeceptis dilectionis virtute includuntur praecepta de aliis actibus. Et tamen propter tardiores inveniuntur de singulis explicite praecepta tradita, de gaudio quidem, Philipp. IV, *gaudete in domino semper*; de pace autem, ad Heb. ult., *pacem sequimini cum omnibus*; de beneficentia autem, ad Gal. ult., *dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes*. De singulis beneficentiae partibus inveniuntur praecepta tradita in sacra Scriptura, ut patet diligenter consideranti.

II-II q. 44 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod plus est operari bonum quam vitare malum. Et ideo in praeceptis affirmativis virtute includuntur praecepta negativa. Et tamen explicite inveniuntur praecepta data contra vitia caritati opposita. Nam contra odium dicitur Lev. XIX, *ne oderis fratrem tuum in corde tuo* contra acediam dicitur Eccli. VI, *ne acedieris in vinculis eius*; contra invidiam, Gal. V, *non efficiamur inanis gloriae cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes*; contra discordiam vero, I ad Cor. I, *idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata*; contra scandalum autem, ad Rom. XIV, *ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum*.

4. Utrum convenienter praecipiatur ut Deus ex toto corde diligatur.

II-II q. 44 a. 4 arg. 1

nařizuje, aby Bůh byl milován z celého srdce. Neboť způsob ctnostného úkonu není v přikázání, jak je patrné ze shora řečeného. Ale to, co se praví z celého srdce, obnáší způsob božské obliby. Tedy nevhodně se nařizuje, aby Bůh byl milován z celého srdce.

Mimo to, "celé a dokonalé jest, čemu nic nechybí", jak se praví v III. Fysic. Spadá-li proto pod příkaz, aby Bůh byl milován z celého srdce, kdokoliv něco činí, co nepatří k milování Boha, jedná proti přikázání, a v důsledku hřeší smrtelně. Ale všední hřích nepatří k milování Boha. Tedy všední hřích bude těžký. Což je nevhodně.

Mimo to milovati Boha z celého srdce je dokonalost, poněvadž, podle Filosofa, celé a dokonalé je totéž. Ale ta, která jsou dokonalost, nespadají pod příkaz, ale pod radu. Tedy se nemá přikazovati, aby Bůh byl milován z celého srdce.

Avšak proti jest, co se praví Deut. 6: "Budeš milovati Pána Boha svého z celého srdce svého."

Odpovídám: Musí se říci, že, poněvadž přikázání jsou dávána o úkonech ctností, tedy tím způsobem některý úkon spadá pod přikázání, pokud jest úkon ctnosti. Avšak k úkonu ctnosti se vyžaduje nejen aby se týkal patřičné látky, ale aby byl také oděn patřičnými okolnostmi, jimiž je úměrný takové látce. Avšak Boha jest milovati jako poslední cíl, k němuž se má vše odnášeti. A proto bylo třeba určiti něco celého v přikázání o lásce k Bohu.

K prvnímu se tedy musí říci, že pod příkaz, který se dává o úkonu nějaké ctnosti, nespadá způsob, jaký má onen úkon z jiné vyšší ctnosti. Avšak spadá pod přikázání onen způsob, který patří k rázu vlastní ctnosti. A takový způsob se naznačuje, když se praví z celého srdce.

K druhému se musí říci, že dvojmo povstává milování Boha z celého srdce. A to jedním způsobem v uskutečnění, to jest, když lidské srdce vždy úkonem spěje k Bohu. A to jest dokonalost otčiny. - Jiným způsobem, když pohotovostně celé lidské srdce spěje k Bohu; tak totiž, že lidské srdce nepřijme nic proti lásce k Bohu. A to jest dokonalost cesty. A proti té není všední hřích, poněvadž neodnímá pohotovost lásky, ježto nesměřuje k protilehlému předmětu, ale toliko překáží užití lásky.

K třetímu se musí říci, že dokonalost lásky, k níž jsou zařízeny rady, jest prostřed mezi dvěma řečenými dokonalostmi; že se totiž člověk podle možnosti vzdaluje od věcí časných, i dovolených, které, zaměstnávajice ducha, překážejí skutkovému pohybu srdce k Bohu.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter mandetur quod Deus diligatur ex toto corde. Modus enim virtuosi actus non est in praecepto, ut ex supradictis patet. Sed hoc quod dicitur ex toto corde, importat modum divinae dilectionis. Ergo inconvenienter praecipitur quod Deus ex toto corde diligatur.

II-II q. 44 a. 4 arg. 2

Praeterea, totum et perfectum est cui nihil deest; ut dicitur in III Physic. Si igitur in praecepto cadit quod Deus ex toto corde diligatur, quicumque facit aliquid quod non pertinet ad Dei dilectionem agit contra praeceptum, et per consequens peccat mortaliter. Sed peccatum veniale non pertinet ad Dei dilectionem. Ergo peccatum veniale erit mortale. Quod est inconveniens.

II-II q. 44 a. 4 arg. 3

Praeterea, diligere Deum ex toto corde est perfectionis, quia secundum philosophum, totum et perfectum idem sunt. Sed ea quae sunt perfectionis non cadunt sub praecepto, sed sub consilio. Ergo non debet praecipi quod Deus ex toto corde diligatur.

II-II q. 44 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicitur Deut. VI, *diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo*.

II-II q. 44 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, cum praecepta dentur de actibus virtutum, hoc ergo modo aliquis actus cadit sub praecepto, secundum quod est actus virtutis. Requiritur autem ad actum virtutis non solum quod cadat super debitam materiam, sed etiam quod vestiatur debitis circumstantiis, quibus sit proportionatus tali materiae. Deus autem est diligendus sicut finis ultimus, ad quem omnia sunt referenda. Et ideo totalitas quaedam fuit designanda circa praeceptum de dilectione Dei.

II-II q. 44 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod sub praecepto quod datur de actu alicuius virtutis non cadit modus quem habet ille actus ex alia superiori virtute. Cadit tamen sub praecepto modus ille qui pertinet ad rationem propriae virtutis. Et talis modus significatur cum dicitur, ex toto corde.

II-II q. 44 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod dupliciter contingit ex toto corde Deum diligere. Uno quidem modo, in actu, idest ut totum cor hominis semper actualiter in Deum feratur. Et ista est perfectio patriae. Alio modo, ut habitualiter totum cor hominis in Deum feratur, ita scilicet quod nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat. Et haec est perfectio viae. Cui non contrariatur peccatum veniale, quia non tollit habitum caritatis, cum non tendat in oppositum obiectum; sed solum impedit caritatis usum.

II-II q. 44 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod perfectio caritatis ad quam ordinantur consilia est media inter duas perfectiones praedictas, ut scilicet homo, quantum possibile est, se abstrahat a rebus temporalibus etiam licitis, quae, occupando animum, impediunt actualem motum cordis in Deum.

XLIV.4. Zda k tomuto: Milovati budeš Pána Boha svého z celého srdce svého, se vhodně přidává: A z celé duše své a z celé síly své.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že k tomu, co se praví Deut. 6: "Budeš milovati Pána Boha svého z celého srdce svého", nevhodně se přidává: "z celé duše své a z celé síly své". Neboť srdce se zde nebéře za tělesný úd, poněvadž milovati Boha není úkon těla. Je tudíž třeba srdce bráti duchovně. Avšak srdce, vzato duchovně, jest buď sama duše, nebo něco duše. Tedy bylo zbytečné klásti obojí.

Mimo to síla člověka hlavně závisí na srdci, ať se ono vezme duchovně nebo tělesně. Tedy když řekl: "Milovati budeš Pána Boha svého z celého srdce svého," bylo zbytečné přidávati: "z celé síly své".

Mimo to, Mat. 22, se praví: "v celé mysli své", což zde není. Tedy se zdá, že se nevhodně dává toto přikázání Deut. 6.

Avšak proti jest autorita Písma.

Odpovídám: Musí se říci, že se shledává různé podání tohoto přikázání na různých místech. Neboť, jak bylo řečeno, Deut. 6 klade se trojí, totiž: z celého srdce a z celé duše a z celé síly. Mat. 22 kladou se z toho dvě, totiž: z celého srdce a v celé duši, a opomíjí se: z celé síly, ale přidává se: v celé mysli. Ale Mark. 12 se klade čtveré, totiž z celého srdce a z celé duše a z celé mysli a z celé moci, což je totéž, co síla. A těchto čtyř se dotýká i Luk. 10, neboť místo síly nebo moci klade se: ze všech schopností svých. A proto jest označiti důvod těchto čtyř, neboť, opomíjí-li se jedno z těchto, je to, že se jedno rozumí v jiných.

Tedy jest uvážiti, že láska jest úkon vůle, která jest zde označena srdcem, neboť jako tělesné srdce jest původ všech tělesných hnutí, tak i vůle, a nejvíce při úmyslu posledního cíle, což je předmětem lásky, jest původ všech duchovních hnutí. Avšak tři jsou původy činů, které jsou hýbány vůlí: totiž rozum; který je označen myslí, síla žádostivá nižší, která je označena duší, a výkonná síla vnější, která jest označena silou nebo mocí nebo schopnostmi. Přikazuje se nám tedy, aby celý náš úmysl směřoval k Bohu, což jest z celého srdce, a aby náš rozum se poddal Bohu, což jest ze vší mysli, a aby naše žádost se řídila podle Boha, což jest z celé duše; a aby náš vnější úkon poslouchal Boha, což jest milovati Boha ze vší síly nebo moci nebo schopnosti.

Avšak Zlatoústý, K Mat., béře srdce a duši opačně, než bylo řečeno. - Augustin však, v I. O nauce křesť., vztahuje srdce k myšlenkám, a duši k životu, mysl k rozumu. - Avšak někteří praví, z celého srdce, to jest rozumu, duše, to jest vůle, mysli, to jest paměti. Nebo podle Řehoře Nyského, srdcem označuje duši bylinnou, duší smyslovou, myslí rozumovou; poněvadž to, že rosteme, cítíme a myslíme, máme vztahovati k Bohu.

5. Utrum convenienter addatur ex tota mente.

II-II q. 44 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter, Deut. VI, super hoc quod dicitur, *diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, addatur, *et ex tota anima tua et ex tota fortitudine tua*. Non enim accipitur hic cor pro membro corporali, quia diligere Deum non est corporis actus. Oportet igitur quod cor accipiatur spirituliter. Cor autem spiritualiter acceptum vel est ipsa anima vel aliquid animae. Superfluum igitur fuit utrumque ponere.

II-II q. 44 a. 5 arg. 2

Praeterea, fortitudo hominis praecipue dependet ex corde, sive spiritualiter hoc accipiatur, sive corporaliter. Ergo postquam dixerat, *diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, superfluum fuit addere, *ex tota fortitudine tua*.

II-II q. 44 a. 5 arg. 3

Praeterea, Matth. XXII dicitur, *in tota mente tua*, quod hic non ponitur. Ergo videtur quod inconvenienter hoc praeceptum detur Deut. VI.

II-II q. 44 a. 5 s. c.

Sed contra est auctoritas Scripturae.

II-II q. 44 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod hoc praeceptum diversimode invenitur traditum in diversis locis. Nam sicut dictum est, Deut. VI ponuntur tria, scilicet ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota fortitudine. Matth. XXII ponuntur duo horum, scilicet ex toto corde et in tota anima, et omittitur ex tota fortitudine, sed additur in tota mente. Sed Marc. XII ponuntur quatuor, scilicet ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota mente, et ex tota virtute, quae est idem fortitudini. Et haec etiam quatuor tanguntur Luc. X, nam loco fortitudinis seu virtutis ponitur ex omnibus viribus tuis. Et ideo horum quatuor est ratio assignanda, nam quod alicubi unum horum omittitur, hoc est quia unum intelligitur ex aliis. Est igitur considerandum quod dilectio est actus voluntatis, quae hic significatur per cor, nam sicut cor corporale est principium omnium corporalium motuum, ita etiam voluntas, et maxime quantum ad intentionem finis ultimi, quod est obiectum caritatis, est principium omnium spiritualium motuum. Tria autem sunt principia factuum quae moventur a voluntate, scilicet intellectus, qui significatur per mentem; vis appetitiva inferior, quae significatur per animam; et vis executiva exterior, quae significatur per fortitudinem seu virtutem sive vires. Praecipitur ergo nobis ut tota nostra intentio feratur in Deum, quod est ex toto corde; et quod intellectus noster subdatur Deo, quod est ex tota mente; et quod appetitus noster reguletur secundum Deum, quod est ex tota anima; et quod exterior actus noster obediat Deo, quod est ex tota fortitudine vel virtute vel viribus Deum diligere. Chrysostomus tamen, super Matth., accipit e contrario cor et animam quam dictum sit. Augustinus vero, in I de Doct. Christ., refert cor ad cogitationes, et animam ad vitam, mentem ad intellectum. Quidam autem dicunt, ex toto corde, idest intellectu; anima, idest voluntate; mente, idest memoria. Vel, secundum Gregorium Nyssenum, per cor significat animam vegetabilem, per animam sensitivam, per mentem intellectivam, quia hoc quod nutrimur, sentimus et intelligimus, debemus ad Deum referre.

A z toho jest patrná odpověď na námitky.

XLIV.5. Zda toto přikázání o lásce k Bohu možno vyplniti na cestě.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že toto přikázání o lásce k Bohu lze zachovati na cestě. Poněvadž podle Jeronyma, ve Výkl. katol. víry: "Zločečený, kdo praví, že Bůh poručil něco nemožného." Ale Bůh toto přikázání dal. Tedy toto přikázání lze na cestě vyplniti.

Mimo to, kdokoliv neplní přikázání, hřeší smrtelně, poněvadž, podle Ambrože, hřích není nic jiného než "přestoupení zákona Božího a neposlušnost nebeských přikázání". Nelze-li tedy toto přikázání zachovati na cestě, následuje, že nikdo nemůže býti v tomto životě bez hříchu smrtelného. Což je proti tomu, co praví Apoštol v I. ke Kor. 1: "Utvrdí vás až do konce bez hříchu"; a I. Tit. 3: "Přisluhujtež, nemajíce žádného hříchu."

Mimo to přikázání jsou dána na uvedení lidí na cestu spásy; podle onoho Žalmu: "Přikázání Páně světlé, osvětlující oči." Ale marně jest někdo veden k nemožnému. Tedy není nemožné zachovati toto přikázání v tomto životě.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v knize O dokonal: spravedl., že "v plnosti lásky otčiny 'bude plněno ono přikázání: Budeš milovati Pána Boha svého, atd. Neboť, poněvadž dosud jest něco tělesné dychtivosti, co jest kroceno zdrželivostí, není úplně Bůh milován z celé duše."

Odpovídám: Musí se říci, že nějaké přikázání Ize vyplniti dvojmo: jedním způsobem dokonale, jiným způsobem nedokonale. Dokonale pak jest vyplňováno přikázání, když se přijde k cíli, který zamýšlí rozkazující; jest však vyplňováno, ale nedokonale, když, třebaže nedospěje k cíli rozkazujícího, přece se neustupuje od zařízení k cíli. Jako, rozkáže-li vůdce vojska vojínům, aby bojovali, ten vyplní dokonale rozkaz, kdo bojem přemůže nepřítele, což zamýšlí vůdce; onen však vyplňuje rozkaz, ale nedokonale, jehož boj nedospěje k vítězství, nejedná však proti vojenské kázni. Avšak Bůh chce tímto rozkazem, aby se člověk s Bohem zcela spojil, což se stane v otčině, až "Bůh bude všechno ve všem", jak se praví I. Kor. 15. A proto plně a dokonale bude vyplněno ono přikázání v otčině. Na cestě však se vyplňuje, ale nedokonale. A přece na cestě tím dokonaleji vyplňuje jeden než druhý; čím více se přibližuje skrze nějakou podobnost dokonalosti otčiny.

K prvnímu se tedy musí říci, že onen důvod dokazuje, že nějakým způsobem lze vyplniti na cestě, byť ne dokonale.

K druhému se musí říci, že, jako vojín, který řádně bojuje, třebaže nevítězí, není viněn, ani nezasluhuje trestu, tak i ten, kdo na cestě toto přikázání vyplňuje, nic nečině proti božské lásce, nehřeší smrtelně.

II-II q. 44 a. 5 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

6. Utrum hoc praeceptum possit in via impleri.

II-II q. 44 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod hoc praeceptum de dilectione Dei possit servari in via. Quia secundum Hieronymum, in Expos. Cathol. Fid., *maledictus qui dicit Deum aliquid impossibile praecepisse*. Sed Deus hoc praeceptum dedit, ut patet Deut. VI. Ergo hoc praeceptum potest in via impleri.

II-II q. 44 a. 6 arg. 2

Praeterea, quicumque non implet praeceptum peccat mortaliter, quia secundum Ambrosium, peccatum nihil est aliud quam *transgressio legis divinae et caelestium inobedientia mandatorum*. Si ergo hoc praeceptum non potest in via servari, sequitur quod nullus possit esse in vita ista sine peccato mortali. Quod est contra id quod apostolus dicit, I ad Cor. I, *confirmabit vos usque in finem sine crimine*; et I ad Tim. III, *ministrent nullum crimen habentes*.

II-II q. 44 a. 6 arg. 3

Praeterea, praecepta dantur ad dirigendos homines in viam salutis, secundum illud Psalm., *praeceptum domini lucidum, illuminans oculos*. Sed frustra dirigitur aliquis ad impossibile. Non ergo impossibile est hoc praeceptum in vita ista servari.

II-II q. 44 a. 6 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro de Perfect. Iustit. *quod in plenitudine caritatis patriae praeceptum illud implebitur diliges dominum Deum tuum, et cetera. Nam cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentiae quod continendo frenetur, non omnino ex tota anima diligitur Deus*.

II-II q. 44 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod praeceptum aliquod dupliciter impleri potest, uno modo, perfecte; alio modo, imperfecte. Perfecte quidem impletur praeceptum quando pervenitur ad finem quem intendit praecipiens, impletur autem, sed imperfecte, quando, etsi non pertingat ad finem praecipientis, non tamen receditur ab ordine ad finem. Sicut si dux exercitus praecipiat militibus ut pugnent, ille perfecte implet praeceptum qui pugnando hostem vincit, quod dux intendit, ille autem implet, sed imperfecte, cuius pugna ad victoriam non pertingit, non tamen contra disciplinam militarem agit. Intendit autem Deus per hoc praeceptum ut homo Deo totaliter uniatur, quod fiet in patria, quando Deus erit omnia in omnibus, ut dicitur I ad Cor. XV. Et ideo plene et perfecte in patria implebitur hoc praeceptum. In via vero impletur, sed imperfecte. Et tamen in via tanto unus alio perfectius implet, quanto magis accedit per quandam similitudinem ad patriae perfectionem.

II-II q. 44 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa probat quod aliquo modo potest impleri in via, licet non perfecte.

II-II q. 44 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod sicut miles qui legitime pugnat, licet non vincat, non inculpatur nec poenam meretur; ita etiam qui in via hoc praeceptum implet nihil contra divinam dilectionem agens, non peccat mortaliter.

K třetímu se musí říci, že, jak praví Augustin, v knize O dokon. spravedl.: "Proč by se nepřikazovala člověku ta dokonalost, ač jí v tomto životě nikdo nemá? Neboť se neběží správně, jestliže se neví, kam běžeti. Jak by se však vědělo, kdyby se neukázalo žádnými přikázáními?"

XLIV.6. Zda jest vhodně dáno přikázání o lásce k bližnímu.

Při sedmé se postupuje takto: Zdá se, že není vhodně dáno přikázání o lásce k bližnímu. Neboť obliba lásky se vztahuje na všechny lidi, i na nepřátele, jak je patrné Mat. 5. Ale jméno bližního značí jakousi příbuznost, kterou se zdá, že nemáme se všemi lidmi. Tedy zdá se, že nevhodně jest dáno toto přikázání.

Mimo to, podle Filosofa v IX. Ethic. "přátelská, která jsou k druhému, přišla z přátelských, která jsou k sobě": z čehož se zdá, že láska k sobě jest původ lásky k bližnímu. Ale původ je více než to, co jest z původu. Tedy člověk nemá milovati bližního jako sebe.

Mimo to člověk miluje sebe přirozeně, ne však bližního. Tedy nevhodně se nařizuje, aby člověk miloval bližního jako sebe.

Avšak proti jest, co se praví Mat. 22: "Druhé přikázání jest podobné tomuto: Milovati budeš bližního svého jako sebe."

Odpovídám: Musí se říci, že toto přikázání jest vhodně dáno; neboť je v něm udán i důvod lásky, i způsob lásky. A to důvod lásky se v něm udává v tom, že jest nazván bližním. Neboť proto máme jiné milovati z lásky, poněvadž jsou našimi bližními, i podle přirozeného obrazu Božího, i podle schopnosti slávy. A nezáleží, zda se řekne bližní nebo bratr, jak máme I. Jan. 4, nebo přítel, jak máme Lev. 19, poněvadž vším tímto jest označována tatáž spřízněnost.

Způsob pak lásky se udává, když se praví, jako sebe. Což se nemá rozuměti tak, aby někdo miloval bližního stejně jako sebe, ale podobně jako sebe. A to trojmo: Nejprve totiž se strany cíle; aby totiž někdo miloval bližního pro Boha, jakož i sebe má milovati pro Boha, aby tak láska k bližnímu byla svatá. - Za druhé se strany pravidla lásky, aby totiž někdo nepovolil bližnímu v něčem zlém, ale jen v dobrých, jakož i své vůli má člověk vyhověti jen v dobrých; aby takto láska k bližnímu byla spravedlivá. - Za třetí se strany důvodu lásky, aby totiž někdo nemiloval bližního k vůli vlastnímu užitku nebo potěšení, ale tím způsobem, že chce bližnímu dobro, jako chce dobro sám sobě; aby takto láska k bližnímu byla pravá. Neboť, když někdo miluje bližního k vůli svému prospěchu nebo potěšení, nemiluje vpravdě bližního, ale sám sebe.

A tím jest patrná odpověď na námitky.

II-II q. 44 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut Augustinus dicit, in libro de Perfect. Iustit., *cur non praeciperetur homini ista perfectio, quamvis eam in hac vita nemo habeat? Non enim recte curritur, si quo currendum est nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis praeceptis ostenderetur?*

7. De hoc praecepto: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

II-II q. 44 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter detur praeceptum de dilectione proximi. Dilectio enim caritatis ad omnes homines extenditur, etiam ad inimicos; ut patet Matth. V. Sed nomen proximi importat quandam propinquitatem, quae non videtur haberi ad omnes homines. Ergo videtur quod inconvenienter detur hoc praeceptum.

II-II q. 44 a. 7 arg. 2

Praeterea, secundum philosophum, in IX Ethic., *amicabilia quae sunt ad alterum venerunt ex amicabilibus quae sunt ad seipsum*, ex quo videtur quod dilectio sui ipsius sit principium dilectionis proximi. Sed principium potius est eo quod est ex principio. Ergo non debet homo diligere proximum sicut seipsum.

II-II q. 44 a. 7 arg. 3

Praeterea, homo seipsum diligit naturaliter, non autem proximum. Inconvenienter igitur mandatur quod homo diligat proximum sicut seipsum.

II-II q. 44 a. 7 s. c.

Sed contra est quod dicitur Matth. XXII, *secundum praeceptum est simile huic, diliges proximum tuum sicut teipsum*.

II-II q. 44 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod hoc praeceptum convenienter traditur, tangitur enim in eo et diligendi ratio et dilectionis modus. Ratio quidem diligendi tangitur ex eo quod proximus nominatur, propter hoc enim ex caritate debemus alios diligere, quia sunt nobis proximi et secundum naturalem Dei imaginem et secundum capacitatem gloriae. Nec refert utrum dicatur proximus vel frater, ut habetur I Ioan. IV; vel amicus, ut habetur Lev. XIX, quia per omnia haec eadem affinitas designatur. Modus autem dilectionis tangitur cum dicitur, sicut teipsum. Quod non est intelligendum quantum ad hoc quod aliquis proximum aequaliter sibi diligat; sed similiter sibi. Et hoc tripliciter. Primo quidem, ex parte finis, ut scilicet aliquis diligat proximum propter Deum, sicut et seipsum propter Deum debet diligere; ut sic sit dilectio proximi sancta. Secundo, ex parte regulae dilectionis, ut scilicet aliquis non condescendat proximo in aliquo malo, sed solum in bonis, sicut et suae voluntati satisfacere debet homo solum in bonis; ut sic sit dilectio proximi iusta. Tertio, ex parte rationis dilectionis, ut scilicet non diligat aliquis proximum propter propriam utilitatem vel delectationem, sed ea ratione quod velit proximo bonum, sicut vult bonum sibi ipsi; ut sic dilectio proximi sit vera. Nam cum quis diligit proximum propter suam utilitatem vel delectationem, non vere diligit proximum, sed seipsum.

II-II q. 44 a. 7 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

XLIV.7. Zda řád lásky spadá pod přikázání.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že řád lásky nespadá pod přikázání. Neboť, kdokoliv přestupuje přikázání, činí bezpráví. Ale, jestliže někdo miluje někoho, kolik má, a kohokoliv jiného miluje více, nečiní nikomu bezpráví. Tedy nepřestupuje přikázání. Tedy řád lásky nespadá pod přikázání.

Mimo to, která spadají pod přikázání, ta jsou nám dána v Písmě svatém. Ale řád lásky, který byl svrchu udán, nikdy se nám nepodává v Písmě svatém. Tedy nespadá pod přikázání.

Mimo to řád označuje jakési rozdělení. Ale láska k bližnímu se přikazuje nerozdílně, když se praví: "Milovati budeš bližního svého jako sebe." Tedy řád lásky nespadá pod přikázání.

Avšak proti jest, že, co Bůh v nás koná skrze milost, o tom poučuje přikázáními zákona, podle onoho Jerem. 31: "Dám zákon svůj do jejich srdcí." Ale Bůh působí v nás řád lásky, podle onoho Velep. 2: "Uspořádal ve mně lásku." Tedy řád lásky spadá pod přikázání zákona.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, způsob, jenž náleží k pojmu ctnostného úkonu, spadá pod přikázání, jež se dává o úkonu ctnosti. Avšak řád lásky náleží k samému pojmu ctnosti, poněvadž se bere podle úměrnosti milování s milým, jak je patrné ze shora řečeného. Proto jest zjevné, že řád lásky musí spadati pod přikázání.

K prvnímu se tedy musí říci, že člověk více zadostiční tomu, koho více miluje. A tak, kdyby někdo méně miloval toho, koho má více milovati, více by chtěl zadostučiniti tomu, jemuž má méně zadostučiniti. A takto by se stala křivda tomu, koho má více milovati.

K druhému se musí říci, že v Písmě svatém jest vyjádřen řád čtvera z lásky milovaných. Neboť, když se přikazuje, bychom Boha milovali z celého srdce, dává se rozuměti, že Boha máme nade vše milovati. Když se však přikazuje, aby někdo miloval bližního jako sebe, staví se láska k sobě před lásku k bližnímu. Podobně také, když se přikazuje, I. Jan. 3, že "máme za bratry položiti duši", to jest tělesný život, dává se rozuměti, že bližního máme více milovati než vlastní tělo. - Podobně také když se přikazuje, Gal. posl., "abychom nejvíce konali dobro vůči domácím víry", a I. Tim. 5 jest kárán, "kdo se nestará o své, a nejvíce domácí", dává se rozuměti, že z bližních máme více milovati lepší a více blízké.

K třetímu se musí říci, že z toho, co se praví: "Milovati budeš bližního svého", dává se důsledně rozuměti, že ti mají býti více milováni, kteří jsou více bližními.

8. Utrum ordo caritatis cadat sub praecepto.

II-II q. 44 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod ordo caritatis non cadat sub praecepto. Quicumque enim transgreditur praeceptum iniuriam facit. Sed si aliquis diligat aliquem quantum debet, et alterum quemcumque plus diligat, nulli facit iniuriam. Ergo non transgreditur praeceptum. Ordo ergo caritatis non cadit sub praecepto.

II-II q. 44 a. 8 arg. 2

Praeterea, ea quae cadunt sub praecepto sufficienter nobis traduntur in sacra Scriptura. Sed ordo caritatis qui supra positus est nusquam traditur nobis in sacra Scriptura. Ergo non cadit sub praecepto.

II-II q. 44 a. 8 arg. 3

Praeterea, ordo distinctionem quandam importat. Sed indistincte praecipitur dilectio proximi, cum dicitur, *diliges proximum tuum sicut teipsum*. Ergo ordo caritatis non cadit sub praecepto.

II-II q. 44 a. 8 s. c.

Sed contra est quod illud quod Deus in nobis facit per gratiam, instruit per legis praecepta, secundum illud Ierem. XXXI, *dabo legem meam in cordibus eorum*. Sed Deus causat in nobis ordinem caritatis, secundum illud Cant. II, *ordinavit in me caritatem*. Ergo ordo caritatis sub praecepto legis cadit.

II-II q. 44 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, modus qui pertinet ad rationem virtuosi actus cadit sub praecepto quod datur de actu virtutis. Ordo autem caritatis pertinet ad ipsam rationem virtutis, cum accipiatur secundum proportionem dilectionis ad diligibile, ut ex supradictis patet. Unde manifestum est quod ordo caritatis debet cadere sub praecepto.

II-II q. 44 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod homo plus satisfacit ei quem plus diligit. Et ita, si minus diligeret aliquis eum quem plus debet diligere, plus vellet satisfacere illi cui minus satisfacere debet. Et sic fieret iniuria illi quem plus debet diligere.

II-II q. 44 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod ordo quatuor diligendorum ex caritate in sacra Scriptura exprimitur. Nam cum mandatur quod Deum ex toto corde diligamus, datur intelligi quod Deum super omnia debemus diligere. Cum autem mandatur quod aliquis diligat proximum sicut seipsum, praefertur dilectio sui ipsius dilectioni proximi. Similiter etiam cum mandatur, I Ioan. III, quod debemus pro fratribus animam ponere, idest vitam corporalem, datur intelligi quod proximum plus debemus diligere quam corpus proprium. Similiter etiam cum mandatur, ad Gal. ult., quod maxime operemur bonum ad domesticos fidei; et I ad Tim. V vituperatur *qui non habet curam suorum, et maxime domesticorum*; datur intelligi quod inter proximos, meliores et magis propinquos magis debemus diligere.

II-II q. 44 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod ex ipso quod dicitur, diliges proximum tuum, datur consequenter intelligi quod illi qui sunt magis proximi sunt magis diligendi.

XLV. O daru moudrosti.

Předmluva

Dělí se na šest článků.

Potom jest uvažovati o daru moudrosti, jenž odpovídá lásce. A nejprve o samé moudrosti; za druhé o protilehlé nešesti.

O prvním je šest otázek:

1. Zda se má moudrost počítati mezi dary Ducha Svatého.
2. V čem je jako v podmětě.
3. Zda moudrost jest jen badavá nebo i činorodá.
4. Zda moudrost, která jest dar, může býti s těžkým hříchem.
5. Zda jest ve všech, kteří mají milost posvěcující.
6. Které blahoslavenství jí odpovídá.

XLV.1. Zda moudrost má se počítati mezi dary Ducha Svatého.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že moudrost se nemá počítati mezi dary Ducha Svatého. Neboť dary jsou dokonalejší nežli ctnosti, jak bylo řečeno shora. Ale ctnost se má jen k dobru: pročež Augustin praví, v knize o Svob. Rozh., že "nikdo neužívá ctností špatně". Tedy tím spíše dary Ducha Svatého se mají jen k dobru. Ale moudrost se má také ke zlu, neboť se praví Jak. 3, že kterási moudrost jest "pozemská, živočišná, ďábelská". Tedy moudrost se nemá klásti mezi dary Ducha Svatého.

Mimo to, jak praví Augustin, XIV. O Troj., "moudrost je poznání božských věcí". Ale poznání božských věcí, které může míti člověk ze svého přirozeného, náleží k moudrosti, která jest ctností rozumovou. Avšak nadpřirozené poznání božských náleží k víře, která jest ctnost božská, jak jest patrné ze shora řečeného. Tedy moudrost se má spíše nazývati ctností než darem.

Mimo to, Job. 27 se praví: "Hle, bázeň Boží sama jest moudrost a odstoupiti od zlého rozumnost", kde podle znění Septuaginty; které užívá Augustin, máme: "Hle, pobožnost sama jest moudrost." Ale jak bázeň, tak pobožnost se 'udávají za dary Ducha Svatého. Tedy moudrost se nemá počítati mezi dary Ducha Svatého jako dar od jiných odlišný.

Avšak proti jest, co se praví Isai. 11: "Spočine na něm Duch Páně, moudrosti a rozumu atd."

Odpovídám: Musí se říci, že podle Filosofa, na začátku Metafys., moudrému náleží pozorovati nejvyšší příčinu, skrze niž se velmi jistě soudí o jiných, a podle níž třeba všechno pořádati. Avšak nejvyšší příčinu lze bráti dvojmo: buď jednoduše, nebo v nějakém rodu. Tudíž ten, jenž poznává nejvyšší příčinu v nějakém rodě, a skrze ni může souditi a pořádati ta, která jsou toho rodu, nazývá se moudrým v onom rodu, jako v lékařství nebo stavitelství; podle onoho I. Kor.3: "Jako moudrý stavitel položil jsem základ." Avšak ten, jenž poznává příčinu nejvyšší jednoduše, kterou jest Bůh, nazývá se moudrý jednoduše, pokud může z božských pravidel souditi a pořádati

45. De dono sapientiae quod respondet caritati.

Prooemium

II-II q. 45 pr.

Deinde considerandum est de dono sapientiae, quod respondet caritati. Et primo, de ipsa sapientia; secundo, de vitio opposito. Circa primum quaeruntur sex. Primo, utrum sapientia debeat numerari inter dona spiritus sancti. Secundo, in quo sit sicut in subiecto. Tertio, utrum sapientia sit speculativa tantum, vel etiam practica. Quarto, utrum sapientia quae est donum possit esse cum peccato mortali. Quinto, utrum sit in omnibus habentibus gratiam gratum facientem. Sexto, quae beatitudo ei respondeat.

1. Utrum sapientia debeat numerari inter dona Spiritus Sancti.

II-II q. 45 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod sapientia non debeat inter dona spiritus sancti computari. Dona enim sunt perfectiora virtutibus, ut supra dictum est. Sed virtus se habet solum ad bonum, unde et Augustinus dicit, in libro de Lib. Arb., quod nullus virtutibus male utitur. Ergo multo magis dona spiritus sancti se habent solum ad bonum. Sed sapientia se habet etiam ad malum, dicitur enim Iac. III quaedam sapientia esse terrena, animalis, diabolica. Ergo sapientia non debet poni inter dona spiritus sancti.

II-II q. 45 a. 1 arg. 2

Praeterea, sicut Augustinus dicit, XIV de Trin., *sapientia est divinarum rerum cognitio*. Sed cognitio divinarum rerum quam homo potest per sua naturalia habere, pertinet ad sapientiam quae est virtus intellectualis, cognitio autem divinorum supernaturalis pertinet ad fidem quae est virtus theologica, ut ex supradictis patet. Ergo sapientia magis debet dici virtus quam donum.

II-II q. 45 a. 1 arg. 3

Praeterea, Iob XXVIII dicitur, *ecce timor domini ipsa est sapientia*, habetur, ecce, pietas ipsa est sapientia. Ubi secundum litteram Septuaginta, qua utitur Augustinus, habetur, ecce, pietas ipsa est sapientia. Sed tam timor quam pietas ponuntur dona spiritus sancti. Ergo sapientia non debet numerari inter dona spiritus sancti quasi donum ab aliis distinctum.

II-II q. 45 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Isaiae XI dicitur, *requiescet super eum spiritus domini, sapientiae et intellectus,* et cetera.

II-II q. 45 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod secundum philosophum, in principio Metaphys., ad sapientem pertinet considerare causam altissimam, per quam de aliis certissime iudicatur, et secundum quam omnia ordinari oportet. Causa autem altissima dupliciter accipi potest, vel simpliciter, vel in aliquo genere. Ille igitur qui cognoscit causam altissimam in aliquo genere et per eam potest de omnibus quae sunt illius generis iudicare et ordinare, dicitur esse sapiens in illo genere, ut in medicina vel architectura, secundum illud I ad Cor. III, *ut sapiens architectus fundamentum posui*. Ille autem qui cognoscit causam altissimam simpliciter, quae

všechno. Avšak tohoto soudu dosahuje člověk skrze Ducha Svatého, podle onoho I. Kor.,2: "Duchovní soudí všechno"; poněvadž, jak se praví tamtéž: "Duch zkoumá všechno, i hlubokosti Boží." Z toho jest zjevně, že moudrost je dar Ducha Svatého.

K prvnímu se tedy musí říci, že dobro se říká dvojmo. Jedním způsobem, co je vpravdě dobré a jednoduše dokonalé. Jiným způsobem se praví, že je něco dobré, podle jakési podobnosti, co je ve špatnosti dokonalé, jako se říká "dobrý lotr" nebo "dokonalý lotr", jak jest patrné z Filosofa, v V. Metafys. A jako u těch, která jsou vpravdě dobrá, shledává se nějaká nejvyšší příčina, která jest nejvyšší dobro, což jest poslední cíl, z jehož poznání sluje člověk vpravdě moudrý, tak i ve zlých lze nalézti něco, k čemu se jiná vztahují, jako k poslednímu cíli, z čehož poznání sluje člověk moudrým ke konání zla; podle onoho Jerem. 4: "Jsou moudří, aby činili zla, avšak dobře činiti neuměli." Neboť kdokoliv se odvrací od patřičného cíle, jest nutné, aby si stanovil nějaký nepatřičný cíl: poněvadž každý jednající jedná pro cíl. Proto, stanoví-li si cíl ve vnějších dobrech pozemských, říká se pozemská moudrost; jestli však v dobrech tělesných, říká se moudrost živočišná; jestliže však v nějakém vynikání říká se moudrost ďábelská, pro následování pýchy ďáblovy, o němž se praví, Job. 41: "On jest králem nade všemi syny pýchy."

K druhému se musí říci, že moudrost, která se udává za dar, liší se od té, která se udává za získanou ctnost rozumovou. Neboť té nabýváme úsilím lidským, tato však je "sestupující shůry", jak se praví Jak. 3. -- Podobně se též liší od víry. Neboť víra přisvědčuje božské pravdě o sobě; ale soud, který jest podle božské pravdy, náleží daru moudrosti. A proto dar moudrosti předpokládá víru, poněvadž "každý dobře posoudí, co zná", jak se praví v I. Ethic.

K třetímu se musí říci, že jako pobožnost, která náleží k uctívání Boha, je projevem víry, pokud skrze uctívání Boha vyznáváme víru, tak i pobožnost projevuje moudrost. A proto se praví, že "pobožnost jest moudrost". A z těhož důvodu bázeň. Neboť tím se ukazuje, že člověk má správný soud o božských, že se Boha bojí a uctívá.

XLV.2. Zda moudrost je v rozumu jako v podmětu.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že moudrost není v rozumu jako v podmětu. Neboť Augustin praví, v knize O milosti Nového Zák., že "moudrost je láska k Bohu". Ale láska jest jako v podmětu ve vůli, ne v rozumu, jak jsme měli shora. Tedy moudrost není v rozumu jako v podmětu.

Mimo to, Eccli. 6 se praví: "Moudrost nauky jest podle jména jejího." Říká se pak moudrost jako milá znalost, což se zdá náležeti k pocitu, k němuž náleží okoušeti duchovních potěšení či sladkostí. Tedy moudrost není v rozumu jako v podmětu, ale spíše v citu.

est Deus, dicitur sapiens simpliciter, inquantum per regulas divinas omnia potest iudicare et ordinare. Huiusmodi autem iudicium consequitur homo per spiritum sanctum, secundum illud I ad Cor. II, *spiritualis iudicat omnia*; quia, sicut ibidem dicitur, *spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei*. Unde manifestum est quod sapientia est donum spiritus sancti.

II-II q. 45 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod bonum dicitur dupliciter. Uno modo, quod vere est bonum et simpliciter perfectum. Alio modo dicitur aliquid esse bonum, secundum quandam similitudinem, quod est in malitia perfectum, sicut dicitur bonus latro vel perfectus latro, ut patet per philosophum, in V Metaphys. Et sicut circa ea quae sunt vere bona invenitur aliqua altissima causa, quae est summum bonum, quod est ultimus finis, per cuius cognitionem homo dicitur vere sapiens; ita etiam in malis est invenire aliquid ad quod alia referuntur sicut ad ultimum finem, per cuius cognitionem homo dicitur esse sapiens ad male agendum; secundum illud Ierem. IV, *sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt*. Quicumque enim avertitur a fine debito, necesse est quod aliquem finem indebitum sibi praestituat, quia omne agens agit propter finem. Unde si praestituat sibi finem in bonis exterioribus terrenis, vocatur sapientia terrena; si autem in bonis corporalibus, vocatur sapientia animalis; si autem in aliqua excellentia, vocatur sapientia diabolica, propter imitationem superbiae Diaboli, de quo dicitur Iob XLI, *ipse est rex super universos filios superbiae*.

II-II q. 45 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod sapientia quae ponitur donum differt ab ea quae ponitur virtus intellectualis acquisita. Nam illa acquiritur studio humano, haec autem est de sursum descendens, ut dicitur Iac. III. Similiter et differt a fide. Nam fides assentit veritati divinae secundum seipsam, sed iudicium quod est secundum veritatem divinam pertinet ad donum sapientiae. Et ideo donum sapientiae praesupponit fidem, quia unusquisque bene iudicat quae cognoscit, ut dicitur in I Ethic.

II-II q. 45 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod sicut pietas, quae pertinet ad cultum Dei, est manifestativa fidei, inquantum per cultum Dei protestamur fidem; ita etiam pietas manifestat sapientiam. Et propter hoc dicitur quod pietas est sapientia. Et eadem ratione timor. Per hoc enim ostenditur quod homo rectum habet iudicium de divinis, quod Deum timet et colit.

2. Utrum sit in intellectu sicut in subiecto.

II-II q. 45 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod sapientia non sit in intellectu sicut in subiecto. Dicit enim Augustinus, in libro de gratia novi Test., quod sapientia est caritas Dei. Sed caritas est sicut in subiecto in voluntate, non in intellectu, ut supra habitum est. Ergo sapientia non est in intellectu sicut in subiecto.

II-II q. 45 a. 2 arg. 2

Praeterea, Eccli. VI dicitur, *sapientia doctrinae secundum nomen eius est*. Dicitur autem sapientia quasi sapida scientia, quod videtur ad affectum pertinere, ad quem pertinet experiri spirituales delectationes sive dulcedines. Ergo sapientia non est in intellectu, sed magis in affectu.

Mimo to mohutnost rozumová se dostatečně zdokonaluje skrze dar rozumu. Ale k tomu, co může nastati skrze jedno, zbytečné jest stanoviti mnohá. Tedy není v rozumu.

Avšak proti jest, co praví Řehoř, v II. Moral., že moudrost odporuje pošetilosti. Ale pošetilost je v rozumu. Tedy i moudrost.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno shora, moudrost obnáší nějakou správnost soudu podle božských pojmů. Avšak správnost soudu může povstati dvojmo: jedním způsobem podle dokonalého užívání rozumu; jiným způsobem, pro jakousi sourodost s těmi, o nichž se má již souditi. Jako o těch, která patří do čistoty, zkoumáním rozumu správně soudí ten, jenž se naučil mravovědě; ale pro jakousi sourodost s nimi soudí o nich správně ten, jenž má pohotovost čistoty. Tak tedy míti z rozumového zkoumání správný soud o božských věcech, patří do moudrosti, která jest ctnost rozumová; ale míti o nich správný soud podle jakési sourodosti s nimi, náleží do moudrosti, pokud jest darem Ducha Svatého; jak praví Diviš, v II. hl. O Bož. Jmén., že Hierotheus jest dokonalý v božských "nejenom seznávaje, nýbrž i trpě božská". Avšak takové sloučení nebo sourodost s božskými věcmi se děje láskou, která nás totiž spojuje s Bohem, podle onoho I. Kor. 6: "Kdo tkví v Bohu, jest jeden duch." Tak tedy moudrost, která jest dar, má sice příčinu ve vůli, totiž lásku, ale bytnost má v rozumu, jehož úkonem jest správně souditi, jak jsme měli shora.

K prvnímu se tedy musí říci, že Augustin mluví o moudrosti co do její příčiny. Od níž se také béře jméno moudrosti, pokud označuje něco milého.

Z čehož je také patrná odpověď k druhému. Je-li ovšem toto smysl oné autority. Ale to se nezdá, poněvadž takový výklad se nehodí, leč jen podle jména, které má moudrost v latinské řeči. V řecké se však nehodí, a snad ani v jiných řečech. Proto se zdá, že jméno moudrosti béře se tam za její pověst, jíž jest ode všech doporučována.

K třetímu se musí říci, že rozum má dva úkony: totiž postřehnouti a souditi. A k prvnímu z těchto jest zařízen dar rozumu; k druhému však, podle pojmů božských, dar moudrosti, ale podle pojmů lidských dar vědění.

XLV.3. Zda moudrost jest jen badavá nebo také činorodá.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že moudrost není činorodá, nýbrž toliko badavá. Neboť dar moudrosti vyniká nad moudrost, jakožto rozumovou ctnost. Ale moudrost, jakožto rozumová ctnost, je toliko badavá. Tedy tím více moudrost, která jest dar, jest badavá a ne činorodá.

II-II q. 45 a. 2 arg. 3

Praeterea, potentia intellectiva sufficienter perficitur per donum intellectus. Sed ad id quod potest fieri per unum superfluum esset plura ponere. Ergo non est in intellectu.

II-II q. 45 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, in II Moral., quod sapientia contrariatur stultitiae. Sed stultitia est in intellectu. Ergo et sapientia.

II-II q. 45 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, sapientia importat quandam rectitudinem iudicii secundum rationes divinas. Rectitudo autem iudicii potest contingere dupliciter, uno modo, secundum perfectum usum rationis; alio modo, propter connaturalitatem quandam ad ea de quibus iam est iudicandum. Sicut de his quae ad castitatem pertinent per rationis inquisitionem recte iudicat ille qui didicit scientiam moralem, sed per quandam connaturalitatem ad ipsa recte iudicat de eis ille qui habet habitum castitatis. Sic igitur circa res divinas ex rationis inquisitione rectum iudicium habere pertinet ad sapientiam quae est virtus intellectualis, sed rectum iudicium habere de eis secundum quandam connaturalitatem ad ipsa pertinet ad sapientiam secundum quod donum est spiritus sancti, sicut Dionysius dicit, in II cap. de Div. Nom., quod Hierotheus est perfectus in divinis *non solum discens, sed et patiens divina*. Huiusmodi autem compassio sive connaturalitas ad res divinas fit per caritatem, quae quidem unit nos Deo, secundum illud I ad Cor. VI, *qui adhaeret Deo unus spiritus est*. Sic igitur sapientia quae est donum causam quidem habet in voluntate, scilicet caritatem, sed essentiam habet in intellectu, cuius actus est recte iudicare, ut supra habitum est.

II-II q. 45 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Augustinus loquitur de sapientia quantum ad suam causam. Ex qua etiam sumitur nomen sapientiae, secundum quod saporem quendam importat.

II-II q. 45 a. 2 ad 2

Unde patet responsio ad secundum. Si tamen iste sit intellectus illius auctoritatis. Quod non videtur, quia talis expositio non convenit nisi secundum nomen quod habet sapientia in Latina lingua. In Graeco autem non competit; et forte nec in aliis linguis. Unde potius videtur nomen sapientiae ibi accipi pro eius fama, qua a cunctis commendatur.

II-II q. 45 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod intellectus habet duos actus, scilicet percipere, et iudicare. Ad quorum primum ordinatur donum intellectus, ad secundum autem, secundum rationes divinas, donum sapientiae; sed secundum rationes humanas, donum scientiae.

3. Utrum sapientia sit speculativa tantum vel etiam practica.

II-II q. 45 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod sapientia non sit practica, sed speculativa tantum. Donum enim sapientiae est excellentius quam sapientia secundum quod est intellectualis virtus. Sed sapientia secundum quod est intellectualis virtus est speculativa tantum. Ergo multo magis sapientia quae est donum est speculativa, et non practica.

Mimo to činorodý rozum jest na činy, které jsou náhodné. Ale moudrost jest na božská, která jsou věčná a nutná. Tedy moudrost nemůže býti činorodá.

Mimo to praví Řehoř, v VI. Moral., že "v nazírání se hledá původ, kterým jest Bůh, avšak v činnosti jest námaha pod těžkým břemenem nutnosti". Ale k moudrosti náleží zření božských, do něhož nepatří námaha pod nějakým břemenem, poněvadž, jak se praví Moudr. 8: "Nemá hořkosti obcování s ní, ani omrzení život s ní." Tedy moudrost jest pouze nazíravá, ne však činorodá čili činná.

Avšak proti jest, co se praví Kolos. 4: "V moudrosti choďte před těmi, kteří jsou venku." To však náleží k činnosti. Tedy moudrost jest nejen badavá, ale také činorodá.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak praví Augustin, ve XII. o Trojici, vyšší část rozumu jest určena moudrosti, nižší však vědění. Avšak vyšší rozum, jak on praví v téže knize, dbá "nebeských pojmů", totiž božských, "i toužení i radění": a to toužení; když rozjímá božská o sobě; radění pak, když z božských soudí o lidských, řídě božskými pravidly lidské úkony. Tak tedy moudrost, pokud je dar, nejen jest badavá, ale také činorodá.

K prvnímu se tedy musí říci, že čím jest některá ctnost vyšší, tím větší má dosah, jak máme v knize O příčinách. Proto právě z toho, že moudrost, která jest dar, jest vyšší než moudrost, která jest ctnost rozumová, jakožto sáhající k Bohu více z blízka, totiž skrze nějaké sjednocení duše s ním, má, že řídí nejenom v badání, ale také v činnosti.

K druhému se musí říci, že božská o sobě jsou sice nutná a věčná; avšak jsou pravidlem náhodných, která jsou pod lidskými činy.

K třetímu se musí říci, že dříve jest pozorovati něco a sobě, než pokud se srovnává s druhým. Proto k moudrosti nejprve patří rozjímání božských, což jest "vidění původu", a potom říditi úkony lidské podle božských pojmů. A přece nepochází hořkost a námaha v lidských činech z řízení moudrosti, ale spíše hořkost se z moudrosti obrací ve sladkost a námaha v odpočinek.

XLV.4. Zda moudrost může býti bez milosti, se smrtelným hříchem.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že moudrost může býti bez milosti, se smrtelným hříchem: Neboť svatí se hlavně honosí těmi, kterých nelze míti se smrtelným hříchem, podle onoho II. Kor. 1: "Sláva naše je to, svědectví našeho svědomí." Ale moudrostí se nemá nikdo honositi, podle onoho Jerem. 9: "Nehonosiž se moudrý ve své moudrosti."

II-II q. 45 a. 3 arg. 2

Praeterea, practicus intellectus est circa operabilia, quae sunt contingentia. Sed sapientia est circa divina, quae sunt aeterna et necessaria. Ergo sapientia non potest esse practica.

II-II q. 45 a. 3 arg. 3

Praeterea, Gregorius dicit, in VI Moral., quod *in contemplatione principium, quod Deus est, quaeritur, in operatione autem sub gravi necessitatis fasce laboratur*. Sed ad sapientiam pertinet divinorum visio, ad quam non pertinet sub aliquo fasce laborare, quia ut dicitur Sap. VIII, *non habet amaritudinem conversatio eius, nec taedium convictus illius*. Ergo sapientia est contemplativa tantum, non autem practica sive activa.

II-II q. 45 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur ad Coloss. IV, *in sapientia ambulate ad eos qui foris sunt*. Hoc autem pertinet ad actionem. Ergo sapientia non solum est speculativa, sed etiam practica.

II-II q. 45 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut Augustinus dicit, in XII de Trin., superior pars rationis sapientiae deputatur, inferior autem scientiae. Superior autem ratio, ut ipse in eodem libro dicit, intendit rationibus supernis, scilicet divinis, et conspiciendis et consulendis, conspiciendis quidem, secundum quod divina in seipsis contemplatur; consulendis autem, secundum quod per divina iudicat de humanis, per divinas regulas dirigens actus humanos. Sic igitur sapientia, secundum quod est donum, non solum est speculativa, sed etiam practica.

II-II q. 45 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod quanto aliqua virtus est altior, tanto ad plura se extendit; ut habetur in libro de causis. Unde ex hoc ipso quod sapientia quae est donum est excellentior quam sapientia quae est virtus intellectualis, utpote magis de propinquo Deum attingens, per quandam scilicet unionem animae ad ipsum, habet quod non solum dirigat in contemplatione, sed etiam in actione.

II-II q. 45 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod divina in se quidem sunt necessaria et aeterna, sunt tamen regulae contingentium, quae humanis actibus subsunt.

II-II q. 45 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod prius est considerare aliquid in seipso quam secundum quod ad alterum comparatur. Unde ad sapientiam per prius pertinet contemplatio divinorum, quae est visio principii; et posterius dirigere actus humanos secundum rationes divinas. Nec tamen in actibus humanis ex directione sapientiae provenit amaritudo aut labor, sed potius amaritudo propter sapientiam vertitur in dulcedinem, et labor in requiem.

4. Utrum sapientia quae est donum possit esse cum peccato mortali.

II-II q. 45 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod sapientia possit esse sine gratia, cum peccato mortali. De his enim quae cum peccato mortali haberi non possunt praecipue sancti gloriantur, secundum illud II ad Cor. I, *gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae*. Sed de sapientia non

Tedy moudrost může býti bez milosti, se smrtelným hříchem.

Mimo to moudrost obnáší poznání božských, jak bylo řečeno. Ale někteří se smrtelným' hříchem mohou míti poznání božské pravdy podle onoho Řím. 1: "Pravdu Boží udržují v nespravedlnosti." Tedy moudrost může býti se smrtelným hříchem.

Mimo to praví Augustin, v XV. O Troj., mluvě o lásce: "Nic není nad ten dar Boží; jediný jest, jenž rozlišuje mezi syny věčného království a syny věčné záhuby." Ale moudrost se liší od lásky. Tedy nerozlišuje mezi syny království a syny záhuby. Tedy může býti se smrtelným hříchem.

Avšak proti jest, co se praví Moudr. 1: "Do zlovolné duše nevejde moudrost, ani nebude bydleti v těle, poddaném hříchu."

Odpovídám: Musí se říci, že moudrost, která jest dar Ducha Svatého, jak bylo řečeno, působí správnost soudu o božských věcech, nebo skrze božská pravidla o jiných, z jakési sourodosti nebo sjednocenosti s božskými. A ta jest skrze lásku, jak bylo řečeno. A proto moudrost, o které mluvíme, předpokládá lásku. Avšak láska nemůže býti se smrtelným hříchem; jak jest patrné ze shora řečeného. Pročež zůstává, že moudrost, o níž mluvíme, nemůže býti se smrtelným hříchem.

K prvnímu se tedy musí říci, že se to má rozuměti o moudrosti ve světských záležitostech, nebo také ve věcech božských podle pojmů lidských. A tou se svatí nehonosí, ale přiznávají, že jí nemají; podle onoho Přísl. 30: "Moudrost lidí není se mnou." Avšak honosí se moudrostí božskou, podle onoho I. Kor. 1: "Stal se nám moudrostí od Boha."

K druhému se musí říci, že onen důvod platí o poznání božských, které máme z píle a zkoumání rozumu. A to lze míti se smrtelným hříchem; ne však onu moudrost, o níž mluvíme.

K třetímu se musí říci, že moudrost, ač se liší od lásky, přece ji předpokládá, a právě tím rozlišuje mezi syny záhuby a království.

XLV.5. Zda moudrost jest ve všech majících milost.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že moudrost není ve všech, majících milost. Neboť více jest míti moudrost, nežli slyšeti moudrost. Ale moudrost slyšeti náleží jen dokonalým, podle onoho I. Kor. 2: "Moudrost mluvíme mezi dokonalými." Poněvadž tedy nejsou moudří všichni mající milost, zdá se, že mnohem méně mají moudrost všichni mající milost.

Mimo to "moudrého jest pořádati", jak praví Filosof, na začátku Metafys. A Jak. 3 se praví, že jest "soudící bez

debet aliquis gloriari, secundum illud Ierem. IX, *non glorietur sapiens in sapientia sua*. Ergo sapientia potest esse sine gratia, cum peccato mortali.

II-II q. 45 a. 4 arg. 2

Praeterea, sapientia importat cognitionem divinorum, ut dictum est. Sed aliqui cum peccato mortali possunt habere cognitionem veritatis divinae, secundum illud Rom. I, *veritatem Dei in iniustitia detinent*. Ergo sapientia potest esse cum peccato mortali.

II-II q. 45 a. 4 arg. 3

Praeterea, Augustinus dicit, in XV de Trin., de caritate loquens, *nullum est isto Dei dono excellentius, solum est quod dividit inter filios regni aeterni et filios perditionis aeternae*. Sed sapientia differt a caritate. Ergo non dividit inter filios regni et filios perditionis. Ergo potest esse cum peccato mortali.

II-II q. 45 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicitur Sap. I, *in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis*.

II-II q. 45 a. 4 co.

Při dvanácté se postupuje takto: Zdá se, že opatrnost není v poddaných, nýbrž jenom v představených. Neboť praví Filosof, v III. Polit., "že opatrnost jediná je vlastní ctností principe, in quo est sicut architectonica. Cum ergo prudentia sit virtus boni viri, videtur quod sit idem habitus prudentia et politica.

II-II q. 47 a. 11 arg. 3

Praeterea, ea quorum unum ordinatur ad aliud non diversificant speciem aut substantiam habitus. Sed bonum proprium, quod pertinet ad prudentiam simpliciter dictam, ordinatur ad bonum commune, quod pertinet ad politicam. Ergo politica et prudentia neque differunt specie, neque secundum habitus substantiam.

II-II q. 47 a. 11 s. c.

Sed contra est quod diversae scientiae sunt politica, quae ordinatur ad bonum commune civitatis; et oeconomica, quae est de his quae pertinent ad bonum commune domus vel familiae; et monastica, quae est de his quae pertinent ad bonum unius personae. Ergo pari ratione et prudentiae sunt species diversae secundum hanc diversitatem materiae.

II-II q. 47 a. 11 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, species habituum diversificantur secundum diversitatem obiecti quae attenditur penes rationem formalem ipsius. Ratio autem formalis omnium quae sunt ad finem attenditur ex parte finis; sicut ex supradictis patet. Et ideo necesse est quod ex relatione ad diversos fines diversificentur species habitus. Diversi autem fines sunt bonum proprium unius, et bonum familiae, et bonum civitatis et regni. Unde necesse est quod et prudentiae differant specie secundum differentiam horum finium, ut scilicet una sit prudentia simpliciter dicta, quae ordinatur ad bonum proprium; alia autem oeconomica, quae ordinatur ad bonum commune domus vel familiae; et tertia politica, quae ordinatur ad bonum commune civitatis vel regni.

II-II q. 47 a. 11 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod philosophus non intendit dicere quod politica sit idem secundum substantiam habitus cuilibet prudentiae, sed prudentiae quae ordinatur ad bonum commune. Quae quidem prudentia dicitur secundum communem rationem prudentiae, prout scilicet est quaedam recta ratio agibilium, dicitur autem politica secundum ordinem ad bonum commune.

II-II q. 47 a. 11 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut philosophus ibidem dicit, *ad bonum virum pertinet posse bene principari et bene subiici*. Et ideo in virtute boni viri includitur etiam virtus principis. Sed virtus principis et subditi differt specie, sicut etiam virtus viri et mulieris, ut ibidem dicitur.

II-II q. 47 a. 11 ad 3

Ad tertium dicendum quod etiam diversi fines quorum unus ordinatur ad alium diversificant speciem habitus, sicut equestris et militaris et civilis differunt specie, licet finis unius ordinetur ad finem alterius. Et similiter, licet bonum unius ordinetur ad bonum multitudinis, tamen hoc non impedit quin talis diversitas faciat habitus differre specie. Sed ex hoc sequitur quod habitus qui ordinatur ad finem ultimum sit principalior, et imperet aliis habitibus.

12. Utrum prudentia sit in subditis an solum in principibus.

II-II q. 47 a. 12 arg. 1

Ad duodecimum sic proceditur. Videtur quod prudentia non sit in subditis, sed solum in principibus. Dicit enim

představeného, jiné pak ctnosti jsou společné poddaných i představených. Ctností poddaného pak není opatrnost, nýbrž pravdivé mínění."

Mimo to v I. Polit. se praví, že "otrok nemá naprosto nic poradného". Ale "opatrnost činí dobře radící", jak se praví v VI. Ethic. Tedy opatrnost nepřísluší otrokům čili poddaným.

Mimo to opatrnost je rozkazující, jak bylo řečeno shora. Ale rozkazovati nenáleží otrokům či poddaným, nýbrž pouze představeným. Tedy opatrnost není v poddaných, nýbrž pouze v představených.

Avšak proti jest, co praví Filosof v VI. Ethic., :že politické opatrnosti jsou dva druhy: jeden, jenž je "tvůrčím zákonů", jenž přísluší představeným, druhý, jenž "podržuje obecné jméno politické", jenž jedná "o jednotlivostech". Avšak taková jednotlivá konati přísluší též poddaným. Tedy opatrnost není jenom představených, nýbrž i poddaných.

Odpovídám: Musí se říci, že opatrnost je v rozumu. Říditi pak a vládnouti je vlastní rozumu. A tudíž pokud kdo má podíl na řízení a vládnutí, potud mu přísluší míti rozum a opatrnost. Je pak jasné, že poddaného pokud jest poddaným, a otroka pokud jest otrokem, není říditi a vládnouti, nýbrž spíše býti řízen a ovládán. A tudíž opatrnost není ctností otroka pokud jest otrokem, ani poddaného pokud jest poddaným. Ale protože kterýkoli člověk, pokud jest rozumový, má nějakou účast na vládě podle rozhodování rozumu, potud mu přísluší míti opatrnost. Pročež je jasné, že opatrnost je v představeném ,,na způsob umění stavitelského", jak se praví v VI. Ethic., v poddaných pak "na způsob umění rukou pracujícího".

K prvnímu se tedy musí říci, že slovu Filosofovu třeba rozuměti samo sebou mluveno, že totiž ctnost opatrnosti není ctností poddaného jako takového.

K druhému se musí říci, že otrok nemá radění jakožto otrok; neboť tak je nástrojem pánovým. Ale je schopný porady jako rozumový tvor.

K třetímu se musí říci, že opatrností člověk rozkazuje nejenom jiným, nýbrž též sám sobě, pokud se totiž říká, že rozum poroučí nižším silám.

XLVII.13. Zda může býti opatrnost v hříšnících.

Při třináctém se postupuje takto: Zdá se, že opatrnost může býti v hříšnících. Neboť praví Pán, Luk. 16: "Synové tohoto světa jsou opatrnější ve svém pokolení než synové světla." Ale synové tohoto světa jsou hříšníci. Tedy v hříšnících může býti opatrnost.

Mimo to víra je ušlechtilejší ctnost než opatrnost. Ale víra může býti v hříšnících. Tedy i opatrnost.

philosophus, in III Polit., quod *prudentia sola est propria virtus principis, aliae autem virtutes sunt communes subditorum et principum. Subditi autem non est virtus prudentia, sed opinio vera*.

II-II q. 47 a. 12 arg. 2

Praeterea, in I Polit. dicitur quod *servus omnino non habet quid consiliativum*. Sed prudentia facit bene consiliativos; ut dicitur in VI Ethic. Ergo prudentia non competit servis, seu subditis.

II-II q. 47 a. 12 arg. 3

Praeterea, prudentia est praeceptiva, ut supra dictum est. Sed praecipere non pertinet ad servos vel subditos, sed solum ad principes. Ergo prudentia non est in subditis, sed solum in principibus.

II-II q. 47 a. 12 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in VI Ethic., quod prudentiae politicae sunt duae species, una quae est legum positiva, quae pertinet ad principes; alia quae retinet commune nomen politicae, quae est circa singularia. Huiusmodi autem singularia peragere pertinet etiam ad subditos. Ergo prudentia non solum est principum, sed etiam subditorum.

II-II q. 47 a. 12 co.

Respondeo dicendum quod prudentia in ratione est. Regere autem et gubernare proprie rationis est. Et ideo unusquisque inquantum participat de regimine et gubernatione, intantum convenit sibi habere rationem et prudentiam. Manifestum est autem quod subditi inquantum est subditus, et servi inquantum est servus, non est regere et gubernare, sed magis regi et gubernari. Et ideo prudentia non est virtus servi inquantum est servus, nec subditi inquantum est subditus. Sed quia quilibet homo, inquantum est rationalis, participat aliquid de regimine secundum arbitrium rationis, intantum convenit ei prudentiam habere. Unde manifestum est quod prudentia quidem in principe est ad modum artis architectonicae, ut dicitur in VI Ethic., in subditis autem ad modum artis manu operantis.

II-II q. 47 a. 12 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod verbum philosophi est intelligendum per se loquendo, quia scilicet virtus prudentiae non est virtus subditi inquantum huiusmodi.

II-II q. 47 a. 12 ad 2

Ad secundum dicendum quod servus non habet consiliativum inquantum est servus, sic enim est instrumentum domini. Est tamen consiliativus inquantum est animal rationale.

II-II q. 47 a. 12 ad 3

Ad tertium dicendum quod per prudentiam homo non solum praecipit aliis, sed etiam sibi ipsi, prout scilicet ratio dicitur praecipere inferioribus viribus.

13. Utrum inveniatur in malis.

II-II q. 47 a. 13 arg. 1

Ad decimumtertium sic proceditur. Videtur quod prudentia possit esse in peccatoribus. Dicit enim dominus, Luc. XVI, *filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt*. Sed filii huius saeculi sunt peccatores. Ergo in peccatoribus potest esse prudentia.

II-II q. 47 a. 13 arg. 2

Praeterea, fides est nobilior virtus quam prudentia. Sed

Mimo to, "tvrdíme, že to je obzvláště úkonem opatrného; dobře raditi", jak se praví v VI. Ethic. Ale mnoho hříšníků je dobré rady. Tedy mnoho hříšníků má opatrnost.

Avšak proti jest, co praví Filosof, v VI. Ethic.: "Nemožný jest opatrný, nejsoucí dobrý." Ale žádný hříšník není dobrý. Tedy žádný hříšník není opatrný.

Odpovídám: Musí se říci, že opatrnost se říká trojmo. Je totiž jakási opatrnost nepravá neboli z podobnosti nazvaná. Poněvadž totiž opatrným jest, kdo dobře rozvrhne to, co jest konati pro nějaký dobrý cíl, ten, kdo pro špatný cíl něco rozvrhuje, přiměřené tomu cíli, má nepravou opatrnost, pokud to, co přijímá za cíl; není v pravdě dobrem, nýbrž podle podoby, jako sluje někdo dobrým lotrem. Tímto totiž způsobem může slouti podle podobnosti dobrý-lotr, kdo vynalézá vhodné cesty k lotrovství. A to jest opatrnost, o níž praví Apoštol, Řím. 8: "Opatrnost těla je smrt," jež totiž poslední cíl stanoví v potěšení tělesném.

Druhá pak opatrnost je sice pravá, protože vynalézá cesty, přizpůsobené cíli v pravdě dobrému; ale je nedokonalá z dvojího důvodu. Jedním způsobem, protože ono dobro, jež přijímá za cíl, není společným cílem celého lidského života, nýbrž nějakého zvláštního zaměstnání, třebas když někdo vynalézá cesty, přizpůsobené obchodování nebo plavbě, nazývá se opatrným obchodníkem nebo plavcem. - Jiným způsobem, protože selhává v hlavním úkonu opatrnosti, třebas když někdo dobře radí a správně soudí též o tom, co se vztahuje na celý život, avšak neúčinně rozkazuje.

Třetí pak opatrnost je pravá a dokonalá, jež správně radí, soudí a rozkazuje k dobrému cíli celého života. A -ta jediná se nazývá jednoduše opatrností. Ta nemůže býti ve hříšnících. - První pak opatrnost je pouze v hříšnících. - Opatrnost pak nedokonalá je společná dobrým i zlým, zvláště ta, jež je nedokonalá pro částečný cíl. Neboť ta, jež je nedokonalá pro nedostatek hlavního úkonu, také není leč u zlých.

K prvnímu se tedy musí říci, že ono slovo Páně se rozumí o první opatrnosti. Pročež se neříká jednoduše, že jsou opatrní, nýbrž že jsou opatrní "v pokolení svém"-.

K druhému se musí říci, že víra ve svém pojmu nenese nějakou shodu se žádostí správných činů; nýbrž pojem víry záleží v pouhém poznání. Ale opatrnost nese zařízení k správné žádosti. Jednak protože zásady opatrnosti jsou cíle skutků, o nichž má kdo správné mínění skrze zběhlosti mravních ctností, jež vytvářejí žádost správnou; pročež opatrnost ne: může býti bez ctností mravních, jak bylo ukázáno svrchu. Jednak také protože opatrnost rozkazuje správné činy, což se neděje leč když je správná žádost. Pročež víra, byť byla ušlechtilejší než opatrnost pro předmět, přece opatrnost podle svého pojmu více odporuje hříchu, jenž pochází ze zvrácenosti.

K třetímu se musí říci, že hříšníci mohou sice býti dobře radící k nějakému špatnému cíli nebo k nějakému fides potest esse in peccatoribus. Ergo et prudentia.

II-II q. 47 a. 13 arg. 3

Praeterea, prudentis hoc opus maxime dicimus, bene consiliari; ut dicitur in VI Ethic. Sed multi peccatores sunt boni consilii. Ergo multi peccatores habent prudentiam.

II-II q. 47 a. 13 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in VI Ethic., *impossibile prudentem esse non entem bonum*. Sed nullus peccator est bonus. Ergo nullus peccator est prudens.

II-II q. 47 a. 13 co.

Respondeo dicendum quod prudentia dicitur tripliciter. Est enim quaedam prudentia falsa, vel per similitudinem dicta. Cum enim prudens sit qui bene disponit ea quae sunt agenda propter aliquem bonum finem, ille qui propter malum finem aliqua disponit congruentia illi fini habet falsam prudentiam, inquantum illud quod accipit pro fine non est vere bonum, sed secundum similitudinem, sicut dicitur aliquis bonus latro. Hoc enim modo potest secundum similitudinem dici prudens latro qui convenientes vias adinvenit ad latrocinandum. Et huiusmodi est prudentia de qua apostolus dicit, ad Rom. VIII, *prudentia carnis mors est*, quae scilicet finem ultimum constituit in delectatione carnis. Secunda autem prudentia est quidem vera, quia adinvenit vias accommodatas ad finem vere bonum; sed est imperfecta, duplici ratione. Uno modo, quia illud bonum quod accipit pro fine non est communis finis totius humanae vitae, sed alicuius specialis negotii, puta cum aliquis adinvenit vias accommodatas ad negotiandum vel ad navigandum, dicitur prudens negotiator vel nauta. Alio modo, quia deficit in principali actu prudentiae, puta cum aliquis bene consiliatur et recte iudicat etiam de his quae pertinent ad totam vitam, sed non efficaciter praecipit. Tertia autem prudentia est et vera et perfecta, quae ad bonum finem totius vitae recte consiliatur, iudicat et praecipit. Et haec sola dicitur prudentia simpliciter. Quae in peccatoribus esse non potest. Prima autem prudentia est in solis peccatoribus. Prudentia autem imperfecta est communis bonis et malis, maxime illa quae est imperfecta propter finem particularem. Nam illa quae est imperfecta propter defectum principalis actus etiam non est nisi in malis.

II-II q. 47 a. 13 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod illud verbum domini intelligitur de prima prudentia. Unde non dicitur simpliciter quod sint prudentes; sed quod sint prudentes in generatione sua.

II-II q. 47 a. 13 ad 2

Ad secundum dicendum quod fides in sui ratione non importat aliquam conformitatem ad appetitum rectorum operum, sed ratio fidei consistit in sola cognitione. Sed prudentia importat ordinem ad appetitum rectum. Tum quia principia prudentiae sunt fines operabilium, de quibus aliquis habet rectam aestimationem per habitus virtutum moralium, quae faciunt appetitum rectum, unde prudentia non potest esse sine virtutibus moralibus, ut supra ostensum est. Tum etiam quia prudentia est praeceptiva rectorum operum, quod non contingit nisi existente appetitu recto. Unde fides licet sit nobilior quam prudentia propter obiectum, tamen prudentia secundum sui rationem magis repugnat peccato, quod procedit ex perversitate appetitus.

II-II q. 47 a. 13 ad 3

částečnému dobru; k dobrému však cíli celého života nejsou dobře radící dokonale, protože nepřivedou radu k výsledku. Pročež není v nich opatrnosti, jež se má pouze k dobru; ale jak praví Filosof, v VI. Ethic., jest v nich deinotika, to jest přirozená přičinlivost, jež se má k dobru i ke zlu, nebo zchytralost, jež se má jenom ke zlu, již jsme svrchu nazvali nepravou opatrností nebo opatrností těla.

XLVII.14. Zda jest opatrnost ve všech, majících milost.

Při čtrnácté se postupuje takto: Zdá se, že opatrnost není ve všech, majících milost. Neboť k opatrnosti se vyžaduje jakási píle, jíž by uměli dobře předvídati, co je konati. Ale mnozí mající milost, postrádají takové píle. Tedy ne všichni, mající milost, mají opatrnost.

Mimo to opatrným sluje, kdo je dobře radící, jak bylo řečeno. Ale mnozí mají milost, a nejsou dobře radící, nýbrž třeba řízení jich cizí radou. Tedy ne všichni, mající milost, mají opatrnost.

Mimo to praví Filosof, v III. Topic., "že není známo, že mladí jsou opatrní". Ale mnoho mladých má milost. Tedy opatrnost se nenalézá ve všech majících milost.

Avšak proti jest, že nikdo nemá milost, leč je ctnostný. Ale nikdo nemůže býti ctnostný, leč má opatrnost; neboť praví Řehoř, v II. Moral., že "ostatní ctnosti, nekonají-li opatrně to, co -žádají, nikterak nemohou býti ctnostmi". Tedy všichni, mající milost, mají opatrnost.

Odpovídám: Musí se říci, že je nutné, že ctnosti jsou spojité, tak, aby kdo má jednu, měl všechny, jak bylo ukázáno shora. Kdokoli pak má milost, má lásku. Pročež. je nutné, aby měl všechny jiné ctnosti. A tak, protože opatrnost je ctnost, jak bylo ukázáno, je nutné, aby měl opatrnost.

K prvnímu se tedy musí říci, že je dvojí píle. A to jedna, jež je dostatečná pro to, co je nutné ke spase. A taková píle se dává všem majícím milost, jež "pomazání poučuje o všem", jak se praví 1. Jan. 2. - Je pak jiná píle plnější, jíž kdo může se starati o sebe i jiné, nejenom o to, co je nutné ke spáse, nýbrž -též o cokoli, patřící k lidskému životu. A taková píle není ve všech, majících milost.

K druhému se musí říci, že ti, kteří potřebují řízení cizí radou, aspoň v tom dovedou poraditi sami sobě, mají-li milost; aby vyhledávali rady jiných a rozlišili dobré rady od špatných.

K třetímu se musí říci, že opatrnost získaná bývá působena vykonáváním skutků, pročež "potřebuje k svému vzniku

Ad tertium dicendum quod peccatores possunt quidem esse bene consiliativi ad aliquem finem malum, vel ad aliquod particulare bonum, ad finem autem bonum totius vitae non sunt bene consiliativi perfecte, quia consilium ad effectum non perducunt. Unde non est in eis prudentia, quae se habet solum ad bonum, sed sicut philosophus dicit, in VI Ethic., est in talibus deinotica idest naturalis industria, quae se habet ad bonum et ad malum; vel astutia, quae se habet solum ad malum, quam supra diximus falsam prudentiam vel prudentiam carnis.

14. Utrum inveniatur in omnibus bonis.

II-II q. 47 a. 14 arg. 1

Ad decimumquartum sic proceditur. Videtur quod prudentia non sit in omnibus habentibus gratiam. Ad prudentiam enim requiritur industria quaedam, per quam sciant bene providere quae agenda sunt. Sed multi habentes gratiam carent tali industria. Ergo non omnes habentes gratiam habent prudentiam.

II-II q. 47 a. 14 arg. 2

Praeterea, prudens dicitur qui est bene consiliativus, ut dictum est. Sed multi habent gratiam qui non sunt bene consiliativi, sed necesse habent regi consilio alieno. Ergo non omnes habentes gratiam habent prudentiam.

II-II q. 47 a. 14 arg. 3

Praeterea, philosophus dicit, in III Topic., quod *iuvenes non constat esse prudentes*. Sed multi iuvenes habent gratiam. Ergo prudentia non invenitur in omnibus gratiam habentibus.

II-II q. 47 a. 14 s. c.

Sed contra est quod nullus habet gratiam nisi sit virtuosus. Sed nullus potest esse virtuosus nisi habeat prudentiam, dicit enim Gregorius, in II Moral., quod *ceterae virtutes, nisi ea quae appetunt prudenter agant, virtutes esse nequaquam possunt*. Ergo omnes habentes gratiam habent prudentiam.

II-II q. 47 a. 14 co.

Respondeo dicendum quod necesse est virtutes esse connexas, ita ut qui unam habet omnes habeat, ut supra ostensum est. Quicumque autem habet gratiam habet caritatem. Unde necesse est quod habeat omnes alias virtutes. Et ita, cum prudentia sit virtus, ut ostensum est, necesse est quod habeat prudentiam.

II-II q. 47 a. 14 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod duplex est industria. Una quidem quae est sufficiens ad ea quae sunt de necessitate salutis. Et talis industria datur omnibus habentibus gratiam, quos unctio docet de omnibus, ut dicitur I Ioan. II. Est autem alia industria plenior, per quam aliquis sibi et aliis potest providere, non solum de his quae sunt necessaria ad salutem sed etiam de quibuscumque pertinentibus ad humanam vitam. Et talis industria non est in omnibus habentibus gratiam.

II-II q. 47 a. 14 ad 2

Ad secundum dicendum quod illi qui indigent regi consilio alieno saltem in hoc sibi ipsis consulere sciunt, si gratiam habent, ut aliorum requirant consilia, et discernant consilia bona a malis.

II-II q. 47 a. 14 ad 3

Ad tertium dicendum quod prudentia acquisita causatur ex

zkoušení a času", jak se praví v II. Ethic. Pročež nemůže býti u mladých ani podle zběhlosti ani podle úkonu. - Ale opatrnost darovaná pochází z božského vlití. Pročež u pokřtěných dětí, nemajících ještě užívání rozumu, jest opatrnost podle pohotovosti, ale nikoli podle úkonu, jakož i u bláznů. U těch pak, kteří již mají užívání rozumu, je též podle úkonu v tom, co je nutné ke spáse; ale konáním si zaslouží rozmnožení, až se zdokonalí, jakož i ostatní ctnosti. Pročež i Apoštol praví, Žid. 5, že "dokonalých je pevný pokrm, kteří mají smysly vycvičené na návyk k rozeznávání dobrého a zlého".

XLVII.15. Zda opatrnost je v nás od přirozenosti.

Při patnácté se postupuje takto: Zdá se, že opatrnost je v nás od. přirozenosti. Praví totiž Filosof, v VI. Ethic., že to, co patří k opatrnosti, "zdá se býti přirozeným", jako synesis, gnome a podobné; nikoli však to, co patří k moudrosti badavé. Ale 'tentýž jest ráz vzniku těch věcí, jež jsou jednoho:-rodu. Tedy také opatrnost je u nás od přirozenosti..

Mimo to různost věků je podle přirozenosti. Ale opatrnost sleduje věky; podle onoho Job.-12: "U kmetů je moudrost a u dlouhověkosti opatrnost." Tedy opatrnost je, přirozená..

Mimo to opatrnost se více hodí přirozenosti lidské než :přirozenosti pouhých živočichů. Ale pouzí živočichové mají jakési přirozené opatrnosti, jak :je patrně z Filosofa v VIII. O Děj. živočichů. Tedy opatrnost je přirozená.

Avšak proti jest, co praví Filosof, v II. Ethic;, že "ctnost rozumová má ponejvíce z vyučování i vznik i vzrůst: tudíž potřebuje času a zkoušení". Ale opatrnost je ctnost rozumová, jak jsme měli shora. Tedy opatrnost není v nás od přirozenosti, nýbrž z poučování a zkušenosti.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak je patrné z řečeného, opatrnost zahrnuje poznání i všeobecných i jednotlivostních skutků, na něž opatrný používá všeobecných zásad. Tudíž vzhledem k všeobecnému poznání stejně je tomu s opatrností i s vědou badavou. Poněvadž první všeobecné zásady obou jsou přirozeně známé, jak je patrné ze svrchu řečeného; leda že obecné zásady opatrnosti jsou více přirozeně člověku; jak totiž praví Filosof; v X. Ethic., - "život, který je badavý, je lepší, než který je podle člověka. Ale jiné všeobecné zásady pozdější, ať jsou badavého rozumu nebo činorodého, nemáme z přirozenosti, nýbrž z hledání cestou zkušenosti nebo z učení.

Vzhledem pak k zvláštnímu poznání toho, čeho se týká činnost, je zase rozlišovati. Poněvadž činnost záleží v něčem buď jakožto cíli nebo v tom co jest k cíli. Správně pak cíle lidského života jsou vymezené. A tudíž může býti přirozená náklonnost vzhledem k těmto cílům, jako bylo řečeno shora, že někteří mají z přirozeného uzpůsobení některé ctnosti, jimiž se kloní ke správným cílům, a v důsledku mají také přirozeně správný úsudek o těchto cílích. Ale to, co je k cíli ve věcech lidských, není

exercitio actuum, unde *indiget ad sui generationem experimento et tempore*, ut dicitur in II Ethic. Unde non potest esse in iuvenibus nec secundum habitum nec secundum actum. Sed prudentia gratuita causatur ex infusione divina. Unde in pueris baptizatis nondum habentibus usum rationis est prudentia secundum habitum, sed non secundum actum, sicut et in amentibus. In his autem qui iam habent usum rationis est etiam secundum actum quantum ad ea quae sunt de necessitate salutis, sed per exercitium meretur augmentum quousque perficiatur, sicut et ceterae virtutes. Unde et apostolus dicit, ad Heb. V, quod *perfectorum est solidus cibus, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali*.

15. Utrum insit nobis a natura.

II-II q. 47 a. 15 arg. 1

Ad decimumquintum sic proceditur. Videtur quod prudentia insit nobis a natura. Dicit enim philosophus, in VI Ethic., quod ea quae pertinent ad prudentiam naturalia videntur esse, scilicet synesis, gnome et huiusmodi, non autem ea quae pertinent ad sapientiam speculativam. Sed eorum quae sunt unius generis eadem est originis ratio. Ergo etiam prudentia inest nobis a natura.

II-II q. 47 a. 15 arg. 2

Praeterea, aetatum variatio est secundum naturam. Sed prudentia consequitur aetates, secundum illud Iob XII, *in antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia*. Ergo prudentia est naturalis.

II-II q. 47 a. 15 arg. 3

Praeterea, prudentia magis convenit naturae humanae quam naturae brutorum animalium. Sed bruta animalia habent quasdam naturales prudentias; ut patet per philosophum, in VIII de historiis Animal. Ergo prudentia est naturalis.

II-II q. 47 a. 15 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in II Ethic., quod *virtus intellectualis plurimum ex doctrina habet et generationem et augmentum, ideo experimento indiget et tempore*. Sed prudentia est virtus intellectualis, ut supra habitum est. Ergo prudentia non inest nobis a natura, sed ex doctrina et experimento.

II-II q. 47 a. 15 co.

Respondeo dicendum quod, sicut ex praemissis patet, prudentia includit cognitionem et universalium et singularium operabilium, ad quae prudens universalia principia applicat. Quantum igitur ad universalem cognitionem, eadem ratio est de prudentia et de scientia speculativa. Quia utriusque prima principia universalia sunt naturaliter nota, ut ex supradictis patet, nisi quod principia communia prudentiae sunt magis connaturalia homini; ut enim philosophus dicit, in X Ethic., *vita quae est secundum speculationem est melior quam quae est secundum hominem*. Sed alia principia universalia posteriora, sive sint rationis speculativae sive practicae, non habentur per naturam, sed per inventionem secundum viam experimenti, vel per disciplinam. Quantum autem ad particularem cognitionem eorum circa quae operatio consistit est iterum distinguendum. Quia operatio consistit circa aliquid vel sicut circa finem; vel sicut circa ea quae sunt ad finem. Fines autem recti humanae vitae sunt determinati. Et ideo potest esse naturalis inclinatio respectu horum finium, sicut supra dictum est quod quidam habent ex naturali

vymezené, nýbrž mnohonásobně se liší podle různosti osob a zaměstnání. Pročež, poněvadž náklonnost přirozenosti je vždycky k něčemu určitému, nemůže býti takové poznání v člověku přirozeně, ač je z přirozeného uzpůsobení jeden schopnější k rozeznávání takových než jiný; jako se též děje v závěrech věd badavých. Protože tudíž opatrnost není o cílech; nýbrž o těch, jež jsou k cíli, jak jsme měli shora, proto opatrnost není přirozená.

K prvnímu se tedy musí říci, že Filosof tam mluví o patřících k opatrnosti pokud směřují k cílům; pročež shora předeslal; že "zásady jsou toho, k vůli. čemu", to jest cíle: A proto se nezmiňuje o eubulii, jež radí ta, jež jsou k cíli.

K druhému se musí říci, že opatrnost je spíše u starých, nejenom pro přirozené uzpůsobení, klid hnutí smyslových vášní, nýbrž též pro zkušenost dlouhověkosti.

K třetímu -se musí říci, že u pouhých živočichů jsou vymezené cesty dospětí k cíli; pročež vidíme, že všichni živočichově téhož druhu jednají podobně: Ale to nemůže býti u člověka, pro jeho rozum, jenž, poněvadž poznává všeobecná, vztahuje se na nekonečně jednotlivostí.

XLVII.16. Zda lze ztratiti opatrnost zapomenutím.

Při šestnácté se postupuje takto: Zdá se, že lze ztratiti opatrnost zapomenutím. Neboť vědění, poněvadž je o nutných, je jistější než opatrnost, jež je o skutcích nahodilých. Ale vědění se ztrácí zapomenutím. Tedy mnohem spíše opatrnost.

Mimo to, jak praví Filosof, v II. Ethic., "ctnost vzniká i se kazí z týchže, protivným způsobem učiněných". Ale k vzniku opatrnosti je nutná zkušenost, jež vzniká "z mnoha pamatovaných", jak se praví na začátku Metafys. Tedy, poněvadž zapomenutí se klade proti paměti, zdá se, že opatrnost zapomenutím lze ztratiti.

Mimo to opatrnost není bez poznání všeobecných. Ale poznání všeobecných lze ztratiti zapomenutím. Tedy i opatrnost.

Avšak proti jest, co praví Filosof, v VI. Ethic., že "zapomenutí se týká umění a nikoli opatrnosti".

Odpovídám: Musí se říci, že zapomínání se týká pouze poznání. A tudíž zapomínáním může někdo pozbýti úplně umění, a podobně vědění, jež záležejí v rozumu. Ale opatrnost nezáleží v pouhém poznání, nýbrž též v žádosti, protože, jak bylo řečeno, jejím hlavním úkonem jest rozkazovati, což jest používati nabytého poznání k žádání a

dispositione quasdam virtutes quibus inclinantur ad rectos fines, et per consequens etiam habent naturaliter rectum iudicium de huiusmodi finibus. Sed ea quae sunt ad finem in rebus humanis non sunt determinata, sed multipliciter diversificantur secundum diversitatem personarum et negotiorum. Unde quia inclinatio naturae semper est ad aliquid determinatum, talis cognitio non potest homini inesse naturaliter, licet ex naturali dispositione unus sit aptior ad huiusmodi discernenda quam alius; sicut etiam accidit circa conclusiones speculativarum scientiarum. Quia igitur prudentia non est circa fines, sed circa ea quae sunt ad finem, ut supra habitum est; ideo prudentia non est naturalis.

II-II q. 47 a. 15 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod philosophus ibi loquitur de pertinentibus ad prudentiam secundum quod ordinantur ad fines, unde supra praemiserat quod principia sunt eius quod est cuius gratia, idest finis. Et propter hoc non facit mentionem de eubulia, quae est consiliativa eorum quae sunt ad finem.

II-II q. 47 a. 15 ad 2

Ad secundum dicendum quod prudentia magis est in senibus non solum propter naturalem dispositionem, quietatis motibus passionum sensibilium, sed etiam propter experientiam longi temporis.

II-II q. 47 a. 15 ad 3

Ad tertium dicendum quod in brutis animalibus sunt determinatae viae perveniendi ad finem, unde videmus quod omnia animalia eiusdem speciei similiter operantur. Sed hoc non potest esse in homine, propter rationem eius, quae, cum sit cognoscitiva universalium, ad infinita singularia se extendit.

16. Utrum perdatur per oblivionem.

II-II q. 47 a. 16 arg. 1

Ad decimumsextum sic proceditur. Videtur quod prudentia possit amitti per oblivionem. Scientia enim, cum sit necessariorum, est certior quam prudentia, quae est contingentium operabilium. Sed scientia amittitur per oblivionem. Ergo multo magis prudentia.

II-II q. 47 a. 16 arg. 2

Praeterea, sicut philosophus dicit, in II Ethic., *virtus ex eisdem generatur et corrumpitur contrario modo factis*. Sed ad generationem prudentiae necessarium est experimentum, quod fit ex multis memoriis, ut dicitur in principio Metaphys. Ergo, cum oblivio memoriae opponatur, videtur quod prudentia per oblivionem possit amitti.

II-II q. 47 a. 16 arg. 3

Praeterea, prudentia non est sine cognitione universalium. Sed universalium cognitio potest per oblivionem amitti. Ergo et prudentia.

II-II q. 47 a. 16 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in VI Ethic., quod *oblivio est artis, et non prudentiae*.

II-II q. 47 a. 16 co.

Respondeo dicendum quod oblivio respicit cognitionem tantum. Et ideo per oblivionem potest aliquis artem totaliter perdere, et similiter scientiam, quae in ratione consistunt. Sed prudentia non consistit in sola cognitione, sed etiam in appetitu, quia ut dictum est, principalis eius actus est

konání. A tudíž opatrnost se neničí přímo zapomínáním, nýbrž spíše se kazí vášněmi; neboť praví Filosof, v VI. Ethic., že "těšící a smutné převrací oceňovaní opatrnosti". Pročež, Dan. 13, se praví: "Krása tě podvedla a dychtivost převrátila tvé srdce"; a Exod. 23 se praví: "Nepřijímej darů, jež zaslepují i opatrné." - Zapomenutí však může překážeti opatrnosti, pokud vychází k rozkazování z nějakého poznání; jež lze zapomenutím odníti.

K prvnímu se tedy musí říci, že vědění jest pouze v rozumu. Pročež je tomu s ním jinak, jak bylo řečeno shora.

K druhému se musí říci, že zkušenost opatrnosti se nezískává pouze z paměti, nýbrž z provádění správného nařizování.

K třetímu se musí říci, že opatrnost záleží hlavně nikoli v poznávání všeobecných, nýbrž v použití na skutky, jak bylo řečeno. A tudíž zapomenutí všeobecného poznání nekazí to, co je hlavní v opatrnosti, nýbrž působí ji jakousi překážku, jak bylo řečeno.

XLVIII. O částech opatrnosti.

Předmluva

Potom jest uvažovati o částech opatrnosti.

A o tom jsou čtyři otázky:

1. Které jsou části opatrnosti.
2. O jejích částech jaksi doplňkových.
3. O jejích částech podmětných.
4. O částech působnostních.

XLVIII.1. Zda se vhodně vykazují části opatrnosti.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že se nevhodně vykazují části opatrnosti. Neboť Tullius, v II. Rhet. uvádí tři části opatrnosti, totiž paměť, rozumnost a prozřetelnost: - Makrobius pak podle názoru Plotinova přiděluje opatrnosti šestero: totiž um, rozum, obezřelost, prozřetelnost; učelivost a ostražitost. - Aristoteles pak, v VI. Ethic., praví, že k opatrnosti náleží eubulia, synesis a gnome, Zmiňuje se také při opatrnosti o eustochii a zručnosti, rozmyslu a rozumění. - Kterýsi pak jiný řecký filosof praví, že k opatrnosti patří desatero: totiž eubulia, zručnost, prozřetelnost, královská, vojenská, politická, ekonomická, dialektická, řečnická, fysika. - Tedy se zdá, že buď jeden výkaz je nadbytečný nebo druhý nedostatečný.

Mimo to opatrnost se dělí proti vědění. Ale politická, ekonomická, dialektická, řečnická, fysika, jsou nějaké vědy. Nejsou tedy částmi opatrnosti.

Mimo to části nepřesahují celku. Ale paměť rozumová, nebo rozumnost,-um; rozmysl- a učelivost patří nejenom k opatrnosti; nýbrž též ke všem pohotovostem poznávacím.

praecipere, quod est applicare cognitionem habitam ad appetendum et operandum. Et ideo prudentia non directe tollitur per oblivionem, sed magis corrumpitur per passiones, dicit enim philosophus, in VI Ethic., quod *delectabile et triste pervertit existimationem prudentiae*. Unde Dan. XIII dicitur, *species decepit te, et concupiscentia subvertit cor tuum*; et Exod. XXIII dicitur, *ne accipias munera, quae excaecant etiam prudentes*. Oblivio tamen potest impedire prudentiam, inquantum procedit ad praecipiendum ex aliqua cognitione, quae per oblivionem tolli potest.

II-II q. 47 a. 16 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod scientia est in sola ratione. Unde de ea est alia ratio, ut supra dictum est.

II-II q. 47 a. 16 ad 2

Ad secundum dicendum quod experimentum prudentiae non acquiritur ex sola memoria, sed ex exercitio recte praecipiendi.

II-II q. 47 a. 16 ad 3

Ad tertium dicendum quod prudentia principaliter consistit non in cognitione universalium, sed in applicatione ad opera, ut dictum est. Et ideo oblivio universalis cognitionis non corrumpit id quod est principale in prudentia, sed aliquid impedimentum ei affert, ut dictum est.

48. De prudentia quantum ad partes suas in generali.

Prooemium

II-II q. 48 pr.

Deinde considerandum est de partibus prudentiae. Et circa hoc quaeruntur quatuor, primo, quae sint partes prudentiae; secundo, de partibus quasi integralibus eius; tertio, de partibus subiectivis eius; quarto, de partibus potentialibus.

1. Quae sint partes prudentiae.

II-II q. 48 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter assignentur partes prudentiae. Tullius enim, in II Rhet., ponit tres partes prudentiae, scilicet memoriam, intelligentiam et providentiam. Macrobius autem, secundum sententiam Plotini, attribuit prudentiae sex, scilicet rationem, intellectum, circumspectionem, providentiam, docilitatem et cautionem. Aristoteles autem, in VI Ethic., dicit ad prudentiam pertinere eubuliam, synesim et gnomen. Facit etiam mentionem circa prudentiam de Eustochia et solertia, sensu et intellectu. Quidam autem alius philosophus Graecus dicit quod ad prudentiam decem pertinent, scilicet eubulia, solertia, providentia, regnativa, militaris, politica, oeconomica, dialectica, rhetorica, physica. Ergo videtur quod vel una assignatio sit superflua, vel alia diminuta.

II-II q. 48 arg. 2

Praeterea, prudentia dividitur contra scientiam. Sed politica, oeconomica, dialectica, rhetorica, physica sunt quaedam scientiae. Non ergo sunt partes prudentiae.

II-II q. 48 arg. 3

Praeterea, partes non excedunt totum. Sed memoria intellectiva, vel intelligentia, ratio, sensus et docilitas non

Tedy se nemají uváděti jako části opatrnosti.

Mimo to, jako raditi, a souditi a rozkazovati jsou úkony činorodého rozumu, také i užívati, jak jsme měli shora. Jako se tedy eubulia pojí k opatrnosti, jež se vztahuje k radě; a synesis a gnome, jež se vztahují k úsudku, tak také se mělo uvésti něco vztahující se k užívání.

Mimo to pečlivost patří k opatrnosti, jak jsme měli shora. Tedy se měla uvésti mezi částmi opatrnosti také pečlivost.

Odpovídám: Musí se říci, že část je trojí: totiž doplňková, jako stěna, střecha a základ jsou části domu; podmětná, jako býk a lev jsou části živočicha; a působnostní, jako vyživovací a smyslový jsou části duše. Tedy třemi způsoby se mohou vykázati části některé ctnosti. Jedním způsobem k podobenství částí doplňkových, jako totiž se říká o oněch věcech, že jsou částmi některé ctnosti, jež nutně spolupůsobí k dokonalému úkonu oné ctnosti. A tak ze všech vypočtených lze přijmouti osm částí opatrnosti: šest totiž, jež vypočítává Makrobius; k nimž jest přidati sedmou, totiž paměť, jíž uvádí Tullius; a eustochia čili zručnost, jíž uvádí Aristoteles (neboť smysl opatrnosti se nazývá také rozuměním; pročež praví Filosof, v VI. Ethic.: "Je tedy třeba mítí smysl těchto; tím pak je rozumění."). Z těchto osmi pět patří k opatrnosti podle toho jak je poznávací, totiž paměť, um, rozum, učelivost a zručnost; tři jiné pak patří k ní podle toho jak poroučí, používajíc poznání na skutek, totiž prozřetelnost, obezřetnost a ostražitost: Důvod jejich- různosti je patrni z toho; že u poznání je třeba uvažovati o trojím. Nejprve samotné poznání. Jestliže je o minulých věcech, je to paměť; jestliže o přítomných, ať nahodilých nebo nutných, nazývá se rozumění či rozumnost. - Za druhé samo nabytí poznání. To se děje buď učením, a k tomu se vztahuje učelivost; nebo nalézáním, a k tomu se vztahuje eustochia, jež je dobrým dohadováním. Její pak částí, jak se praví v VI. Ethic., je zručnost, jež je "rychlým dohadováním prostředku", jak se praví v I. Poster. - Za třetí jest uvažovati o užívání poznání, pokud totiž kdo z poznaného vychází k poznávání nebo posuzování jiných věcí. A to patří k umu. Um pak, k tomu, aby správně poroučel, má míti trojí. Nejprve, aby něco přiměřeného zařídil k cíli, a to patří k prozřetelnosti. Za druhé, aby měl zřetel k okolnostem záležitosti, což patří k obezřetnosti. Za třetí, aby se varoval překážek, což patří k ostražitosti.

Podmětnými pak částmi ctnosti se nazývají její různé druhy. A tímto způsobem částmi opatrnosti, pokud se berou vlastně, jsou opatrnost, jíž někdo řídí sebe sama, a opatrnost; jíž někdo řídí množství, jež se liší druhem, jak bylo řečeno; a dále opatrnost, jež řídí množství, dělí se na různé druhy podle různých druhů množství. Jest pak nějaké množství sjednocené k nějakému zvláštnímu zaměstnání, jako vojsko se shromažďuje k bojování, což řídí opatrnost vojenská. Některé pak množství je sjednocené pro celý život, jako množství jednoho domu nebo rodiny, což řídí opatrnost ekonomická; množství jedné obce neb království, což řídí v hlavě opatrnost královská, u poddaných pak prostě nazvaná politická. - Jestliže se opatrnost béře široce, pokud v sobě obsahuje také badavé vědění, jak bylo řečeno shora, tu se zase uvádějí jako její části dialektika, rhetorika a fysika, podle tří způsobů postupu ve vědách. Z nich jeden

solum pertinent ad prudentiam, sed etiam ad omnes habitus cognoscitivos. Ergo non debent poni partes prudentiae.

II-II q. 48 arg. 4

Praeterea, sicut consiliari et iudicare et praecipere sunt actus rationis practicae, ita etiam et uti, sicut supra habitum est. Sicut ergo eubulia adiungitur prudentiae, quae pertinet ad consilium, et synesis et gnome, quae pertinent ad iudicium; ita etiam debuit poni aliquid pertinens ad usum.

II-II q. 48 arg. 5

Praeterea, sollicitudo ad prudentiam pertinet, sicut supra habitum est. Ergo etiam inter partes prudentiae sollicitudo poni debuit.

II-II q. 48 co.

Respondeo dicendum quod triplex est pars, scilicet integralis, ut paries, tectum et fundamentum sunt partes domus; subiectiva, sicut bos et leo sunt partes animalis; et potentialis, sicut nutritivum et sensitivum sunt partes animae. Tribus ergo modis possunt assignari partes alicui virtuti. Uno modo, ad similitudinem partium integralium, ut scilicet illa dicantur esse partes virtutis alicuius quae necesse est concurrere ad perfectum actum virtutis illius. Et sic ex omnibus enumeratis possunt accipi octo partes prudentiae, scilicet sex quas enumerat Macrobius; quibus addenda est septima, scilicet memoria, quam ponit Tullius; et Eustochia sive solertia, quam ponit Aristoteles (nam sensus prudentiae etiam intellectus dicitur, unde philosophus dicit, in VI Ethic., *horum igitur oportet habere sensum, hic autem est intellectus*). Quorum octo quinque pertinent ad prudentiam secundum id quod est cognoscitiva, scilicet memoria, ratio, intellectus, docilitas et solertia, tria vero alia pertinent ad eam secundum quod est praeceptiva, applicando cognitionem ad opus, scilicet providentia, circumspectio et cautio. Quorum diversitatis ratio patet ex hoc quod circa cognitionem tria sunt consideranda. Primo quidem, ipsa cognitio. Quae si sit praeteritorum, est memoria, si autem praesentium, sive contingentium sive necessariorum, vocatur intellectus sive intelligentia. Secundo, ipsa cognitionis acquisitio. Quae fit vel per disciplinam, et ad hoc pertinet docilitas, vel per inventionem, et ad hoc pertinet Eustochia, quae est bona conjecturatio. Huius autem pars, ut dicitur in VI Ethic., est solertia, quae est velox conjecturatio medii, ut dicitur in I Poster. Tertio considerandus est usus cognitionis, secundum scilicet quod ex cognitis aliquis procedit ad alia cognoscenda vel iudicanda. Et hoc pertinet ad rationem. Ratio autem, ad hoc quod recte praecipiat, tria debet habere. Primo quidem, ut ordinet aliquid accommodum ad finem, et hoc pertinet ad providentiam. Secundo, ut attendat circumstantias negotii, quod pertinet ad circumspectionem. Tertio, ut vitet impedimenta, quod pertinet ad cautionem. Partes autem subiectivae virtutis dicuntur species eius diversae. Et hoc modo partes prudentiae, secundum quod proprie sumuntur, sunt prudentia per quam aliquis regit seipsum, et prudentia per quam aliquis regit multitudinem, quae differunt specie, ut dictum est, et iterum prudentia quae est multitudinis regitiva dividitur in diversas species secundum diversas species multitudinis. Est autem quaedam multitudo adunata ad aliquod speciale negotium, sicut exercitus congregatur ad pugnandum, cuius regitiva est prudentia militaris. Quaedam vero multitudo est adunata ad totam vitam, sicut multitudo unius domus vel familiae, cuius regitiva est prudentia oeconomica; et multitudo unius civitatis vel regni, cuius quidem directiva est in principe

jest ukazováním za účelem vytvoření vědy, což se vztahuje k fysice pokud se rozumějí fysikou všecky vědy důkazné. Jiný způsob jest z pravděpodobností k vytvoření mínění, což patří k dialektice. Třetí způsob jest z některých odhadů k uvedení domněnky nebo k jakémusi přesvědčení o ní, což patří k rhetorice. - Lze však říci, že tyto tři patří též k opatrnosti vlastně řečené, jež druhdy usuzuje z nutností, občas z pravděpodobnosti, občas pak z nějakých odhadů.

Částmi pak působnostními nějaké ctnosti se nazývají ctnosti přidružené, jež směřují k některým podružným úkonům nebo látkám, nemajíce jaksi celé působnosti hlavní ctnosti. A podle toho se uvádějí jako části opatrnosti eubulia, jež se týká rady; a synesis, jež se týká soudu o tom, co se obecně stává; a gnome, jež se týká soudu o tom, 'v čem dlužno někdy ustoupiti od obecného zákona. Opatrnost pak se týká hlavního úkonu, jímž jest rozkazovati.

K prvnímu se tedy musí říci, že různé výkazy se liší podle toho jak se uvádějí různé rody části, nebo podle toho jak pod jednou částí výkazu je obsaženo mnoho částí druhého výkazu. Jako Tullius pod prozřetelností uzavírá ostražitost a obezřetnost; pod rozumností pak um, učelivost a zručnost.

K druhému se musí říci, že ekonomická a politická se zde neberou jako vědy, nýbrž jako jakési opatrnosti. Stran tří jiných pak je patrná odpověď z řečeného.

K třetímu se musí říci, že to vše se uvádí jako části opatrnosti nikoli podle své obecnosti, nýbrž podle vztahu k tomu, co patří k opatrnosti.

Ke čtvrtému se musí říci, že správně nařizovati a správně užívati se vždy provázejí, poněvadž na rozkaz rozumu následuje poslušnost nižších sil, jež patří k užívání.

K pátému se musí říci, že péče jest obsažena v pojmu prozíravosti.

XLIX. O jednotlivých částech opatrnosti jaksi doplňkových.

Předmluva

Dělí se na osm článků.

Potom jest úvaha o jednotlivých částech opatrnosti jaksi doplňkových.

A o tom jest osm otázek:

1. O paměti.
2. O rozumění- nebo rozumnosti.
3. O učelivosti.

regnativa, in subditis autem politica simpliciter dicta. Si vero prudentia sumatur large, secundum quod includit etiam scientiam speculativam, ut supra dictum est; tunc etiam partes eius ponuntur dialectica, rhetorica et physica, secundum tres modos procedendi in scientiis. Quorum unus est per demonstrationem ad scientiam causandam, quod pertinet ad physicam; ut sub physica intelligantur omnes scientiae demonstrativae. Alius modus est ex probabilibus ad opinionem faciendam, quod pertinet ad dialecticam. Tertius modus est ex quibusdam coniecturis ad suspicionem inducendam, vel ad aliqualiter persuadendum, quod pertinet ad rhetoricam. Potest tamen dici quod haec tria pertinent ad prudentiam etiam proprie dictam, quae ratiocinatur interdum quidem ex necessariis, interdum ex probabilibus, interdum autem ex quibusdam coniecturis. Partes autem potentiales alicuius virtutis dicuntur virtutes adiunctae quae ordinantur ad aliquos secundarios actus vel materias, quasi non habentes totam potentiam principalis virtutis. Et secundum hoc ponuntur partes prudentiae eubulia, quae est circa consilium; et synesis, quae est circa iudicium eorum quae communiter accidunt; et gnome, quae est circa iudicium eorum in quibus oportet quandoque a communi lege recedere. Prudentia vero est circa principalem actum, qui est praecipere.

II-II q. 48 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod diversae assignationes differunt secundum quod diversa genera partium ponuntur; vel secundum quod sub una parte unius assignationis includuntur multae partes alterius assignationis. Sicut Tullius sub providentia includit cautionem et circumspectionem; sub intelligentia autem rationem, docilitatem et solertiam.

II-II q. 48 ad 2

Ad secundum dicendum quod oeconomica et politica non accipiuntur hic secundum quod sunt scientiae; sed secundum quod sunt prudentiae quaedam. De aliis autem tribus patet responsio ex dictis.

II-II q. 48 ad 3

Ad tertium dicendum quod omnia illa ponuntur partes prudentiae non secundum suam communitatem; sed secundum quod se habent ad ea quae pertinent ad prudentiam.

II-II q. 48 ad 4

Ad quartum dicendum quod recte praecipere et recte uti semper se comitantur, quia ad praeceptum rationis sequitur obedientia inferiorum virium, quae pertinent ad usum.

II-II q. 48 ad 5

Ad quintum dicendum quod sollicitudo includitur in ratione providentiae.

49. De singulis prudentiae partibus quasi integralibus.

Prooemium

II-II q. 49 pr.

Deinde considerandum est de singulis prudentiae partibus quasi integralibus. Et circa hoc quaeruntur octo. Primo, de memoria. Secundo, de intellectu vel intelligentia. Tertio, de docilitate. Quarto, de solertia. Quinto, de ratione. Sexto, de providentia. Septimo, de circumspectione. Octavo, de cautione.

4. O zručnosti.

5. O umu.

6. O prozřetelnosti.

7. O obezřetnosti.

8. O ostražitosti.

XLIX.1. Zda pamět je částí opatrnosti.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že pamět není částí opatrnosti. Neboť pamět', jak dokazuje Filosof, je ve smyslové části duše. Opatrnost pak je v rozumující, jak je patrné v VI. Ethic. Tedy pamět' není části opatrnosti.

Mimo to opatrnost se získává a prospívá cvikem. Ale pamět' je v nás od přirozenosti. Tedy pamět' není částí opatrnosti.

Mimo to pamět' jest minulých. Opatrnost pak je budoucích skutků, o nichž jest rada, jak se praví v VI. Ethic. Tedy pamět' není částí opatrnosti.

Avšak proti jest, že Tullius, v II. Rhet. klade pamět' mezi části opatrnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že opatrnost je o nahodilých skutcích, jak bylo řečeno. V těch pak nemůže býti člověk řízen tím, co je prostě a z nutnosti pravdivé, nýbrž tím, co se nejčastěji přihází; neboť je dlužno, aby zásady byly úměrné závěrům a z takových věcí na takové uzavírati, jak se praví v VI. Ethic. Co pak je ve většině pravdivé, je třeba pozorovati ze zkušenosti; pročež i v II. Ethic., praví Filosof, že "ctnost rozumová má vznik i vzrůst ze zkušenosti a času". Zkušenost pak je z mnoha pamatovaných, jak je patrné v I. 'Metafys. Z toho je důsledek, že k opatrnosti se vyžaduje míti mnoho pamatovaných. Pročež se vhodně uvádí pamět' jako část opatrnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že, poněvadž, jak bylo řečeno, opatrnost používá všeobecného poznání na jednotlivosti, jež jsou předmětem - smyslu, odtud mnohá, jež patří k smyslové části, se vyžadují k opatrnosti. Mezi nimiž je pamět'.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, ius, sive iustum, est aliquod opus adaequatum alteri secundum aliquem aequalitatis modum. Dupliciter autem potest alicui homini aliquid esse adaequatum. Uno quidem modo, ex ipsa natura rei, puta cum aliquis tantum dat ut tantundem recipiat. Et hoc vocatur ius naturale. Alio modo aliquid est adaequatum vel commensuratum alteri ex condicto, sive ex communi placito, quando scilicet aliquis reputat se contentum si tantum accipiat. Quod quidem potest fieri dupliciter. Uno modo, per aliquod privatum condictum, sicut quod firmatur aliquo pacto inter privatas personas. Alio modo, ex condicto publico, puta cum totus populus consentit quod aliquid habeatur quasi adaequatum et commensuratum alteri; vel cum hoc ordinat princeps, qui curam populi habet et eius personam gerit. Et hoc dicitur

K prvnímu se tedy musí říci, že to, co je přirozené majícímu nezměnitelnou přirozenost, je nutně takové vždy a všude. Přirozenost člověka je však měnitelná. A proto, co je člověku přirozené, to může někdy pochybiti. Jako je přirozeně správné, aby uložené bylo vráceno uložitelem. A kdyby to bylo tak, že lidská přirozenost je vždy správná, muselo by se to vždy zachovávati. Ale protože se někdy přihází, že lidská vůle je pokažena, je nějaký případ, v němž se nesmí vydati uložené, aby člověk, mající zvrácenou vůli, neužil ho špatně; třebas kdyby požadoval zbraň zuřivec nebo nepřítel státu.

K druhému se musí říci, že lidská vůle ze společné úmluvy může učiniti něco spravedlivým v těch, která ze sebe nemají nějakého odporu k přirozené. spravedlnosti. A v těch má místo právo ustanovenè Proto Filosof praví v V. Ethic., že "zákonné spravedlivo jest, co s počátku sice nijak nerozlišuje tak nebo jinak, když však je ustanoveno, rozlišuje". Ale jestliže něco má ze sebe odpor k přirozenému právu, nemůže se státi lidskou vůli spravedlivým, třebas kdyby se ustanovilo, že je dovoleno krásti nebo páchati cizoložství. Proto se praví Isai. 10: "Běda, kdo zakládají špatné zákony!"

K třetímu se musí říci, že božským právem sluje, co je Bohem prohlášeno. A to je částečně v těch, která jsou přirozeně spravedlivá, ale jejich spravedlnost lidem uniká. Částečně pak je v těch, která se stávají spravedlivými Božím ustanovením. Proto se také božské právo podle těch dvou může rozlišovati, jakož i lidské právo. Jsou totiž v božském právu některá rozkázána, protože dobrá, a zakázána, protože špatná; některá však dobrá, protože přikázaná, a špatná, protože zakázaná.

LVII.3. Zda mezinárodní právo je totéž, co právo přirozené.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že mezinárodní právo je totéž, co právo přirozené. Neshodují se totiž všichni lidé než v tom, co jest jim přirozené. Ale v mezinárodním právu se všichni lidé shodují; praví totiž právník, že mezinárodní právo je, kterého užívají všechny národy. Tedy mezinárodní právo je právo přirozené.

Mimo to otroctví mezi lidmi je přirozené; někteří jsou totiž přirozeně otroci, jak dokazuje Filosof, v I. Polit. Ale otroctví náležejí do mezinárodního práva, jak praví Isidor. Tedy mezinárodní právo je právo přirozené.

Mimo to právo, jak bylo řečeno, se dělí na právo přirozené a ustanovené. Ale právo mezinárodní není právo ustanovené; nesešli se totiž nikdy všichni národové, aby společnou úmluvou něco ustanovili. Tedy mezinárodní právo je právo přirozeně

Avšak proti jest, co praví Isidor, v V. Etymol., že "právo je buď přirozené, nebo občanské, nebo mezinárodní". A tak se odlišuje mezinárodní právo od práva přirozeného.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, právo nebo spravedlivo přirozené je, co ze své přirozenosti je vyrovnané nebo přiměřené druhému. To pak se může ius positivum.

II-II q. 57 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod illud quod est naturale habenti naturam immutabilem, oportet quod sit semper et ubique tale. Natura autem hominis est mutabilis. Et ideo id quod naturale est homini potest aliquando deficere. Sicut naturalem aequalitatem habet ut deponenti depositum reddatur, et si ita esset quod natura humana semper esset recta, hoc esset semper servandum. Sed quia quandoque contingit quod voluntas hominis depravatur, est aliquis casus in quo depositum non est reddendum, ne homo perversam voluntatem habens male eo utatur, ut puta si furiosus vel hostis reipublicae arma deposita reposcat.

II-II q. 57 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod voluntas humana ex communi condicto potest aliquid facere iustum in his quae secundum se non habent aliquam repugnantiam ad naturalem iustitiam. Et in his habet locum ius positivum. Unde philosophus dicit, in V Ethic., quod legale iustum est *quod ex principio quidem nihil differt sic vel aliter, quando autem ponitur, differt*. Sed si aliquid de se repugnantiam habeat ad ius naturale, non potest voluntate humana fieri iustum, puta si statuatur quod liceat furari vel adulterium committere. Unde dicitur Isaiae X, *vae qui condunt leges iniquas*.

II-II q. 57 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod ius divinum dicitur quod divinitus promulgatur. Et hoc quidem partim est de his quae sunt naturaliter iusta, sed tamen eorum iustitia homines latet, partim autem est de his quae fiunt iusta institutione divina. Unde etiam ius divinum per haec duo distingui potest, sicut et ius humanum. Sunt enim in lege divina quaedam praecepta quia bona, et prohibita quia mala, quaedam vero bona quia praecepta, et mala quia prohibita.

3. Utrum ius gentium sit idem quod ius naturale.

II-II q. 57 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod ius gentium sit idem cum iure naturali. Non enim omnes homines conveniunt nisi in eo quod est eis naturale. Sed in iure gentium omnes homines conveniunt, dicit enim iurisconsultus quod ius gentium est quo gentes humanae utuntur. Ergo ius gentium est ius naturale.

II-II q. 57 a. 3 arg. 2

Praeterea, servitus inter homines est naturalis, quidam enim sunt naturaliter servi, ut philosophus probat, in I Polit. Sed servitutes pertinent ad ius gentium, ut Isidorus dicit. Ergo ius gentium est ius naturale.

II-II q. 57 a. 3 arg. 3

Praeterea, ius, ut dictum est, dividitur per ius naturale et positivum. Sed ius gentium non est ius positivum, non enim omnes gentes unquam convenerunt ut ex communi condicto aliquid statuerent. Ergo ius gentium est ius naturale.

II-II q. 57 a. 3 s. c.

Sed contra est quod Isidorus dicit, quod ius aut naturale est, aut civile, aut gentium. Et ita ius gentium distinguitur a iure naturali.

II-II q. 57 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, ius sive iustum naturale est quod ex sui natura est adaequatum vel

přihoditi dvojmo: Jedním způsobem podle naprostého pojetí, jako muž ze svého pojetí má přiměřenost k ženě, aby z ní plodil, a otec k synu, aby jej živil. - Jiným způsobem je něco přirozeně druhému přiměřeno, nikoliv podle naprostého svého pojetí, nýbrž podle něčeho, co z něho následuje, třebas vlastnické držení. Jestliže se totiž pojme toto pole naprostě, nemá proč býti spíše toho než onoho. Jestliže se však pojme vzhledem ke vhodnému pěstování a ke. klidnému užívání pole, podle toho má jakousi přiměřenost k tomu, aby bylo jednoho a ne druhého, jak je patrné z Filosofa, ve II. Polit. ,

Naprostě pak něco vzíti nepatří pouze člověku, nýbrž také jiným živočichům. A proto právo, které sluje přirozené podle prvního způsobu, je společné nám a jiným živočichům. Od práva však přirozeného, tak pojatého, se liší právo mezinárodní, jak praví Právník protože "ono všem živočichům, toto pak pouze lidem mezi sebou je společné". Pojmouti však něco srovnáváním s tím, co z něho následuje, je vlastní rozumu. A proto je to přirozené člověku podle přirozeného rozumu, který to velí. A proto praví právník Caius: "Co přirozený rozum mezi všemi lidmi ustanovil, to se u všech přesně zachovává a sluje právo mezinárodní."

A z toho je patrná odpověď na první,

K druhému se musí říci, že naprostě uvažováno, že tento člověk je otrokem spíše než jiný, nemá důvodu přirozeného, nýbrž je to pouze podle nějakého následujícího užitku, pokud je tomuto užitečné, aby byl řízen moudřejším, a onomu, aby byl od tohoto podporován, jak se praví v I. Polit. A proto otroctví, náležející do mezinárodního práva, je přirozené druhým způsobem, ale nikoliv prvním způsobem.

K třetímu se musí říci, že, poněvadž ta, která jsou mezinárodního práva, velí přirozený rozum, poněvadž mají blízko k rovnosti, odtud je, že nepotřebují nějakého zvláštního ustanovení, nýbrž sám přirozený rozum je ustanovuje, jak bylo řečeno v uvedeném výroku.

LVII.4. Zda se musí zvláště rozlišovati právo otcovské a vrchnostenské.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že se nemá zvlášť rozlišovati právo otcovské a vrchnostenské. Ke spravedlnosti totiž náleží dáti každému co jest jeho, jak praví Ambrož, v I. O povinnostech. Ale právo je předmětem spravedlnosti, jak bylo řečeno. Tedy právo náleží každému stejně. A tak se nemá rozlišovati zvláště právo otce a pána.

Mimo to výraz spravedliva je zákon, jak bylo řečeno. Ale zákon přihlíží k společnému dobru obce a království, jak jsme měli shora, nepřihlíží však k soukromému dobru jedné osoby nebo jedné rodiny. Nemá tedy býti nějaké zvláštní právo nebo spravedlivo vrchnostenské nebo otcovské, protože pán a otec náležejí k domu, jak se praví v I. Polit.

Mimo to jsou mnohé jiné odlišnosti stupňů mezi lidmi, jako třebas že někteří jsou vojáci, někteří kněží, někteří knížata. Tedy pro ně se musí určiti nějaké zvláštní právo čili commensuratum alteri. Hoc autem potest contingere dupliciter. Uno modo, secundum absolutam sui considerationem, sicut masculus ex sui ratione habet commensurationem ad feminam ut ex ea generet, et parens ad filium ut eum nutriat. Alio modo aliquid est naturaliter alteri commensuratum non secundum absolutam sui rationem, sed secundum aliquid quod ex ipso consequitur, puta proprietas possessionum. Si enim consideretur iste ager absolute, non habet unde magis sit huius quam illius, sed si consideretur quantum ad opportunitatem colendi et ad pacificum usum agri, secundum hoc habet quandam commensurationem ad hoc quod sit unius et non alterius, ut patet per philosophum, in II Polit. Absolute autem apprehendere aliquid non solum convenit homini, sed etiam aliis animalibus. Et ideo ius quod dicitur naturale secundum primum modum, commune est nobis et aliis animalibus. A iure autem naturali sic dicto recedit ius gentium, ut iurisconsultus dicit, *quia illud omnibus animalibus, hoc solum hominibus inter se commune est*. Considerare autem aliquid comparando ad id quod ex ipso sequitur, est proprium rationis. Et ideo hoc quidem est naturale homini secundum rationem naturalem, quae hoc dictat. Et ideo dicit Gaius iurisconsultus, *quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes gentes custoditur, vocaturque ius gentium*.

II-II q. 57 a. 3 ad 1

Et per hoc patet responsio ad primum.

II-II q. 57 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod hunc hominem esse servum, absolute considerando, magis quam alium, non habet rationem naturalem, sed solum secundum aliquam utilitatem consequentem, inquantum utile est huic quod regatur a sapientiori, et illi quod ab hoc iuvetur, ut dicitur in I Polit. Et ideo servitus pertinens ad ius gentium est naturalis secundo modo, sed non primo.

II-II q. 57 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod quia ea quae sunt iuris gentium naturalis ratio dictat, puta ex propinquo habentia aequitatem; inde est quod non indigent aliqua speciali institutione, sed ipsa naturalis ratio ea instituit, ut dictum est in auctoritate inducta.

4. Utrum ius dominativum et ius paternum debeant distingui.

II-II q. 57 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod non debeat specialiter distingui ius paternum et dominativum. Ad iustitiam enim pertinet reddere unicuique quod suum est; ut dicit Ambrosius, in I de officiis. Sed ius est obiectum iustitiae, sicut dictum est. Ergo ius ad unumquemque aequaliter pertinet. Et sic non debet distingui specialiter ius patris et domini.

II-II q. 57 a. 4 arg. 2

Praeterea, ratio iusti est lex, ut dictum est. Sed lex respicit commune bonum civitatis et regni, ut supra habitum est, non autem respicit bonum privatum unius personae, aut etiam unius familiae. Non ergo debet esse aliquod speciale ius vel iustum dominativum vel paternum, cum dominus et pater pertineant ad domum, ut dicitur in I Polit.

II-II q. 57 a. 4 arg. 3

Praeterea, multae aliae sunt differentiae graduum in hominibus, ut puta quod quidam sunt milites, quidam

spravedlivo.

Avšak proti jest, že Filosof v V. Ethic. odlišuje zvláště od spravedliva politického vrchnostenské a otcovské a jiná taková.

Odpovídám: Musí se říci, že právo nebo spravedlivo se říká z přiměřenosti k druhému. Druhé pak lze říci dvojmo: jedním způsobem, co jest jednoduše druhé, jako co je vůbec rozdílné, jak je viděti na dvou lidech, z nichž jeden není pod druhým, nýbrž oba jsou pod jedním vládcem obce. A mezi takovými, podle Filosofa, v V. Ethic., jest jednoduše spravedlivo. - Jiným způsobem se nazývá něco druhým ne jednoduše, nýbrž jako jsoucí něčím jeho. A tímto způsobem v lidských věcech je syn něčím otce, protože je jaksi jeho části, jak se praví v VIII. Ethic., a otrok je něčím pána, protože jest jeho nástrojem, jak se praví v I. Polit. A proto 'poměr otce k synu není jako k jednoduše druhému; a proto tam není jednoduše spravedlivo, nýbrž jakési spravedlivo, totiž otcovské. A z téhož důvodu ani mezi pánem a otrokem, nýbrž jest mezi nimi vrchnostenské spravedlivo.

Manželka však, třebaže je něčím muže, protože má k němu vztah jako k vlastnímu tělu, jak je patrné z Apoštola, Efes. 5; přece se více liší od muže než syn od otce nebo služebník od pána: přijímá se totiž do nějakého společenského života manželství. A proto, jak praví Filosof, v V. Ethic., mezi mužem a manželkou je více z pojmu spravedliva než mezi otcem a synem nebo služebníkem a pánem. Protože však muž a manželka mají bezprostřední vztah k domácí společnosti, jak je patrné z I. Polit., proto také mezi nimi není jednoduše spravedlivo politické; nýbrž spíše spravedlivo ekonomické.

K prvnímu se tedy musí říci, že spravedlnosti náleží dáti každému jeho právo, předpokládajíc však rozdílnosti jednoho od druhého. Jestliže totiž někdo si dá, co je mu povinné, nenazývá se to vlastně spravedlivo. A protože, co je synovo, je otcovo, a co je otrokovo, je pánovo, proto není vlastně spravedlnost otce k synu nebo pána k otroku.

K druhému se musí říci, že syn, jakožto syn, je něčím otce. A podobně otrok, jakožto otrok, je něčím pána. Oba však, pokud se pozorují jako lidé, jsou něco o sobě svébytné, od jiných odlišné A proto, pokud oba jsou lidé, nějakým způsobem je k nim spravedlnost. A proto také jsou dávány některé zákony o těch, která jsou otce k synu nebo pána k otrokovi. Ale pokud oba jsou něčím druhého, podle toho zde chybí dokonalý pojem spravedliva nebo práva.

K třetímu se mu říci, že všechny ostatní rozdíly osob, které jsou v obci, mají bezprostřední vztah ke společenství obce a k jejímu vládci. A proto pro ně je spravedlivo podle dokonalého pojmu spravedlnosti. Rozlišuje se však toto spravedlivo podle různých povinností. Proto se říká právo vojenské, nebo právo úřadů nebo kněžské, nikoliv pro úchylku od jednoduše spravedlivého, jako se říká právo otcovské nebo vrchnostenské, nýbrž proto, že každému stavu osoby podle vlastní práce je něco vlastního povinno.

sacerdotes, quidam principes. Ergo ad eos debet aliquod speciale iustum determinari.

II-II q. 57 a. 4 s. c.

Sed contra est quod philosophus, in V Ethic., specialiter a iusto politico distinguit dominativum et paternum, et alia huiusmodi.

II-II q. 57 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod ius, sive iustum dicitur per commensurationem ad alterum. Alterum autem potest dici dupliciter. Uno modo, quod simpliciter est alterum, sicut quod est omnino distinctum, sicut apparet in duobus hominibus quorum unus non est sub altero, sed ambo sunt sub uno principe civitatis. Et inter tales, secundum philosophum, in V Ethic., est simpliciter iustum. Alio modo dicitur aliquid alterum non simpliciter, sed quasi aliquid eius existens. Et hoc modo in rebus humanis filius est aliquid patris, quia quodammodo est pars eius, ut dicitur in VIII Ethic.; et servus est aliquid domini, quia est instrumentum eius, ut dicitur in I Polit. Et ideo patris ad filium non est comparatio sicut ad simpliciter alterum, et propter hoc non est ibi simpliciter iustum, sed quoddam iustum, scilicet paternum. Et eadem ratione nec inter dominum et servum, sed est inter eos dominativum iustum. Uxor autem, quamvis sit aliquid viri, quia comparatur ad eam sicut ad proprium corpus, ut patet per apostolum, ad Ephes. V; tamen magis distinguitur a viro quam filius a patre vel servus a domino, assumitur enim in quandam socialem vitam matrimonii. Et ideo, ut philosophus dicit, inter virum et uxorem plus est de ratione iusti quam inter patrem et filium, vel dominum et servum. Quia tamen vir et uxor habent immediatam relationem ad domesticam communitatem, ut patet in I Polit.; ideo inter eos non est etiam simpliciter politicum iustum, sed magis iustum oeconomicum.

II-II q. 57 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ad iustitiam pertinet reddere ius suum unicuique, supposita tamen diversitate unius ad alterum, si quis enim sibi det quod sibi debetur, non proprie vocatur hoc iustum. Et quia quod est filii est patris, et quod est servi est domini, ideo non est proprie iustitia patris ad filium, vel domini ad servum.

II-II q. 57 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod filius, inquantum filius, est aliquid patris; et similiter servus, inquantum servus, est aliquid domini. Uterque tamen prout consideratur ut quidam homo, est aliquid secundum se subsistens ab aliis distinctum. Et ideo inquantum uterque est homo, aliquo modo ad eos est iustitia. Et propter hoc etiam aliquae leges dantur de his quae sunt patris ad filium, vel domini ad servum. Sed inquantum uterque est aliquid alterius, secundum hoc deficit ibi perfecta ratio iusti vel iuris.

II-II q. 57 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod omnes aliae diversitates personarum quae sunt in civitate, habent immediatam relationem ad communitatem civitatis et ad principem ipsius. Et ideo ad eos est iustum secundum perfectam rationem iustitiae. Distinguitur tamen istud iustum secundum diversa officia. Unde et dicitur ius militare vel ius magistratuum aut sacerdotum, non propter defectum a simpliciter iusto, sicut dicitur ius paternum et dominativum, sed propter hoc quod unicuique conditioni personae secundum proprium officium aliquid proprium debetur.

LVIII. O spravedlnosti.

Předmluva

Dělí se na dvanáct článků.

Pak je uvažovati o spravedlnosti.

A o ní je dvanáct otázek.

1. Co je spravedlnost.
2. Zda spravedlnost je vždy k druhému.
3. Zda je ctností.
4. Zda je ve vůli jako v podmětu.
5. Zda je ctností všeobecnou.
6. Zda, pokud je všeobecnou, je totéž v bytnosti s každou ctností.
7. Zda je nějaká spravedlnost zvláštní.
8. Zda zvláštní spravedlnost má vlastní látku.
9. Zda je o vášních nebo pouze o skutcích.
10. Zda střed spravedlnosti je střed věci.
11. Zda úkon spravedlnosti je dáti každému, co jest jeho.
12. Zda spravedlnost je hlavní mezi jinými mravními ctnostmi.

LVIII.1. Zda se vhodně vymezuje spravedlnost, že je ustavičná a stálá vůle, uděliti každému jeho právo.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že nevhodně se vymezuje od právníků, že spravedlnost je ustavičná a stálá vůle, uděliti každému jeho právo. Spravedlnost totiž podle Filosofa, v V. Ethic., je "zběhlost, z níž někteří jsou náchylni ke spravedlivým, a jíž konají a chtějí spravedlivá". Ale vůle znamená mohutnost nebo také úkon. Tedy se nevhodně nazývá spravedlnost vůlí.

Mimo to správnost vůle není vůlí; jinak, kdyby vůle byla svá správnost, následovalo by, že žádná vůle není zvrácená. Ale podle Anselma, v knize O pravdě, spravedlnost - správnost je. Tedy spravedlnost není vůle.

Mimo to pouze vůle Boží je ustavičná. Jestliže tedy spravedlnost je ustavičná vůle, bude jen v Bohu spravedlnost, což je nesprávné.

Mimo to každé ustavičné je stálé, protože je neměnné. Zbytečně se tedy klade obojí do výměru spravedlnosti i ustavičné, i stálé.

Mimo to dáti každému právo náleží vládci. Je-li tedy spravedlnost udělující každému jeho právo, následuje, že spravedlnost není než ve vládci, což je nevhodné.

Mimo to Augustin praví, v knize O mravech Církv., že "spravedlnost je láska, sloužící toliko Bohu". Nedává tedy každému, co je jeho.

Odpovídám: Musí se říci; že řečený výměr spravedlnosti je vhodný, jestliže se dobře rozumí. Poněvadž totiž každá ctnost je zběhlost, která je počátkem dobrého úkonu, je nutné, aby ctnost byla vyměřena skrze dobrý úkon ve vlastní látce ctnosti. Spravedlnost však vlastně je o těch,

58. De iustitia.

Prooemium

II-II q. 58 pr.

Deinde considerandum est de iustitia. Circa quam quaeruntur duodecim. Primo, quid sit iustitia. Secundo, utrum iustitia semper sit ad alterum. Tertio, utrum sit virtus. Quarto, utrum sit in voluntate sicut in subiecto. Quinto, utrum sit virtus generalis. Sexto, utrum secundum quod est generalis, sit idem in essentia cum omni virtute. Septimo, utrum sit aliqua iustitia particularis. Octavo, utrum iustitia particularis habeat propriam materiam. Nono, utrum sit circa passiones, vel circa operationes tantum. Decimo, utrum medium iustitiae sit medium rei. Undecimo, utrum actus iustitiae sit reddere unicuique quod suum est. Duodecimo, utrum iustitia sit praecipua inter alias virtutes morales.

1. Quid sit iustitia.

II-II q. 58 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter definiatur a iurisperitis quod *iustitia est constans et perpetua voluntas ius suum unicuique tribuens. Iustitia enim*, secundum philosophum, in V Ethic., *est habitus a quo sunt aliqui operativi iustorum, et a quo operantur et volunt iusta*. Sed voluntas nominat potentiam, vel etiam actum. Ergo inconvenienter iustitia dicitur esse voluntas.

II-II q. 58 a. 1 arg. 2

Praeterea, rectitudo voluntatis non est voluntas, alioquin, si voluntas esset sua rectitudo, sequeretur quod nulla voluntas esset perversa. Sed secundum Anselmum, in libro de veritate, iustitia est rectitudo. Ergo iustitia non est voluntas.

II-II q. 58 a. 1 arg. 3

Praeterea, sola Dei voluntas est perpetua. Si ergo iustitia est perpetua voluntas, in solo Deo erit iustitia.

II-II q. 58 a. 1 arg. 4

Praeterea, omne perpetuum est constans, quia est immutabile. Superflue ergo utrumque ponitur in definitione iustitiae, et perpetuum et constans.

II-II q. 58 a. 1 arg. 5

Praeterea, reddere ius unicuique pertinet ad principem. Si igitur iustitia sit ius suum unicuique tribuens, sequetur quod iustitia non sit nisi in principe. Quod est inconveniens.

II-II q. 58 a. 1 arg. 6

Praeterea, Augustinus dicit, in libro de moribus Eccles., quod *iustitia est amor Deo tantum serviens*. Non ergo reddit unicuique quod suum est.

II-II q. 58 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod praedicta iustitiae definitio conveniens est, si recte intelligatur. Cum enim omnis virtus sit habitus qui est principium boni actus, necesse est quod virtus definiatur per actum bonum circa propriam materiam

která jsou k druhému, jakožto o vlastní látce, jak bude níže patrné. A proto je dotčen úkon spravedlnosti v poměru k vlastní látce, když se praví, udělující každému jeho právo. Protože, jak praví Isidor, v knize Etym., spravedlivý se říká proto, že střeží právo. K tomu však, aby nějaký úkon v kterékoli látce byl ctnostný, vyžaduje se; aby byl dobrovolný a aby byl stálý a pevný, protože Filosof praví, v II. Ethic., že ke ctnostnému skutku se vyžaduje za prvé, aby jednal vědomě, za druhé pak, aby volbou a k náležitému cíli, za třetí, aby nehybně jednal. Ono první pak je uzavřeno v druhém, protože ,;co je konáno z nevědomosti, je nedobrovolné", jak se praví v III. Ethic. A proto do výměru spravedlnosti se klade nejdříve vůle, k naznačení, že skutek spravedlnosti musí býti dobrovolný. Dodává se pak o stálosti a ustavičnosti, k naznačení pevnosti úkonu.

A proto řečený výměr je úplný výměr spravedlnosti, leda že úkon se klade místo zběhlosti, která úkonem dostává druh: zběhlost se totiž říká vůči úkonu. A kdyby jej někdo chtěl uvésti v náležitý tvar výměru, může říci, že spravedlnost je zběhlost, podle níž někdo stálou a ustavičnou vůlí uděluje každému jeho právo. A je to asi týž výměr, jako ten, který dává Filosof, v V. Ethic., řka, že spravedlnost je zběhlost, podle které se někdo nazývá jednajícím podle volby spravedlivého.

K prvnímu se tedy musí říci, že vůle zde znamená úkon, nikoliv mohutnost. Je však zvykem, že u spisovatelů je zběhlost vyměřována skrze úkon; jak praví Augustin, K Jan., že ,;víra je věřiti, co nevidíš".

K druhému se musí říci, že také ani spravedlnost není bytostně správnost, nýbrž pouze příčinně; je totiž zběhlostí, podle níž někdo správně jedná a chce.

K třetímu se musí říci, že vůle se může nazývati ustavičnou dvojmo. Jedním způsobem se strany samého úkonu, jenž trvá věčně. A tak pouze Boží vůle je ustavičná. Jiným způsobem se strany předmětu, že totiž někdo chce ustavičně něco konati: A to se vyžaduje. k pojmu spravedlnosti. Nestačí totiž k pojmu spravedlnosti, aby někdo chtěl na hodinu v nějakém zaměstnání zachovávati spravedlnost, protože sotva se nalezne někdo, kdo by chtěl ve. všem jednati nespravedlivě; nýbrž se vyžaduje, aby člověk měl vůli ustavičně a ve všem zachovávati spravedlnost.

Ke čtvrtému se musí říci, že, poněvadž ustavičné se nebéře podle ustavičného trvání úkonu vůle, nepřidává se zbytečně stálá. Takže, jako tím, že se praví ustavičná vůle, naznačuje se; že někdo jedná s předsevzetím ustavičně zachovávati spravedlnost, tak také tím, že se praví stálá, naznačuje se, že v tom předsevzetí pevně trvá.

K pátému se musí říci, že soudce dává, co je každého, jakožto rozkazující a vedoucí, protože je oduševnělé spravedlivo a vládce je strážcem spravedliva, jak se praví v V. Ethic. Ale poddaní dávají na způsob provádění každému, co jest jeho.

K šestému se musí říci, že jako v milování Boha je uzavřeno milování bližního, jak bylo shora řečeno, tak také

virtutis. Est autem iustitia circa ea quae ad alterum sunt sicut circa propriam materiam, ut infra patebit. Et ideo actus iustitiae per comparationem ad propriam materiam et obiectum tangitur cum dicitur, ius suum unicuique tribuens, quia, ut Isidorus dicit, in libro Etymol., iustus dicitur quia ius custodit. Ad hoc autem quod aliquis actus circa quamcumque materiam sit virtuosus, requiritur quod sit voluntarius, et quod sit stabilis et firmus, quia philosophus dicit, in II Ethic., quod ad virtutis actum requiritur primo quidem quod operetur sciens, secundo autem quod eligens et propter debitum finem, tertio quod immobiliter operetur. Primum autem horum includitur in secundo, quia quod per ignorantiam agitur est involuntarium, ut dicitur in III Ethic. et ideo in definitione iustitiae primo ponitur voluntas, ad ostendendum quod actus iustitiae debet esse voluntarius. Additur autem de constantia et perpetuitate, ad designandum actus firmitatem. Et ideo praedicta definitio est completa definitio iustitiae, nisi quod actus ponitur pro habitu, qui per actum specificatur, habitus enim ad actum dicitur. Et si quis vellet in debitam formam definitionis reducere, posset sic dicere, quod iustitia est habitus secundum quem aliquis constanti et perpetua voluntate ius suum unicuique tribuit. Et quasi est eadem definitio cum ea quam philosophus ponit, in V Ethic., dicens quod *iustitia est habitus secundum quem aliquis dicitur operativus secundum electionem iusti*.

II-II q. 58 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod voluntas hic nominat actum, non potentiam. Est autem consuetum quod apud auctores habitus per actus definiantur, sicut Augustinus dicit, super Ioan., quod fides est credere quod non vides.

II-II q. 58 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod neque etiam iustitia est essentialiter rectitudo, sed causaliter tantum, est enim habitus secundum quem aliquis recte operatur et vult.

II-II q. 58 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod voluntas potest dici perpetua dupliciter. Uno modo, ex parte ipsius actus, qui perpetuo durat. Et sic solius Dei voluntas est perpetua. Alio modo, ex parte obiecti, quia scilicet aliquis vult perpetuo facere aliquid. Et hoc requiritur ad rationem iustitiae. Non enim sufficit ad rationem iustitiae quod aliquis velit ad horam in aliquo negotio servare iustitiam, quia vix invenitur aliquis qui velit in omnibus iniuste agere, sed requiritur quod homo habeat voluntatem perpetuo et in omnibus iustitiam conservandi.

II-II q. 58 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod quia perpetuum non accipitur secundum durationem perpetuam actus voluntatis, non superflue additur constans, ut sicut per hoc quod dicitur perpetua voluntas designatur quod aliquis gerat in proposito perpetuo iustitiam conservandi, ita etiam per hoc quod dicitur constans designatur quod in hoc proposito firmiter perseveret.

II-II q. 58 a. 1 ad 5

Ad quintum dicendum quod iudex reddit quod suum est per modum imperantis et dirigentis, quia iudex est iustum animatum, et princeps est custos iusti, ut dicitur in V Ethic. Sed subditi reddunt quod suum est unicuique per modum executionis.

II-II q. 58 a. 1 ad 6

v tom, že člověk slouží Bohu, se uzavírá, že někomu dává, co je povinen.

LVIII.2. Zda spravedlnost je vždy k druhému.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že spravedlnost není vždy k druhému. Praví totiž Apoštol, Řím. 3, že "spravedlnost Baží je skrze víru Ježíše Krista". Ale víra se neříká v poměru jednoho člověka k druhému. Tedy ani spravedlnost.

Mimo to podle Augustina; v knize O mravech Církve, "do spravedlnosti, protože slouží Bohu, náleží dobře rozkazovati druhým, která jsou poddána člověku". Ale žádost smyslová je člověku poddána, jak je patrné Gen. 4, kde se praví: „Pod tebou bude žádost jeho;" totiž hříchu, "a ty jí budeš vládnouti." Tedy spravedlnosti náleží vládnouti vlastní žádosti. A tak bude spravedlnost k sobě.

Mimo to spravedlnost Boží je věčná. Ale nic jiného není Bohu souvěčného. Tedy v pojmu spravedlnosti není, aby byla k druhému.

Mimo to; jako skutky, které jsou k druhému, potřebují vyrovnání, tak také skutky, které jsou k sobě Ale spravedlností jsou vyrovnávány skutky, podle onoho Přísl. 9: "Spravedlnost jednoduchého řídí jeho cestu." Tedy spravedlnost není pouze o těch, která jsou k druhému, nýbrž i o těch, která jsou k sobě.

Avšak proti jest, co praví Tullius, že "to je smysl spravedlnosti, že -se jí udržuje společnost lidí mezi sebou a společenství života". Ale to obnáší přihlížení k druhému. Tedy spravedlnost je pouze o těch, která jsou k druhému.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, proto že jméno spravedlnosti obnáší rovnost, že svého pojmu má spravedlnost, že je k druhému: nic totiž není sobě rovné, nýbrž druhému. A protože spravedlnosti náleží vyrovnávati lidské skutky, jak bylo řečeno, je nutné, aby tato rovnost, jíž vyžaduje spravedlnost, byla mezi různými, mohoucími jednati. Skutky však jsou svébytností a celků, nikoliv však, vlastně řečeno, částí a tvarů neboli mohutností; neříká se totiž vlastně; že ruka bije, nýbrž člověk rukou; ani se vlastně neříká, že teplo otepluje, nýbrž oheň skrze teplo. Avšak podle jakési podobnosti se to říká. Spravedlnost tedy vlastně řečená vyžaduje různost svébytosti, a proto není než jednoho člověka k druhému. Ale podle podobnosti se berou v jednom a témže člověku různé původy skutků, jakožto různí činitelé, jako rozum a dychtivá a náhlivá. A proto metaforicky se říká. že v jednom a témže člověku je spravedlnost, pokud rozum poroučí náhlivé a dychtivé a pokud ony poslouchají rozumu, a všeobecně, pokud každé části člověka se přiděluje, co jí náleží. Proto Filosof, v V. Ethic., tuto spravedlnost nazývá řečenou podle metafory.

K prvnímu se tedy musí říci, že spravedlnost, která je v nás věrou, je ta, kterou je ospravedlňován bezbožný, která

Ad sextum dicendum quod sicut in dilectione Dei includitur dilectio proximi, ut supra dictum est; ita etiam in hoc quod homo servit Deo includitur quod unicuique reddat quod debet.

2. Utrum iustitia semper sit ad alterum.

II-II q. 58 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod iustitia non semper sit ad alterum. Dicit enim apostolus, ad Rom. III, quod *iustitia Dei est per fidem Iesu Christi*. Sed fides non dicitur per comparationem unius hominis ad alterum. Ergo neque iustitia.

II-II q. 58 a. 2 arg. 2

Praeterea, secundum Augustinum, in libro de moribus Eccles., ad iustitiam pertinet, ob hoc quod servit Deo, *bene imperare ceteris, quae homini sunt subiecta*. Sed appetitus sensitivus est homini subiectus, ut patet Gen. IV, ubi dicitur, subter te erit appetitus eius, scilicet peccati, et tu dominaberis illius. Ergo ad iustitiam pertinet dominari proprio appetitui. Et sic erit iustitia ad seipsum.

II-II q. 58 a. 2 arg. 3

Praeterea, iustitia Dei est aeterna. Sed nihil aliud fuit Deo coaeternum. Ergo de ratione iustitiae non est quod sit ad alterum.

II-II q. 58 a. 2 arg. 4

Praeterea, sicut operationes quae sunt ad alterum indigent rectificari, ita etiam operationes quae sunt ad seipsum. Sed per iustitiam rectificantur operationes, secundum illud Prov. XI, *iustitia simplicis dirigit viam eius*. Ergo iustitia non solum est circa ea quae sunt ad alterum, sed etiam circa ea quae sunt ad seipsum.

II-II q. 58 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Tullius dicit, in I de Offic., quod *iustitiae ea ratio est qua societas hominum inter ipsos, et vitae communitas continetur*. Sed hoc importat respectum ad alterum. Ergo iustitia est solum circa ea quae sunt ad alterum.

II-II q. 58 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, cum nomen iustitiae aequalitatem importet, ex sua ratione iustitia habet quod sit ad alterum, nihil enim est sibi aequale, sed alteri. Et quia ad iustitiam pertinet actus humanos rectificare, ut dictum est, necesse est quod alietas ista quam requirit iustitia, sit diversorum agere potentium. Actiones autem sunt suppositorum et totorum, non autem, proprie loquendo, partium et formarum, seu potentiarum, non enim proprie dicitur quod manus percutiat, sed homo per manum; neque proprie dicitur quod calor calefaciat, sed ignis per calorem. Secundum tamen similitudinem quandam haec dicuntur. Iustitia ergo proprie dicta requirit diversitatem suppositorum, et ideo non est nisi unius hominis ad alium. Sed secundum similitudinem accipiuntur in uno et eodem homine diversa principia actionum quasi diversa agentia, sicut ratio et irascibilis et concupiscibilis. Et ideo metaphorice in uno et eodem homine dicitur esse iustitia, secundum quod ratio imperat irascibili et concupiscibili, et secundum quod hae obediunt rationi, et universaliter secundum quod unicuique parti hominis attribuitur quod ei convenit. Unde philosophus, in V Ethic., hanc iustitiam appellat secundum metaphoram dictam.

II-II q. 58 a. 2 ad 1

spočívá v samém náležitém uspořádání částí duše, jak bylo shora řečeno, když se jednalo 0 ospravedlnění bezbožného. To však náleží spravedlnosti metaforicky řečené, která se může shledati také u někoho; trávícího život samotářsky.

A tím je patrná odpověď na druhé.

K třetímu se musí říci, že spravedlnost Boží je od věčnosti podle věčné vůle a rozhodnutí; a v tom hlavně spočívá spravedlnost, třebaže podle účinku není od věčnosti, protože nic není Bohu souvěčné.

Ke čtvrtému se musí říci, že skutky člověka, které jsou k sobě samému, jsou dostatečně vyrovnány vyrovnáním vášní skrze. jiné ‚mravní ctnosti. Ale skutky, které jsou k druhému, potřebují zvláštního vyrovnání: nejen vzhledem ke konajícímu, nýbrž i vzhledem k tomu, vůči němuž jsou. A proto o nich je zvláštní ctnost, jíž je spravedlnost.

LVIII.3. Zda spravedlnost je ctnost.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že spravedlnost není ctnost. Praví se totiž, Luk. 17: "Když učiníte všechno; co je vám přikázáno, řekněte: Jsme neužiteční služebníci, učinili jsme, co- jsme měli." Ale není neužitečné konati dílo ctnosti. Praví totiž Ambrož, ve II. O povinnostech: "Užitečností nazýváme nikoliv hodnocení peněžitého zisku, nýbrž získání zbožnosti:" Tedy konati, co kdo musí konati, není dílo ctnosti, Je však dílo spravedlnosti. Tedy spravedlnost není ctnost.

Mimo to, co se děje z nutnosti, není záslužné. Ale dáti někomu, co je jeho, což náleží ke spravedlnosti, je nutné. Tedy není to záslužné. Skutky ctností však zasluhujeme. Tedy spravedlnost není ctnost.

Mimo to každá mravní ctnost je o skutcích. Ta však, která se ustavují venku, nejsou vykonaná, nýbrž děłaná, jak je patrné z Filosofa, v IX. Metaf. Protože tedy spravedlnosti náleží navenek dělati nějaké dílo o sobě spravedlivé. zdá se; že spravedlnost není' mravní ctností.

Avšak proti jest, co praví Řehoř, v II. Moral., že "ze čtyř ctností", totiž mírnosti, opatrnosti, statečnosti a spravedlnosti, "vyvstává celá dobrá výstavba skutku".

Odpovídám: ‚Musí se říci, že lidská ctnost je, která činí dob-. rým lidský skutek a samého člověka činí dobrým. A to náleží spravedlnosti. Skutek člověka se stává totiž dobrý tím; že dosahuje pravidla rozumu, podle něhož jsou lidské skutky správně vyrovnány. Protože tedy spravedlnost vyrovnává lidské skutky, je jasné, že činí skutek člověka dobrým. A, jak praví Tullius, v I. O povinnostech, "ze spravedlnosti zvláště jsou mužové nazýváni dobrými." Proto, jak tamtéž praví, "v ní je největší jas ctnosti".

K prvnímu se musí říci, že, když někdo činí, co musí, nepřináší užitek zisku tomu, komu činí, co musí, nýbrž se pouze zdržuje škoditi mu. Sobě však činí užitek, pokud

Ad primum ergo dicendum quod iustitia quae fit per fidem in nobis, est per quam iustificatur impius, quae quidem in ipsa debita ordinatione partium animae consistit, sicut supra dictum est, cum de iustificatione impii ageretur. Hoc autem pertinet ad iustitiam metaphorice dictam, quae potest inveniri etiam in aliquo solitariam vitam agente.

II-II q. 58 a. 2 ad 2

Et per hoc patet responsio ad secundum.

II-II q. 58 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod iustitia Dei est ab aeterno secundum voluntatem et propositum aeternum, et in hoc praecipue iustitia consistit. Quamvis secundum effectum non sit ab aeterno, quia nihil est Deo coaeternum.

II-II q. 58 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod actiones quae sunt hominis ad seipsum sufficienter rectificantur rectificatis passionibus per alias virtutes morales. Sed actiones quae sunt ad alterum indigent speciali rectificatione, non solum per comparationem ad agentem, sed etiam per comparationem ad eum ad quem sunt. Et ideo circa eas est specialis virtus, quae est iustitia.

3. Utrum iustitia semper sit virtus.

II-II q. 58 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod iustitia non sit virtus. Dicitur enim Luc. XVII, *cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus*. Sed non est inutile facere opus virtutis, dicit enim Ambrosius, in II de Offic., *utilitatem non pecuniarii lucri aestimationem dicimus, sed acquisitionem pietatis*. Ergo facere quod quis debet facere non est opus virtutis. Est autem opus iustitiae. Ergo iustitia non est virtus.

II-II q. 58 a. 3 arg. 2

Praeterea, quod fit ex necessitate non est meritorium. Sed reddere alicui quod suum est, quod pertinet ad iustitiam, est necessitatis. Ergo non est meritorium. Actibus autem virtutum meremur. Ergo iustitia non est virtus.

II-II q. 58 a. 3 arg. 3

Praeterea, omnis virtus moralis est circa agibilia. Ea autem quae exterius constituuntur non sunt agibilia, sed factibilia, ut patet per philosophum, in IX Metaphys. Cum igitur ad iustitiam pertineat exterius facere aliquod opus secundum se iustum, videtur quod iustitia non sit virtus moralis.

II-II q. 58 a. 3 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, in II Moral., quod in quatuor virtutibus, scilicet temperantia, prudentia, fortitudine et iustitia, tota boni operis structura consurgit.

II-II q. 58 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod virtus humana est *quae bonum reddit actum humanum, et ipsum hominem bonum facit*. Quod quidem convenit iustitiae. Actus enim hominis bonus redditur ex hoc quod attingit regulam rationis, secundum quam humani actus rectificantur. Unde cum iustitia operationes humanas rectificet, manifestum est quod opus hominis bonum reddit. Et ut Tullius dicit, in I de Offic., *ex iustitia praecipue viri boni nominantur*. Unde, sicut ibidem dicit, in ea virtutis splendor est maximus.

II-II q. 58 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod cum aliquis facit quod

samovolnou. a ochotnou vůlí činí to, co musí, což je jednati ctnostně. Proto se praví, Moudr. 8, že "moudrost Boží učí střízlivosti a spravedlnosti, opatrnosti a ctnosti, nad něž není v životě nic užitečnějšího lidem", totiž ctnostným.

K druhému se musí říci, že je dvojí nutnost: Jedna přinucení, a tato, protože odporuje vůli, ničí ráz záslužnosti. Jiná je pak nutnost ze závazku příkazu nebo z nutnosti cíle, když totiž někdo nemůže dosíci cíle ctnosti, leč když to vykoná. A taková nutnost nevylučuje ráz zásluhy, pokud někdo to, co je takto nutné, koná dobrovolně Vylučuje však slávu nadbytečnosti, podle onoho I. Kor. 9: "Káži-li evangelium, nemám slávy, protože mne tlačí nutnost."

K třetímu se musí říci, že spravedlnost nespočívá ve vnějších věcech, což je dělati, což náleží umění, nýbrž pokud jich užívá k druhému.

LVIII.4. Zda spravedlnost je ve vůli jako v podmětu.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že spravedlnost není ve vůli jako v podmětu. Spravedlnost se totiž někdy nazývá pravdou. Ale pravda není ve vůli, nýbrž v rozumu. Tedy spravedlnost není ve vůli jako v podmětu.

Mimo to spravedlnost je o těch, která jsou k druhému. Ale zařídíti něco k druhému je rozumu. Tedy spravedlnost není ve vůli jako v podmětu, nýbrž spíše v rozumu.

Mimo to spravedlnost není ctnost rozumová, protože není zařízena k poznávání. Tedy zbývá; že je ctností mravní. Ale podmětem mravní ctnosti je rozumové z podílu, což jest náhlivá a dychtivá, jak je patrné z Filosofa, v I. Ethic: Tedy spravedlnost není ve vůli jako v podmětu, nýbrž spíše v náhlivé a dychtivě

Avšak proti jest, co praví Anselm, v knize O pravdě, že "spravedlnost je správnost vůle, zachovávaná k vůli sobě".

Odpovídám: Musí se říci, že tehdy mohutnost je podmětem ctnosti, když na vyrovnávání úkonu té mohutnosti je ctnost zařízena. Spravedlnost však není zařízena na řízení nějakého úkonu poznávacího; nenazýváme se totiž spravedlivými z toho, že něco správně poznáváme. A proto podmětem spravedlnosti není rozum nebo um, který je mohutností poznávací.

Ale poněvadž se nazýváme spravedlivými z toho, že něco správně konáme, a blízkým původem skutku je síla žádostivá, je nutné, aby spravedlnost byla v nějaké síle žádostivé jako v podmětu. Je však. dvojí žádost: totiž vůle, která je v rozumu, a žádost smyslová, sledující poznání smyslové, která se dělí na náhlivou a dychtivou; jak jsme měli v Prvním. Dáti však každému, co jest jeho, nemůže vycházeti ze smyslové žádosti, protože smyslové vnímání nedosahuje k tomu, aby mohlo pozorovati poměry jednoho

debet, non affert utilitatem lucri ei cui facit quod debet, sed solum abstinet a damno eius. Sibi tamen facit utilitatem, inquantum spontanea et prompta voluntate facit illud quod debet, quod est virtuose agere. Unde dicitur Sap. VIII quod *sapientia Dei sobrietatem et iustitiam docet, prudentiam et virtutem*; quibus in vita nihil est utilius hominibus, scilicet virtuosis.

II-II q. 58 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod duplex est necessitas. Una coactionis, et haec, quia repugnat voluntati, tollit rationem meriti. Alia autem est necessitas ex obligatione praecepti, sive ex necessitate finis, quando scilicet aliquis non potest consequi finem virtutis nisi hoc faciat. Et talis necessitas non excludit rationem meriti, inquantum aliquis hoc quod sic est necessarium voluntarie agit. Excludit tamen gloriam supererogationis, secundum illud I ad Cor. IX, *si evangelizavero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit*.

II-II q. 58 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod iustitia non consistit circa exteriores res quantum ad facere, quod pertinet ad artem, sed quantum ad hoc quod utitur eis ad alterum.

4. Utrum sit in voluntate sicut in subiecto.

II-II q. 58 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod iustitia non sit in voluntate sicut in subiecto. Iustitia enim quandoque veritas dicitur. Sed veritas non est voluntatis, sed intellectus. Ergo iustitia non est in voluntate sicut in subiecto.

II-II q. 58 a. 4 arg. 2

Praeterea, iustitia est circa ea quae sunt ad alterum. Sed ordinare aliquid ad alterum est rationis. Iustitia ergo non est in voluntate sicut in subiecto, sed magis in ratione.

II-II q. 58 a. 4 arg. 3

Praeterea, iustitia non est virtus intellectualis, cum non ordinetur ad cognitionem. Unde relinquitur quod sit virtus moralis. Sed subiectum virtutis moralis est rationale per participationem, quod est irascibilis et concupiscibilis, ut patet per philosophum, in I Ethic. Ergo iustitia non est in voluntate sicut in subiecto, sed magis in irascibili et concupiscibili.

II-II q. 58 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Anselmus dicit, quod *iustitia est rectitudo voluntatis propter se servata*.

II-II q. 58 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod illa potentia est subiectum virtutis ad cuius potentiae actum rectificandum virtus ordinatur. Iustitia autem non ordinatur ad dirigendum aliquem actum cognoscitivum, non enim dicimur iusti ex hoc quod recte aliquid cognoscimus. Et ideo subiectum iustitiae non est intellectus vel ratio, quae est potentia cognoscitiva. Sed quia iusti dicimur in hoc quod aliquid recte agimus; proximum autem principium actus est vis appetitiva; necesse est quod iustitia sit in aliqua vi appetitiva sicut in subiecto. Est autem duplex appetitus, scilicet voluntas, quae est in ratione; et appetitus sensitivus consequens apprehensionem sensus, qui dividitur per irascibilem et concupiscibilem, ut in primo habitum est. Reddere autem unicuique quod suum est non potest procedere ex appetitu sensitivo, quia apprehensio sensitiva

k druhému, nýbrž to je vlastní rozumu. Proto spravedlnost nemůže býti v náhlivé nebo dychtivé jako v podmětu, nýbrž pouze ve vůli. A proto Filosof, v V. Ethic., vyměřuje spravedlnost jako úkon rozumu, jak je patrné ze shora řečeného.

K prvnímu se tedy musí říci, že, ježto vůle je žádost rozumová, proto správnost rozumu, která se nazývá pravdou, vtisknuta vůli, pro blízkost s rozumem, podržuje jméno pravdy. A odtud je, že spravedlnost se nazývá mnohdy pravdou.

K druhému se musí říci, že vůle se nese ke svému předmětu, sledujíc poznání rozumu. A proto, poněvadž rozum zařizuje k druhému, může vůle něco chtíti v zařízení k druhému, což náleží spravedlnosti.

K třetímu se musí říci, že rozumové z podílu je nejen náhlivé a dychtivé, nýbrž i žádostivé vůbec, protože, jak se praví v I. Ethic., každá žádost poslouchá rozumu. Pod žádostivým však se zahrnuje vůle. A proto vůle může býti podmětem mravní. ctnosti.

LVIII.5. Zda spravedlnost je všeobecnou ctností.

Při páté se postupuje takto:: Zdá se, že spravedlnost není všeobecnou ctností. Spravedlnost totiž se dělí od ostatních ctností, jak je patrné Moudr. 8: "Střízlivosti a spravedlnosti učí, opatrnosti a ctnosti." Ale všeobecné se neodděluje nebo nevypočítává vedle druhů pod oním všeobecným obsažených. Tedy spravedlnost není všeobecnou ctností.

Mimo to, jako spravedlnost se stanoví za ctnost základní, tak také mírnost a statečnost. Ale mírnost a statečnost se nestanoví za ctnost všeobecnou. Tedy se nemá ani spravedlnost žádným způsobem stanoviti za ctnost všeobecnou.

Mimo to spravedlnost je' vždy k druhému, jak bylo shora řečeno. Ale hřích, jenž je proti bližnímu, není hříchem všeobecným, nýbrž rozlišuje se od hříchu, kterým hřeší člověk proti sobě Tedy také ani spravedlnost není ctností všeobecnou.

Avšak proti jest, co praví Filosof, v V. Ethic., že "spravedlnost je každá ctnost".

Odpovídám: Musí se říci, že spravedlnost, jak bylo řečeno, zařizuje člověka v poměru k jinému. A to může býti dvojmo: Jedním způsobem. k druhému, vzatému jednotlivě; jiným způsobem k jinému ve společnosti, pokud totiž ten, kdo slouží nějaké společnosti, slouží všem lidem, kteří jsou v oné společnosti obsaženi. K obojímu se tedy může míti spravedlnost podle vlastního pojmu. Je pak jasné, že všichni, kteří jsou obsaženi v nějaké společnosti, přirovnávají se ke společnosti jako části k celku. Co však část je, celku je; odtud také jakékoliv dobro části lze zařiditi- k dobru celku. Podle toho tedy dobro kterékoliv ctnosti, ať zařizující nějakého člověka k němu nebo zařizující jej k jiným osobám jednotlivým, lze vztahovati ke

non se extendit ad hoc quod considerare possit proportionem unius ad alterum, sed hoc est proprium rationis. Unde iustitia non potest esse sicut in subiecto in irascibili vel concupiscibili, sed solum in voluntate. Et ideo philosophus definit iustitiam per actum voluntatis, ut ex supradictis patet.

II-II q. 58 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod quia voluntas est appetitus rationalis, ideo rectitudo rationis, quae veritas dicitur, voluntati impressa, propter propinquitatem ad rationem, nomen retinet veritatis. Et inde est quod quandoque iustitia veritas vocatur.

II-II q. 58 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod voluntas fertur in suum obiectum consequenter ad apprehensionem rationis. Et ideo, quia ratio ordinat in alterum, voluntas potest velle aliquid in ordine ad alterum, quod pertinet ad iustitiam.

II-II q. 58 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod rationale per participationem non solum est irascibilis et concupiscibilis, sed omnino appetitivum, ut dicitur in I Ethic., quia omnis appetitus obedit rationi. Sub appetitivo autem comprehenditur voluntas. Et ideo voluntas potest esse subiectum virtutis moralis.

5. Utrum sit virtus generalis.

II-II q. 58 a. 5 arg. 1

někdo má špatné mínění o někom bez dostatečné příčiny, křivdí mu a pohrdá jím. Nikdo však nemá jiným pohrdati nebo mu nějak škoditi bez nutící příčiny. A proto, kde se nejeví jasné známky o něčí zlobě, toho máme míti za dobrého, vykládajíce na lepší stránku, co je pochybné.

K prvnímu se tedy musí říci, že se může přihoditi, že ten, kdo vykládá na lepší stránku, častěji se klame. Ale lepší jest, aby se někdo často klamal, maje dobré mínění o nějakém špatném člověku, než aby se řídčeji klamal, maje špatné mínění o dobrém člověku, protože z toho se děje křivda někomu, nikoliv však z prvního;

K druhému se musí říci, že jiné je souditi o věcech, a jiné o lidech. Při soudu totiž, kterým soudíme o věcech, neběží o dobro nebo zlo se strany věci, o které soudíme, které nic neškodí, ať o ní soudíme jakkoliv, nýbrž běží pouze o dobro soudícího, jestliže dobře soudí, nebo o zlo, jestliže klamně, protože pravdivo je dobrem rozumu, nesprávno je však jeho zlem, jak se praví v VI. Ethic. A proto každý má usilovati o to, aby o věcech soudil podle toho, co jsou. Ale v soudu, kterým soudíme o lidech, běží zvláště o dobro nebo zlo se strany toho, o kom se soudí, jenž v tom se má za ctného, že se uznává za dobrého, nebo za pohrdaného, jestliže je uznán za špatného. A proto musíme v takovém soudu směřovati spíše k tomu, abychom uznávali člověka dobrým, jestliže se nejeví jasný důvod pro opak. Samému pak člověku soudícímu nesprávně, soud, kterým dobře soudí o jiném, neplatí za zlo jeho rozumu, jakož ani k jeho dokonalosti nenáleží poznati pravdu náhodných jednotlivin o sobě, nýbrž spíše náleží dobrému cítění.

K třetímu se musí říci, že vykládati něco na lepší nebo horší stránku přihází se dvojmo. Jedním způsobem z jakéhosi předpokladu. A takto, když máme užiti léku proti nějakým zlům, ať svým, ať cizím, prospívá k tomu, aby byl podán bezpečnější lék, bychom předpokládali, to co je horší, protože lék, který jest účinný proti většímu zlu, mnohem více jest účinný proti menšímu zlu. - Jiným způsobem vykládáme něco v dobré nebo ve zlé vymezováním nebo určováním. A tak při posuzování věcí se musí každý snažiti, aby vykládal každou, jak jest; při posuzování osob zase, aby vykládal v lepší; jak bylo řečeno.

LX.5. Zda se musí vždy souditi podle psaných zákonů.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že se nemusí vždy souditi podle psaných zákonů. Vždy se totiž musíme vyhýbati nespravedlivému soudu. Ale někdy psané zákony obsahují nespravedlnost, podle onoho Isai. 10: "Běda, kteří stanoví nepravé zákony, a píšíce, nespravedlnosti napsali." Tedy se nemá vždy souditi podle psaných zákonů.

Mimo to soud musí býti o jednotlivých případech. Ale žádný psaný zákon nemůže obsáhnou ti všechny jednotlivé případy, jak patrno z Filosofa, v V. Ethic. Tedy se zdá, že

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, ex hoc ipso quod aliquis habet malam opinionem de alio absque sufficienti causa, iniuriatur ei et contemnit ipsum. Nullus autem debet alium contemnere, vel nocumentum quodcumque inferre, absque causa cogente. Et ideo ubi non apparent manifesta indicia de malitia alicuius, debemus eum ut bonum habere, in meliorem partem interpretando quod dubium est.

II-II q. 60 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod potest contingere quod ille qui in meliorem partem interpretatur, frequentius fallitur. Sed melius est quod aliquis frequenter fallatur habens bonam opinionem de aliquo malo homine, quam quod rarius fallatur habens malam opinionem de aliquo bono, quia ex hoc fit iniuria alicui, non autem ex primo.

II-II q. 60 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod aliud est iudicare de rebus, et aliud de hominibus. In iudicio enim quo de rebus iudicamus non attenditur bonum vel malum ex parte ipsius rei de qua iudicamus, cui nihil nocet qualitercumque iudicemus de ipsa, sed attenditur ibi solum bonum iudicantis si vere iudicet, vel malum si falso; *quia verum est bonum intellectus, falsum autem est malum ipsius*, ut dicitur in VI Ethic. Et ideo unusquisque debet niti ad hoc quod de rebus iudicet secundum quod sunt. Sed in iudicio quo iudicamus de hominibus praecipue attenditur bonum et malum ex parte eius de quo iudicatur, qui in hoc ipso honorabilis habetur quod bonus iudicatur, et contemptibilis si iudicetur malus. Et ideo ad hoc potius tendere debemus in tali iudicio quod hominem iudicemus bonum, nisi manifesta ratio in contrarium appareat. Ipsi autem homini iudicanti, falsum iudicium quo bene iudicat de alio non pertinet ad malum intellectus ipsius, sicut nec ad eius perfectionem pertinet secundum se cognoscere veritatem singularium contingentium, sed magis pertinet ad bonum affectum.

II-II q. 60 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod interpretari aliquid in deteriorem vel meliorem partem contingit dupliciter. Uno modo, per quandam suppositionem. Et sic, cum debemus aliquibus malis adhibere remedium, sive nostris sive alienis, expedit ad hoc ut securius remedium apponatur, quod supponatur id quod deterius est, quia remedium quod est efficax contra maius malum, multo magis est efficax contra minus malum. Alio modo interpretamur aliquid in bonum vel malum definiendo sive determinando. Et sic in rerum iudicio debet aliquis niti ad hoc ut interpretetur unumquodque secundum quod est, in iudicio autem personarum, ut interpretetur in melius, sicut dictum est.

5. Utrum iudicium sit semper secundum leges scriptas proferendum.

II-II q. 60 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod non sit semper secundum leges scriptas iudicandum. Semper enim vitandum est iniustum iudicium. Sed quandoque leges scriptae iniustitiam continent, secundum illud Isaiae X, *vae qui condunt leges iniquas, et scribentes iniustitias scripserunt*. Ergo non semper est secundum leges scriptas iudicandum.

II-II q. 60 a. 5 arg. 2

Praeterea, iudicium oportet esse de singularibus eventibus. Sed nulla lex scripta potest omnes singulares eventus

se nemá vždy souditi podle psaných zákonů.

Mimo to zákon se píše na to, aby byl jasný názor zákonodárců. Ale někdy se stává, že, kdyby byl přítomen sám zákonodárce, soudil by jinak. Tedy se nemá vždy souditi podle psaných zákonů.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v knize O pravém nábož.: "V těchto časných zákonech, třebaže o nich soudí lidé, když je ustanovuji, přece, když byly ustanoveny a potvrzeny, není dovoleno soudcům souditi o nich, nýbrž podle nich."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, soud není nic jiného než jakési vymezení nebo určení toho, co je spravedlivo. Stává se však něco spravedlivým dvojmo: jedním způsobem ze samé přirozenosti věci, což sluje právo přirozené; jiným způsobem z jakéhosi smluvení mezi lidmi, což sluje právo ustanovené, jak jsme měli shora. Zákony se však píší na objasnění obojího práva, jinak však a jinak. Neboť písmo zákona obsahuje sice přirozený zákon, avšak neustanovuje jej; nemá totiž síly ze zákona, nýbrž z přirozenosti. Právo však ustanovené písmo zákona i obsahuje i ustanovuje, dávajíc mu sílu moci. A proto je nutné, aby soud se dál podle písma zákona jinak by soud chyboval buď v přirozeném spravedlivu nebo ve spravedlivu ustanoveném.

K prvnímu se tedy musí říci, že psaný zákon, jako nedává sílu přirozenému právu, tak nemůže jeho sílu zmenšiti nebo odníti, protože vůle člověka nemůže též změniti přirozenost. A proto, obsahuje-li písmo zákona něco proti přirozenému právu, je nespravedlivé a nemá závazné síly. Tam totiž má místo ustanovený zákon, kde co do přirozeného práva na tom nezáleží, zda se děje tak nebo jinak, jak jsme měli shora. A proto taková písma se nenazývají ani zákony, nýbrž spíše porušeními zákona, jak bylo shora řečeno. A proto se podle nich nemá :souditi.

K druhému se musí říci, že, jako nepravé zákony samy sebou odporují přirozenému právu buď vždy nebo obyčejně, tak také zákony, které jsou správně stanovené, v některých případech chybují, v nichž, kdyby byly zachovány, byly by proti přirozenému zákonu. A proto v takových se nemá souditi podle písma zákona, nýbrž jest přihlížeti k rovnosti, kterou zamýšlí zákonodárce. Pročež praví Právník: "Ani pojem práva, ani dobrotivost rovnosti nestrpí, abychom to, co se zavadí k přinesení užitku lidí, příliš tvrdým výkladem proti jejich prospěchu: na přísnost převáděli." A v takových by i zákonodárce jinak soudil; a kdyby na to myslil, zákonem by to určil.

A z toho je patrná odpověď k třetímu.

LX.6. Zda soud uchvácením se stává zvráceným.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se; že uchvácením se soud nestává zvráceným. Spravedlnost je totiž nějaká správnost ve skutcích. Ale nic neztrácí pravda, ať je řečena kýmkoliv, nýbrž od každého má býti přijata. Tedy také nic neztrácí

comprehendere, ut patet per philosophum, in V Ethic. Ergo videtur quod non semper sit secundum leges scriptas iudicandum.

II-II q. 60 a. 5 arg. 3

Praeterea, lex ad hoc scribitur ut sententia legislatoris manifestetur. Sed quandoque contingit quod si ipse lator legis praesens esset, aliter iudicaret. Ergo non est semper secundum legem scriptam iudicandum.

II-II q. 60 a. 5 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro de vera Relig., *in istis temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent cum eas instituerint, tamen cum fuerint institutae et firmatae, non licebit iudicibus de ipsis iudicare, sed secundum ipsas*.

II-II q. 60 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, iudicium nihil est aliud nisi quaedam definitio vel determinatio eius quod iustum est. Fit autem aliquid iustum dupliciter, uno modo, ex ipsa natura rei, quod dicitur ius naturale; alio modo, ex quodam condicto inter homines, quod dicitur ius positivum, ut supra habitum est. Leges autem scribuntur ad utriusque iuris declarationem, aliter tamen et aliter. Nam legis Scriptura ius quidem naturale continet, sed non instituit, non enim habet robur ex lege, sed ex natura. Ius autem positivum Scriptura legis et continet et instituit, dans ei auctoritatis robur. Et ideo necesse est quod iudicium fiat secundum legis Scripturam, alioquin iudicium deficeret vel a iusto naturali, vel a iusto positivo.

II-II q. 60 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod lex scripta, sicut non dat robur iuri naturali, ita nec potest eius robur minuere vel auferre, quia nec voluntas hominis potest immutare naturam. Et ideo si Scriptura legis contineat aliquid contra ius naturale, iniusta est, nec habet vim obligandi, ibi enim ius positivum locum habet ubi quantum ad ius naturale nihil differt utrum sic vel aliter fiat, sicut supra habitum est. Et ideo nec tales Scripturae leges dicuntur, sed potius legis corruptiones, ut supra dictum est. Et ideo secundum eas non est iudicandum.

II-II q. 60 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod sicut leges iniquae secundum se contrariantur iuri naturali, vel semper vel ut in pluribus; ita etiam leges quae sunt recte positae in aliquibus casibus deficiunt, in quibus si servarentur, esset contra ius naturale. Et ideo in talibus non est secundum litteram legis iudicandum, sed recurrendum ad aequitatem, quam intendit legislator. Unde iurisperitus dicit, *nulla ratio iuris aut aequitatis benignitas patitur ut quae salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem*. Et in talibus etiam legislator aliter iudicaret, et, si considerasset, lege determinasset.

II-II q. 60 a. 5 ad 3

Et per hoc patet responsio ad tertium.

6. Utrum iudicium per usurpationem pervertatur.

II-II q. 60 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod iudicium per usurpationem non reddatur perversum. Iustitia enim est quaedam rectitudo in agendis. Sed nihil deperit veritati a

spravedlnost, ať je spravedlivo určeno kýmkoliv, což náleží; k pojmu soudu. '

Mimo to trestati hříchy náleží soudu. Ale čteme o některých, že chvalitebně trestali hříchy, ač přece neměli moci nad těmi, které trestali; jako Mojžíš, zabiv Egypťana, jak máme Exodu 2; a Finees, syn Eleazarův, Zambri, syna Salumova, jak čteme Num. 25: "a bylo mu to přičteno ke spravedlnosti", jak se praví v Žalmu. Tedy uchvácení soudu nenáleží k nespravedlnosti.

Mimo to duchovní moc se liší od 'tělesné. Ale mnohdy představení, mající duchovní moc, vměšují se do těch, která náležejí moci světské. Tedy uchvácený soud není nedovolený.

Mimo to, jako ke správnému soudění se vyžaduje moc, tak také spravedlnost soudícího a vědomost, jak je patrné ze shora řečeného. Ale nepraví se, že soud je nespravedlivý, jestliže někdo soudí, nemaje zběhlosti souditi, nebo nemaje znalost práva. Tedy uchvácený soud, který nastává nedostatkem moci, není vždy nespravedlivý.

Avšak proti jest, co se praví Řím. 14: "Ty kdo jsi, že soudíš cizího služebníka?"

Odpovídám: Musí se říci, že, ježto soud musí býti vynášen podle psaných zákonů, jak bylo řečeno, ten, kdo vynáší rozsudek, výraz zákona jaksi vykládá, přizpůsobuje jej zvláštní záležitosti. Poněvadž však táž moc má zákon vykládati a zakládati, jako nemůže zákon ustanoviti, leč veřejná moc, tak ani soud nemůže vynášeti, leč veřejná moc, která se vztahuje na ty, kteří jsou poddáni společnosti, A proto jako by bylo nespravedlivé, kdyby někdo přinutil jiného k zachování zákona, který by nebyl veřejnou mocí potvrzen, tak je také nespravedlivé, jestliže by někdo nutil vykonati soud, kterého veřejná moc nekoná.

K prvnímu se tedy musí říci, že vyslovení pravdy neobnáší přinucení k tomu, aby byla přijata, nýbrž je každému volné přijmouti ji nebo nepřijmouti; jak chce. Ale soud obnáší jakési přinucení. A proto je nespravedlivé, aby byl někdo souzen od toho; kdo nemá veřejné moci.

K druhému se musí říci, že Mojžíš patrně zabil Egypťana jakožto mající moc z božského vnuknutí, jak se zdá z toho, co se praví Skut. 7, že "zabíjeje Egypťana, domníval se Mojžíš, že chápou jeho bratří, že Pán jeho rukou dává spásu Israeli". - Nebo lze říci, že Mojžíš zabil Egypťana, háje toho, který trpěl bezpráví s trpělivostí a bez ochrany. Proto praví Ambrož, v knize O povinnostech, že "kdo neodvrátí od druha bezpráví, když může, je tak v nečesti, jako ten, kdo činí", a uvádí příklad Mojžíše. - Nebo se může říci, jak praví Augustin, v Otázkách Exodu, že "jako země před užitečnými semeny rostlin pro úrodu neužitečných se chválí, tak onen Mojžíšův čin byl sice nečestný, avšak nesl známku velké úrody", pokud totiž byl znamením jeho síly, kterou vysvobodí lid.

quocumque dicatur, sed a quocumque est accipienda. Ergo etiam nihil deperit iustitiae, a quocumque iustum determinetur, quod pertinet ad rationem iudicii.

II-II q. 60 a. 6 arg. 2

Praeterea, peccata punire ad iudicium pertinet. Sed aliqui laudabiliter leguntur peccata punisse qui tamen auctoritatem non habebant super illos quos puniebant, sicut Moyses occidendo Aegyptium, ut habetur Exod. II; et Phinees, filius Eleazari, Zambri, filium Salomi, ut legitur Num. XXV, *et reputatum est ei ad iustitiam*, ut dicitur in Psalm. Ergo usurpatio iudicii non pertinet ad iniustitiam.

II-II q. 60 a. 6 arg. 3

Praeterea, potestas spiritualis distinguitur a temporali. Sed quandoque praelati habentes spiritualem potestatem intromittunt se de his quae pertinent ad potestatem saecularem. Ergo usurpatum iudicium non est illicitum.

II-II q. 60 a. 6 arg. 4

Praeterea, sicut ad recte iudicandum requiritur auctoritas, ita etiam et iustitia iudicantis et scientia, ut ex supradictis patet. Sed non dicitur iudicium esse iniustum si aliquis iudicet non habens habitum iustitiae, vel non habens scientiam iuris. Ergo neque etiam iudicium usurpatum, quod fit per defectum auctoritatis, semper erit iniustum.

II-II q. 60 a. 6 s. c.

Sed contra est quod dicitur Rom. XIV, *tu quis es, qui iudicas alienum servum?*

II-II q. 60 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod, cum iudicium sit ferendum secundum leges scriptas, ut dictum est, ille qui iudicium fert legis dictum quodammodo interpretatur, applicando ipsum ad particulare negotium. Cum autem eiusdem auctoritatis sit legem interpretari et legem condere, sicut lex condi non potest nisi publica auctoritate, ita nec iudicium ferri potest nisi publica auctoritate, quae quidem se extendit ad eos qui communitati subduntur. Et ideo sicut iniustum esset ut aliquis constringeret alium ad legem servandam quae non esset publica auctoritate sancita, ita etiam iniustum est si aliquis aliquem compellat ferre iudicium quod publica auctoritate non fertur.

II-II q. 60 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod pronuntiatio veritatis non importat compulsionem ad hoc quod suscipiatur, sed liberum est unicuique eam recipere vel non recipere prout vult. Sed iudicium importat quandam impulsionem. Et ideo iniustum est quod aliquis iudicetur ab eo qui publicam auctoritatem non habet.

II-II q. 60 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod Moyses videtur Aegyptium occidisse quasi ex inspiratione divina auctoritatem adeptus, ut videtur per hoc quod dicitur Act. VII, quod, *percusso Aegyptio, aestimabat Moyses intelligere fratres suos quoniam dominus per manum ipsius daret salutem Israel*. Vel potest dici quod Moyses occidit Aegyptium defendendo eum qui iniuriam patiebatur cum moderamine inculpatae tutelae. Unde Ambrosius dicit, in libro de Offic., quod *qui non repellit iniuriam a socio cum potest, tam est in vitio quam ille qui facit*; et inducit exemplum Moysi. Vel potest dici, sicut dicit Augustinus, in quaestionibus Exod., quod *sicut terra, ante utilia semina, herbarum inutilium fertilitate laudatur; sic illud Moysi factum vitiosum quidem fuit, sed magnae fertilitatis signum gerebat*, inquantum

K třetímu se musí říci, že světská moc je poddána duchovní, jako tělo duši. A proto není uchvácením soudem, jestliže duchovní představený zasahuje do časných v těch, ve kterých je mu poddána světská moc, nebo která jsou mu světskou mocí postoupena.

Ke čtvrtému se musí říci, že zběhlosti vědy a spravedlnosti jsou dokonalosti jednotlivé osoby. A proto z jejich nedostatku nesluje soud uchvácením, jako pro nedostatek veřejné moci, od níž má soud donucující sílu.

LXI. O částech spravedlnosti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Pak jest uvažovati o částech spravedlnosti. A nejprve o jejích částech podmětných, což jsou druhy spravedlnosti, totiž podílná a směnná; za druhé o částech jaksi doplňkových; za třetí o částech jaksi mocnostních, totiž o ctnostech připojených.

O prvním přichází dvojí úvaha: první o samých částech spravedlnosti, druhá o nečestech protilehlých. A protože náhrada se zdá býti úkonem spravedlnosti směnné, jest uvažovati nejdříve o rozdělení spravedlnosti směnné a podílné; za druhé o náhradě.

O prvním jsou čtyři otázky:

1. Zda jsou dva druhy spravedlnosti; totiž spravedlnost podílná a směnná.

2. Zda se v nich béře týmž způsobem střed.

3. Zda jejich látka jest jednotvarná nebo rozličná.

4. Zda podle některého z jejich druhů je spravedlivo totéž, co oplátka.

LXI.1. Zda se stanoví vhodně dva druhy spravedlnosti: spravedlnost podílná a směnná.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že se nevhodně stanoví dva druhy spravedlnosti, spravedlnost podílná a směnná. Nemůže býti totiž druhem spravedlnosti, co škodí množství, protože spravedlnost je zařízena ke společnému dobru. Avšak rozdíleti společná dobra mnohým, škodí obecnému dobru množství, jak proto, že se vyčerpávají obecné zásoby, tak také, že se kazí mravy lidu. Praví totiž Tullius, v knize O povin.: "Stává se horším, kdo přijímá, a k toho očekávání vždy ochotnějším." Tedy rozdělování nenáleží k nějakému druhu spravedlnosti.

Mimo to úkonem spravedlnosti je dávati každému, co jest jeho, jak jsme měli. Ale při rozdělování se nedává scilicet erat signum virtutis eius qua populum liberaturus erat. De Phinee autem dicendum est quod ex inspiratione divina, zelo Dei commotus, hoc fecit. Vel quia, licet nondum esset summus sacerdos, erat tamen filius summi sacerdotis, et ad eum hoc iudicium pertinebat, sicut et ad alios iudices, quibus hoc erat praeceptum.

II-II q. 60 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod potestas saecularis subditur spirituali sicut corpus animae. Et ideo non est usurpatum iudicium si spiritualis praelatus se intromittat de temporalibus quantum ad ea in quibus subditur ei saecularis potestas, vel quae ei a saeculari potestate relinquuntur.

II-II q. 60 a. 6 ad 4

Ad quartum dicendum quod habitus scientiae et iustitiae sunt perfectiones singularis personae, et ideo per eorum defectum non dicitur usurpatum iudicium, sicut per defectum publicae auctoritatis, ex qua iudicium vim coactivam habet.

61. De partibus iustitiae. Et primo de partibus subiectivis quae sunt species iustitiae scilicet commutativa et distributiva.

Prooemium

II-II q. 61 pr.

Deinde considerandum est de partibus iustitiae. Et primo, de partibus subiectivis, quae sunt species iustitiae, scilicet distributiva et commutativa; secundo, de partibus quasi integralibus; tertio, de partibus quasi potentialibus, scilicet de virtutibus adiunctis. Circa primum occurrit duplex consideratio, prima, de ipsis iustitiae partibus; secunda, de vitiis oppositis. Et quia restitutio videtur esse actus commutativae iustitiae, primo considerandum est de distinctione iustitiae commutativae et distributivae, secundo, de restitutione. Circa primum quaeruntur quatuor. Primo, utrum sint duae species iustitiae, iustitia distributiva et commutativa. Secundo, utrum eodem modo in eis medium accipiatur. Tertio, utrum sit earum uniformis vel multiplex materia. Quarto, utrum secundum aliquam earum specierum iustum sit idem quod contrapassum.

1. Utrum distributiva et commutativa sint duae species iustitiae.

II-II q. 61 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter ponantur duae species iustitiae, iustitia distributiva et commutativa. Non enim potest esse iustitiae species quod multitudini nocet, cum iustitia ad bonum commune ordinetur. Sed distribuere bona communia in multos nocet bono communi multitudinis, tum quia exhauriuntur opes communes; tum etiam quia mores hominum corrumpuntur; dicit enim Tullius, in libro de Offic., *fit deterior qui accipit, et ad idem semper expectandum paratior*. Ergo distributio non pertinet ad aliquam iustitiae speciem.

II-II q. 61 a. 1 arg. 2

Praeterea, iustitiae actus est reddere unicuique quod suum

někomu, co jest jeho, nýbrž jako nové si přivlastní to; co bylo společné. Tedy to nepatří k spravedlnosti.

Mimo to spravedlnost jest nejen u vládce, nýbrž i u poddaných, jak jsme měli shora. Ale rozdělovati náleží vždy vládci. Tedy podílná nenáleží ke spravedlnosti.

Mimo to spravedlivo podílné je dober obecných, jak se praví v V. Ethic. Ale obecná dobra náležejí spravedlnosti zákonné. Tedy spravedlnost podílná není druh spravedlnosti zvláštní, nýbrž spravedlnosti zákonné.

Mimo to jedno a mnoho nerozlišují druh ctnosti. Ale spravedlnost směnná spočívá v tom, že se něco dává jednomu, spravedlnost pak podílná v tom, že se něco dává mnohým. Tedy nejsou různými druhy spravedlnosti.

Avšak proti jest, že Filosof, v V. Ethic., stanoví dvě části spravedlnosti, a praví, že "jedna je řídící v rozdělováních, druhá ve výměnách."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno; spravedlnost zvláštní je zařízena k nějaké soukromé osobě, která má vztah ke společnosti, jako část k celku. 'Může se však dbáti dvojího vztahu k nějaké části. A to, jednoho, části k části, jemuž je podobný vztah jedné soukromé. osoby k druhé. A tento vztah řídí spravedlnost směnná, která spočívá v těch, která se dějí vzájemně mezi dvěma osobami. - Jiný vztah je celku k částem, a tomuto vztahu se připodobňuje vztah toho, co je obecné jednotlivým osobám. A tento vztah řídí spravedlnost podílná, která rozděluje společné podle poměrnosti. A proto jsou dva druhy spravedlnosti, totiž směnná a podílná.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jako v udělováních soukromých osob se doporučuje umírněnost, plýtvání pak se obviňuje, tak také v rozdělování obecných dober je zachovávati umírněnost, v čemž řídí spravedlnost podílná.

K druhému se musí říci, že, jako část a celek jsou jaksi totéž, tak také to, co je celku, jest jaksi části. A tak, když se z obecných dober něco rozděluje mezi jednotlivce, každý jaksi dostává, co jest jeho.

K třetímu se musí říci, že úkon rozdělování, které jest obecných dober, náleží pouze vládci společných dober. Přece však podílná spravedlnost je také v poddaných, jimž se rozděluje, pokud jsou totiž spokojeni spravedlivým rozdělováním. Třebaže se také mnohdy děje rozdělování obecných dober, ne sice obci, nýbrž jedné rodině; a těch rozdělování může se díti mocí nějaké soukromé osoby.

Ke čtvrtému se musí říci, že pohyb dostává druh od cíle k němuž. A proto zákonné spravedlnosti náleží pořádati, co je soukromých osob, k obecnému dobru. Ale naopak,

est, ut supra habitum est. Sed in distributione non redditur alicui quod suum erat, sed de novo appropriatur sibi id quod erat commune. Ergo hoc ad iustitiam non pertinet.

II-II q. 61 a. 1 arg. 3

Praeterea, iustitia non solum est in principe, sed etiam in subiectis, ut supra habitum est. Sed distribuere semper pertinet ad principem. Ergo distributiva non pertinet ad iustitiam.

II-II q. 61 a. 1 arg. 4

Praeterea, distributivum iustum est bonorum communium, ut dicitur in V Ethic. sed communia pertinent ad iustitiam legalem. Ergo iustitia distributiva non est species iustitiae particularis, sed iustitiae legalis.

II-II q. 61 a. 1 arg. 5

Praeterea, unum et multa non diversificant speciem virtutis. Sed iustitia commutativa consistit in hoc quod aliquid redditur uni; iustitia vero distributiva in hoc quod aliquid datur multis. Ergo non sunt diversae species iustitiae.

II-II q. 61 a. 1 s. c.

Sed contra est quod philosophus, in V Ethic., ponit duas partes iustitiae, et dicit quod *una est directiva in distributionibus, alia in commutationibus*.

II-II q. 61 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, iustitia particularis ordinatur ad aliquam privatam personam, quae comparatur ad communitatem sicut pars ad totum. Potest autem ad aliquam partem duplex ordo attendi. Unus quidem partis ad partem, cui similis est ordo unius privatae personae ad aliam. Et hunc ordinem dirigit commutativa iustitia, quae consistit in his quae mutuo fiunt inter duas personas ad invicem. Alius ordo attenditur totius ad partes, et huic ordini assimilatur ordo eius quod est commune ad singulas personas. Quem quidem ordinem dirigit iustitia distributiva, quae est distributiva communium secundum proportionalitatem. Et ideo duae sunt iustitiae species, scilicet commutativa et distributiva.

II-II q. 61 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod sicut in largitionibus privatarum personarum commendatur moderatio, effusio vero culpatur; ita etiam in distributione communium bonorum est moderatio servanda, in quo dirigit iustitia distributiva.

II-II q. 61 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod sicut pars et totum quodammodo sunt idem, ita id quod est totius quodammodo est partis. Et ita cum ex bonis communibus aliquid in singulos distribuitur, quilibet aliquo modo recipit quod suum est.

II-II q. 61 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod actus distributionis quae est communium bonorum pertinet solum ad praesidentem communibus bonis, sed tamen iustitia distributiva est et in subditis, quibus distribuitur, inquantum scilicet sunt contenti iusta distributione. Quamvis etiam distributio quandoque fiat bonorum communium non quidem civitati, sed uni familiae, quorum distributio fieri potest auctoritate alicuius privatae personae.

II-II q. 61 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod motus accipiunt speciem a termino ad quem. Et ideo ad iustitiam legalem pertinet

pořádati obecné dobro k jednotlivým osobám rozdílením, je spravedlnosti zvláštní.

K pátému se musí říci, že spravedlnost podílná a směnná nerozlišují se pouze podle jedno a mnoho, nýbrž podle různého rázu povinnosti. Jiným způsobem totiž můžeme býti povinni někomu to, co je obecné, jiným způsobem to, co je vlastní.

LXI.2. Zda střed se béře týmž způsobem u spravedlnosti podílné a směnné.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že střed se béře týmž způsobem u spravedlnosti podílné a směnné. Obojí totiž je obsažena ve spravedlnosti zvláštní, jak bylo řečeno. Ale ve všech částech mírnosti nebo statečnosti se béře střed jedním způsobem. Tedy se musí brati také týmž způsobem u spravedlnosti podílné a směnné.

Mimo to tvar mravní ctnosti spočívá ve středu, který je určen rozumem. Poněvadž tedy jedné ctnosti jest jeden tvar, zdá se, že v obojí se musí bráti střed týmž způsobem.

Mimo to u spravedlnosti podílné se béře střed s ohledem na různou hodnotu osob. Ale hodnota osob přichází v úvahu i u spravedlnosti směnné, jako při trestech: více je totiž trestán, kdo udeřil vládce, než kdo udeřil soukromou osobu. Tedy týmž způsobem se béře střed u obojí spravedlnosti.

Avšak proti jest, co praví Filosof, v V. Ethic., že "ve spravedlnosti podílné se béře střed podle geometrické poměrovosti, u směnné však podle aritmetické".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, podílnou spravedlností se dává něco nějaké osobě, pokud to, co je celku, je povinné části. A to je tím větší, čím větší prvenství má sama část v celku. A proto podílnou spravedlností se dává z obecných dober tím více, čím větší prvenství má ona osoba ve společnosti. A toto prvenství v aristokratické společnosti se béře podle ctnosti, v oligarchické podle bohatství, v demokratické podle svobody a podobně v jiných. A proto u spravedlnosti podílné se nebéře střed podle rovnosti věci k věci, nýbrž podle poměru věcí k osobám, že totiž, jako jedna osoba vyniká nad jinou, tak také věc, která se dává jedné osobě, převyšuje věc, která se dává jiné. A proto praví Filosof, že takový střed je podle geometrické poměrovosti, v níž se béře rovné nikoliv podle velikosti, nýbrž podle poměru, jako když pravíme, že, jako se má šest ke čtyřem, tak se mají tři ke dvěma, neboť na obou stranách je stejný poměr, v němž větší má celé menší, a jeho polovinu, není tu však rovnosti přesahu podle velikosti, protože šest přesahuje čtyři dvěma, tři však přesahují dvě jedním.

Ale ve výměnách se dává něco nějaké soukromé osobě za věc, která byla přijata, jak je zvláště patrné v kupu a prodeji, v nichž nejdříve nalézáme pojem výměny. A ordinare ea quae sunt privatarum personarum in bonum commune, sed ordinare e converso bonum commune ad personas particulares per distributionem est iustitiae particularis.

II-II q. 61 a. 1 ad 5

Ad quintum dicendum quod iustitia distributiva et commutativa non solum distinguuntur secundum unum et multa, sed secundum diversam rationem debiti, alio enim modo debetur alicui id quod est commune, alio modo id quod est proprium.

2. Utrum eodem modo in eis medium accipiatur.

II-II q. 61 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod medium eodem modo accipiatur in iustitia distributiva et commutativa. Utraque enim sub iustitia particulari continetur, ut dictum est. Sed in omnibus temperantiae vel fortitudinis partibus accipitur uno modo medium. Ergo etiam eodem modo est accipiendum medium in iustitia distributiva et commutativa.

II-II q. 61 a. 2 arg. 2

Praeterea, forma virtutis moralis in medio consistit quod secundum rationem determinatur. Cum ergo unius virtutis sit una forma, videtur quod in utraque sit eodem modo medium accipiendum.

II-II q. 61 a. 2 arg. 3

Praeterea, in iustitia distributiva accipitur medium attendendo diversam dignitatem personarum. Sed dignitas personarum attenditur etiam in commutativa iustitia, sicut in punitionibus, plus enim punitur qui percussit principem quam qui percussit privatam personam. Ergo eodem modo accipitur medium in utraque iustitia.

II-II q. 61 a. 2 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in V Ethic., quod in iustitia distributiva accipitur medium secundum geometricam proportionalitatem, in commutativa autem secundum arithmeticam.

II-II q. 61 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, in distributiva iustitia datur aliquid alicui privatae personae inquantum id quod est totius est debitum parti. Quod quidem tanto maius est quanto ipsa pars maiorem principalitatem habet in toto. Et ideo in distributiva iustitia tanto plus alicui de bonis communibus datur quanto illa persona maiorem principalitatem habet in communitate. Quae quidem principalitas in aristocratica communitate attenditur secundum virtutem, in oligarchica secundum divitias, in democratica secundum libertatem, et in aliis aliter. Et ideo in iustitia distributiva non accipitur medium secundum aequalitatem rei ad rem, sed secundum proportionem rerum ad personas, ut scilicet, sicut una persona excedit aliam, ita etiam res quae datur uni personae excedit rem quae datur alii. Et ideo dicit philosophus quod tale medium est secundum geometricam proportionalitatem, in qua attenditur aequale non secundum quantitatem, sed secundum proportionem. Sicut si dicamus quod sicut se habent sex ad quatuor, ita se habent tria ad duo, quia utrobique est sesquialtera proportio, in qua maius habet totum minus et mediam partem eius, non autem est aequalitas excessus secundum quantitatem, quia sex excedunt quatuor in duobus, tria vero excedunt duo in uno.

proto je třeba vyrovnati věc věcí, takže, čím má tento více, než je jeho:, z toho, co je druhého; tolik vrátí tomu, čí je to. A tak nastává rovnost podle aritmetického středu, který se béře podle rovného přesahu velikosti, jako pět je střed mezi šesti a čtyřmi; v jednom totiž přesahuje a je přesahováno. Jestliže tedy oba na počátku měli pět, a jeden z nich vzal jedno z toho, co je druhého; jeden totiž beroucí, bude míti šest a druhému zbudou čtyři. Bude tedy spravedlnost, jestliže budou uvedeni do středu, že bude vzato jedno toho, kdo má šest a dáno tomu, kdo má. čtyři; tak totiž oba budou mít pět, což je střed.

K prvnímu se musí říci, že v jiných ctnostech mravních se béře střed podle rozumu a nikoliv podle věci. Ale u spravedlnosti se béře střed věci a proto podle různosti věcí se béře různě střed.

K druhému se musí říci, že všeobecný tvar spravedlnosti je rovnost, v níž se shoduje spravedlnost podílná a směnná. V jedné však nalézáme rovnost podle poměrovosti geometrické, ve druhé podle aritmetické.

K třetímu se musí říci, že v činnostech a trpnostech stav osoby působí na velikost věci; větší je totiž bezpráví, jestliže jest uděren vládce, než když je uderena soukromá osoba. A tak stav osoby v spravedlnosti podílné se béře podle sebe, ve směnné však, pokud se tím mění věc.

LXI.3. Zda látka obojí spravedlnosti je různá.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že látka obojí spravedlnosti není různá. Různost látky totiž působí různost ctnosti, jak patrno u mírnosti a statečnosti. Jestliže tedy spravedlnost podílná a směnná mají různou látku, zdá se, že nejsou obsaženy od jednou ctnosti, totiž pod spravedlností.

Mimo to rozdělování, které patří ke spravedlnosti podílné, je peněz a pocty a jiných, "která mohou být rozdělována mezi ty, kteří mají obecní společenství", jak se praví v V. Ethic. Ale těch je také vzájemná výměna mezi osobami a náleží spravedlnosti směnné. Tedy není různé látky u spravedlnosti podílné a směnné.

Mimo to, jestliže jest jiná látka spravedlnosti podílné a jiná látka směnné, protože se liší druhově, kde nebude rozdíl druhu, nesmí býti různost látky. Ale Filosof stanoví jeden druh spravedlnosti směnné, která však má rozličnou látku. Nezdá se tedy, že je rozličná látka těchto druhů.

Sed in commutationibus redditur aliquid alicui singulari personae propter rem eius quae accepta est, ut maxime patet in emptione et venditione, in quibus primo invenitur ratio commutationis. Et ideo oportet adaequare rem rei, ut quanto iste plus habet quam suum sit de eo quod est alterius, tantundem restituat ei cuius est. Et sic fit aequalitas secundum arithmeticam medietatem, quae attenditur secundum parem quantitatis excessum, sicut quinque est medium inter sex et quatuor, in unitate enim excedit et exceditur. Si ergo a principio uterque habebat quinque, et unus eorum accepit unum de eo quod est alterius; unus, scilicet accipiens, habebit sex, et alii relinquentur quatuor. Erit ergo iustitia si uterque reducatur ad medium, ut accipiatur unum ab eo qui habet sex, et detur ei qui habet quatuor, sic enim uterque habebit quinque, quod est medium.

II-II q. 61 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in aliis virtutibus moralibus accipitur medium secundum rationem, et non secundum rem. Sed in iustitia accipitur medium rei, et ideo secundum diversitatem rerum diversimode medium accipitur.

II-II q. 61 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod generalis forma iustitiae est aequalitas, in qua convenit iustitia distributiva cum commutativa. In una tamen invenitur aequalitas secundum proportionalitatem geometricam, in alia secundum arithmeticam.

II-II q. 61 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod in actionibus et passionibus conditio personae facit ad quantitatem rei, maior enim est iniuria si percutiatur princeps quam si percutiatur privata persona. Et ita conditio personae in distributiva iustitia attenditur secundum se, in commutativa autem secundum quod per hoc diversificatur res.

3. Utrum sit earundem uniformis vel multiplex materia.

II-II q. 61 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod materia utriusque iustitiae non sit diversa. Diversitas enim materiae facit diversitatem virtutis, ut patet in temperantia et fortitudine. Si igitur distributivae iustitiae et commutativae sit diversa materia, videtur quod non contineantur sub una virtute, scilicet sub iustitia.

II-II q. 61 a. 3 arg. 2

Praeterea, distributio, quae pertinet ad distributivam iustitiam, *est pecuniae vel honoris vel aliorum quaecumque dispertiri possunt inter eos qui communitate communicant*; ut dicitur in V Ethic. Quorum etiam est commutatio inter personas ad invicem, quae pertinet ad commutativam iustitiam. Ergo non est diversa materia distributivae et commutativae iustitiae.

II-II q. 61 a. 3 arg. 3

Praeterea, si sit alia materia distributivae iustitiae et alia materia commutativae propter hoc quod differunt specie, ubi non erit differentia speciei, non debebit esse materiae diversitas. Sed philosophus ponit unam speciem commutativae iustitiae, quae tamen habet multiplicem materiam. Non ergo videtur esse multiplex materia harum specierum.

Ale pro opak jest, co se praví v V. Ethic., že "jeden druh spravedlnosti je řídícím v rozdělování, jiný ve výměnách".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, spravedlnost jest o některých vnějších skutcích, totiž rozdělování a výměně; ty pak jsou užíváním některých vnějších buď věcí nebo osob nebo skutků. Věcí totiž, jako když někdo buď vezme nebo vrátí druhému jeho věc, osob pak, jako když někdo samé osobě člověka činí bezpráví, třebas udeřením nebo pohaněním, nebo také když jí prokáže úctu; skutků pak, jako když někdo spravedlivě od jiného vyžaduje nějaký skutek nebo druhému prokazuje nějaký skutek. Jestliže tedy béřeme jako látku obojí spravedlnosti ta, jejichž činy jsou užíváním, je tatáž látka podílné a směnné spravedlnosti; neboť i věci se mohou rozdělovati z obecného jednotlivcům, i měniti jedna za jinou, a také je nějaké rozdělování namáhavých prací, a odměna.

Jestliže však béřeme jako látku obojí spravedlnosti samy hlavní činy, jimiž užíváme osob, věcí a skutků, pak nalézáme na obou stranách jinou látku. Neboť podílná spravedlnost je řídící v rozdělování, směnná pak spravedlnost je vedoucí ve výměnách, které mohou býti mezi dvěma osobami.

A z těch některé jsou nedobrovolné, některé pak dobrovolné. Nedobrovolné totiž, když někdo užívá věci druhého nebo osoby nebo skutku proti jeho vůli. A to se přihází mnohdy tajně podvodem, mnohdy také zjevně násilím. Obojí se však přihází buď vůči věci, nebo vlastní osobě nebo osobě spojené A to, vůči věci, jestliže tajně jeden přijme věc druhého, a nazývá se to krádež; jestliže však zjevně, nazývá se to loupež. - Proti osobě pak vlastní, buď proti samému trvání osoby, nebo vzhledem k její hodnotě Jestliže tedy vzhledem k trvání osoby, pak je uškoděno někomu tajně lstivým zavražděním nebo uhožením a podáním jedu; zjevně pak zjevnou vraždou nebo uvězněním nebo bitím nebo zmrzačením. - Vzhledem pak k hodnotě osoby je někdo tajně poškozen nesprávnými svědectvími neboli utrháním, jimiž někdo ničí jeho pověst, a jinými podobnými. Zjevně pak žalobou u soudu nebo hozením nadávky. - Vzhledem pak k osobě spojené jest někdo poškozen v manželce většinou tajně cizoložstvím, ve služebníku pak, když někdo služebníka svede, aby od pána odešel; a tato mohou také býti veřejně A týž způsob jest u jiných osob spojených, proti nimž mohou nastati bezpráví také všemi způsoby, jako proti hlavní osobě. Ale cizoložství a svedení služebníka jsou vlastní bezpráví u těchto osob; avšak, protože služebník je jakýmsi majetkem pánovým, uvádí se to na krádež.

Dobrovolné pak slují výměny, když někdo dobrovolně přenáší svou věc na druhého. A to, jestliže jednoduše přenáší svou věc na druhého bez povinnosti, jako při darování, není to úkon spravedlnosti, nýbrž štědrosti. Potud však náleží dobrovolné přenesení ke spravedlnosti, pokud je tu něco z pojmu povinnosti. A to se přihází trojmo: Jedním způsobem, když někdo přenáší svou věc jednoduše na druhého jako odměnu za jinou věc, jako se přihází při prodeji a kupu. Druhým způsobem, když někdo dává věc druhému, dovoluje mu užívání věci s povinností vrátiti věc. A jestliže přenáší na druhého zdarma užívání věci; nazývá se to užívání plodu, u věcí, II-II q. 61 a. 3 s. c.

In contrarium est quod dicitur in V Ethic., quod una species iustitiae *est directiva in distributionibus, alia in commutationibus*.

II-II q. 61 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, iustitia est circa quasdam operationes exteriores, scilicet distributionem et commutationem, quae quidem sunt usus quorundam exteriorum, vel rerum vel personarum vel etiam operum, rerum quidem, sicut cum aliquis vel aufert vel restituit alteri suam rem; personarum autem, sicut cum aliquis in ipsam personam hominis iniuriam facit, puta percutiendo vel conviciando, aut etiam cum reverentiam exhibet; operum autem, sicut cum quis iuste ab alio exigit vel alteri reddit aliquod opus. Si igitur accipiamus ut materiam utriusque iustitiae ea quorum operationes sunt usus, eadem est materia distributivae et commutativae iustitiae, nam et res distribui possunt a communi in singulos, et commutari de uno in alium; et etiam est quaedam distributio laboriosorum operum, et recompensatio. Si autem accipiamus ut materiam utriusque iustitiae actiones ipsas principales quibus utimur personis, rebus et operibus, sic inventiur utrobique alia materia. Nam distributiva iustitia est directiva distributionis, commutativa vero iustitia est directiva commutationum quae attendi possunt inter duas personas. Quarum quaedam sunt involuntariae; quaedam vero voluntariae. Involuntariae quidem, quando aliquis utitur re alterius vel persona vel opere, eo invito. Quod quidem contingit quandoque occulte per fraudem; quandoque etiam manifeste per violentiam. Utrumque autem contingit aut in rem aut in personam propriam, aut in personam coniunctam. In rem quidem, si occulte unus rem alterius accipiat, vocatur furtum; si autem manifeste, vocatur rapina. In personam autem propriam, vel quantum ad ipsam consistentiam personae; vel quantum ad dignitatem ipsius. Si autem quantum ad consistentiam personae, sic laeditur aliquis occulte per dolosam occisionem seu percussionem, et per veneni exhibitionem; manifeste autem per occisionem manifestam, aut per incarcerationem aut verberationem seu membri mutilationem. Quantum autem ad dignitatem personae, laeditur aliquis occulte quidem per falsa testimonia seu detractiones, quibus aliquis aufert famam suam, et per alia huiusmodi; manifeste autem per accusationem in iudicio, seu per convicii illationem. Quantum autem ad personam coniunctam, laeditur aliquis in uxore, ut in pluribus occulte, per adulterium; in servo autem, cum aliquis servum seducit, ut a domino discedat; et haec etiam manifeste fieri possunt. Et eadem ratio est de aliis personis coniunctis, in quas etiam possunt omnibus modis iniuriae committi sicut et in personam principalem. Sed adulterium et servi seductio sunt proprie iniuriae circa has personas, tamen, quia servus est possessio quaedam, hoc refertur ad furtum. Voluntariae autem commutationes dicuntur quando aliquis voluntarie transfert rem suam in alterum. Et si quidem simpliciter in alterum transferat rem suam absque debito, sicut in donatione, non est actus iustitiae, sed liberalitatis. Intantum autem ad iustitiam voluntaria translatio pertinet inquantum est ibi aliquid de ratione debiti. Quod quidem contingit tripliciter. Uno modo, quando aliquis transfert simpliciter rem suam in alterum pro recompensatione alterius rei, sicut accidit in venditione et emptione. Secundo modo, quando aliquis tradit rem suam alteri concedens ei usum rei cum debito recuperandi rem. Et si quidem gratis concedit usum

které něco plodí; nebo půjčka nebo zápůjčka, u věcí, které neplodí, jako jsou peníze, nádoby a podobná. Jestliže však ani samo užívání není postoupeno zdarma, nazývá se to nájem a zjednání. Třetím způsobem někdo dává svou věc, aby se vrátila, ne k vůli užívání, nýbrž buď k vůli zachování, jak je tomu u úschovy, neb k vůli závazku, jako když někdo svou věc dá jako rukojmí, nebo když někdo za jiného ručí.

Ve všech pak těchto skutcích jak dobrovolných, tak také nedobrovolných se týmž způsobem béře střed, podle rovnosti odměny. A proto všechny tyto úkony náleží k jednomu druhu spravedlnosti, totiž ke směnně

A tím je patrná odpověď na námitky.

LXI.4. Zda spravedlivo jest jednoduše totéž, co oplátka.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že spravedlivo. jest jednoduše totéž, co oplátka. Soud Boží je totiž jednoduše spravedlivý. Ale tvar Božího soudu je ten, že podle toho; co někdo učinil, trpí, podle onoho Mat. 7: "Jakým soudem budete souditi, budete souzeni; a jakou mírou budete měřiti, bude vám naměřeno." Tedy spravedlivo jest jednoduše totéž co oplátka.

Mimo to v obojím druhu spravedlnosti se dává někomu něco podle jakési rovnosti: A to s ohledem na hodnotu osoby, ve spravedlnosti podílné, kterážto hodnota osoby se zdá vzata zvláště podle skutků, kterými někteří slouží společnosti; s ohledem pak na věc, ve které byl někdo poškozen, ve spravedlnosti směnné. Avšak podle obojí rovnosti někomu je opláceno; co činí. Tedy zdá se, že spravedlivo je totéž, co oplátka.

Mimo to zvláště se zdá, že není třeba opláceti podle toho, co učinil, pro rozdíl dobrovolného od nedobrovolného; kdo totiž nedobrovolně učinil bezpráví, je méně trestán. Ale dobrovolné a nedobrovolné, která seberou s naší strany, nerozlišují střed spravedlnosti, jímž je střed věci, a ne vzhledem k nám. Tedy zdá se, že spravedlivo je totéž, co oplátka.

Avšak proti jest, co Filosof dokazuje, v V. Ethic., že každé spravedlivo není oplátkou.

Odpovídám: Musí se říci, že to, co se nazývá oplátkou, obnáší rovnou odplatu utrpení za předcházející činnost. To se praví sice nejvlastněji v utrpeních bezprávných, jimiž někdo poškozuje osobu bližního, třebas, že když udeří, je uderen. A toto spravedlivo je vymezováno v zákonu, Exod. 21: "Dá duši za duši, oko za oko, zub za zub" atd. A poněvadž také vzíti věc druhého jest jakási činnost, proto za druhé se říká oplátka také v těch, pokud totiž někdo, kdo učinil škodu, je také sám na své věci poškozen. A toto spravedlivo je také obsaženo v zákoně, Exod. 22: "Jestliže někdo ukradne vola nebo ovci, a zabije nebo prodá, pět volů nahradí za jednoho vola a čtyři ovce za jednu ovci." - Za třetí se přenáší jméno oplátky na dobrovolné výměny, při nichž na obou stranách je činnost a trpnost; ale dobrovolné zmenšuje ráz

rei, vocatur usufructus in rebus quae aliquid fructificant; vel simpliciter mutuum seu accommodatum in rebus quae non fructificant, sicut sunt denarii, vasa et huiusmodi. Si vero nec ipse usus gratis conceditur, vocatur locatio et conductio. Tertio modo aliquis tradit rem suam ut recuperandam, non ratione usus, sed vel ratione conservationis, sicut in deposito; vel ratione obligationis, sicut cum quis rem suam pignori obligat, seu cum aliquis pro alio fideiubet. In omnibus autem huiusmodi actionibus, sive voluntariis sive involuntariis, est eadem ratio accipiendi medium secundum aequalitatem recompensationis. Et ideo omnes istae actiones ad unam speciem iustitiae pertinent, scilicet ad commutativam.

II-II q. 61 a. 3 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

4. Utrum secundum aliquam earum specierum iustum sit idem quod contra passum.

II-II q. 61 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod iustum sit simpliciter idem quod contrapassum. Iudicium enim divinum est simpliciter iustum. Sed haec est forma divini iudicii, ut secundum quod aliquis fecit, patiatur, secundum illud Matth. VII, *in quo iudicio iudicaveritis, iudicabimini, et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*. Ergo iustum est simpliciter idem quod contrapassum.

II-II q. 61 a. 4 arg. 2

Praeterea, in utraque iustitiae specie datur aliquid alicui secundum quandam aequalitatem, in respectu quidem ad dignitatem personae in iustitia distributiva, quae quidem personae dignitas maxime videtur attendi secundum opera quibus aliquis communitati servivit; in respectu autem ad rem in qua quis damnificatus est, in iustitia commutativa. Secundum autem utramque aequalitatem aliquis contrapatitur secundum quod fecit. Ergo videtur quod iustum simpliciter sit idem quod contrapassum.

II-II q. 61 a. 4 arg. 3

Praeterea, maxime videtur quod non oporteat aliquem contrapati secundum quod fecit, propter differentiam voluntarii et involuntarii, qui enim involuntarie fecit iniuriam, minus punitur. Sed voluntarium et involuntarium, quae accipiuntur ex parte nostra, non diversificant medium iustitiae, quod est medium rei et non quoad nos. Ergo iustum simpliciter idem esse videtur quod contrapassum.

II-II q. 61 a. 4 s. c.

Sed contra est quod philosophus, in V Ethic., probat non quodlibet iustum esse contrapassum.

II-II q. 61 a. 4 co.

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod illi qui non acceperunt non teneantur restituere. Restitutio enim quaedam poena est accipientis. Sed nullus debet puniri nisi qui peccavit. Ergo nullus debet restituere nisi qui accepit.

II-II q. 62 a. 7 arg. 2

Praeterea, iustitia non obligat aliquem ad hoc quod rem alterius augeat. Sed si ad restitutionem teneretur non solum ille qui accepit, sed etiam illi qui qualitercumque cooperantur, augeretur ex hoc res illius cui est aliquid subtractum, tum quia sibi multoties restitutio fieret; tum etiam quia quandoque aliqui operam dant ad hoc quod aliqua res alicui auferatur, quae tamen ei non aufertur. Ergo non tenentur alii ad restitutionem.

II-II q. 62 a. 7 arg. 3

Praeterea, nullus tenetur se periculo exponere ad hoc quod rem alterius salvet. Sed aliquando, manifestando latronem vel ei resistendo, aliquis periculo mortis se exponeret. Non ergo tenetur aliquis ad restitutionem propter hoc quod non manifestat latronem, vel non ei resistit.

II-II q. 62 a. 7 s. c.

Sed contra est quod dicitur Rom. I, *digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.*

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, k náhradě je vázán někdo nejen z důvodu věci cizí, kterou vzal, nýbrž také z důvodu bezprávného vzetí. A proto kdokoliv je příčinou nespravedlivého odnětí, je vázán k náhradě Což se přihází dvojmo: přímo totiž a nepřímo. A to přímo, když navádí někdo jiného ke braní. A to zase trojmo. A to, nejprve naváděním k samému braní, což se děje příkazováním, raděním, výslovným souhlasem a chválením někoho jako obratného v tom, že béře cizí. Jiným způsobem se strany samého beroucího, protože totiž ho ukrývá nebo jakkoliv mu poskytuje pomoc. Třetím způsobem se strany věci vzaté, protože totiž je účasten na krádeži nebo loupeži, jakožto společník zločinu. Nepřímo pak, když někdo nezabrání, ač může a má zabrániti, nebo že odepře příkaz nebo radu, zabraňující krádeži nebo loupeži nebo že odepře svou pomoc, kterou by se mohl opříti; nebo že skrývá po činu. Ta jsou obsažena v těchto verších:

Kdo poručí, poradí, dá souhlas, chválí a skrývá, účastník, mlčící, kdo bránit, povědět nechce.

Musí se však věděti, že pět vyjmenovaných vždy zavazuje k náhradě Nejprve kdo poručí, poněvadž totiž ten, jenž poručí, je hlavním hybatelem, pročež sám hlavně je vázán k náhradě Za druhé souhlas: k tomu totiž, bez čeho loupež nemůže nastati. Za třetí skrývání, když totiž někdo přijímá zločince a poskytuje jim ochrany. Za čtvrté účastník, když totiž někdo má podíl na zločinu loupeže a na kořisti. Za páté je vázán ten, kdo nebránil, ač je vázán zabrániti, jako vládci, kteří jsou vázáni chrániti spravedlnost v zemi, jestliže jejich opomenutím se rozmáhají lupiči, jsou vázáni k náhradě, protože přijmy, jaké mají, jsou jako mzdy, k tomu ustanovené, aby udržovali spravedlnost v zemi.

V jiných pak případech vypočítaných není vždy zavázán každý k náhradě Není totiž vždy rada nebo pochlebování nebo něco podobného účinnou příčinou loupeže. Pročež pouze tehdy je zavázán rádce nebo lichotník, to jest pochlebovač, k náhradě, když důvodně lze počítati, že z těchto příčin následovalo nespravedlivé odnětí.

K prvnímu se musí tedy říci, že nehřeší pouze ten, kdo hřích vykoná, nýbrž i kdo jakýmkoliv způsobem je příčinou hříchu, buď radou nebo poručením nebo jakýmkoliv jiným způsobem.

K druhému se musí říci, že hlavně je zavázán nahraditi ten, kdo je hlavní při skutku; a to hlavně poroučející, druhotně vykonávající, a dále po řadě jiní. Jestliže však jeden nahradí tomu, kdo utrpěl škodu, jiný mu není povinen nahraditi; ale ti, kteří jsou hlavní při skutku, a k nimž věc přišla, jsou povinni nahraditi jiným, kteří nahradili.- Kdykoliv pak někdo poroučí nespravedlivé odnětí, které nenásleduje, nemusí se vykonati náhrada, protože náhrada je hlavně zařízena ke znovuzřízení majetku toho, kdo byl nespravedlivě poškozen.

K třetímu se musí říci, že není vždy zavázán k náhradě, kdo neprozradí lupiče, nebo kdo. nezabraňuje nebo kdo nekárá; nýbrž jen když to náleží někomu z povinnosti, jako vládcům země: Těm však odtud nehrozí velké nebezpečí: proto jsou totiž vybaveni veřejnou mocí, aby

Ergo, pari ratione, etiam consentientes debent restituere.

II-II q. 62 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, ad restitutionem tenetur aliquis non solum ratione rei alienae quam accepit, sed etiam ratione iniuriosae acceptionis. Et ideo quicumque est causa iniustae acceptionis tenetur ad restitutionem quod quidem contingit dupliciter, directe scilicet, et indirecte. Directe quidem, quando inducit aliquis alium ad accipiendum. Et hoc quidem tripliciter. Primo quidem, movendo ad ipsam acceptionem, quod quidem fit praecipiendo, consulendo, consentiendo expresse, et laudando aliquem quasi strenuum de hoc quod aliena accipit. Alio modo, ex parte ipsius accipientis, quia scilicet eum receptat, vel qualitercumque ei auxilium fert. Tertio modo, ex parte rei acceptae, quia scilicet est particeps furti vel rapinae, quasi socius maleficii. Indirecte vero, quando aliquis non impedit, cum possit et debeat impedire, vel quia subtrahit praeceptum sive consilium impediens furtum sive rapinam; vel quia subtrahit suum auxilium, quo posset obsistere; vel quia occultat post factum. Quae his versibus comprehenduntur, *iussio, consilium, consensus, palpo, recursus, participans, mutus, non obstans, non manifestans*. Sciendum tamen quod quinque praemissorum semper obligant ad restitutionem. Primo, iussio, quia scilicet ille qui iubet est principaliter movens; unde ipse principaliter tenetur ad restituendum. Secundo, consensus, in eo scilicet sine quo rapina fieri non potest. Tertio, recursus, quando scilicet aliquis est receptator latronum et eis patrocinium praestat. Quarto, participatio, quando scilicet aliquis participat in crimine latrocinii et in praeda. Quinto, tenetur ille qui non obstat, cum obstare teneatur, sicut principes, qui tenentur custodire iustitiam in terra, si per eorum defectum latrones increscant, ad restitutionem tenentur; quia redditus quos habent sunt quasi stipendia ad hoc instituta ut iustitiam conservent in terra. In aliis autem casibus enumeratis non semper obligatur aliquis ad restituendum. Non enim semper consilium vel adulatio, vel aliquid huiusmodi, est efficax causa rapinae. Unde tunc solum tenetur consiliator aut palpo, idest adulator, ad restitutionem, quando probabiliter aestimari potest quod ex huiusmodi causis fuerit iniusta acceptio subsecuta.

II-II q. 62 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod non solum peccat ille qui peccatum exequitur, sed etiam qui quocumque modo peccati est causa sive consiliando, sive praecipiendo, sive quovis alio modo.

II-II q. 62 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod principaliter tenetur restituere ille qui est principalis in facto, principaliter quidem praecipiens, secundario exequens, et consequenter alii per ordinem. Uno tamen restituente illi qui passus est damnum, alius eidem restituere non tenetur, sed illi qui sunt principales in facto, et ad quos res pervenit, tenentur aliis restituere qui restituerunt. Quando autem aliquis praecipit iniustam acceptionem quae non subsequitur, non est restitutio facienda, cum restitutio principaliter ordinetur ad reintegrandam rem eius qui iniuste est damnificatus.

II-II q. 62 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod non semper ille qui non manifestat latronem tenetur ad restitutionem, aut qui non obstat, vel qui non reprehendit, sed solum quando incumbit alicui ex officio, sicut principibus terrae. Quibus ex hoc non

byli strážci spravedlnosti.

LXII.8. Zda je někdo vázán ihned nahraditi, či může dovoleně náhradu odložiti.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že někdo není vázán ihned nahraditi, nýbrž spíše může dovoleně odložiti náhradu. Příkazy kladné totiž nezavazují pro vždy. Ale nutnost nahraditi nastává z příkazu kladného. Tedy nezavazuje. se člověk, aby ihned nahradil.

Mimo to nikdo není vázán k nemožnému. Ale mnohdy někdo nemůže ihned nahraditi. Tedy nikdo není povinen nahraditi ihned.

Mimo to náhrada je nějaký úkon ctnosti, totiž spravedlnosti. Čas je však jednou z okolností, které se vyžadují k úkonům ctnosti. Když tedy jiné okolnosti nejsou určené v úkonech ctnosti, nýbrž určované podle pojmu opatrnosti, zdá se, že ani pro náhradu není určen čas, aby totiž někdo byl vázán ihned nahraditi.

Avšak proti jest, že týž důvod se zdá býti ve všech, která mají býti nahražena. Ale ten, kdo najme práci nádeníkovu, nemůže odložiti náhradu, jak je patrné z toho, co máme Levit. 19: "Nebude u tebe čekati práce nádeníkova až do rána." Tedy ani v jiných náhradách nemůže nastati odložení, nýbrž musí se nahraditi ihned.

Odpovídám: Musí se říci, že jako vzíti věc cizí je hřích proti spravedlnosti, tak také zadržovati ji, protože tím, že někdo zadržuje cizí věc, proti vůli pána, brání mu v užívání jeho věci a tak mu působí bezpráví. Je však jasné, že není dovoleno ani malou dobu zůstávati ve hříchu, nýbrž každý je vázán ihned opustiti hřích, podle onoho Eccli 21: "Jako před tváří hada utíkej hříchu." A proto každý je vázán ihned nahraditi nebo žádati odklad od toho, kdo může dovoliti užívání věci.

K prvnímu se tedy musí říci, že příkaz o vykonání náhrady, třebaže je podle tvaru kladný, přece obsahuje v sobě příkaz záporný, kterým se nám zakazuje zadržovati cizí věc.

K druhému se musí říci, že když někdo nemůže nahraditi ihned, sama nemožnost osvobozuje ho od okamžité náhrady, jako také zcela je osvobozen od náhrady, jestliže je zcela neschopen. Musí však odpuštění nebo prodloužení žádati od toho, jemuž je povinen, buď sám nebo skrze druhého.

K třetímu se musí říci, že opomenutí kterékoliv okolnosti, která se protiví ctnosti, musí se míti za určené a dlužno tuto okolnost zachovávati. A protože oddálením náhrady se páše hřích nespravedlivého zadržování, který je protilehlý spravedlivému, proto je nutné, aby čas byl určen, aby se náhrada stala ihned.

multum imminet periculum, propter hoc enim potestate publica potiuntur, ut sint iustitiae custodes.

8. Utrum sit statim restituendum.

II-II q. 62 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod non teneatur aliquis statim restituere, sed potius licite possit restitutionem differre. Praecepta enim affirmativa non obligant ad semper. Sed necessitas restituendi imminet ex praecepto affirmativo. Ergo non obligatur homo ad statim restituendum.

II-II q. 62 a. 8 arg. 2

Praeterea, nullus tenetur ad impossibile. Sed quandoque aliquis non potest statim restituere. Ergo nullus tenetur ad statim restituendum.

II-II q. 62 a. 8 arg. 3

Praeterea, restitutio est quidam actus virtutis, scilicet iustitiae. Tempus autem est una de circumstantiis quae requiruntur ad actus virtutum. Cum igitur aliae circumstantiae non sint determinatae in actibus virtutum, sed determinabiles secundum rationem prudentiae; videtur quod nec in restitutione sit tempus determinatum, ut scilicet aliquis teneatur ad statim restituendum.

II-II q. 62 a. 8 s. c.

Sed contra est quod eadem ratio esse videtur in omnibus quae sunt restituenda. Sed ille qui conducit opera mercenarii non potest differre restitutionem, ut patet per illud quod habetur Levit. XIX *non morabitur opus mercenarii tui apud te usque mane*. Ergo neque in aliis restitutionibus faciendis potest fieri dilatio, sed statim restituere oportet.

II-II q. 62 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod sicut accipere rem alienam est peccatum contra iustitiam, ita etiam detinere eam, quia per hoc quod aliquis detinet rem alienam invito domino, impedit eum ab usu rei suae, et sic ei facit iniuriam. Manifestum est autem quod nec per modicum tempus licet in peccato morari, sed quilibet tenetur statim peccatum deserere, secundum illud Eccli. XXI, *quasi a facie colubri fuge peccatum*. Et ideo quilibet tenetur statim restituere, vel petere dilationem ab eo qui potest usum rei concedere.

II-II q. 62 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod praeceptum de restitutione facienda, quamvis secundum formam sit affirmativum, implicat tamen in se negativum praeceptum, quo prohibemur rem alterius detinere.

II-II q. 62 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod quando aliquis non potest statim restituere, ipsa impotentia absolvit eum ab instanti restitutione facienda, sicut etiam totaliter a restitutione absolvitur si omnino sit impotens. Debet tamen remissionem vel dilationem petere ab eo cui debet, aut per se aut per alium.

II-II q. 62 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod cuiuscumque circumstantiae omissio contrariatur virtuti, pro determinata est habenda, et oportet illam circumstantiam observare. Et quia per dilationem restitutionis committitur peccatum iniustae detentionis, quod iustitiae opponitur, ideo necesse est

LXIII. O přijímání osob,

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Pak jest uvažovati o neřestech, protilehlých řečeným částem spravedlnosti. A nejdříve o přijímání osob, které je proti= lehlé spravedlnosti podílné; za druhé o hříších, které jsou protilehlé spravedlnosti směrné.

O prvním jsou čtyři otázky:

1. Zda přijímání osob je hřích.

2. Zda má místo v rozdělování duchovních.

3. Zda v prokazování poct.

4. Zda při soudech.

LXIII.1. Zda přijímání osob je hřích.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že přijímání osob není hřích. Neboť ve jméně osoby se rozumí hodnota osoby. Ale uvažovati hodnoty osob náleží ke spravedlnosti podílně Tedy přijímání osob není hřích.

Mimo to v lidských věcech jsou hlavnější osoby než věci, protože věci jsou pro osoby a nikoliv naopak. Ale přijímání věcí není hřích. Tedy mnohem méně přijímání osob.

Mimo to u Boha nemůže -býti žádná nepravost nebo hřích. Ale zdá se; že Bůh přijímá osoby, protože mnohdy ze dvou lidí téhož stavu jednoho přijme na milost a druhého zanechá ve hříchu, podle onoho Mat. 24: "Dva budou na lůžku: jeden bude vzat a druhý ponechán." Tedy přijímání osob není hřích.

Avšak proti, nic není zakazováno v zákoně božském, leč hřích. Ale přijímání osob je zakazováno v Deut. 1, kde se praví: "Nebudete přijímati ničí osobu." Tedy přijímání osob je hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že přijímání osob je protilehlé spravedlnosti podílně Rovnost spravedlnosti podílné spočívá totiž v tom, že různým osobám různě se uděluje podle poměru k hodnotám osob. Jestliže tedy někdo uvažuje onu vlastnost osoby, pro kterou to, co se jí dostává, je jí povinné, nebude to přijímání osoby, nýbrž příčiny. Pročež Glossa, k onomu Efes. 6: "U Boha není přijímání osob," praví, že spravedlivý soudce rozlišuje příčiny, nikoliv osoby. Třebas když někdo povýší někoho na mistrovství pro dostatečné vědění, zde se dbá náležité příčiny, nikoliv osoby; jestliže však někdo uvažuje u někoho, jemuž něco udělí, nikoliv to, pro co by mu bylo přiměřené nebo povinné to, čeho se mu dostává, nýbrž pouze to, že je to tento člověk třebas Petr nebo Martin, je tu přijímání osoby, protože se mu neuděluje něco pro nějakou příčinu, která by ho činila hodným, nýbrž jednoduše se uděluje osobě.

tempus esse determinatum, ut statim restitutio fiat.

63. De vitiis oppositis praedictis iustitiae partibus. Et primo de acceptione personarum quae opponitur iustitiae distributivae.

Prooemium

II-II q. 63 pr.

Deinde considerandum est de vitiis oppositis praedictis iustitiae partibus. Et primo, de acceptione personarum, quae opponitur iustitiae distributivae; secundo, de peccatis quae opponuntur iustitiae commutativae. Circa primum quaeruntur quatuor. Primo, utrum personarum acceptio sit peccatum. Secundo, utrum habeat locum in dispensatione spiritualium. Tertio, utrum in exhibitione honorum. Quarto, utrum in iudiciis.

1. Utrum personarum acceptio sit peccatum.

II-II q. 63 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod personarum acceptio non sit peccatum. In nomine enim personae intelligitur personae dignitas. Sed considerare dignitates personarum pertinet ad distributivam iustitiam. Ergo personarum acceptio non est peccatum.

II-II q. 63 a. 1 arg. 2

Praeterea, in rebus humanis personae sunt principaliores quam res, quia res sunt propter personas, et non e converso. Sed rerum acceptio non est peccatum. Ergo multo minus acceptio personarum.

II-II q. 63 a. 1 arg. 3

Praeterea, apud Deum nulla potest esse iniquitas vel peccatum. Sed Deus videtur personas accipere, quia interdum duorum hominum unius conditionis unum assumit per gratiam, et alterum relinquit in peccato, secundum illud Matth. XXIV, *duo erunt in lecto, unus assumetur et alius relinquetur*. Ergo acceptio personarum non est peccatum.

II-II q. 63 a. 1 s. c.

Sed contra, nihil prohibetur in lege divina nisi peccatum. Sed personarum acceptio prohibetur Deut. I, ubi dicitur, *non accipietis cuiusquam personam*. Ergo personarum acceptio est peccatum.

II-II q. 63 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod personarum acceptio opponitur distributivae iustitiae. Consistit enim aequalitas distributivae iustitiae in hoc quod diversis personis diversa tribuuntur secundum proportionem ad dignitates personarum. Si ergo aliquis consideret illam proprietatem personae propter quam id quod ei confertur est ei debitum, non erit acceptio personae, sed causae, unde Glossa, super illud ad Ephes. VI, *non est personarum acceptio apud Deum*, dicit quod iudex iustus causas discernit, non personas. Puta si aliquis promoveat aliquem ad magisterium propter sufficientiam scientiae, hic attenditur causa debita, non persona, si autem aliquis consideret in eo cui aliquid confert, non id propter quod id quod ei datur esset ei proportionatum vel debitum, sed solum hoc quod est iste homo, puta Petrus vel Martinus, est hic acceptio personae, quia non attribuitur ei aliquid propter aliquam

K osobě se však vztahuje kterákoliv podmínka, která nepřispívá k příčině, pro niž je hodný tohoto daru, třebas když někdo povýší někoho k představenstvu nebo k mistrovství protože je bohatý nebo že jest jeho příbuzný, je to přijímání osoby. Přihází se však, že některá podmínka osoby činí ji hodnou vzhledem k jedné věci a nikoliv vzhledem k druhé, jako příbuzenství činí někoho hodným k tomu, aby byl ustanovím dědicem otcovského podílu, nikoliv však k tomu, aby mu byla udělena církevní hodnost. A proto táž podmínka osoby, v jedné záležitosti uvažovaná, působí přijímání osoby, v jiné však nepůsobí.

Tak tedy je patrné, že přijímání osob je protilehlé spravedlnosti podílné v tom, že se tu jedná mimo úměrnost. Nic však není protilehlé ctnosti než hřích. Pročež následuje, že přijímání osob je hřích.

K prvnímu se tedy musí říci, že při spravedlnosti podílné se uvažují podmínky osob, které mají vliv na příčinu hodnoty nebo povinnosti. Ale při přijímání osob se uvažují podmínky, které nemají vlivu na příčinu, jak bylo řečeno.

K druhému se musí říci, že osoby jsou úměrné a stávají se hodnými něčeho, co se jim rozděluje, pro některé věci, které náležejí ke stavu osoby. A proto takových podmínek se musí dbáti jako vlastní příčiny. Když se však uvažují samy osoby, béře se za příčinu, co není příčinou. A proto je patrné, že, ač osoby jsou hodnější jednoduše, nejsou hodnější vzhledem k tomuto.

K třetímu se musí říci, že dvojí je dávání. Jedno totiž, náležející ke spravedlnosti, jímž totiž dává někdo někomu, co je povinen. A v takových dáváních se béře přijímání osob. Jiné je dávání, náležející ke štědrosti, jímž se totiž zdarma dává někomu, co mu není povinné. A takové je udělení skutků milosti, kterou jsou hříšníci přijímáni od Boha. A v tomto darování nemá místa přijímání osob, protože každý může bez ne spravedlnosti dáti ze svého kolik chce, a komu chce, podle onoho Mat. 20: "Či nesmím činiti co chci? Vezmi, co je tvého, a jdi."

LXIII.2. Zda v rozdělování duchovních má místo přijímání osob

Při druhé se postupuje takto: Zdá se že v rozdělování duchovních nemá místa přijímání osob. Uděliti totiž církevní hodnost nebo obročí pro příbuzenství zdá se náležeti k přijímání osob, protože příbuzenství není příčina, činící člověka hodným církevního obročí. Ale to se nezdá býti hříchem, protože představení církve to činí podle zvyku. Tedy hřích přijímání osob nezdá se míti místo v rozdělování duchovních.

Mimo to dáti přednost bohatému před chudým zdá se náležeti k přijímání osob, jak je patrné Jak. 2. Ale snáze se dovoluje bohatým a mocným, aby uzavřeli manželství v zakázaném stupni, než jiným. Tedy hřích přijímání osob nezdá se míti místa v rozdělování duchovních.

causam quae faciat eum dignum, sed simpliciter attribuitur personae. Ad personam autem refertur quaecumque conditio non faciens ad causam propter quam sit dignus hoc dono, puta si aliquis promoveat aliquem ad praelationem vel magisterium quia est dives, vel quia est consanguineus suus, est acceptio personae. Contingit tamen aliquam conditionem personae facere eam dignam respectu unius rei, et non respectu alterius, sicut consanguinitas facit aliquem dignum ad hoc quod instituatur heres patrimonii, non autem ad hoc quod conferatur ei praelatio ecclesiastica. Et ideo eadem conditio personae in uno negotio considerata facit acceptionem personae, in alio autem non facit. Sic ergo patet quod personarum acceptio opponitur iustitiae distributivae in hoc quod praeter proportionem agitur. Nihil autem opponitur virtuti nisi peccatum. Unde consequens est quod personarum acceptio sit peccatum.

II-II q. 63 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in distributiva iustitia considerantur conditiones personarum quae faciunt ad causam dignitatis vel debiti. Sed in acceptione personarum considerantur conditiones quae non faciunt ad causam, ut dictum est.

II-II q. 63 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod personae proportionantur et dignae redduntur aliquibus quae eis distribuuntur, propter aliquas res quae pertinent ad conditionem personae, et ideo huiusmodi conditiones sunt attendendae tanquam propriae causae. Cum autem considerantur ipsae personae, attenditur non causa ut causa. Et ideo patet quod, quamvis personae sint digniores simpliciter, non tamen sunt digniores quoad hoc.

II-II q. 63 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod duplex est datio. Una quidem pertinens ad iustitiam, qua scilicet aliquis dat alicui quod ei debetur. Et circa tales dationes attenditur personarum acceptio. Alia est datio ad liberalitatem pertinens, qua scilicet gratis datur alicui quod ei non debetur. Et talis est collatio munerum gratiae, per quae peccatores assumuntur a Deo. Et in hac donatione non habet locum personarum acceptio, quia quilibet potest absque iniustitia de suo dare quantum vult et cui vult, secundum illud Matth. XX, *an non licet mihi quod volo facere? Tolle quod tuum est, et vade*.

2. Utrum habeat locum in dispensatione spiritualium.

II-II q. 63 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod in dispensatione spiritualium locum non habeat personarum acceptio. Conferre enim dignitatem ecclesiasticam seu beneficium alicui propter consanguinitatem videtur ad acceptionem personarum pertinere, quia consanguinitas non est causa faciens hominem dignum ecclesiastico beneficio. Sed hoc non videtur esse peccatum, cum hoc ex consuetudine praelati Ecclesiae faciant. Ergo peccatum personarum acceptionis non videtur locum habere in dispensatione spiritualium.

II-II q. 63 a. 2 arg. 2

Praeterea, praeferre divitem pauperi videtur ad acceptionem personarum pertinere, ut patet Iac. II. Sed facilius dispensatur cum divitibus et potentibus quod contrahant matrimonium in gradu prohibito, quam cum aliis. Ergo

Mimo to podle právníků stačí voliti dobré, nevyžaduje se však, aby někdo volil lepší. Ale voliti méně dobré k něčemu vyššímu se zdá náležeti k přijímání osob. Tedy přijímání osob není hřích v duchovních.

Mimo to podle stanov Církve se má voliti někdo z lůna Církve. Ale to se zdá patřiti k přijímání osob, protože mnohdy se nalézají jinde lepší. Tedy přijímání osob není hřích v duchovních.

Avšak proti jest, co se praví Jak. 2: "Nemějte víry v Pána našeho Ježíše Krista s přijímáním osob." K tomu praví Glossa Augustinova: "Kdo snese, jestliže někdo zvolí na čestné místo v Církvi bohatého, pohrdnuv chudým, učenějším a světějším?"

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, přijímání osob je hřích, pokud je protilehlé spravedlnosti. V čím vyšších však někdo přestoupí spravedlnost, tím tíže hřeší. Proto, ježto duchovní jsou více než časná, je větší hřích přijímati osoby v rozdělování duchovních než v rozdělování časných.

A protože přijímání osob je, když se něco uděluje osobě, nad poměr její hodnoty, je třeba uvážiti, že hodnota nějaké osoby se může uvažovati dvojmo: Jedním způsobem jednoduše a sama v sobě, a tak je větší hodnoty ten, kdo více oplývá duchovními dary milosti. Jiným způsobem ve vztahu k dobru společnému: přihází se totiž mnohdy, že ten, kdo je méně svatý a méně učený, může více přispěti společnému dobru pro moc nebo zručnost světskou nebo pro něco podobného. A poněvadž rozdělování duchovních jsou zařízena hlavně užitku společnému, podle onoho I. Kor. 12: "Každému se dává zjevení Ducha k prospěchu," proto někdy bez přijímání osob v rozdělování duchovních dává se přednost těm, kteří jsou jednoduše méně dobří, před lepšími, jako také i. Bůh milosti darmo dané mnohdy uděluje méně dobrým.

K prvnímu se tedy musí říci, že ohledně příbuzných představeného se musí rozlišovati. Neboť někdy jsou méně hodni i jednoduše i vzhledem ke společnému dobru. A tak, je-li jim dána přednost před hodnějšími, je to hřích přijímání osob v rozdělování duchovních, jichž církevní představený není pánem, aby je mohl dáti podle libovůle, nýbrž rozdělovatelem podle onoho I. Kor. 4: "Tak nás považuj člověk, za služebníky Kristovy a rozdělovatele tajemství Božích." - Někdy však příbuzní církevního představeného jsou stejně hodni jako jiní. A tak dovolenĕ může bez přijímání osob dáti svým příbuzným přednost, protože aspoň v tom vynikají, že na ně více může spoléhati, že s ním budou jednomyslně projednávati církevní záležitosti. Musel by však od toho upustiti, kdyby z toho někteří brali příklad také dávati příbuzným bez hodnosti statky církevní.

peccatum personarum acceptionis non videtur locum habere circa dispensationem spiritualium.

II-II q. 63 a. 2 arg. 3

Praeterea, secundum iura sufficit eligere bonum, non autem requiritur quod aliquis eligat meliorem. Sed eligere minus bonum ad aliquid altius videtur ad acceptionem personarum pertinere. Ergo personarum acceptio non est peccatum in spiritualibus.

II-II q. 63 a. 2 arg. 4

Praeterea, secundum statuta Ecclesiae eligendus est aliquis de gremio Ecclesiae. Sed hoc videtur ad acceptionem personarum pertinere, quia quandoque sufficientiores alibi inveniretur. Ergo personarum acceptio non est peccatum in spiritualibus.

II-II q. 63 a. 2 s. c.

Sed contra est quod dicitur Iac. II, *nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi*. Ubi dicit Glossa Augustini, *quis ferat si quis divitem eligat ad sedem honoris Ecclesiae, contempto paupere instructiore et sanctiore?*

II-II q. 63 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, acceptio personarum est peccatum inquantum contrariatur iustitiae. Quanto autem in maioribus aliquis iustitiam transgreditur, tanto gravius peccat. Unde cum spiritualia sint temporalibus potiora, gravius peccatum est personas accipere in dispensatione spiritualium quam in dispensatione temporalium. Et quia personarum acceptio est cum aliquid personae attribuitur praeter proportionem dignitatis ipsius, considerare oportet quod dignitas alicuius personae potest attendi dupliciter. Uno modo, simpliciter et secundum se, et sic maioris dignitatis est ille qui magis abundat in spiritualibus gratiae donis. Alio modo, per comparationem ad bonum commune, contingit enim quandoque quod ille qui est minus sanctus et minus sciens, potest maius conferre ad bonum commune, propter potentiam vel industriam saecularem, vel propter aliquid huiusmodi. Et quia dispensationes spiritualium principalius ordinantur ad utilitatem communem, secundum illud I ad Cor. XII, *unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem*; ideo quandoque absque acceptione personarum in dispensatione spiritualium illi qui sunt simpliciter minus boni, melioribus praeferuntur, sicut etiam et Deus gratias gratis datas quandoque concedit minus bonis.

II-II q. 63 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod circa consanguineos praelati distinguendum est. Quia quandoque sunt minus digni et simpliciter, et per respectum ad bonum commune. Et sic si dignioribus praeferantur, est peccatum personarum acceptionis in dispensatione spiritualium, quorum praelatus ecclesiasticus non est dominus, ut possit ea dare pro libito, sed dispensator, secundum illud I ad Cor. IV, *sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei*. Quandoque vero consanguinei praelati ecclesiastici sunt aeque digni ut alii. Et sic licite potest, absque personarum acceptione, consanguineos suos praeferre, quia saltem in hoc praeeminent, quod de ipsis magis confidere potest ut unanimiter secum negotia Ecclesiae tractent. Esset tamen hoc propter scandalum dimittendum, si ex hoc aliqui exemplum sumerent, etiam praeter dignitatem, bona Ecclesiae consanguineis dandi.

K druhému se musí říci, že dovolení uzavříti manželství hlavně se stává pro utvrzení stavu míru, což je nutnější společnému užitku u osob vznešenějších. Proto se jím to snáze dovoluje bez přijímání osob.

K třetímu se musí říci, že na to, aby volba nemohla býti napadána na soudu stačí zvoliti dobrého a není třeba voliti lepšího, protože tak každá volba by mohla býti nařčena. Ale vzhledem ke svědomí voličovu nutno voliti lepšího buď jednoduše nebo ve vztahu ke společnému dobru. Protože, lze-li míti nějakého vhodnějšího pro nějakou hodnost, a jinému se dá přednost, je třeba, aby to bylo pro nějakou příčinu. Jestliže se pak ona hodí k záležitosti, v tom bude ten, který je zvolen, vhodnější. Jestliže se však nehodí k záležitosti to, co je považováno za příčinu. bude jasně přijímání osob.

Ke čtvrtému se musí říci, že ten, kdo se běře z lůna Církve, obyčejně bývá užitečnější co do společného dobra, protože více miluje Církev, v níž byl živen. A proto také se přikazuje, Deut. 17: "Nemůžeš učiniti králem člověka jiného kmene, jenž není tvým bratrem."

LXIII.3. Zda v prokazování cti a úcty má místo hřích přijímání osob.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že v prokazování cti a úcty nemá místa hřích přijímání osob. Neboť čest se nezdá býti nic jiného než nějaká úcta, prokázaná někomu na svědectví jeho ctnosti, jak je patrné z Filosofa, v I. Ethic. Ale představení a vládcové musejí býti ctěni, i když jsou špatní, jakož i rodiče; o nichž se přikazuje; Exod. 20: "Cti otce svého i matku svou." A také páni musejí býti ctěni od služebníka, i když jsou špatní, podle onoho I. Tim. 6: "Kdokoli jsou pod jhem otrockým, pokládejte své pány za hodné cti." Tedy zdá se, že přijímání v prokazování cti není hříchem.

Mimo to, Levit 19, se přikazuje: "Před šedivou hlavou povstaň a cti osobu starce." Ale to se zdá patřiti k přijímání osob, protože mnohdy starci nejsou ctnostní, podle onoho Dan. 13: "Vyšla nepravost od starších lidu." Tedy v prokazování- cti přijímání osob není hříchem.

Mimo to, k onomu Jak. 2, "Nemějte s přijímáním osob víru", atd., praví Glossa Augustinova: "Jestliže to, co praví Jakub, _0□vstoupí-li do vašeho shromáždění muž, mající zlatý prsten' atd., se rozumí o každodenních schůzkách, kdo zde nehřeší, jestli totiž hřeší?" Ale to je přijímání osob, cítí bohaté pro bohatství; praví totiž Řehoř v kterési homilii: "Naše pýcha jest odmítána, protože cítíme v lidech nikoliv přirozenost, kterou jsou stvořeni k obrazu Božímu, nýbrž bohatství." A tak, protože bohatství není náležitou příčinou cti, bude to patřiti k přijímání osob. Tedy přijímání osob při prokazování cti není hříchem.

II-II q. 63 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod dispensatio matrimonii contrahendi principaliter fieri consuevit propter foedus pacis firmandum, quod quidem magis est necessarium communi utilitati circa personas excellentes. Ideo cum eis facilius dispensatur absque peccato acceptionis personarum.

II-II q. 63 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod quantum ad hoc quod electio impugnari non possit in foro iudiciali, sufficit eligere bonum, nec oportet eligere meliorem, quia sic omnis electio posset habere calumniam. Sed quantum ad conscientiam eligentis, necesse est eligere meliorem vel simpliciter, vel in comparatione ad bonum commune. Quia si potest haberi aliquis magis idoneus erga aliquam dignitatem et alius praeferatur, oportet quod hoc sit propter aliquam causam. Quae quidem si pertineat ad negotium, quantum ad hoc erit ille qui eligitur magis idoneus. Si vero non pertineat ad negotium id quod consideratur ut causa, erit manifeste acceptio personae.

II-II q. 63 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod ille qui de gremio Ecclesiae assumitur, ut in pluribus consuevit esse utilior quantum ad bonum commune, quia magis diligit Ecclesiam in qua est nutritus. Et propter hoc etiam mandatur Deut. XVII, *non poteris alterius gentis facere regem, qui non sit frater tuus*.

3. Utrum habeat locum in exhibitione honoris.

II-II q. 63 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod in exhibitione honoris et reverentiae non habeat locum peccatum acceptionis personarum. Honor enim nihil aliud esse videtur quam reverentia quaedam alicui exhibita in testimonium virtutis, ut patet per philosophum, in I Ethic. Sed praelati et principes sunt honorandi, etiam si sint mali; sicut etiam et parentes, de quibus mandatur Exod. XX, honora patrem tuum et matrem tuam; et etiam domini sunt a servis honorandi, etiam si sint mali, secundum illud I ad Tim. VI, *quicumque sunt sub iugo servi, dominos suos honore dignos arbitrentur*. Ergo videtur quod acceptio personae non sit peccatum in exhibitione honoris.

II-II q. 63 a. 3 arg. 2

Praeterea, Levit. XIX praecipitur, *coram cano capite consurge, et honora personam senis*. Sed hoc videtur ad acceptionem personarum pertinere, quia quandoque senes non sunt virtuosi, secundum illud Dan. XIII, *egressa est iniquitas a senioribus populi*. Ergo acceptio personarum non est peccatum in exhibitione honoris.

II-II q. 63 a. 3 arg. 3

Praeterea, super illud Iac. II, *nolite in personarum acceptione habere* etc., dicit Glossa Augustini, *si hoc quod Iacobus dicit, si introierit in conventum vestrum vir habens anulum aureum etc., intelligatur de quotidianis consessibus quis hic non peccat, si tamen peccat?* Sed haec est acceptio personarum, divites propter divitias honorare, dicit enim Gregorius, in quadam homilia, *superbia nostra retunditur, quia in hominibus non naturam, qua ad imaginem Dei facti sunt, sed divitias honoramus*; et sic, cum divitiae non sint debita causa honoris, pertinebit hoc ad personarum acceptionem. Ergo personarum acceptio non est peccatum circa exhibitionem honoris.

Avšak proti jest, co se praví v Glosse, K Jak. 2: "Kdokoliv cti boháče pro bohatství, hřeší." A stejným právem, jestliže někdo je ctěn pro jiné důvody, které nečiní hodným cti, což náleží k přijímání osob. Tedy přijímání osob v projevování cti je hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že čest jest nějaké svědectví o ctnosti toho, kdo je ctěn. A proto pouze ctnost je náležitou příčinou cti. Musí se však věděti; že někdo může býti ctěn nejen pro ctnost vlastní, nýbrž také pro ctnost druhého, jako vládcové a představení jsou ctěni, i když jsou špatní, pokud zastupují osobu Boží nebo společnosti, jíž jsou představeni, podle onoho Přísl. 26: "Jako kdo klade kámen na hromadu Merkuriovu, tak kdo uděluje nerozumnému čest." Protože totiž pohané připisovali Merkuriovi počítání, hromadou Merkuriovou sluje souhrnné počítání, v němž kupec někdy položí jeden kamének za sto marek. Tak také se ctí nemoudrý, jenž se staví místo Boha a místo celé společnosti, A z téhož důvodu musí se ctíti rodiče a páni pro účast na hodnosti Boha, jenž je všech Otcem a Pánem. Starci pak se musejí ctíti pro známku ctnosti, jíž je stáří, třebaže ta známka někdy klame. Proto, jak se praví Moudr. 4: "Stáří je ctihodné, nikoliv dlouhověké ani určované počtem roků; ale šedinami jest člověkovi rozvážnost a věkem starým je život neposkvrněný." Bohatí pak mají býti ctěni proto, že zaujímají význačné místo v obcích. Jestliže však jsou ctěni jen vzhledem k bohatství, bude to hřích přijímání osob.

A tím je patrná odpověď na námitky.

LXIII.4. Zda při soudech má místo hřích přijímání osob.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že při soudech nemá místa přijímání osob. Přijímání osob je totiž protilehlé spravedlnosti podílné, jak bylo řečeno. Ale soudy se zdají náležeti hlavně spravedlnosti směnné. Tedy přijímání osob nemá místa při soudech.

Mimo to tresty se uvalují podle nějakého soudu. Ale při trestech se bez hříchu přijímají osoby, protože tíže jsou trestání, kdo způsobí bezpráví na osobách vládců než ti, kteří na osobách jiných. Tedy přijímání osob nemá místa na soudech.

Mimo to, Eccli. 4, se praví: "Na soudu buď milosrdný k sirotkům." Ale to se zdá býti přijímání osoby chudého. Tedy přijímání osoby na soudech není hřích.

Avšak proti jest, co se praví Přísl. 18: "Přijímati osobu na soudu není dobro."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, soud jest úkon spravedlnosti; pokud soudce na rovnost spravedlnosti uvádí ta, která mohou působiti protilehlou nerovnost. Přijímání osob však má jakousi nerovnost,

II-II q. 63 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur in Glossa Iac. II, *quicumque divitem propter divitias honorat, peccat*. Et pari ratione, si aliquis honoretur propter alias causas quae non faciunt dignum honore, quod pertinet ad acceptionem personarum. Ergo acceptio personarum in exhibitione honoris est peccatum.

II-II q. 63 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod honor est quoddam testimonium de virtute eius qui honoratur, et ideo sola virtus est debita causa honoris. Sciendum tamen quod aliquis potest honorari non solum propter virtutem propriam, sed etiam propter virtutem alterius. Sicut principes et praelati honorantur etiam si sint mali, inquantum gerunt personam Dei et communitatis cui praeficiuntur, secundum illud Prov. XXVI, *sicut qui immittit lapides in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem*. Quia gentiles rationem attribuebant Mercurio, acervus Mercurii dicitur cumulus ratiocinii, in quo mercator quandoque mittit unum lapillum loco centum marcarum, ita etiam honoratur insipiens, quia ponitur loco Dei et loco totius communitatis. Et eadem ratione parentes et domini sunt honorandi, propter participationem divinae dignitatis, qui est omnium pater et dominus. Senes autem sunt honorandi propter signum virtutis, quod est senectus, licet hoc signum quandoque deficiat. Unde, ut dicitur Sap. IV, *senectus vere honoranda est non diuturna neque annorum numero computata, cani autem sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita est immaculata*. Divites autem honorandi sunt propter hoc quod maiorem locum in communitatibus obtinent. Si autem solum intuitu divitiarum honorentur, erit peccatum acceptionis personarum.

II-II q. 63 a. 3 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

4. Utrum habeat locum in iudiciis.

II-II q. 63 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod in iudiciis locum non habeat peccatum acceptionis personarum. Acceptio enim personarum opponitur distributivae iustitiae, ut dictum est. Sed iudicia maxime videntur ad iustitiam commutativam pertinere. Ergo personarum acceptio non habet locum in iudiciis.

II-II q. 63 a. 4 arg. 2

Praeterea, poenae secundum aliquod iudicium infliguntur. Sed in poenis accipiuntur personae absque peccato, quia gravius puniuntur qui inferunt iniuriam in personas principum quam qui in personas aliorum. Ergo personarum acceptio non habet locum in iudiciis.

II-II q. 63 a. 4 arg. 3

Praeterea, Eccli. IV dicitur, *in iudicando esto pupillis misericors*. Sed hoc videtur accipere personam pauperis. Ergo acceptio personae in iudiciis non est peccatum.

II-II q. 63 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicitur Prov. XVIII, *accipere personam in iudicio non est bonum*.

II-II q. 63 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, iudicium est actus iustitiae, prout iudex ad aequalitatem iustitiae reducit ea quae inaequalitatem oppositam facere

pokud se přiděluje některé osobě něco mimo její poměr, v němž spočívá rovnost spravedlnosti. A proto jest jasné, že přijímáním osob se porušuje soud.

K prvnímu se tedy musí říci, že soud lze uvažovati dvojmo: Jedním způsobem co do samé věci souzené. A tak se má soud obyčejně ke spravedlnosti podílné a směnné; může se totiž soudem vymeziti, jak se má něco společného rozdělovati na mnohé a jak jeden druhému má nahraditi, co od něho přijal. Jiným způsobem se může uvažovati, co do samého tvaru soudu, pokud totiž soudce i v samé spravedlnosti směnné od jednoho béře a druhému dává. A to patří ke spravedlnosti podílné. A podle toho, v kterémkoliv soudu může míti místo přijímání osob.

K druhému se musí říci, že, když se někdo více trestá pro bezpráví, spáchané na vyšší osobě, není to přijímání osob, protože sama různost osoby působí v tom různost věci, jak bylo řečeno.

K třetímu se musí říci, že člověk musí na soudu pomáhati chudému pokud může, avšak bez úhony spravedlnosti. Jinak má místo to, co se praví Exod. 23: "Ani nad chudým se nesmiluješ na soudu."

LXIV. O vraždě.

Předmluva

Dělí se na osm článků.

Pak jest uvažovati o neřestech, protilehlých spravedlnosti směnné A za prvé je uvažovati o hříších, které jsou páchány ohledně nedobrovolných směn, za druhé o hříších, které jsou páchány u směn dobrovolných. Ohledně nedobrovolných směn se páchají hříchy tím, že jest učiněna bližnímu nějaká škoda proti jeho vůli, což se může udáti dvojmo: totiž skutkem nebo slovem. Skutkem totiž, když je. bližnímu uškozeno buď ve vlastní osobě nebo v osobě spojené nebo na vlastních věcech. O těch tedy po řadě jest uvažovati. A nejprve o vraždě, kterou se nejvíce škodí bližnímu.

A o tom jest osm otázek:

1. Zda zabíti pouhé živočichy nebo také rostliny je hřích.
2. Zda zabíti hříšníka je dovoleno.
3. Zda je to dovoleno soukromé osobě, nebo pouze veřejné.
4. Zda je to dovoleno duchovnímu.
5. Zda je dovoleno někomu zabíti sám sebe.
6. Zda je dovoleno zabíti člověka spravedlivého.
7. Zda je dovoleno někomu zabíti člověka při sebeobraně.
8. Zda náhodná vražda je smrtelný hřích.

LXIV.1.Zda je nedovoleno zabíti jakékoli živočichy.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že je nedovoleno

possunt. Personarum autem acceptio inaequalitatem quandam habet, inquantum attribuitur alicui personae praeter proportionem suam, in qua consistit aequalitas iustitiae. Et ideo manifestum est quod per personarum acceptionem iudicium corrumpitur.

II-II q. 63 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod iudicium dupliciter potest considerari. Uno modo, quantum ad ipsam rem iudicatam. Et sic iudicium se habet communiter ad commutativam et ad distributivam iustitiam, potest enim iudicio definiri qualiter aliquid commune sit distribuendum in multos, et qualiter unus alteri restituat quod ab eo accepit. Alio modo potest considerari quantum ad ipsam formam iudicii, prout scilicet iudex, etiam in ipsa commutativa iustitia, ab uno accipit et alteri dat. Et hoc pertinet ad distributivam iustitiam. Et secundum hoc in quolibet iudicio locum habere potest personarum acceptio.

II-II q. 63 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod cum punitur gravius aliquis propter iniuriam in maiorem personam commissam, non est personarum acceptio, quia ipsa diversitas personae facit, quantum ad hoc, diversitatem rei, ut supra dictum est.

II-II q. 63 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod homo in iudicio debet pauperi subvenire quantum fieri potest, tamen sine laesione iustitiae. Alioquin habet locum illud quod dicitur Exod. XXIII, *pauperis quoque non misereberis in iudicio*.

64. De vitiis oppositis commutativae iustitiae. Et primo de homicidio per quod infertur nocumentum proximo in persona.

Prooemium

II-II q. 64 pr.

Deinde considerandum est de vitiis oppositis commutativae iustitiae. Et primo considerandum est de peccatis quae committuntur circa involuntarias commutationes; secundo, de peccatis quae committuntur circa commutationes voluntarias. Committuntur autem peccata circa involuntarias commutationes per hoc quod aliquod nocumentum proximo infertur contra eius voluntatem, quod quidem potest fieri dupliciter, scilicet facto, et verbo. Facto quidem, cum proximus laeditur vel in persona propria; vel in persona coniuncta; vel in propriis rebus. De his ergo per ordinem considerandum est. Et primo, de homicidio, per quod maxime nocetur proximo. Et circa hoc quaeruntur octo. Primo, utrum occidere animalia bruta, vel etiam plantas, sit peccatum. Secundo, utrum occidere peccatorem sit licitum. Tertio, utrum hoc liceat privatae personae, vel solum publicae. Quarto, utrum hoc liceat clerico. Quinto, utrum liceat alicui occidere seipsum. Sexto, utrum liceat occidere hominem iustum. Septimo, utrum liceat alicui occidere hominem seipsum defendendo. Octavo, utrum homicidium casuale sit peccatum mortale.

1. Utrum occidere animalia bruta vel etiam plantas sit peccatum.

II-II q. 64 a. 1 arg. 1

zabíti kterékoliv živočichy. Praví totiž Apoštol, Řím. 13: "Kdo se protiví zařízení Božímu, sami si zjednávají zavržení." Ale zařízením Boží prozřetelnosti všichni živočichové se zachovávají, podle onoho Žalmu: "Jenž vzbuzuje na horách trávu a dává ji dobytku za potravu." Tedy usmrtiti jakékoliv živočichy se zdá býti nedovolené.

Mimo to vražda je hříchem z toho, že člověk je zbavován života. Ale život je společný všem živočichům a rostlinám. Tedy z téhož důvodu se zdá býti hřích zabíti pouhé živočichy a rostliny.

Mimo to v zákoně Božím není určován zvláštní trest leč za hřích. Ale zabivšímu vola nebo ovci druhého je stanoven určitý trest v zákoně Božím, jak patrné Exod. 22. Tedy zabití pouhých živočichů je hřích.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v I. O Městě Božím: "Když slyšíme: ‚Nezabiješ', nebéřeme tento výrok o rostlinách, protože nemají smyslu, ani o nerozumových živočiších, protože žádným způsobem se k nám nedruží. Zbývá tedy, abychom o člověku rozuměli, když bylo řečeno: Nezabiješ."

Odpovídám: Musí se říci, že nikdo nehřeší tím, že užívá nějaké věci k tomu, k čemu jest. V řádě věcí však nedokonalejší jsou pro dokonalejší, jako také přirozenost na cestě rození postupuje od nedokonalých k dokonalým. A odtud je, že jako v zrození člověka nejdříve je živé, pak živočich, posléze pak člověk, tak také ta, která pouze žijí, jako rostliny, jsou obyčejně pro živočichy a živočichové jsou pro člověka. A proto, užívá-li člověk rostlin k užitku zvířat a zvířat k užitku lidí, není to nedovolené, jak je také patrno z Filosofa, v I. Polit. Mezi jinými užíváními však se zdá býti nejvíce nutné, aby živočichové užívali rostlin za potravu a lidé zvířat, což se nemůže dáti bez usmrcení jich. A proto je dovoleno i rostliny usmrtiti k užívání živočichů i živočichy k užívání lidem, podle samého zařízení Božího. Praví se totiž Gen. 1: "Hle, dal jsem vám všechny rostliny a všechny stromy, aby byly za pokrm vám i všem živočichům země" A Gen. 9 se praví: "Vše, co se hýbe a žije, bude vám za pokrm."

K prvnímu se tedy musí říci, že podle zařízení Božího se zachovává život živočichů a rostlin nikoliv pro ně samé, nýbrž pro člověka. Pročež i Augustin praví, v I. O Městě Božím: ;,Podle nejspravedlivějšího zařízení Stvořitelova i život i smrt jejich je poddán našemu užívání."

K druhému se musí říci, že pouzí živočichové a rostliny nemají života rozumového, jímž samy sebe vedou, nýbrž vždy jsou vedeni jako od jiného, jakýmsi přirozeným pudem. A ho je známkou, že jsou přirozeně otrocká a přizpůsobena užívání jiných.

K třetímu se musí říci, že ten, kdo zabije vola druhého, hřeší sice, nikoliv že zabil vola, nýbrž že poškozuje člověka v jeho věci. Proto to není obsaženo pod hříchem vraždy, nýbrž pod hříchem krádeže nebo loupeže.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod occidere quaecumque viventia sit illicitum. Dicit enim apostolus, ad Rom. XIII, *qui ordinationi Dei resistit, ipse sibi damnationem acquirit*. Sed per ordinationem divinae providentiae omnia viventia conservantur, secundum illud Psalm., *qui producit in montibus faenum, et dat iumentis escam ipsorum*. Ergo mortificare quaecumque viventia videtur esse illicitum.

II-II q. 64 a. 1 arg. 2

Praeterea, homicidium est peccatum ex eo quod homo privatur vita. Sed vita communis est omnibus animalibus et plantis. Ergo eadem ratione videtur esse peccatum occidere bruta animalia et plantas.

II-II q. 64 a. 1 arg. 3

Praeterea, in lege divina non determinatur specialis poena nisi peccato. Sed occidenti ovem vel bovem alterius statuitur poena determinata in lege divina, ut patet Exod. XXII. Ergo occisio brutorum animalium est peccatum.

II-II q. 64 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in I de Civ. Dei, *cum audimus, non occides, non accipimus hoc dictum esse de fructetis, quia nullus eis est sensus, nec de irrationalibus animalibus, quia nulla nobis ratione sociantur. Restat ergo ut de homine intelligamus quod dictum est, non occides*.

II-II q. 64 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod nullus peccat ex hoc quod utitur re aliqua ad hoc ad quod est. In rerum autem ordine imperfectiora sunt propter perfectiora, sicut etiam in generationis via natura ab imperfectis ad perfecta procedit. Et inde est quod sicut in generatione hominis prius est vivum, deinde animal, ultimo autem homo; ita etiam ea quae tantum vivunt, ut plantae, sunt communiter propter omnia animalia, et animalia sunt propter hominem. Et ideo si homo utatur plantis ad utilitatem animalium, et animalibus ad utilitatem hominum, non est illicitum, ut etiam per philosophum patet, in I Polit. Inter alios autem usus maxime necessarius esse videtur ut animalia plantis utantur in cibum, et homines animalibus, quod sine mortificatione eorum fieri non potest. Et ideo licitum est et plantas mortificare in usum animalium, et animalia in usum hominum, ex ipsa ordinatione divina, dicitur enim Gen. I, *ecce, dedi vobis omnem herbam et universa ligna, ut sint vobis in escam et cunctis animantibus*. Et Gen. IX dicitur, *omne quod movetur et vivit, erit vobis in cibum*.

II-II q. 64 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ex ordinatione divina conservatur vita animalium et plantarum non propter seipsam, sed propter hominem. Unde ut Augustinus dicit, in I de Civ. Dei, *iustissima ordinatione creatoris et vita et mors eorum nostris usibus subditur*.

II-II q. 64 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod animalia bruta et plantae non habent vitam rationalem, per quam a seipsis agantur, sed semper aguntur quasi ab alio, naturali quodam impulsu. Et hoc est signum quod sunt naturaliter serva, et aliorum usibus accommodata.

II-II q. 64 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod ille qui occidit bovem alterius peccat quidem, non quia occidit bovem, sed quia damnificat hominem in re sua. Unde non continetur sub peccato homicidii, sed sub peccato furti vel rapinae.

LXIV.2.Zda je dovoleno zabíti lidi hříšné,

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že není dovoleno zabíti lidi hříšné. Pán totiž, Mat. 13, v podobenství zakazuje. vytrhati koukol, což jsou synové nepravosti, jak se tamtéž praví. Ale vše, co je zakázáno od Boha, je hřích. Tedy zabíti hříšníka je hřích.

Mimo to spravedlnost lidská se přizpůsobuje spravedlnosti Boží. Ale podle Boží spravedlnosti jsou uchovávání hříšníci ku pokání, podle onoho Ezech. 18: "Nechci smrtí hříšníka, nýbrž aby se obrátil a žil." Tedy se zdá vůbec nespravedlivé; aby byli hříšníci zabíjeni.

Mimo to, co je samo sebou zlé, pro žádný dobrý cíl se nesmí státi, jak je patrné z Augustina, v knize Proti lži, a z Filosofa, v II. Ethic. Ale zabíti člověka je samo sebou zlé, protože ke všem lidem máme míti lásku; přátelům však chceme žití a býti, jak se praví v IX. Ethic. Tedy žádným způsobem není dovoleno, zabíti člověka hříšníka.

Avšak proti jest, co se praví v Exodu 22: "Zločince nestrpíš na živu." A v Žalmu 100: "Zrána jsem zabíjel všechny hříšníky země."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, je dovoleno zabíti pouhé živočichy, pokud jsou přirozeně zařízeni k užívání člověka, jako nedokonalé je zařízeno k dokonalému. Každá však část je zařízena k celku jako nedokonalé k dokonalému. A proto vidíme, že když ke zdraví celého těla prospívá odnětí některého údu, třebas když je zahnívající a poškozující jiné, chvalitebně a prospěšně je odňat. Kterákoliv soukromá osoba je však vůči celé společnosti jako část k celku. A proto, je-li nějaký člověk nebezpečný společnosti a kazí ji nějakým hříchem, chvalitebně a prospěšně je zabít, aby se zachovalo společné dobro. Málo kvasu totiž nakvasí celé těsto, jak se praví I. Kor. 5.

K prvnímu se tedy musí říci, že Pán přikázal, aby se zdrželi od vytrhání koukole, aby se šetřilo pšenice, to jest dobrých. To se totiž děje, když se nemohou zabíti špatní, aniž by se spolu zabili dobří, buď že jsou skryti mezi dobrými, nebo že mají mnoho přívržených, takže bez nebezpečí pro dobré nemohou se zabíti, jak praví Augustin, Proti Parm. Proto Pán učí, že spíše se musejí nechati zlí žíti a že pomsta je uchována na poslední soud, než aby byli spolu zabiti dobří. - Kdykoliv však zabitím zlých nehrozí nebezpečí dobrým, nýbrž spíše ochrana a spása, tu dovoleně mohou býti zabiti.

K druhému se musí říci, že Bůh podle řádu své moudrosti někdy ihned zabíjí hříšníky, k osvobození dobrých, někdy však jim uděluje čas ku pokání, podle toho, jak sám ví, že prospívá jeho vyvoleným. A to také podle možnosti napodobuje lidská moudrost: ty totiž, kteří jsou jiným škodliví, zabíjí, ty pak, kteří těžce hřeší, jiným neškodíce, nechává ku pokání.

2. Utrum occidere peccatorem sit licitum.

II-II q. 64 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non sit licitum occidere homines peccatores. Dominus enim, Matth. XIII, in parabola, prohibuit extirpare zizania, qui sunt filii nequam, ut ibidem dicitur. Sed omne quod est prohibitum a Deo est peccatum. Ergo occidere peccatorem est peccatum.

II-II q. 64 a. 2 arg. 2

Praeterea, iustitia humana conformatur iustitiae divinae. Sed secundum divinam iustitiam peccatores ad poenitentiam reservantur, secundum illud Ezech. XVIII, *nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat*. Ergo videtur esse omnino iniustum quod peccatores occidantur.

II-II q. 64 a. 2 arg. 3

Praeterea, illud quod est secundum se malum nullo bono fine fieri licet, ut patet per Augustinum, in libro contra mendacium, et per philosophum, in II Ethic. Sed occidere hominem secundum se est malum, quia ad omnes homines debemus caritatem habere; amicos autem volumus vivere et esse, ut dicitur in IX Ethic. Ergo nullo modo licet hominem peccatorem interficere.

II-II q. 64 a. 2 s. c.

Sed contra est quod dicitur Exod. XXII, *maleficos non patieris vivere*; et in Psalm., *in matutino interficiebam omnes peccatores terrae*.

II-II q. 64 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, licitum est occidere animalia bruta inquantum ordinantur naturaliter ad hominum usum, sicut imperfectum ordinatur ad perfectum. Omnis autem pars ordinatur ad totum ut imperfectum ad perfectum. Et ideo omnis pars naturaliter est propter totum. Et propter hoc videmus quod si saluti totius corporis humani expediat praecisio alicuius membri, puta cum est putridum et corruptivum aliorum, laudabiliter et salubriter abscinditur. Quaelibet autem persona singularis comparatur ad totam communitatem sicut pars ad totum. Et ideo si aliquis homo sit periculosus communitati et corruptivus ipsius propter aliquod peccatum, laudabiliter et salubriter occiditur, ut bonum commune conservetur, modicum enim fermentum totam massam corrumpit, ut dicitur I ad Cor. V.

II-II q. 64 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod dominus abstinendum mandavit ab eradicatione zizaniorum ut tritico parceretur, idest bonis. Quod quidem fit quando non possunt occidi mali quin simul occidantur et boni, vel quia latent inter bonos; vel quia habent multos sequaces, ita quod sine bonorum periculo interfici non possunt; ut Augustinus dicit, contra Parmen. Unde dominus docet magis esse sinendum malos vivere, et ultionem reservandum usque ad extremum iudicium, quam quod boni simul occidantur. Quando vero ex occisione malorum non imminet periculum bonis, sed magis tutela et salus, tunc licite possunt mali occidi.

II-II q. 64 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod Deus, secundum ordinem suae sapientiae, quandoque statim peccatores occidit, ad liberationem bonorum; quandoque autem eis poenitendi tempus concedit; secundum quod ipse novit suis electis expedire. Et hoc etiam humana iustitia imitatur pro posse, illos enim qui sunt perniciosi in alios, occidit; eos vero qui peccant aliis graviter non nocentes, ad poenitentiam

K třetímu se musí říci, že člověk hříchem odpadá od řádu rozumu a proto upadá v lidské hodnotě, pokud totiž člověk je přirozeně svobodný, a je k vůli sobě, a upadá. jaksi v otroctví zvířat, že totiž se o něm nařizuje, co je užitečné jiným, podle onoho Žalmu: "Člověk, když byl ve cti, neporozuměl; přirovnán je nerozumnému dobytku a stal se mu podobným." A Přísl. 11 se praví: "Kdo je hloupý, bude sloužiti moudrému." A proto, ač je samo sebou zlem zabíti člověka, zůstávajícího v jeho hodnotě, může to býti dobré, jako zabíti zvíře. Horší je totiž špatný člověk než zvíře a více škodí, jak praví Filosof v I. Polit. a v VII. Ethic.

LXIV.3.Zda je dovoleno soukromé osobě zabíti člověka.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že zabíti člověka hříšného je dovoleno soukromé osobě V zákoně Božím se totiž nepřikazuje nic nedovoleného. Ale Exod. 32 přikázal Mojžíš: "Zabije každý svého bližního, bratra a přítele za hřích sliti telete. Tedy i soukromým osobám je dovoleno zabíti hříšníka.

Mimo to člověk se hříchem přirovnává zvířatům, jak bylo řečeno. Ale zabíti lesní zvíře, zvláště škodné, je dovoleno kterékoli soukromé osobě Tedy stejným způsobem zabíti člověka hříšného.

Mimo to je chvalitebné, že člověk, i když je soukromou osobou, koná, co je užitečné společnému dobru. Ale zabití zločinců je užitečné společnému dobru, jak bylo řečeno. Tedy je chvalitebné, i když soukromé osoby zabíjí zločince.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v I. O Městě Božím: "Kdo mimo nějakou veřejnou správu zabije zločince, bude souzen jako vrah; a tím více, když se nebál uchvátiti si moc od Boha nesvěřenou."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, zabíti zločince je dovoleno, pokud je zařízeno k blahu celé společnosti. A proto náleží pouze tomu, jemuž je svěřena péče o zachování společnosti, jako lékaři náleží odříznouti zahnívající úd, když mu byla svěřena péče o blaho celého těla. Péče však o společné dobro je svěřena vládcům, majícím veřejnou moc. A proto pouze jim je dovoleno zabíti zločince, nikoliv však soukromým osobám.

K prvnímu se tedy musí říci, že ten něco koná, jehož mocí se to koná, jak je patrné z Diviše, XIII. hl. Nebes. Hier. A proto, jak praví Augustin, v I. O Městě Bož.: "Nezabíjí ten, jenž je povinen službou poroučejícímu, ale jako nástroj meče užívajícímu." Pročež ti, kteří zabili bližní nebo přátele z rozkazu Božího, nejeví se sami činiteli toho, nýbrž spíše ten, jehož zmocněním to učinili, jako také vojín zabíjí nepřítele, zmocněn vládcem, a služebník lupiče, zmocněn soudcem.

reservat.

II-II q. 64 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod homo peccando ab ordine rationis recedit, et ideo decidit a dignitate humana, prout scilicet homo est naturaliter liber et propter seipsum existens, et incidit quodammodo in servitutem bestiarum, ut scilicet de ipso ordinetur secundum quod est utile aliis; secundum illud Psalm., *homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis*; et Prov. XI dicitur, *qui stultus est serviet sapienti*. Et ideo quamvis hominem in sua dignitate manentem occidere sit secundum se malum, tamen hominem peccatorem occidere potest esse bonum, sicut occidere bestiam, peior enim est malus homo bestia, et plus nocet, ut philosophus dicit, in I Polit. et in VII Ethic.

3. Utrum hoc liceat privatae personae vel solum publicae.

II-II q. 64 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod occidere hominem peccatorem liceat privatae personae. In lege enim divina nihil illicitum mandatur. Sed Exod. XXXII praecepit Moyses, *occidat unusquisque proximum suum, fratrem et amicum suum*, pro peccato vituli conflatilis. Ergo etiam privatis personis licet peccatorem occidere.

II-II q. 64 a. 3 arg. 2

Praeterea, homo propter peccatum bestiis comparatur, ut dictum est. Sed occidere bestiam sylvestrem, maxime nocentem, cuilibet privatae personae licet. Ergo, pari ratione, occidere hominem peccatorem.

II-II q. 64 a. 3 arg. 3

Praeterea, laudabile est quod homo, etiam si sit privata persona, operetur quod est utile bono communi. Sed occisio maleficorum est utilis bono communi, ut dictum est. Ergo laudabile est si etiam privatae personae malefactores occidant.

II-II q. 64 a. 3 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in I de Civ. Dei, *qui sine aliqua publica administratione maleficum interfecerit, velut homicida iudicabitur, et tanto amplius quanto sibi potestatem a Deo non concessam usurpare non timuit*.

II-II q. 64 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, occidere malefactorem licitum est inquantum ordinatur ad salutem totius communitatis. Et ideo ad illum solum pertinet cui committitur cura communitatis conservandae, sicut ad medicum pertinet praecidere membrum putridum quando ei commissa fuerit cura salutis totius corporis. Cura autem communis boni commissa est principibus habentibus publicam auctoritatem. Et ideo eis solum licet malefactores occidere, non autem privatis personis.

II-II q. 64 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ille aliquid facit cuius auctoritate fit, ut patet per Dionysium, XIII cap. Cael. Hier. Et ideo, ut Augustinus dicit, in I de Civ. Dei, *non ipse occidit qui ministerium debet iubenti sicut adminiculum gladius utenti*. Unde illi qui occiderunt proximos et amicos ex mandato domini, non hoc fecisse ipsi videntur, sed potius ille cuius auctoritate fecerunt, sicut et miles interficit hostem auctoritate principis, et minister latronem auctoritate iudicis.

K druhému se musí říci, že zvíře je přirozeně odlišné od člověka. Proto se nevyžaduje nějaký soud o tom, zda se má zabíti, je-li lesní. Jestliže však je domácí, vyžaduje se soud, ne k vůli němu, nýbrž k vůli poškození pána. Ale člověk hříšný není přirozeně odlišný od lidí spravedlivých. A proto potřebuje veřejného soudu, aby se rozeznalo, zda má býti zabit pro společné blaho.

K třetímu se musí říci, že konati něco pro společný prospěch, což nikomu neškodí, to je dovoleno kterékoliv soukromé osobě Ale je-li to se škodou druhého, nesmí to býti, leč podle úsudku toho, jemuž náleží souditi, co se má odníti částem pro blaho celku.

LXIV.4.Zda je dovoleno duchovním zabíti zločince.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že zabíti zločince je dovoleno duchovním. Duchovní totiž zvláště musejí splniti, co praví Apoštol, I. Kor. 4: "Následovníky mými buďte, jakož i já jsem Kristův," čímž se nám napovídá, abychom následovali Boha a jeho svaté. Ale sám Bůh, jehož uctíváme, zabil zločince, podle onoho Žalmu: "Jenž srazil Egypt a jeho prvorozence." Mojžíš také dal od levitů usmrtiti třiadvacet tisíc lidí pro klanění teleti, jak máme Exod. 32.. A kněz Phinees zabil Izraelitu, spojeného s Madianitkou, jak máme Num. 25; také Samuel zabil Agaga, krále amaleckého, a Eliáš kněze Bálovy, a Matatiáš toho, jenž přistoupil k obětování. A v Novém zákoně Petr Ananiáše a Safiru. Tedy se zdá, že také duchovním je dovoleno zabíti zločince.

Mimo to moc duchovní je větší než časná, a Bohu bližší. Ale moc časná dovoleně zabíjí zločince, jakožto Boží služebník, jak se praví Řím. 13: Tedy mnohem spíše duchovní, kteří jsou služebníky Božími, majícími duchovní moc, dovoleně mohou zabíjeti zločince.

Mimo to, kdokoli dovoleně přijme nějakou povinnost, dovoleně může vykonávati to, co náleží k oné povinnosti. Ale povinností knížete země je zabíjeti zločince, jak bylo řečeno. Tedy duchovní, kteří jsou vládci země, dovoleně mohou zabíjeti zločince.

Avšak proti jest, co se praví, I. Tim. 3: "Biskup má býti bezúhonný, ne pijan, ne rváč"

Odpovídám: Musí se říci, že z dvojího důvodu není dovoleno duchovním zabíjeti. A to nejprve, protože jsou vyvoleni ke službě oltáře, na němž se představuje utrpení Krista zabitého, jenž "když jej bili, nebil", jak se praví I. Petr. 2. A proto není vhodné, aby duchovní bili nebo zabíjeli. Mají totiž jako služebníci následovati svého Pána, podle onoho Eccli 10: "Podle soudce lidu stejně i jeho služebníci."

Jiný důvod je, že duchovním je svěřena služba Nového zákona, v němž není určen trest zabití nebo zmrzačení tělesného. A proto, aby byli vhodnými služebníky Nového zákona, musejí se od takových zdržovati.

II-II q. 64 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod bestia naturaliter est distincta ab homine. Unde super hoc non requiritur aliquod iudicium an sit occidenda, si sit sylvestris. Si vero sit domestica, requiretur iudicium non propter ipsam, sed propter damnum domini. Sed homo peccator non est naturaliter distinctus ab hominibus iustis. Et ideo indiget publico iudicio, ut discernatur an sit occidendus propter communem salutem.

II-II q. 64 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod facere aliquid ad utilitatem communem quod nulli nocet, hoc est licitum cuilibet privatae personae. Sed si sit cum nocumento alterius, hoc non debet fieri nisi secundum iudicium eius ad quem pertinet existimare quid sit subtrahendum partibus pro salute totius.

4. Utrum hoc liceat clerico.

II-II q. 64 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod occidere malefactores liceat clericis. Clerici enim praecipue debent implere quod apostolus dicit, I ad Cor. IV, *imitatores mei estote, sicut et ego Christi*, per quod nobis indicitur ut Deum et sanctos eius imitemur. Sed ipse Deus, quem colimus, occidit malefactores, secundum illud Psalm., *qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum*. Moyses etiam a Levitis fecit interfici viginti tria millia hominum propter adorationem vituli, ut habetur Exod. XXXII. Et Phinees, sacerdos, interfecit Israelitem coeuntem cum Madianitide, ut habetur Num. XXV. Samuel etiam interfecit Agag, regem Amalec; et Elias sacerdotes Baal; et Mathathias eum qui ad sacrificandum accesserat; et in novo testamento, Petrus Ananiam et Saphiram. Ergo videtur quod etiam clericis liceat occidere malefactores.

II-II q. 64 a. 4 arg. 2

Praeterea, potestas spiritualis est maior quam temporalis, et Deo coniunctior. Sed potestas temporalis licite malefactores occidit tanquam Dei minister, ut dicitur Rom. XIII. Ergo multo magis clerici, qui sunt Dei ministri spiritualem potestatem habentes, licite possunt malefactores occidere.

II-II q. 64 a. 4 arg. 3

Praeterea, quicumque licite suscipit aliquod officium, licite potest ea exercere quae ad officium illud pertinent. Sed officium principis terrae est malefactores occidere, ut dictum est. Ergo clerici qui sunt terrarum principes, licite possunt occidere malefactores.

II-II q. 64 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicitur I ad Tim. III, *oportet episcopum sine crimine esse, non vinolentum, non percussorem*.

II-II q. 64 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod non licet clericis occidere, duplici ratione. Primo quidem, quia sunt electi ad altaris ministerium, in quo repraesentatur passio Christi occisi, *qui cum percuteretur, non repercutiebat*, ut dicitur I Pet. II. Et ideo non competit ut clerici sint percussores aut occisores, debent enim ministri suum dominum imitari, secundum illud Eccli. X, *secundum iudicem populi, sic et ministri eius*. Alia ratio est quia clericis committitur ministerium novae legis, in qua non determinatur poena occisionis vel mutilationis corporalis. Et ideo, ut sint idonei ministri novi testamenti, debent a talibus abstinere.

K prvnímu se tedy musí říci, že Bůh všeobecně ve všech působí co je správné, u každého však podle toho, jak jest jemu vhodně A proto každý musí Boha následovati v tom, co je jemu zvlášť vhodně. Pročež, třebaže Bůh i tělesně zločince zabíjí, přece ho nemají všichni v tom následovati. - Petr pak nezabil Ananiáše a Safíru vlastní mocí nebo rukou, nýbrž spíše prohlásil božský úradek o jejich smrti. - Kněží pak levitští Starého zákona byli služebníky Starého zákona, podle něhož byly uvalovány tělesné tresty. A proto také jim příslušelo vlastní rukou zabíti.

K druhému se musí říci, že služba duchovních je určena k lepším, než je tělesné zabíjení, totiž k těm, která náležejí k duchovnímu blahu. A proto jim nepřísluší, aby se vměšovali do menších.

K třetímu se musí říci, že představení církví dostávají povinnost vládců země, ne aby sami vy konávali soud krve, nýbrž aby jejich zmocněním byl vykonáván jinými.

LXIV.5.Zda je někomu dovoleno zabíti sám sebe.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že někomu je dovoleno zabíti sám sebe. Vražda je totiž hříchem, pokud odporuje spravedlnosti. Ale nikdo nemůže způsobiti sám sobě nespravedlnost, jak se dokazuje v V. Ethic. Tedy nikdo nehřeší zabitím sebe.

Mimo to zabíti zločince je dovoleno majícímu veřejnou moc. Ale mnohdy ten, kdo má veřejnou moc, je zločinec. Tedy je mu dovoleno zabíti sám sebe.

Mimo to je dovoleno, aby někdo samovolně podstoupil menší nebezpečí, aby se vyhnul většímu nebezpečí, jako je dovoleno, aby někdo sám sobě odňal úd zahnívající, aby zachránil celé tělo. Ale mnohdy někdo zabitím sebe vyhne se většímu zlu, buď bídnému životu nebo hanebnosti nějakého hříchu. Tedy je dovoleno někomu zabíti sám sebe.

Mimo to Samson zabil sám sebe, jak máme v Soud. 16, a přece se čítá mezi svaté, jak je 'patrně Žid. 11. Tedy je dovoleno někomu zabíti sebe.

Mimo to, ve II. Mach. XIV, se praví, že nějaký Razias zabil sebe, "chtěje raději ušlechtilou smrt, než býti poddán hříšníkům a snášeti křivdu, rodu svého nedůstojnou." Ale nic, co se děje ušlechtile a statečně, není nedovolené. Tedy zabíti sám sebe není nedovolené.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v 1. O Městě Božím: "Zbývá, abychom o člověku rozuměli to, co bylo řečeno: Nezabiješ. Nikoli druhého, tedy ani sebe, Neboť nic jiného neubíjí než člověka, kdo zabíjí sám sebe."

Odpovídám: Musí se říci, že sám sebe zabíti je zcela

II-II q. 64 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Deus universaliter in omnibus operatur quae recta sunt, in unoquoque tamen secundum eius congruentiam. Et ideo unusquisque debet Deum imitari in hoc quod sibi specialiter congruit. Unde licet Deus corporaliter etiam malefactores occidat, non tamen oportet quod omnes in hoc eum imitentur. Petrus autem non propria auctoritate vel manu Ananiam et Sapphiram interfecit, sed magis divinam sententiam de eorum morte promulgavit. Sacerdotes autem vel Levitae veteris testamenti erant ministri veteris legis, secundum quam poenae corporales infligebantur, et ideo etiam eis occidere propria manu congruebat.

II-II q. 64 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod ministerium clericorum est in melioribus ordinatum quam sint corporales occisiones, scilicet in his quae pertinent ad salutem spiritualem. Et ideo non congruit eis quod minoribus se ingerant.

II-II q. 64 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod praelati Ecclesiarum accipiunt officia principum terrae non ut ipsi iudicium sanguinis exerceant per seipsos, sed quod eorum auctoritate per alios exerceatur.

5. Ulirum liceat alicui occidere seipsum.

II-II q. 64 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod alicui liceat seipsum occidere. Homicidium enim est peccatum inquantum iustitiae contrariatur. Sed nullus potest sibi ipsi iniustitiam facere, ut probatur in V Ethic. Ergo nullus peccat occidendo seipsum.

II-II q. 64 a. 5 arg. 2

Praeterea, occidere malefactores licet habenti publicam potestatem. Sed quandoque ille qui habet publicam potestatem est malefactor. Ergo licet ei occidere seipsum.

II-II q. 64 a. 5 arg. 3

Praeterea, licitum est quod aliquis spontanee minus periculum subeat ut maius periculum vitet, sicut licitum est quod aliquis etiam sibi ipsi amputet membrum putridum ut totum corpus salvetur. Sed quandoque aliquis per occisionem sui ipsius vitat maius malum, vel miseram vitam vel turpitudinem alicuius peccati. Ergo licet alicui occidere seipsum.

II-II q. 64 a. 5 arg. 4

Praeterea, Samson seipsum interfecit, ut habetur Iudic. XVI, qui tamen connumeratur inter sanctos, ut patet Heb. XI. Ergo licitum est alicui occidere seipsum.

II-II q. 64 a. 5 arg. 5

Praeterea, II Machab. XIV dicitur quod Razias quidam seipsum interfecit, eligens nobiliter mori potius quam *subditus fieri peccatoribus et contra natales suos iniuriis agi*. Sed nihil quod nobiliter fit et fortiter, est illicitum. Ergo occidere seipsum non est illicitum.

II-II q. 64 a. 5 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in I de Civ. Dei, *restat ut de homine intelligamus quod dictum est, non occides. Nec alterum ergo, nec te. Neque enim aliud quam hominem occidit qui seipsum occidit*.

II-II q. 64 a. 5 co.

nedovoleno z trojího důvodu. Nejprve totiž proto, že každá věc při.rozeně miluje sebe, a k tomu patří, 'že každá věc přirozeně zachovává se v bytí a porušitelům odporuje, jak může. A proto, že někdo sám sebe zabije, je proti přirozenému sklonu a proti lásce, kterou každý má sám sebe milovati. A proto sebevražda je vždy smrtelný hřích, jakožto proti přirozenému zákonu a proti lásce.

Za druhé, protože každá část, to co jest, celku jest. kterýkoliv člověk je však části společnosti; a. tak to, co jest, společnosti jest. Proto tím, že sám sebe zabije, působí bezpráví společnosti, jak je patrné z Filosofa, v V. Ethic.

Za třetí, protože život je nějaké dobro, od Boha dané člověku, a poddané moci toho, jenž zabíjí a dává život. A proto, kdo se zbaví života, hřeší proti Bohu, jako kdo cizího otroka zabije, hřeší proti pánu, jehož je otrok, a jako hřeší ten, kdo si uchvátí soud o věci jemu nesvěřené. Neboť pouze Bohu náleží soud nad životem a smrtí, podle onoho Deut. 32: "Já zabiji a já oživím."

K prvnímu se tedy musí říci, že vražda je hřích, nejen že odporuje spravedlnosti, nýbrž také, že odporuje lásce, kterou má míti každý sám k sobě. A s této strany sebevražda je hřích vůči sobě samému. Vůči pak společnosti a Bohu má ráz hříchu i proto, že je protilehlá spravedlnosti.

K druhému se musí říci, že ten, kdo má veřejnou moc, může dovoleně zabíti zločince, tím, že může jej souditi. Nikdo však není sám svým soudcem. Proto není dovoleno majícímu veřejnou moc zabíti sám sebe pro jakýkoliv hřích. Je mu však dovoleno udati se soudu jiných.

K třetímu se musí říci, že člověk je pánem sebe skrze svobodné rozhodování. A proto dovoleně může člověk rozhodovati o sobě v těch, která náležejí k tomuto životu, který je řízen svobodným rozhodováním člověka. Ale přechod z tohoto života k jinému šťastnějšímu nepodléhá svobodnému rozhodování člověka, nýbrž moci Boží. A prosto není dovoleno člověku zabíti sebe, aby' přešel ke šťastnějšímu životu. Podobně ani, aby se vyhnul jakýmkoliv strastem přítomného života. Protože poslední zlo tohoto života, a nejhroznější, je smrt, jak je patrné z Filosofa, ve III. Ethic. A proto přivoditi si smrt k uniknutí jiným strastem tohoto života je vzíti na se větší zlo k uniknutí menšímu zlu.

Podobně také není dovoleno zabíti se pro nějaký spáchaný hřích. Jak proto, že si tím velmi škodí, že si odnímá nutný čas k pokání, tak také, že zločince zabíti není dovoleno, leč po rozsudku veřejné moci.

Podobně také není dovoleno ženě, aby se zabila, aby nebyla jiným porušena. Protože nesmí na sobě spáchati největší zločin, jímž je sebevražda, aby zamezila menší zločin cizí (není to totiž zločinem ženy násilím porušené, jestliže není souhlasu, protože není poskvrněno tělo, leč za souhlasu mysli, jak praví Lucie). Je však známo, že menší hřích je smilstvo nebo cizoložství než vražda a zvláště sebe, což je nejtěžší, protože sám škodí sobě, jemuž je povinen největší láskou. Je také nejnebezpečnější, protože nezbývá času, aby pokáním byl

Respondeo dicendum quod seipsum occidere est omnino illicitum triplici ratione. Primo quidem, quia naturaliter quaelibet res seipsam amat, et ad hoc pertinet quod quaelibet res naturaliter conservat se in esse et corrumpentibus resistit quantum potest. Et ideo quod aliquis seipsum occidat est contra inclinationem naturalem, et contra caritatem, qua quilibet debet seipsum diligere. Et ideo occisio sui ipsius semper est peccatum mortale, utpote contra naturalem legem et contra caritatem existens. Secundo, quia quaelibet pars id quod est, est totius. Quilibet autem homo est pars communitatis, et ita id quod est, est communitatis. Unde in hoc quod seipsum interficit, iniuriam communitati facit, ut patet per philosophum, in V Ethic. Tertio, quia vita est quoddam donum divinitus homini attributum, et eius potestati subiectum qui occidit et vivere facit. Et ideo qui seipsum vita privat in Deum peccat, sicut qui alienum servum interficit peccat in dominum cuius est servus; et sicut peccat ille qui usurpat sibi iudicium de re sibi non commissa. Ad solum enim Deum pertinet iudicium mortis et vitae, secundum illud Deut. XXXII, *ego occidam, et vivere faciam*.

II-II q. 64 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod homicidium est peccatum non solum quia contrariatur iustitiae, sed etiam quia contrariatur caritati quam habere debet aliquis ad seipsum. Et ex hac parte occisio sui ipsius est peccatum per comparationem ad seipsum. Per comparationem autem ad communitatem et ad Deum, habet rationem peccati etiam per oppositionem ad iustitiam.

II-II q. 64 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod ille qui habet publicam potestatem potest licite malefactorem occidere per hoc quod potest de ipso iudicare. Nullus autem est iudex sui ipsius. Unde non licet habenti publicam potestatem seipsum occidere propter quodcumque peccatum. Licet tamen ei se committere iudicio aliorum.

II-II q. 64 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod homo constituitur dominus sui ipsius per liberum arbitrium. Et ideo licite potest homo de seipso disponere quantum ad ea quae pertinent ad hanc vitam, quae hominis libero arbitrio regitur. Sed transitus de hac vita ad aliam feliciorem non subiacet libero arbitrio hominis, sed potestati divinae. Et ideo non licet homini seipsum interficere ut ad feliciorem transeat vitam. Similiter etiam nec ut miserias quaslibet praesentis vitae evadat. Quia ultimum malorum huius vitae et maxime terribile est mors, ut patet per philosophum, in III Ethic. Et ita inferre sibi mortem ad alias huius vitae miserias evadendas est maius malum assumere ad minoris mali vitationem. Similiter etiam non licet seipsum occidere propter aliquod peccatum commissum. Tum quia in hoc sibi maxime nocet quod sibi adimit necessarium poenitentiae tempus. Tum etiam quia malefactorem occidere non licet nisi per iudicium publicae potestatis. Similiter etiam non licet mulieri seipsam occidere ne ab alio corrumpatur. Quia non debet in se committere crimen maximum, quod est sui ipsius occisio, ut vitet minus crimen alienum (non enim est crimen mulieris per violentiam violatae, si consensus non adsit, quia non inquinatur corpus nisi de consensu mentis, ut Lucia dixit). Constat autem minus esse peccatum fornicationem vel adulterium quam homicidium, et praecipue sui ipsius, quod est gravissimum, quia sibi ipsi nocet, cui maximam

odpykán.

Podobně také nikomu není dovoleno zabíti se ze strachu, aby nesouhlasil s hříchem. Protože se nesmí konati zlé, aby vzešlo dobré, nebo aby se odstranilo zlé, zvláště menší a méně jisté. Je totiž nejisté, zda někdo v budoucnosti bude souhlasiti s hříchem; mocný je totiž Bůh, aby člověka, ať nadejde jakékoliv pokušení, osvobodil od hříchu.

Ke čtvrtému se musí říci, že jak praví Augustin, v I. O Městě Božím: "Ani Samson není jinak omluven, že sebe s nepřáteli zbořením lamu rozdrtil, leč že skrytě to poručil Duch Svatý, jenž skrze něho činil zázraky." A týž důvod udává u některých svatých žen, které v době pronásledování se zabily, jejichž památka se v Církvi slaví.

K pátému se musí říci, že ke statečnosti náleží, aby někdo se nestranil snésti smrt od druhého pro dobro ctnosti a aby se vyhnul hříchu. Ale že někdo sám sobě způsobí smrt, aby se vyhnul zlům trestu, má jakousi podobu statečnosti, pročež někteří sami sebe zabili, domnívajíce se, že jednají statečně, z jejichž počtu byl Razias. Není to však pravá statečnost, nýbrž spíše jakási změkčilost ducha, neschopného snésti zla trestu, jak je patrné z Filosofa, ve III. Ethic., a z Augustina, v I. O Městě Božím.

LXIV.6.Zda je dovoleno v některém případě zabíti nevinného.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že je dovoleno v některém případě zabíti nevinného. Bázeň Boží se totiž neprojevuje hříchem, nýbrž spíše "bázeň Páně vyhání hříchy", jak se praví Eccli 1. Ale Abraham je pochválen, že se bál Pána, protože chtěl zabíti nevinného syna. Tedy může někdo zabíti nevinného bez hříchu.

Mimo to v rodu hříchů, které se páchají proti bližnímu, zdá se býti nějaký hřích tím větší, čím větší škoda se působí tomu, proti komu se hřeší. Ale zabití více škodí hříšníku než nevinnému, jenž z bídy tohoto života přechází smrtí do nebeské slávy. Když tedy je dovoleno v nějakém případě zabíti hříšníka, mnohem spíše je dovoleno zabíti spravedlivého nebo nevinného.

Mimo to, co se děje podle řádu spravedlnosti, to není hřích. Ale někdy je někdo nucen podle řádu spravedlnosti zabíti nevinného, třebas když soudce, jenž musí souditi podle dokladů, odsoudí k smrti toho, o němž ví, že je nevinný, usvědčený lživými svědky. A podobně služebník, jenž nespravedlivě odsouzeného zabije, poslouchaje soudce. Tedy bez hříchu může někdo zabíti nevinného.

Avšak proti jest, co se praví, Exodu 23: "Nevinného a spravedlivého nezabiješ."

Odpovídám: Musí se říci, že nějakého člověka lze pozorovati dvojmo: Jedním způsobem o sobě, jiným dilectionem debet. Est etiam periculosissimum, quia non restat tempus ut per poenitentiam expietur. Similiter etiam nulli licet seipsum occidere ob timorem ne consentiat in peccatum. Quia *non sunt facienda mala ut veniant bona*, vel ut viteritur mala, praesertim minora et minus certa. Incertum enim est an aliquis in futurum consentiat in peccatum, potens est enim Deus hominem, quacumque tentatione superveniente, liberare a peccato.

II-II q. 64 a. 5 ad 4

Ad quartum dicendum quod, sicut Augustinus dicit, in I de Civ. Dei, *nec Samson aliter excusatur quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia latenter spiritus hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat*. Et eandem rationem assignat de quibusdam sanctis feminis quae tempore persecutionis seipsas occiderunt, quarum memoria in Ecclesia celebratur.

II-II q. 64 a. 5 ad 5

Ad quintum dicendum quod ad fortitudinem pertinet quod aliquis ab alio mortem pati non refugiat propter bonum virtutis, et ut vitet peccatum. Sed quod aliquis sibi ipsi inferat mortem ut vitet mala poenalia, habet quidem quandam speciem fortitudinis, propter quod quidam seipsos interfecerunt aestimantes se fortiter agere, de quorum numero Razias fuit, non tamen est vera fortitudo, sed magis quaedam mollities animi non valentis mala poenalia sustinere, ut patet per philosophum, in III Ethic., et per Augustinum, in I de Civ. Dei.

6. Utrum liceat alicui occidere hominem iustum.

II-II q. 64 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod liceat in aliquo casu interficere innocentem. Divinus enim timor non manifestatur per peccatum, quin magis *timor domini expellit peccatum*, ut dicitur Eccli. I. Sed Abraham commendatus est quod timuerit dominum, quia voluit interficere filium innocentem. Ergo potest aliquis innocentem interficere sine peccato.

II-II q. 64 a. 6 arg. 2

Praeterea, in genere peccatorum quae contra proximum committuntur, tanto videtur aliquid esse maius peccatum quanto maius nocumentum infertur ei in quem peccatur. Sed occisio plus nocet peccatori quam innocenti, qui de miseria huius vitae ad caelestem gloriam transit per mortem. Cum ergo liceat in aliquo casu peccatorem occidere, multo magis licet occidere innocentem vel iustum.

II-II q. 64 a. 6 arg. 3

Praeterea, illud quod fit secundum ordinem iustitiae non est peccatum. Sed quandoque cogitur aliquis secundum ordinem iustitiae occidere innocentem, puta cum iudex, qui debet secundum allegata iudicare, condemnat ad mortem eum quem scit innocentem, per falsos testes convictum; et similiter minister qui iniuste condemnatum occidit obediens iudici. Ergo absque peccato potest aliquis occidere innocentem.

II-II q. 64 a. 6 s. c.

Sed contra est quod dicitur Exod. XXIII, *innocentem et iustum non occides*.

II-II q. 64 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod aliquis homo dupliciter

způsobem ve vztahu k jiné věci. Uvažujeme-li člověka o sobě, nikoho není dovoleno zabíti, protože v kterémkoliv, i ve hříšníku, musíme milovati přirozenost, kterou učinil Bůh, která se zabitím ničí. Ale, jak bylo shora řečeno, zabití hříšníka se stává dovoleným vzhledem ke společnému dobru, které se ničí hříchem. Život však spravedlivých je zachovávající a podporující společné dobro, protože sami jsou přední částí množství.

A proto žádným způsobem není dovoleno zabít,' nevinného.

K prvnímu se musí říci, že Bůh má vládu nad životem a smrtí; na jeho rozkaz totiž umírají i hříšníci, i spravedliví. A proto, kdo na rozkaz Boží zabije nevinného, takový nehřeší, jako ani Bůh, jehož jest vykonavatelem. A ukazuje, že se bojí Boha, poslouchaje jeho příkazů.

K druhému se musí říci, že při porovnání tíže hříchu musí se více uvažovati to, co je samo sebou než to, co je případkové. Proto ten, kdo zabije spravedlivého, tíže hřeší, než ten, kdo zabije hříšníka. Nejprve totiž, že škodí tomu, jehož má více milovati, a tak jedná více proti lásce. Za druhé, že působí bezpráví tomu, jenž je ho méně hoden; a tak jedná více proti spravedlnosti. Za třetí, že zbavuje společnost většího dobra. Za čtvrté, že více pohrdá Bohem. podle onoho Luk. 10: "Kdo vámi pohrdá, mnou pohrdá." Že pak spravedlivý zabitý je uveden Bohem do slávy, to se má k zabití případkově.

K třetímu se musí říci, že soudce, ví-li, že někdo je nevinen, jenž je lživými svědky usvědčován, musí pečlivěji vyslýchati svědky, aby nalezl příležitost osvoboditi nevinného, jako učinil Daniel. Jestliže to však nemůže, musí jej poslati k vyššímu soudu. Jestliže však ani to nemůže, nehřeší, vynášeje rozsudek podle dokladů, protože sám nezabil nevinného, nýbrž ti, kteří o něm praví, že je vinen. - Služebník pak soudce, odsuzujícího nevinného, jestliže rozsudek obsahuje nesnesitelný bůl, nesmí poslechnouti; jinak by byli omluveni kati, kteří zabili mučedníky. Jestliže však neobsahuje zjevnou nespravedlnost, nehřeší vykonáním příkazu, protože on nemá zkoumati výnos představeného, ani sám nezabil nevinného. nýbrž soudce, jemuž slouží.

LXIV.7.Zda je někomu dovoleno někoho zabíti při sebeobraně.

Při sedmé se postupuje takto: Zdá se, že nikomu není dovoleno zabíti někoho při sebeobraně. Praví totiž Augustin, Publikol.: "O zabíjení lidí, aby od nich nebyl někdo zabit, nelíbí se mi rada, leč by snad byl vojínem nebo by zastával veřejný úřad, že by to nečinil pro sebe, nýbrž pro jiné, přijav zákonnou moc, přísluší-li jeho osobě." Ale ten, kdo při sebeobraně někoho zabije, zabije ho proto, aby sám nebyl od něho zabit. Tedy, zdá se, že je to nedovolené.

Mimo to, v I. O. svob. rozhod., se praví: "Jak jsou před božskou prozřetelností svobodni od hříchu, kteří pro ty věci, kterými dlužno pohrdati, zabitím člověka jsou poskvrněni?" Těmi pak věcmi praví že se musí pohrdati, které lidé mohou ztratiti nechtějíce, jak je z řečeného considerari potest, uno modo, secundum se; alio modo, per comparationem ad aliud. Secundum se quidem considerando hominem, nullum occidere licet, quia in quolibet, etiam peccatore, debemus amare naturam, quam Deus fecit, quae per occisionem corrumpitur. Sed sicut supra dictum est, occisio peccatoris fit licita per comparationem ad bonum commune, quod per peccatum corrumpitur. Vita autem iustorum est conservativa et promotiva boni communis, quia ipsi sunt principalior pars multitudinis. Et ideo nullo modo licet occidere innocentem.

II-II q. 64 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Deus habet dominium mortis et vitae, eius enim ordinatione moriuntur et peccatores et iusti. Et ideo ille qui mandato Dei occidit innocentem, talis non peccat, sicut nec Deus, cuius est executor, et ostenditur Deum timere, eius mandatis obediens.

II-II q. 64 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod in pensanda gravitate peccati magis est considerandum illud quod est per se quam illud quod est per accidens. Unde ille qui occidit iustum gravius peccat quam ille qui occidit peccatorem. Primo quidem, quia nocet ei quem plus debet diligere, et ita magis contra caritatem agit. Secundo, quia iniuriam infert ei qui est minus dignus, et ita magis contra iustitiam agit. Tertio, quia privat communitatem maiori bono. Quarto, quia magis Deum contemnit, secundum illud Luc. X, *qui vos spernit, me spernit*. Quod autem iustus occisus ad gloriam perducatur a Deo, per accidens se habet ad occisionem.

II-II q. 64 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod iudex, si scit aliquem esse innocentem qui falsis testibus convincitur, debet diligentius examinare testes, ut inveniat occasionem liberandi innoxium, sicut Daniel fecit. Si autem hoc non potest, debet eum ad superiorem remittere iudicandum. Si autem nec hoc potest, non peccat secundum allegata sententiam ferens, quia non ipse occidit innocentem, sed illi qui eum asserunt nocentem. Minister autem iudicis condemnantis innocentem, si sententia intolerabilem errorem contineat, non debet obedire, alias excusarentur carnifices qui martyres occiderunt. Si vero non contineat manifestam iniustitiam, non peccat praeceptum exequendo, quia ipse non habet discutere superioris sententiam; nec ipse occidit innocentem, sed iudex, cui ministerium adhibet.

7. Utrum liceat alicui occidere hominem se defendendo.

II-II q. 64 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod nulli liceat occidere aliquem se defendendo. Dicit enim Augustinus, ad Publicolam, *de occidendis hominibus ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat sed pro aliis, accepta legitima potestate, si eius congruat personae*. Sed ille qui se defendendo occidit aliquem, ad hoc eum occidit ne ipse ab eo occidatur. Ergo hoc videtur esse illicitum.

II-II q. 64 a. 7 arg. 2

Praeterea, in I de Lib. Arb. dicitur, *quomodo apud divinam providentiam a peccato liberi sunt qui pro his rebus quas contemni oportet, humana caede polluti sunt?* Eas autem res dicit esse contemnendas quas homines inviti amittere

patrné. Z těch však přední je život tělesný. Tedy pro zachovaní tělesného života nikomu není dovoleno zabíti člověka.

Mimo to papež Mikuláš I. praví: "O duchovních, ohledně nichž ses tázal, totiž kteří při sebeobraně zabili pohana, zda potom, napraveni pokáním, mohou vstoupiti do dřívějšího stavu, nebo do vyššího postoupiti, věz, že my žádnou příležitost nedáváme, ani žádné dovolení jim neudělujeme, jakýmkoliv způsobem zabíti jakéhokoliv člověka." Ale k zachovávání mravních předpisů jsou zavázáni společně duchovní i laici. Tedy ani laikům není dovoleno zabíti někoho při sebeobraně.

Mimo to vražda je těžší než jednoduché smilstvo nebo cizoložství. Ale nikomu není dovoleno dopustiti se jednoduchého smilstva nebo cizoložství nebo kteréhokoli smrtelného hříchu pro zachování vlastního života, protože životu duchovnímu jest dáti přednost před tělesným. Tedy nikomu není dovoleno při sebeobraně jiného zabíti, aby zachoval vlastní život,

Mimo to, je-li strom špatný, i plody, jak se praví, Mat. 7. Ale samo hájení sebe se zdá nedovolené, podle onoho Řím. 12: "Nehajte se, nejmilejší." Tedy i zabití člověka, odtud vycházející, je nedovolené.

Avšak proti jest, co se praví Exod. 22: "Bude-li zloděj přistižen, dobýván se do domu, nebo podkopávaje, a dostav ránu, zemře, nebude ten, kdo ho udeřil, vinen krví." Ale mnohem spíše je dovoleno hájiti vlastní život než vlastní dům. Tedy ani když někdo zabije někoho při hájení svého života, nebude vinen vraždou.

Odpovídám: Musí se říci, že nic nepřekáží, aby jeden skutek měl dva účinky, z nichž pouze jeden je v úmyslu, druhý však je mimo úmysl. Mravní skutky však přijímají druh podle toho, co se zamýšlí, nikoliv však z toho; co je mimo úmysl, protože to je případkově, jak je patrné ze shora řečeného. Ze skutku tedy někoho; hájícího sebe, může následovati dvojí účinek: jeden totiž, zachování vlastního života, druhý pak zabití útočníka. Takový tedy skutek z toho, že v úmyslu je zachování vlastního života, nemá ráz nedovoleného, protože to je každému přirozené, aby se zachovával v bytí, pokud může. Může však nějaký skutek, vycházející z dobrého úmyslu, státi se nedovoleným, jestliže není úměrný cíli. A proto jestliže někdo k hájení vlastního života užívá většího násilí, než je třeba, bude to nedovolené. Jestliže však mírně odráží násilí, bude to dovolené hájení, neboť podle práv "odraziti násilí násilím je dovolené s umírněností bezúhonné obrany." Není však třeba ke spáse, aby člověk opomenul úkon umírněné obrany, by se vyhnul zabití druhého, protože člověk je povinen více se starati o svůj život než o život cizí.

Ale poněvadž zabíti člověka není dovoleno, leč veřejnou mocí pro společné dobro, jak je patrné ze shora řečeného, je nedovoleno člověku míti v úmyslu zabíti člověka, aby sebe hájil, leda tomu, kdo má veřejnou moc, jenž zamýšleje zabíti člověka ke své obraně, směřuje tím ke společnému dobru, jak je patrné u vojáka, bojujícího proti nepřátelům a u soudcova služebníka, bojujícího proti zločincům. Ačkoliv i tito hřeší, jestliže jsou vedeni possunt, ut ex praemissis patet. Horum autem est vita corporalis. Ergo pro conservanda vita corporali nulli licitum est hominem occidere.

II-II q. 64 a. 7 arg. 3

Praeterea, Nicolaus Papa dicit, et habetur in decretis, dist. l, *de clericis pro quibus consuluisti, scilicet qui se defendendo Paganum occiderunt, si postea per poenitentiam possent ad pristinum statum redire aut ad altiorem ascendere, scito nos nullam occasionem dare, nec ullam tribuere licentiam eis quemlibet hominem quolibet modo occidendi*. Sed ad praecepta moralia servanda tenentur communiter clerici et laici. Ergo etiam laicis non est licitum occidere aliquem se defendendo.

II-II q. 64 a. 7 arg. 4

Praeterea, homicidium est gravius peccatum quam simplex fornicatio vel adulterium. Sed nulli licet committere simplicem fornicationem vel adulterium, vel quodcumque aliud peccatum mortale, pro conservatione propriae vitae, quia vita spiritualis praeferenda est corporali. Ergo nulli licet, defendendo seipsum, alium occidere ut propriam vitam conservet.

II-II q. 64 a. 7 arg. 5

Praeterea, si arbor est mala, et fructus, ut dicitur Matth. VII. Sed ipsa defensio sui videtur esse illicita, secundum illud Rom. XII, *non vos defendentes, carissimi*. Ergo et occisio hominis exinde procedens est illicita.

II-II q. 64 a. 7 s. c.

Sed contra est quod Exod. XXII dicitur, *si effringens fur domum sive suffodiens fuerit inventus, et, accepto vulnere, mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis*. Sed multo magis licitum est defendere propriam vitam quam propriam domum. Ergo etiam si aliquis occidat aliquem pro defensione vitae suae, non erit reus homicidii.

II-II q. 64 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod nihil prohibet unius actus esse duos effectus, quorum alter solum sit in intentione, alius vero sit praeter intentionem. Morales autem actus recipiunt speciem secundum id quod intenditur, non autem ab eo quod est praeter intentionem, cum sit per accidens, ut ex supradictis patet. Ex actu igitur alicuius seipsum defendentis duplex effectus sequi potest, unus quidem conservatio propriae vitae; alius autem occisio invadentis. Actus igitur huiusmodi ex hoc quod intenditur conservatio propriae vitae, non habet rationem illiciti, cum hoc sit cuilibet naturale quod se conservet in esse quantum potest. Potest tamen aliquis actus ex bona intentione proveniens illicitus reddi si non sit proportionatus fini. Et ideo si aliquis ad defendendum propriam vitam utatur maiori violentia quam oporteat, erit illicitum. Si vero moderate violentiam repellat, erit licita defensio, nam secundum iura, *vim vi repellere licet cum moderamine inculpatae tutelae*. Nec est necessarium ad salutem ut homo actum moderatae tutelae praetermittat ad evitandum occisionem alterius, quia plus tenetur homo vitae suae providere quam vitae alienae. Sed quia occidere hominem non licet nisi publica auctoritate propter bonum commune, ut ex supradictis patet; illicitum est quod homo intendat occidere hominem ut seipsum defendat, nisi ei qui habet publicam auctoritatem, qui, intendens hominem occidere ad sui defensionem, refert hoc ad publicum bonum, ut patet in milite pugnante contra hostes, et in ministro iudicis pugnante contra latrones. Quamvis et isti etiam peccent si

soukromou choutkou.

K prvnímu se tedy musí říci, že výroku Augustinovu se musí rozuměti pro ten případ, kdy někdo zamýšlí zabíti člověka, aby sebe osvobodil od smrti.

Pro týž případ se rozumí výroku, uvedenému z knihy o Svob. rozhodování. Pročež se praví výslovně: "pro tyto věci", čímž se označuje úmysl.

A z toho je patrná odpověď k druhému.

K třetímu se musí říci, že nepřípustnost :následuje po skutku vraždy, i když je bez hříchu, jak je patrné u soudce, jenž spravedlivě někoho odsoudil na smrt. A proto duchovní, i když při sebeobraně někoho zabije, je nepřípustný, ačkoliv nemá v úmyslu zabíti, nýbrž sebe brániti.

Ke čtvrtému se musí říci, že skutek smilstva nebo cizoložství není řízen k zachování vlastního života z nutnosti, jako skutek, z něhož někdy následuje vražda.

K pátému se musí říci, že se zde zakazuje obrana, která je s touhou po pomstě Pročež praví Glossa: "Nebraň se," to jest "neoplácejte protivníkům".

LXIV.8.Zda někdo, náhodou zabiv člověka, má odpovědnost vraždy.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že kdo náhodou zabil člověka, má odpovědnost z vraždy. Čte se totiž Gen. 4., že Lamech, domnívaje se, že zabíjí zvíře, zabil člověka a bylo mu to přičítáno za vraždu. Tedy má odpovědnost vraždy, kdo náhodou zabije člověka.

Mimo to, Ex. 21, se praví, že když někdo uhodí ženu těhotnou a způsobí potrat, jestliže bude následovat její smrt, dá duši za duši. Ale to se může státi bez úmyslu zabití. Tedy náhodná vražda má odpovědnost vraždy.

Mimo to v Ustanoveních, rozl. 50, se uvádějí mnohé kánony, podle nichž se trestají náhodné vraždy. Ale trest se nedává než za vinu. Tedy ten, kdo náhodou zabije člověka, dopouští se viny vraždy.

Avšak proti jest, co praví Augustin, Publikol.: "Nebudiž nám nikterak přičítáno, jestliže v tom, co konáme dobrého a dovoleného, někomu se přihodí zlé mimo naši vůli." Ale přihází se někdy, že jednajícím pro nějaké dobro vyjde náhodou vražda. Tedy se nepřičítá jednajícímu k vině.

Odpovídám: Musí se říci, že podle Filosofa, ve II. Fys., náhoda je příčina účinná mimo úmysl. A proto ta, jež jsou náhodná jednoduše řečeno, nejsou zamýšlená, ani dobrovolná. A protože podle Augustina každý hřích je

privata libidine moveantur.

II-II q. 64 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod auctoritas Augustini intelligenda est in eo casu quo quis intendit occidere hominem ut seipsum a morte liberet.

II-II q. 64 a. 7 ad 2

In quo etiam casu intelligitur auctoritas inducta ex libro de libero arbitrio. Unde signanter dicitur, pro his rebus, in quo designatur intentio. Et per hoc patet responsio ad secundum.

II-II q. 64 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod irregularitas consequitur actum homicidii etiam si sit absque peccato, ut patet in iudice qui iuste aliquem condemnat ad mortem. Et propter hoc clericus, etiam si se defendendo interficiat aliquem, irregularis est, quamvis non intendat occidere, sed seipsum defendere.

II-II q. 64 a. 7 ad 4

Ad quartum dicendum quod actus fornicationis vel adulterii non ordinatur ad conservationem propriae vitae ex necessitate, sicut actus ex quo quandoque sequitur homicidium.

II-II q. 64 a. 7 ad 5

Ad quintum dicendum quod ibi prohibetur defensio quae est cum livore vindictae. Unde Glossa dicit, *non vos defendentes, idest, non sitis referientes adversarios*.

8. Utrum homicidium casuale cit peccatum mortale.

K druhému se musí říci, že nespravedlivý soud není soudem. A proto se strany soudu křivé svědectví, při nespravedlivém soudu pronesené na zabránění nespravedlnosti, nemá ráz hříchu smrtelného; pouze však z nedržení přísahy.

K třetímu se musí říci, že lidé nejvíce se děsí hříchů, které jsou proti Bohu, jakožto nejtěžších, mezi nimiž je křivá přísaha. Nehrozí se však tak hříchů, které jsou proti bližnímu. A proto k větší jistotě svědectví se vyžaduje přísaha svědkova.

LXXI. O nespravedlnosti, která se stává na soudu se strany obhájců.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o nespravedlnosti, která se stává při soudu se strany obhájců.

A o tom jsou čtyři otázky:

1. Zda obhájce je vázán poskytnouti zastoupení záležitosti chudých.
2. Zda má býti někomu zavřen úřad obhájce.
3. Zda hřeší obhájce, háje nespravedlivou záležitost.
4. Zda hřeší, přijímaje peníze za své zastupování.

LXXI.1.Zda je obhájce vázán poskytnouti zastoupení záležitosti chudých.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že obhájce je vázán poskytnouti zastoupení záležitosti chudých. Praví se totiž Ex. 23: "Jestliže uzříš osla svého nenávistníka leženi pod břemenem, nepřejdeš, nýbrž zvedneš s ním." Ale nehrozí menší nebezpečí chudému, je-li jeho záležitost potírána proti spravedlnosti, než když jeho osel leží pod břemenem. Tedy obhájce je povinen poskytnouti zastoupení záležitosti chudých.

Mimo to praví Řehoř, v kterési homilii: "Mající rozum hleď pilně, abys nemlčel; mající nadbytek statků neochabuj v milosrdenství; mající umění vládnouti sdílej s bližním jeho užívání; mající možnost přimlouvati se u boháče přimlouvej se za chudé: neboť každému bude pokládáno za talent i to nejmenší, co přijal." Ale každý je povinen svěřený talent neukrýti, nýbrž věrně jej spravovati , což je patrno z trestu služebníka, skrývajícího talent, Mat. 25. Tedy obhájce je povinen mluviti za chudé.

Mimo to, protože přikázání o konání skutků milosrdenství je kladné, zavazuje pro určitá místa a doby, což je nejvíce v nutnosti. Ale čas nutnosti se zdá, když záležitost

II-II q. 70 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in testimonio ferendo non debet homo pro certo asserere, quasi sciens, id de quo certus non est, sed dubium debet sub dubio proferre, et id de quo certus est pro certo asserere. Sed quia contingit ex labilitate humanae memoriae quod reputat se homo quandoque certum esse de eo quod falsum est, si aliquis, cum debita sollicitudine recogitans, existimet se certum esse de eo quod falsum est, non peccat mortaliter hoc asserens, quia non dicit falsum testimonium per se et ex intentione, sed per accidens, contra id quod intendit.

II-II q. 70 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod iniustum iudicium iudicium non est. Et ideo ex vi iudicii falsum testimonium in iniusto iudicio prolatum ad iniustitiam impediendam, non habet rationem peccati mortalis, sed solum ex iuramento violato.

II-II q. 70 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod homines maxime abhorrent peccata quae sunt contra Deum, quasi gravissima, inter quae est periurium. Non autem ita abhorrent peccata quae sunt contra proximum. Et ideo ad maiorem certitudinem testimonii, requiritur testis iuramentum.

71. De iniustitia quae fit in iudicio ex parte advocatorum.

Prooemium

II-II q. 71 pr.

Deinde considerandum est de iniustitia quae fit in iudicio ex parte advocatorum. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum advocatus teneatur praestare patrocinium causae pauperum. Secundo, utrum aliquis debeat arceri ab officio advocati. Tertio, utrum advocatus peccet iniustam causam defendendo. Quarto, utrum peccet pecuniam accipiendo pro suo patrocinio.

1. Utrum advocatus teneatur praestare patrocinium causae pauperum.

II-II q. 71 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod advocatus teneatur patrocinium praestare causae pauperum. Dicitur enim Exod. XXIII, *si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo*. Sed non minus periculum imminet pauperi si eius causa contra iustitiam opprimatur, quam si eius asinus iaceat sub onere. Ergo advocatus tenetur praestare patrocinium causae pauperum.

II-II q. 71 a. 1 arg. 2

Praeterea, Gregorius dicit, in quadam homilia, *habens intellectum curet omnino ne taceat; habens rerum affluentiam a misericordia non torpescat; habens artem qua regitur, usum illius cum proximo partiatur; habens loquendi locum apud divitem, pro pauperibus intercedat, talenti enim nomine cuilibet reputabitur quod vel minimum accepit*. Sed talentum commissum non abscondere, sed fideliter dispensare quilibet tenetur, quod patet ex poena servi abscondentis talentum, Matth. XXV. Ergo advocatus tenetur pro pauperibus loqui.

II-II q. 71 a. 1 arg. 3

Praeterea, praeceptum de misericordiae operibus adimplendis, cum sit affirmativum, obligat pro loco et

nějakého chudého jest utlačována. Tedy v takovém případě se zdá, že obhájce je povinen poskytnouti chudým zastoupení.

Avšak proti, není menší potřeba postrádajícího pokrmu, než postrádajícího obhájce. Ale ten, kdo má možnost nasytiti, není vždy povinen chudého sytiti. Tedy ani obhájce není vždy povinen poskytnouti zastoupení záležitosti chudých.

Odpovídám: Musí se říci, že, ježto poskytnouti zastoupení záležitosti chudých náleží do díla milosrdenství, totéž se zde řekne, co bylo shora řečeno o jiných skutcích milosrdenství. Nikdo totiž nestačí všem potřebným poskytnouti skutek milosrdenství. A proto, jak praví Augustin, v I. O křest'. nauce, "poněvadž nemůžeš prospěti všem, nejspíše jest přispěti těm, kteří podle příležitosti míst, dob nebo jiných záležitostí jsou s tebou jako nějakým osudem spojeni". Praví, ‚podle příležitosti míst', protože člověk není povinen hledati po světě strádající, kterým by pomohl, nýbrž stačí, jestli prokáže skutek milosrdenství těm, kteří jej potkávají. Pročež se praví Exod. 23: "Jestliže nalezneš bloudícího vola nebo osla svého nepřítele, zaveď k němu." - Dodává pak ‚dob', protože není člověk povinen obstarávati budoucí potřebu druhého, nýbrž stačí, jestliže přispěje přítomné potřebě. Proto se praví v I. Jan. 3: "Kdo uzří svého bratra trpěti nouzi a zavře před ním své srdce", atd. - Přidává pak ‚nebo jiných záležitostí', protože člověk musí nejvíce péče věnovat spojeným se sebou jakýmkoliv poutem, podle onoho I. Tim. 5: "Jestliže někdo nepečuje o své, a zvláště o domácí, zapřel víru."

Když pak to nadejde, zbývá uvážiti, zda někdo trpí takovým nedostatkem, že není hned zřejmé, jak by se mu mohlo jinak pomoci. A v takovém případě je povinen mu prokázati skutek milosrdenství. - Jestliže však je hned zřejmé, jak mu lze jinak pomoci, buď skrze něj nebo skrze jiné osoby více spojené nebo mající větší majetek, není nutně povinen strádajícímu pomoci, takže by hřešil, kdyby nepomohl; ačkoli jedná chvalně, pomůže-li mimo takovou nutnost.

Pročež obhájce není vázán vždy poskytnouti zastoupení záležitosti chudých, nýbrž jen nadejdou-li řečené okolnosti. Jinak by musil opustiti všechny jiné záležitosti a věnovati se pouze záležitostem chudých. - A totéž se musí říci o lékaři co do léčení chudých.

K prvnímu se tedy musí říci, že, když osel leží pod břemenem, nelze mu v tom případě jinak pomoci, kdyby mu přicházející nepomohli: a proto jsou povinni pomoci. Nebyli by však povinni, kdyby byla odjinud pomoc dosažitelná.

K druhému se musí říci, že člověk je povinen svěřený sobě talent užitečně spravovati, dbaje příhodnosti míst a dob a jiných věcí, jak bylo řečeno.

K třetímu se musí říci, že povinnost přispěti nepůsobí kterákoliv nutnost, nýbrž pouze ta, která byla naznačena.

tempore, quod est maxime in necessitate. Sed tempus necessitatis videtur esse quando alicuius pauperis causa opprimitur. Ergo in tali casu videtur quod advocatus teneatur pauperibus patrocinium praestare.

II-II q. 71 a. 1 s. c.

Sed contra, non minor necessitas est indigentis cibo quam indigentis advocato. Sed ille qui habet potestatem cibandi non semper tenetur pauperem cibare. Ergo nec advocatus semper tenetur causae pauperum patrocinium praestare.

II-II q. 71 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod cum praestare patrocinium causae pauperum ad opus misericordiae pertineat, idem est hic dicendum quod et supra de aliis misericordiae operibus dictum est. Nullus enim sufficit omnibus indigentibus misericordiae opus impendere. Et ideo sicut Augustinus dicit, in I de Doct. Christ., *cum omnibus prodesse non possis, his potissime consulendum est qui pro locorum et temporum vel quarumlibet rerum opportunitatibus, constrictius tibi, quasi quadam sorte, iunguntur*. Dicit, pro locorum opportunitatibus, quia non tenetur homo per mundum quaerere indigentes quibus subveniat, sed sufficit si eis qui sibi occurrunt misericordiae opus impendat. Unde dicitur Exod. XXIII, *si occurreris bovi inimici tui aut asino erranti, reduc ad eum*. Addit autem, et temporum, quia non tenetur homo futurae necessitati alterius providere, sed sufficit si praesenti necessitati succurrat. Unde dicitur I Ioan. III, *qui viderit fratrem suum necessitatem patientem, et clauserit viscera sua ab eo,* et cetera. Subdit autem, vel quarumlibet rerum, quia homo sibi coniunctis quacumque necessitudine maxime debet curam impendere; secundum illud I ad Tim. V, *si quis suorum, et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit*. Quibus tamen concurrentibus, considerandum restat utrum aliquis tantam necessitatem patiatur quod non in promptu appareat quomodo ei possit aliter subveniri. Et in tali casu tenetur ei opus misericordiae impendere. Si autem in promptu appareat quomodo ei aliter subveniri possit, vel per seipsum vel per aliam personam magis coniunctam aut maiorem facultatem habentem, non tenetur ex necessitate indigenti subvenire, ita quod non faciendo peccet, quamvis, si subvenerit absque tali necessitate, laudabiliter faciat. Unde advocatus non tenetur semper causae pauperum patrocinium praestare, sed solum concurrentibus conditionibus praedictis. Alioquin oporteret eum omnia alia negotia praetermittere, et solis causis pauperum iuvandis intendere. Et idem dicendum est de medico, quantum ad curationem pauperum.

II-II q. 71 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod quando asinus iacet sub onere, non potest ei aliter subveniri in casu isto nisi per advenientes subveniatur, et ideo tenentur iuvare. Non autem tenerentur si posset aliunde remedium afferri.

II-II q. 71 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod homo talentum sibi creditum tenetur utiliter dispensare, servata opportunitate locorum et temporum et aliarum rerum, ut dictum est.

II-II q. 71 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod non quaelibet necessitas causat debitum subveniendi, sed solum illa quae est dicta.

LXXI.2.Zda se vhodně některým podle práv zavírá úřad obhájce.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že nevhodně se některým podle práv zavírá úřad obhájce. Neboť skutky milosrdenství se nemají nikomu zavírati. Ale poskytnouti zastoupení na soudech náleží ke skutkům milosrdenství, jak bylo řečeno. Tedy nikomu se nemá zavírati tento úřad.

Mimo to se nezdá, že protivné příčiny mají týž účinek. Ale býti oddán věcem božským a býti oddán hříchům, jsou protivy. Nevhodně se tedy zavírá některým úřad obhájce pro nábožnost, jako mnichům a duchovním, některým pak pro vinu, jako bezectným a kacířům.

Mimo to člověk má milovati bližního jako sebe. Ale k účinku lásky náleží, aby nějaký obhájce se zastal něčí záležitosti. Nevhodně se tedy některým, jimž se dovoluje pro sebe moc obhajovati, zakazuje zastávati záležitosti jiných.

Avšak proti jest, že III. ot. 7. mnohým osobám se zavírá úřad obhájce.

Odpovídám: Musí se říci, že někomu se brání v nějakém úkonu dvojím způsobem. Jedním způsobem pro nemohoucnost, jiným způsobem pro nevhodnost. Ale neschopnost jednoduše vylučuje někoho z úkonu, kdežto nevhodnost nevylučuje naprosto, protože nutnost může odstraniti nevhodnost. Tak se tedy úřad obhájců zakazuje některým pro nemohoucnost, ježto se jim nedostává smyslu, buď vnitřního jako šíleným a nedospělým, nebo vnějšího, jako hluchým a němým. Je totiž obhájci nutná i vnitřní zkušenost, aby mohl vhodně spravedlnost zastupované záležitosti ukázati a také řeč a sluch, aby mohl i mluviti, i slyšeti, co se mu řekne. Pročež, kdo v těchto trpí nedostatkem, vůbec mají zakázáno býti obhájci, jak sebe, tak jiných.

Vhodné pak vykonávání tohoto úřadu se kazí dvojmo. Jedním způsobem z toho, že někdo je poután vyššími věcmi. Pročež se nesluší na mnichy a kněze, býti obhájci v jakékoliv záležitosti, ani na duchovní na světském soudu, protože tyto osoby jsou přiřčeny věcem Božím. - Jiným způsobem pro chybu osoby, buď tělesnou, jak je patrné u slepých, kteří by nemohli vhodně státi před soudcem; nebo duchovní, neboť se nesluší, aby byl zastáncem spravedlnosti druhému, kdo v sobě pohrdl spravedlností. A proto bezectní, nevěřící a odsouzení pro těžké zločiny nejsou vhodně obhájci.

Avšak takovou nevhodnost překonává nutnost. A proto takové osoby mohou pro sebe nebo pro sobě blízké osoby zastávati úřad obhájce. Pročež i duchovní mohou býti obhájci pro své kostely a mniši pro záležitost svého kláštera, jestliže opat přikáže.

K prvnímu se tedy musí říci, že některým se někdy zakazují skutky milosrdenství pro nemohoucnost, někdy také pro nevhodnost. Nehodí se totiž každý skutek milosrdenství pro každého, jako se nehodí, aby hloupí dávali radu, nebo nevědomí učili.

2. Utrum aliqui debeant arceri ab officio advocati.

II-II q. 71 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter aliqui secundum iura arceantur ab officio advocandi. Ab operibus enim misericordiae nullus debet arceri. Sed patrocinium praestare in causis ad opera misericordiae pertinet, ut dictum est. Ergo nullus debet ab hoc officio arceri.

II-II q. 71 a. 2 arg. 2

Praeterea, contrariarum causarum non videtur esse idem effectus. Sed esse deditum rebus divinis, et esse deditum peccatis, est contrarium. Inconvenienter igitur excluduntur ab officio advocati quidam propter religionem, ut monachi et clerici; quidam autem propter culpam, ut infames et haeretici.

II-II q. 71 a. 2 arg. 3

Praeterea, homo debet diligere proximum sicut seipsum. Sed ad effectum dilectionis pertinet quod aliquis advocatus causae alicuius patrocinetur. Inconvenienter ergo aliqui quibus conceditur pro seipsis auctoritas advocationis, prohibentur patrocinari causis aliorum.

II-II q. 71 a. 2 s. c.

Sed contra est quod III, qu. VII, multae personae arcentur ab officio postulandi.

II-II q. 71 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod aliquis impeditur ab aliquo actu duplici ratione, uno modo, propter impotentiam; alio modo, propter indecentiam. Sed impotentia simpliciter excludit aliquem ab actu, indecentia autem non excludit omnino, quia necessitas indecentiam tollere potest. Sic igitur ab officio advocatorum prohibentur quidam propter impotentiam, eo quod deficiunt sensu, vel interiori, sicut furiosi et impuberes; vel exteriori, sicut surdi et muti. Est enim necessaria advocato et interior peritia, qua possit convenienter iustitiam assumptae causae ostendere, et iterum loquela cum auditu, ut possit et pronuntiare et audire quod ei dicitur. Unde qui in his defectum patiuntur omnino prohibentur ne sint advocati, nec pro se nec pro aliis. Decentia autem huius officii exercendi tollitur dupliciter. Uno modo, ex hoc quod aliquis est rebus maioribus obligatus. Unde monachos et presbyteros non decet in quacumque causa advocatos esse, neque clericos in iudicio saeculari, quia huiusmodi personae sunt rebus divinis adstrictae. Alio modo, propter personae defectum, vel corporalem, ut patet de caecis, qui convenienter iudici adstare non possent; vel spiritualem, non enim decet ut alterius iustitiae patronus existat qui in seipso iustitiam contempsit. Et ideo infames, infideles et damnati de gravibus criminibus non decenter sunt advocati. Tamen huiusmodi indecentiae necessitas praefertur. Et propter hoc huiusmodi personae possunt pro seipsis, vel pro personis sibi coniunctis, uti officio advocati. Unde et clerici pro Ecclesiis suis possunt esse advocati, et monachi pro causa monasterii sui, si abbas praeceperit.

II-II q. 71 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ab operibus misericordiae interdum aliqui propter impotentiam, interdum etiam propter indecentiam impediuntur. Non enim omnia opera misericordiae omnes decent, sicut stultos non decet

K druhému se musí říci, že, jako ctnost se poruší z nadbytku a nedostatku, tak někdo se stává nevhodným i pro větší i pro menší. A proto se některým zabraňuje poskytovati zastoupení v záležitostech, protože jsou příliš velcí na tento úřad, jako řeholníci a duchovní; některým pak proto, že jsou příliš malí, než aby jim tento úřad příslušel, jako bezectní a nevěřící.

K třetímu se musí říci, že není tak naléhavou potřebou člověku zastávati záležitosti jiných, jako vlastní, protože jiní si mohou jinak pomoci. Proto není podobný důvod.

LXXI.3.Zda obhájce hřeší, jestliže hájí nespravedlivou záležitost.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že obhájce nehřeší, jestliže hájí nespravedlivou záležitost. Jako totiž se ukáže dovednost lékařova, jestliže vyléčí beznadějnou chorobu, tak také se ukáže dovednost obhájcova, umí-li i nespravedlivou záležitost hájiti. Ale lékař je chválen, jestliže beznadějnou chorobu vyléčí. Tedy obhájce nehřeší, nýbrž spíše zasluhuje chvály, jestliže hájí nespravedlivou záležitost.

Mimo to od každého hříchu je dovoleno upustiti. Ale obhájce je trestán, jestliže zradí svou záležitost, jak máme ve II. ot. 3. Tedy obhájce nehřeší obhajobou nespravedlivé záležitosti, jestliže její obhajobu přijal.

Mimo to se zdá větším hříchem, jestliže užívá nespravedlnosti k hájení spravedlivé záležitosti, třebas uvedením křivých svědků nebo doklady nepravých zákonů, než když hájí nespravedlivou záležitost, protože toto je hřích tvarem, ono látkou. Ale zdá se, že je dovoleno obhájci užívati takových vychytralostí, jako vojínu je dovoleno bojovati z úkrytu. Tedy se zdá, že obhájce nehřeší, jestliže hájí nespravedlivou záležitost.

Avšak proti jest, co se praví II. Par. 19: "Bezbožnému poskytuješ pomoci, a proto jsi zasluhoval hněvu Páně." Ale obhájce, zastávaje záležitost nespravedlivou, poskytuje pomoc bezbožnému. Tedy hřeší a zasluhuje hněvu Páně.

Odpovídám: Musí se říci, že není dovoleno nikomu spolupůsobiti při konání zla, ať radou nebo pomocí nebo jakýmkoliv souhlasem, protože radící a pomáhající je jaksi činící. A Apoštol praví, Řím. 1, "že hodni jsou smrtí nejen kteří činí hřích, nýbrž i kteří souhlasí s činícími." Proto bylo také shora řečeno, že všichni takoví jsou vázáni k náhradě. Je však jasné, že obhájce poskytuje i pomoc i radu tomu, jehož záležitost zastává. Pročež, hájí-li vědomě nespravedlivou záležitost, nepochybně těžce hřeší. A je vázán k náhradě té škody, která proti spravedlnosti stihla z jeho pomocí druhou stranu. Jestliže však nevědomky hájí nespravedlivou záležitost, maje ji za spravedlivou, je omluven, podle míry, jakou může nevědomost omluviti.

K prvnímu se tedy musí říci, že lékař, bera do ošetřování beznadějnou nemoc, nikomu neční bezpráví. Obhájce však,, přijímaje nespravedlivou záležitost, nespravedlivě ubližuje tomu, proti komu poskytuje zastání. A proto není consilium dare, neque ignorantes docere.

II-II q. 71 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod sicut virtus corrumpitur per superabundantiam et defectum, ita aliquis fit indecens et per maius et per minus. Et propter hoc quidam arcentur a patrocinio praestando in causis quia sunt maiores tali officio, sicut religiosi et clerici, quidam vero quia sunt minores quam ut eis hoc officium competat, sicut infames et infideles.

II-II q. 71 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod non ita imminet homini necessitas patrocinari causis aliorum sicut propriis, quia alii possunt sibi aliter subvenire. Unde non est similis ratio.

3. Utrum advocatus peccet iniustam causam defendendo.

II-II q. 71 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod advocatus non peccet si iniustam causam defendat. Sicut enim ostenditur peritia medici si infirmitatem desperatam sanet, ita etiam ostenditur peritia advocati si etiam iniustam causam defendere possit. Sed medicus laudatur si infirmitatem desperatam sanet. Ergo etiam advocatus non peccat, sed magis laudandus est, si iniustam causam defendat.

II-II q. 71 a. 3 arg. 2

Praeterea, a quolibet peccato licet desistere. Sed advocatus punitur si causam suam prodiderit, ut habetur II, qu. III. Ergo advocatus non peccat iniustam causam defendendo, si eam defendendam susceperit.

II-II q. 71 a. 3 arg. 3

Praeterea, maius videtur esse peccatum si iniustitia utatur ad iustam causam defendendam, puta producendo falsos testes vel allegando falsas leges, quam iniustam causam defendendo, quia hoc est peccatum in forma, illud in materia. Sed videtur advocato licere talibus astutiis uti, sicut militi licet ex insidiis pugnare. Ergo videtur quod advocatus non peccat si iniustam causam defendat.

II-II q. 71 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur II Paralip. XIX, *impio praebes auxilium, et idcirco iram domini merebaris*. Sed advocatus defendens causam iniustam impio praebet auxilium. Ergo, peccando, iram domini meretur.

II-II q. 71 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod illicitum est alicui cooperari ad malum faciendum sive consulendo, sive adiuvando, sive qualitercumque consentiendo, quia consilians et coadiuvans quodammodo est faciens; et apostolus dicit, ad Rom. I, quod *digni sunt morte non solum qui faciunt peccatum, sed etiam qui consentiunt facientibus*. Unde et supra dictum est quod omnes tales ad restitutionem tenentur. Manifestum est autem quod advocatus et auxilium et consilium praestat ei cuius causae patrocinatur. Unde si scienter iniustam causam defendit, absque dubio graviter peccat; et ad restitutionem tenetur eius damni quod contra iustitiam per eius auxilium altera pars incurrit. Si autem ignoranter iniustam causam defendit, putans esse iustam, excusatur, secundum modum quo ignorantia excusare potest.

II-II q. 71 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod medicus accipiens in cura infirmitatem desperatam nulli facit iniuriam. Advocatus autem suscipiens causam iniustam iniuste laedit eum contra

podobný důvod. Ačkoli se totiž zdá chvályhodným co do dovednosti umění, přece hřeší co do nespravedlnosti vůle, protože užívá umění ke zlému.

K druhému se musí říci, že, věří-li obhájce na počátku, že záležitost je spravedlivá, a potom při projednávání se ukáže, že je nespravedlivá, nemá ji zraditi, že by totiž druhé straně pomáhal nebo tajemství své záležitosti druhé straně vyjevil. Může však a má záležitost opustiti, nebo toho, jehož záležitost vede, přiměti k ustoupení nebo k narovnání beze škody protivníka.

K třetímu se musí říci, že jak bylo shora řečeno, vojínu nebo vůdci vojska je dovoleno ve spravedlivé válce jednati z úkrytu to, co má vykonati opatrným skrýváním, nikoliv však podvodným jednáním obelhávati, protože "i nepřiteli třeba zachovati věrnost", jak praví Tullius, ve III. O povin. Proto i obhájce, zastupující spravedlivou záležitost, smí opatrně skrývati to, čím by mohl býti překažen jeho postup, není mu však dovoleno užívati nějaké nepravdy.

LXXI.4.Zda je dovoleno obhájci přijímati peníze za své zastupování.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že obhájci není dovoleno přijímati peníze za své zastupování. Skutky milosrdenství totiž se nemají konati z ohledu na odměnu lidskou: podle onoho Luk. 14: "Když děláš oběd nebo večeři, nezvi přátele, ani bohaté sousedy, aby snad zase oni nepozvali tebe a dostalo by se ti odplaty." Ale poskytnouti zastoupení v něčí záležitosti náleží ke skutkům milosrdenství, jak bylo řečeno. Tedy není dovoleno obhájci přijímati peněžitou odměnu za poskytnuté zastoupení.

Mimo to duchovní se nemá směňovati za časné. Ale poskytnuté zastoupení se zdá býti něčím duchovním, protože je užíváním znalosti práva. Tedy není dovoleno obhájci přijímati peníze za poskytnuté zastoupení.

Mimo to, jako spolupracuje při soudu osoba obhájce, tak také osoba soudce a osoba svědka. Ale podle Augustina, Macedoniovi, "nesmí soudce prodávati spravedlivý soud, ani svědek pravdivé svědectví." Tedy ani obhájce nemůže prodávati spravedlivé zastoupení.

Avšak proti jest, co praví tamtéž Augustin, že "obhájce dovoleně prodává spravedlivé zastoupení a právník správnou radu".

Odpovídám: Musí se říci, že za prokázání těch, která někdo není povinen druhému prokázati, spravedlivě může přijmouti odplatu. Je však jasné, že obhájce není vždy povinen poskytnouti zastoupení nebo dáti radu záležitostem druhých. A proto, jestli prodá své zastoupení nebo radu, nejedná proti spravedlnosti. A tentýž důvod je pro lékaře, přinášejícího pomoc k uzdravení a pro všechny takové osoby, jen když berou mírně, dbajíce stavu osob, záležitostí a práce a zvyku země Jestliže však v nešlechetnosti něco nemírně vynutí, hřeší proti spravedlnosti. Pročež praví Augustin, Macedoniovi, že "bývá od nich požadováno zpět vynucené nemírnou quem patrocinium praestat. Et ideo non est similis ratio. Quamvis enim laudabilis videatur quantum ad peritiam artis, tamen peccat quantum ad iniustitiam voluntatis, qua abutitur arte ad malum.

II-II q. 71 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod advocatus, si in principio credidit causam iustam esse et postea in processu appareat eam esse iniustam, non debet eam prodere, ut scilicet aliam partem iuvet, vel secreta suae causae alteri parti revelet. Potest tamen et debet causam deserere; vel eum cuius causam agit ad cedendum inducere, sive ad componendum, sine adversarii damno.

II-II q. 71 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut supra dictum est, militi vel duci exercitus licet in bello iusto ex insidiis agere ea quae facere debet prudenter occultando, non autem falsitatem fraudulenter faciendo, quia etiam hosti fidem servare oportet, sicut Tullius dicit, in III de Offic. Unde et advocato defendenti causam iustam licet prudenter occultare ea quibus impediri posset processus eius, non autem licet ei aliqua falsitate uti.

4. Utrum peccet pecuniam accipiendo pro suo patrocinio.

II-II q. 71 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod advocato non liceat pro suo patrocinio pecuniam accipere. Opera enim misericordiae non sunt intuitu humanae remunerationis facienda, secundum illud Luc. XIV, *cum facis prandium aut cenam, noli vocare amicos tuos neque vicinos divites, ne forte et ipsi te reinvitent, et fiat tibi retributio*. Sed praestare patrocinium causae alicuius pertinet ad opera misericordiae, ut dictum est. Ergo non licet advocato accipere retributionem pecuniae pro patrocinio praestito.

II-II q. 71 a. 4 arg. 2

Praeterea, spirituale non est pro temporali commutandum. Sed patrocinium praestitum videtur esse quiddam spirituale, cum sit usus scientiae iuris. Ergo non licet advocato pro patrocinio praestito pecuniam accipere.

II-II q. 71 a. 4 arg. 3

Praeterea, sicut ad iudicium concurrit persona advocati, ita etiam persona iudicis et persona testis. Sed secundum Augustinum, ad Macedonium, *non debet iudex vendere iustum iudicium, nec testis verum testimonium*. Ergo nec advocatus poterit vendere iustum patrocinium.

II-II q. 71 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit ibidem, quod *advocatus licite vendit iustum patrocinium, et iurisperitus verum consilium*.

II-II q. 71 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod ea quae quis non tenetur alteri exhibere, iuste potest pro eorum exhibitione recompensationem accipere. Manifestum est autem quod advocatus non semper tenetur patrocinium praestare aut consilium dare causis aliorum. Et ideo si vendat suum patrocinium sive consilium, non agit contra iustitiam. Et eadem ratio est de medico opem ferente ad sanandum, et de omnibus aliis huiusmodi personis, dum tamen moderate accipiant, considerata conditione personarum et negotiorum et laboris, et consuetudine patriae. Si autem per improbitatem aliquid immoderate extorqueat, peccat contra

nepoctivostí, dané ze snesitelného zvyku nebývá".

K prvnímu se musí říci, že člověk není vždy povinen konati zdarma, co může z milosrdenství vykonati; jinak by nebylo nikomu dovoleno prodati nějakou věc, protože každou věc může člověk milosrdně uděliti. Ale když ji z milosrdenství udělí, nemá hledati lidské, nýbrž Boží odměny. A podobně obhájce, když milosrdně zastupuje záležitost chudých, nemá chtíti odměnu lidskou, nýbrž Boží. Není však povinen vždy zdarma poskytovati zastoupení.

K druhému se musí říci, že, ač znalost práva je něčím duchovním, přece její užívání se děje prací tělesnou. A proto náhradou za ni je dovoleno přijímati peníze. Jinak by nebylo dovoleno žádnému umělci vydělávati svým uměním.

K třetímu se musí říci, že soudce a svědek jsou společní obojí straně, protože soudce je povinen dáti spravedlivý rozsudek a svědek je povinen říci pravdivé svědectví; spravedlnost však a pravda nekloní se více k jedné straně než ke druhé. A proto soudcům jsou stanoveny platy za práci z veřejného a svědci dostávají poplatky buď od obou stran, nebo od té, která je vede, ne jako cenu svědectví, nýbrž jako zaplacení práce: "Nikdo nikdy není vojákem na své útraty", jak se praví I. Kor. 9. Avšak obhájce hájí toliko jednu stranu. A proto může dovoleně přijímati odměnu od strany, které pomáhá.

LXXII.O pohaně.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o bezprávích slovních, která jsou působena mimo soud. A nejprve o pohaně; za druhé o nactiutrhání; za třetí o našeptávání; za čtvrté o posměchu; za páté o zlořečení.

O prvním jsou čtyři otázky.

1. Co je pohana.
2. Zda každá pohana je smrtelný hřích.
3. Zda je třeba hanící potlačovati.
4. O původu pohany.

LXXII.1. Zda pohana spočívá ve slovech.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že pohana nespočívá ve slovech. Pohana totiž obnáší jakousi škodu, bližnímu způsobenou, protože náleží do nespravedlnosti. Ale zdá se, že slova nepůsobí škody bližnímu, ani na věcech ani na osobě. Tedy pohana nespočívá ve slovech.

Mimo to se zdá, že pohana náleží k jakémusi zneuctění. Ale více může býti někdo zneuctěn nebo pohaněn skutky než slovy. Tedy se zdá, že pohana nespočívá ve slovech, nýbrž spíše ve skutcích.

Mimo to zneuctění, které se děje slovy, nazývá se nadávka nebo výčitka. Ale zdá se, že pohana se liší od iustitiam. Unde Augustinus dicit, ad Macedonium, quod *ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent*.

II-II q. 71 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod non semper quae homo potest misericorditer facere, tenetur facere gratis, alioquin nulli liceret aliquam rem vendere, quia quamlibet rem potest homo misericorditer impendere. Sed quando eam misericorditer impendit, non humanam, sed divinam remunerationem quaerere debet. Et similiter advocatus, quando causae pauperum misericorditer patrocinatur, non debet intendere remunerationem humanam, sed divinam, non tamen semper tenetur gratis patrocinium impendere.

II-II q. 71 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod etsi scientia iuris sit quiddam spirituale, tamen usus eius fit opere corporali. Et ideo pro eius recompensatione licet pecuniam accipere, alioquin nulli artifici liceret de arte sua lucrari.

II-II q. 71 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod iudex et testis communes sunt utrique parti, quia iudex tenetur iustam sententiam dare, et testis tenetur verum testimonium dicere; iustitia autem et veritas non declinant in unam partem magis quam in aliam. Et ideo iudicibus de publico sunt stipendia laboris statuta; et testes accipiunt, non quasi pretium testimonii, sed quasi stipendium laboris, expensas vel ab utraque parte, vel ab ea a qua inducuntur, quia nemo militat stipendiis suis unquam, ut dicitur I ad Cor. IX. Sed advocatus alteram partem tantum defendit. Et ideo licite potest pretium accipere a parte quam adiuvat.

72. De iniuriis verborum quae fiunt extra iudicium. Et primo de contumelia.

Prooemium

II-II q. 72 pr.

Deinde considerandum est de iniuriis verborum quae inferuntur extra iudicium. Et primo, de contumelia; secundo, de detractione; tertio, de susurratione; quarto, de derisione; quinto, de maledictione. Circa primum quaeruntur quatuor. Primo, quid sit contumelia. Secundo, utrum omnis contumelia sit peccatum mortale. Tertio, utrum oporteat contumeliosos reprimere. Quarto, de origine contumeliae.

1. Quid sit contumelia.

II-II q. 72 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod contumelia non consistat in verbis. Contumelia enim importat quoddam nocumentum proximo illatum, cum pertineat ad iniustitiam. Sed verba nullum nocumentum videntur inferre proximo, nec in rebus nec in persona. Ergo contumelia non consistit in verbis.

II-II q. 72 a. 1 arg. 2

Praeterea, contumelia videtur ad quandam dehonorationem pertinere. Sed magis aliquis potest inhonorari seu vituperari factis quam verbis. Ergo videtur quod contumelia non consistit in verbis, sed magis in factis.

II-II q. 72 a. 1 arg. 3

Praeterea, dehonoratio quae fit in verbis dicitur convicium

nadávky nebo výčitky. Tedy pohana nespočívá ve slovech.

Avšak proti, sluch nic nevnímá, leč slovo. Ale pohanu vnímá sluch, podle onoho Jerem. 20: "Slyšel jsem pohany vůkol." Tedy pohana je ve slovech.

Odpovídám: Musí se říci, že pohana obnáší něčí zneuctění. To se však přihází dvojmo. Ježto totiž čest sleduje nějaké vynikání, jedním způsobem někdo někoho zneuctívá, když ho zbavuje vynikání, z něhož měl čest. To se pak děje hříchy skutkovými, o kterých byla řeč shora. - Jiným způsobem, když někdo to, co je proti něčí cti, uvádí ve známost jeho a jiných. A to vlastně náleží k pohaně. To se pak děje nějakými znameními. Ale, jak praví Augustin, ve II. O nauce křesť., "Všech znamení, srovnáno se slovy, jest velmi málo: slova totiž nabyla u lidí prvenství označovati všechny pojmy duše." A proto pohana, vlastně řečeno, spočívá ve slovech. Pročež praví Isidor, v knize Etymol., že hanícím sluje někdo, "protože pohání ze sebe nadbytek slov bezpráví". Poněvadž však se něco naznačuje také skutky, jež se v tom, co znamenají, rovnají značícím slovům, proto v širším smyslu se pohana říká i o skutcích. Proto Řím. 1 k onomu: "Hanící pyšné", praví Glosa, že hanící jsou, "kteří slovy nebo skutky působí pohany a potupy."

K prvnímu se tedy musí říci, že slova podle své bytnosti, to jest, pokud jsou jakési slyšitelné zvuky, nepůsobí bližnímu

žádné škody, leč snad obtěžováním sluchu, třebas když někdo mluví příliš hlasitě. Pokud však jsou znaky, pro poznání jiným něco znázorňující, tak mohou způsobiti mnoho škod. Jedno z nich je, že člověk je poškozován na cti a vážnosti, která se mu prokazuje od jiných. A proto větší je pohana, řekne-li někdo někomu jeho chybu před mnohými. A přece, řekne-li pouze jemu, může býti pohana, pokud ten, kdo mluví, jedná proti vážnosti posluchačově

K druhému se musí říci, že potud někdo někoho skutky zneuctívá, pokud ony skutky činí nebo značí to, co je proti něčí cti. Z toho první nepatří k pohaně, nýbrž k jiným druhům nespravedlnosti, o nichž bylo řečeno shora. Druhé však patří k pohaně, pokud skutky mají ve znamenání sílu slov.

K třetímu se musí říci, že nadávka a výčitka spočívají ve slovech, jako též pohana; poněvadž tím vším se projevuje nějaká něčí chyba na újmu jeho cti. Taková chyba je však trojí. Totiž chyba viny, která se projevuje hanlivými slovy. A všeobecně chyba viny i trestu, která se projevuje nadávkou; poněvadž nadávka se dává nejen duši, nýbrž i tělu. Proto řekne-li někdo někomu křivě, že je slepý, říká ovšem nadávku, ale nikoliv pohanu; řekne-li však někdo bližnímu, že je zloděj, dopouští se nejen nadávky, nýbrž i pohany. - Někdy však někdo někomu představuje chybu nízkosti nebo chudoby; a to také ujímá cti, sledující vel improperium. Sed contumelia videtur differre a convicio et improperio. Ergo contumelia non consistit in verbis.

II-II q. 72 a. 1 s. c.

Sed contra, nihil auditu percipitur nisi verbum. Sed contumelia auditu percipitur, secundum illud Ierem. XX, *audivi contumelias in circuitu*. Ergo contumelia est in verbis.

II-II q. 72 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod contumelia importat dehonorationem alicuius. Quod quidem contingit dupliciter. Cum enim honor aliquam excellentiam consequatur, uno modo aliquis alium dehonorat cum privat eum excellentia propter quam habebat honorem. Quod quidem fit per peccata factorum, de quibus supra dictum est. Alio modo, cum aliquis id quod est contra honorem alicuius deducit in notitiam eius et aliorum. Et hoc proprie pertinet ad contumeliam. Quod quidem fit per aliqua signa. Sed sicut Augustinus dicit, in II de Doct. Christ., *omnia signa, verbis comparata, paucissima sunt, verba enim inter homines obtinuerunt principatum significandi quaecumque animo concipiuntur*. Et ideo contumelia, proprie loquendo, in verbis consistit. Unde Isidorus dicit, in libro Etymol., quod contumeliosus dicitur aliquis *quia velox est et tumet verbis iniuriae*. Quia tamen etiam per facta aliqua significatur aliquid, quae in hoc quod significant habent vim verborum significantium; inde est quod contumelia, extenso nomine, etiam in factis dicitur. Unde Rom. I, super illud, *contumeliosos, superbos*, dicit Glossa quod *contumeliosi sunt qui dictis vel factis contumelias et turpia inferunt*.

II-II q. 72 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod verba secundum suam essentiam, idest inquantum sunt quidam soni audibiles, nullum nocumentum alteri inferunt, nisi forte gravando auditum, puta cum aliquis nimis alte loquitur. Inquantum vero sunt signa repraesentantia aliquid in notitiam aliorum, sic possunt multa damna inferre. Inter quae unum est quod homo damnificatur quantum ad detrimentum honoris sui vel reverentiae sibi ab aliis exhibendae. Et ideo maior est contumelia si aliquis alicui defectum suum dicat coram multis. Et tamen si sibi soli dicat, potest esse contumelia, inquantum ipse qui loquitur contra audientis reverentiam agit.

II-II q. 72 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod intantum aliquis aliquem factis dehonorat inquantum illa facta vel faciunt vel significant illud quod est contra honorem alicuius. Quorum primum non pertinet ad contumeliam, sed ad alias iniustitiae species, de quibus supra dictum est. Secundum vero pertinet ad contumeliam inquantum facta habent vim verborum in significando.

II-II q. 72 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod convicium et improperium consistunt in verbis, sicut et contumelia, quia per omnia haec repraesentatur aliquis defectus alicuius in detrimentum honoris ipsius. Huiusmodi autem defectus est triplex. Scilicet defectus culpae, qui repraesentatur per verba contumeliosa. Et defectus generaliter culpae et poenae, qui repraesentatur per convitium, quia vitium consuevit dici non solum animae, sed etiam corporis. Unde si quis alicui iniuriose dicat eum esse caecum, convicium quidem dicit, sed non contumeliam, si quis autem dicat alteri quod sit fur, jakékoli vynikání. A to se děje výčitkou, která je vlastně tehdy, když někdo bližnímu nespravedlivě připomíná pomoc, kterou mu poskytl trpícímu nouzi. Proto se praví Eccli. 20: "Málo dá, a mnoho vyčte." Někdy však se klade jedno místo druhého.

LXXII.2. Zda pohana, nebo nadávka, je smrtelným hříchem.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že pohana nebo nadávka není smrtelným hříchem. Neboť žádný smrtelný hřích není úkonem nějaké ctnosti. Ale nadávati jest úkon nějaké ctnosti, totiž eutrapelie, jíž náleží správně nadávati, podle Filosofa ve IV. Ethic. Tedy nadávka nebo pohana není smrtelným hříchem.

Mimo to smrtelný hřích se nenalézá u dokonalých mužů. Ti však někdy říkají nadávky nebo pohany, jak je patrné u Apoštola, jenž praví, Gal. 3: "Nesmyslní Galaté!" A Pán praví, Luk. posled.: "Ó bláhoví a váhaví srdcem k věření!" Tedy nadávka nebo pohana není smrtelným hříchem.

Mimo to, ačkoliv to, co je všedním hříchem z rodu, může se státi smrtelným, přece hřích, který je z rodu smrtelný, nemůže býti všedním, jak jsme měli shora. Kdyby tedy bylo smrtelným hříchem ze svého rodu říci nadávku nebo pohanu, následovalo by, že by bylo vždy smrtelným hříchem. To však se zdá nesprávné, jak je patrné u toho, kdo promluví hanlivé slovo lehkomyslně a z unáhlení nebo z lehkého hněvu. Pohana nebo nadávka tedy není ze svého rodu smrtelným hříchem.

Avšak proti, nic nezasluhuje věčného trestu pekla, leč smrtelný hřích. Ale nadávka nebo pohana zasluhuje trestu pekla, podle onoho Mat. 5: "Kdo řekne bratru svému: ‚Blázne', hoden bude pekelného ohně." Tedy nadávka nebo pohana je smrtelným hříchem.

Odpovídám: ‚Musí se říci, jak bylo řečeno shora, že slova, pokud jsou nějaké zvuky, nejsou jiným na škodu, nýbrž pokud něco značí. To značení pak vychází z vnitřního citu. A proto se zdá, že při hříších slovy jest nejvíce uvažovati, z jakého citu kdo proináší slova. Poněvadž tedy nadávka nebo pohana ve svém pojmu obnáší nějaké zneuctění, směřuje-li úmysl mluvícího k tomu, aby někdo slovy, která proináší, druhému vzal čest, to vlastně a o sobě jest říci nadávku nebo pohanu. A to je smrtelný hřích, neméně než krádež nebo loupež; neboť člověk miluje svou čest ne méně než držení věc.

Jestliže však někdo řekl bližnímu slovo nadávky nebo pohany, ne však aby jejzneuctil, nýbrž snad pro nápravu nebo pro něco takového, neříká nadávku nebo pohanu tvarově a o sobě, nýbrž případkově a látkově, pokud totiž říká to, co může býti nadávkou nebo pohanou. Pročež to někdy může býti všední hřích; někdy pak beze všeho hříchu. - Při tom však je nutná rozvaha, aby člověk takových slov užíval umírněně. Neboť by mohla býti tak non solum convicium, sed etiam contumeliam infert. Quandoque vero repraesentat aliquis alicui defectum minorationis sive indigentiae, qui etiam derogat honori consequenti quamcumque excellentiam. Et hoc fit per verbum improperii, quod proprie est quando aliquis iniuriose alteri ad memoriam reducit auxilium quod contulit ei necessitatem patienti. Unde dicitur Eccli. XX, *exigua dabit, et multa improperabit*. Quandoque tamen unum istorum pro alio ponitur.

2. Utrum omnis contumelia sit peccatum mortale.

II-II q. 72 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod contumelia, vel convicium, non sit peccatum mortale. Nullum enim peccatum mortale est actus alicuius virtutis. Sed conviciari est actus alicuius virtutis, scilicet eutrapeliae, ad quam pertinet bene conviciari, secundum philosophum, in IV Ethic. Ergo convicium, sive contumelia, non est peccatum mortale.

II-II q. 72 a. 2 arg. 2

Praeterea, peccatum mortale non invenitur in viris perfectis. Qui tamen aliquando convicia vel contumelias dicunt, sicut patet de apostolo, qui, ad Gal. III, dixit, *o insensati Galatae*. Et dominus dicit, Luc. ult., *o stulti, et tardi corde ad credendum*. Ergo convicium, sive contumelia, non est peccatum mortale.

II-II q. 72 a. 2 arg. 3

Praeterea, quamvis id quod est peccatum veniale ex genere possit fieri mortale, non tamen peccatum quod ex genere est mortale potest esse veniale, ut supra habitum est. Si ergo dicere convicium vel contumeliam esset peccatum mortale ex genere suo, sequeretur quod semper esset peccatum mortale. Quod videtur esse falsum, ut patet in eo qui leviter et ex subreptione, vel ex levi ira dicit aliquod verbum contumeliosum. Non ergo contumelia vel convicium ex genere suo est peccatum mortale.

II-II q. 72 a. 2 s. c.

Sed contra, nihil meretur poenam aeternam Inferni nisi peccatum mortale. Sed convicium vel contumelia meretur poenam Inferni, secundum illud Matth. V, *qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit Gehennae ignis*. Ergo convicium vel contumelia est peccatum mortale.

II-II q. 72 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, verba inquantum sunt soni quidam, non sunt in nocumentum aliorum, sed inquantum significant aliquid. Quae quidem significatio ex interiori affectu procedit. Et ideo in peccatis verborum maxime considerandum videtur ex quo affectu aliquis verba proferat. Cum igitur convicium, seu contumelia, de sui ratione importet quandam dehonorationem, si intentio proferentis ad hoc feratur ut aliquis per verba quae profert honorem alterius auferat, hoc proprie et per se est dicere convicium vel contumeliam. Et hoc est peccatum mortale, non minus quam furtum vel rapina, non enim homo minus amat suum honorem quam rem possessam. Si vero aliquis verbum convicii vel contumeliae alteri dixerit, non tamen animo dehonorandi, sed forte propter correctionem vel propter aliquid huiusmodi, non dicit convicium vel contumeliam formaliter et per se, sed per accidens et materialiter, inquantum scilicet dicit id quod potest esse convicium, vel contumelia.

těžká nadávka, že by, z neopatrnosti pronesená, odňala čest tomu, proti němuž by byla pronesena. A tehdy by mohl člověk zhřešiti smrtelně, i kdyby nezamýšlel zneuctění druhého. Jako také není bez viny, kdo jiného těžce zranil neopatrným udeřením ze žertu.

K prvnímu se tedy musí říci, že k eutrapelii náleží říci nějakou lehkou nadávku, ne na zneuctění nebo na zarmoucení toho, jemuž se praví, nýbrž spíše pro obveselení a žert. A to může býti bez hříchu, zachovají-li se náležité okolnosti. Nebojí-li se však někdo zarmoutiti toho, na nějž se pronáší taková žertovná nadávka, jen aby jiné rozesmál, to je neřestné, jak se praví tamtéž.

K druhému se musí říci, že, jako je dovoleno někoho býti nebo poškoditi na majetku pro kázeň, tak též pro kázeň může někdo druhému, jehož má napraviti, říci nějaké slovo nadávky. A tím způsobem Pán učedníky nazval pošetilými, a Apoštol Galaty nesmyslnými. - Avšak, jak praví Augustin, v knize O Řeči Páně na hoře, "zřídka a z velké nutnosti se má užívati plísnění, při němž dbejme, aby se nesloužilo nám, nýbrž Pánu".

K třetímu se musí říci, že, poněvadž hřích nadávky nebo pohany závisí na úmyslu mluvícího, může se přihoditi, že je všedním hříchem, je-li lehká nadávka, člověka mnoho nezneuctívající, a pronesena z lehkomyslnosti nebo z lehkého hněvu, bez pevného úmyslu někoho zneuctíti: třebas když někdo zamýšlí někoho lehce zarmoutiti takovým slovem.

LXXII.3. Zda někdo má snášeti pohany, sobě způsobené.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že někdo nemá snášet pohany, sobě způsobené. Neboť kdo snáší pohanu sobě způsobenou, živí odvahu nadávajícího. Ale to se nemá činiti. Tedy člověk nemá snášeti pohanu, sobě způsobenou, nýbrž spíše odpověděti nadávajícímu.

Mimo to člověk má milovati více sebe než jiného. Ale někdo nemá trpěti, aby jinému bylo nadáváno; pročež se praví Přísl. 26: "Blázna kdo umlčí, tiší hněvy." Tedy také někdo nemá snášeti pohany, sobě způsobené.

Mimo to není někomu dovoleno mstíti se, podle onoho: "Moje pomsta, a já odplatím." Ale někdo, neodporuje pohaně, mstí se, podle onoho Zlatoústce: "Chceš-li se pomstíti, mlč: a dal jsi mu smrtelnou ránu." Tedy někdo nemá mlčky snášeti hanlivá slova, nýbrž spíše odpověděti.

Avšak proti jest, co se praví v Žalm.: "Kdo mi přáli zlé, mluvili marnosti"; a pak dodává: "Já však jak hluchý jsem neposlouchal, a jako němý, neotvíraje svých úst."

Unde hoc potest esse quandoque peccatum veniale; quandoque autem absque omni peccato. In quo tamen necessaria est discretio, ut moderate homo talibus verbis utatur. Quia posset esse ita grave convicium quod, per incautelam prolatum, auferret honorem eius contra quem proferretur. Et tunc posset homo peccare mortaliter etiam si non intenderet dehonorationem alterius. Sicut etiam si aliquis, incaute alium ex ludo percutiens, graviter laedat, culpa non caret.

II-II q. 72 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ad eutrapelum pertinet dicere aliquod leve convicium, non ad dehonorationem vel ad contristationem eius in quem dicitur, sed magis causa delectationis et ioci. Et hoc potest esse sine peccato, si debitae circumstantiae observantur. Si vero aliquis non reformidet contristare eum in quem profertur huiusmodi iocosum convicium, dummodo aliis risum excitet, hoc est vitiosum, ut ibidem dicitur.

II-II q. 72 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod sicut licitum est aliquem verberare vel in rebus damnificare causa disciplinae, ita etiam et causa disciplinae potest aliquis alteri, quem debet corrigere, verbum aliquod conviciosum dicere. Et hoc modo dominus discipulos vocavit stultos, et apostolus Galatas insensatos. Tamen, sicut dicit Augustinus, in libro de Serm. Dom. in monte, *raro, et ex magna necessitate obiurgationes sunt adhibendae, in quibus non nobis, sed ut domino serviatur, instemus*.

II-II q. 72 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod, cum peccatum convicii vel contumeliae ex animo dicentis dependeat, potest contingere quod sit peccatum veniale, si sit leve convicium, non multum hominem dehonestans, et proferatur ex aliqua animi levitate, vel ex levi ira, absque firmo proposito aliquem dehonestandi, puta cum aliquis intendit aliquem per huiusmodi verbum leviter contristare.

3. Utrum oporteat contumeliosos reprimere.

II-II q. 72 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod aliquis non debeat contumelias sibi illatas sustinere. Qui enim sustinet contumeliam sibi illatam, audaciam nutrit conviciantis. Sed hoc non est faciendum. Ergo homo non debet sustinere contumeliam sibi illatam, sed magis convicianti respondere.

II-II q. 72 a. 3 arg. 2

Praeterea, homo debet plus se diligere quam alium. Sed aliquis non debet sustinere quod alteri convicium inferatur, unde dicitur Prov. XXVI, *qui imponit stulto silentium, iras mitigat*. Ergo etiam aliquis non debet sustinere contumelias illatas sibi.

II-II q. 72 a. 3 arg. 3

Praeterea, non licet alicui vindicare seipsum, secundum illud, *mihi vindictam, et ego retribuam*. Sed aliquis non resistendo contumeliae se vindicat, secundum illud Chrysostomi, *si vindicare vis, sile, et funestam ei dedisti plagam*. Ergo aliquis non debet, silendo, sustinere verba contumeliosa, sed magis respondere.

II-II q. 72 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur in Psalm., *qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates*; et postea subdit, *ego autem tanquam surdus non audiebam, et sicut mutus non aperiens os suum*.

Odpovídám: Musí se říci, že, jako trpělivost je nutná v tom, co se proti nám děje, tak i v tom, co se proti nám mluví. Avšak příkazy trpělivosti v tom, co se proti nám děje, třeba splniti ochotou ducha, jak Augustin, v knize O Řeči Páně na hoře, vykládá onen příkaz Páně: "Uděří-li tě někdo na jednu líc, nastav mu též druhou.": aby totiž člověk byl ochoten to učiniti, kdyby bylo třeba; není však povinen vždy tak činiti skutečně, poněvadž ani sám Pán to nečinil; ale když dostal políček, řekl: "Proč mne biješ?", jak máme Jan. 18. A proto totéž je třeba rozuměti o hanlivých slovech, která se mluví proti nám. Jsme totiž povinni míti ducha ochotného snášeti pohany, bude-li prospěšné. Někdy však je třeba odraziti způsobenou pohanu; hlavně pro dvojí. A to, nejprve pro dobro toho, kdo působí hanu: aby totiž jeho odvaha byla potlačena. a nadále se o takové nepokoušel podle onoho Přísl. 26: "Odpověz pošetilému podle jeho pošetilosti, aby se sobě nezdál moudrým." Jiným způsobem, pro dobro mnohých, jejichž prospěchu překáží potupy, nám způsobeně Proto Řehoř praví, K Ezech. hom. 9: "Ti, jejichž život je dán za příklad k následování, mají, mohou-li, odraziti slova pomluvačů; aby neodmítali naslouchati jejich kázání, kdo mohli slyšeti, a zůstávajíce ve špatných mravech, nepohrdali správným životem."

K prvnímu se tedy musí říci, že odvahu nadávajícího hanobce má někdo mírně odraziti; totiž z povinnosti lásky, ne z chtivosti soukromé cti. Pročež se praví Přísl. 26: "Neodpovídej pošetilému podle jeho pošetilosti, aby ses mu nestal podobný."

K druhému se musí říci, že v tom, že někdo odrazí cizí pohanění, není se třeba tak obávati chtivosti soukromé cti, jako když někdo odráží vlastní pohanění; ale spíše se však zdá vycházeti z lásky.

K třetímu se musí říci, že, kdyby někdo mlčel s tím úmyslem, aby mlčením hanobce popudil ke hněvu, to by náleželo k pomstě Ale mlčí- li někdo, chtěje "dáti místo hněvu", to je chvalné. Proto se praví Eccli. 8: "Nevaď se s člověkem mluvkou, a nepřikládej dříví na jeho oheň."

LXXII.4. Zda pohana povstává z hněvu.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že pohana nepovstává z hněvu, poněvadž se praví, Přísl. 11: "Kde pýcha, tam pohana." Ale hněv je neřest odlišná od pýchy. Tedy pohana nepovstává z hněvu.

Mimo to Přísl. 20. se praví: "Všichni pošetilí se mísí do hanění." Ale pošetilost je neřest protilehlá moudrosti, jak jsme měli shora; hněv pak je protilehlý tichosti. Proto pohana nepovstává z hněvu.

Mimo to, žádný hřích se nezmenšuje ze své příčiny. Ale hřích pohany se zmenšuje, je-li pronesena z hněvu; tíže totiž hřeší, kdo pohaní z nenávisti než kdo z hněvu. Tedy

4. De origine contumeliae.

II-II q. 72 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod contumelia non oriatur ex ira. Quia dicitur Prov. XI, *ubi superbia, ibi contumelia*. Sed ira est vitium distinctum a superbia. Ergo contumelia non oritur ex ira.

II-II q. 72 a. 4 arg. 2

Praeterea, Prov. XX dicitur, *omnes stulti miscentur contumeliis*. Sed stultitia est vitium oppositum sapientiae, ut supra habitum est, ira autem opponitur mansuetudini. Ergo contumelia non oritur ex ira.

II-II q. 72 a. 4 arg. 3

Praeterea, nullum peccatum diminuitur ex sua causa. Sed

pohana nepovstává z hněvu.

Avšak proti jest, co praví Řehoř, XXXI. Moral., že z hněvu povstávají pohany.

Odpovídám: Musí se říci, že, ačkoliv jeden hřích může povstati z různých, přece se praví, že hlavně pochází z toho, ze kterého obyčejně častěji vzniká, pro blízkost s jeho cílem. Pohana však má velkou blízkost s cílem hněvu, který je pomsta; žádná pomsta totiž není rozhněvaného více nasnadě než způsobiti pohanu bližnímu. A proto pohana nejvíce povstává z hněvu.

K prvnímu se tedy musí říci, že pohana není zařízena k cíli pýchy, který je povýšenost; a proto pohana nepochází přímo z pýchy. Pýcha však uzpůsobuje k pohaně, pokud ti, kteří se považují za vyšší, snáze jinými pohrdají a činí jim bezpráví. Také se snáze rozhněvají, považujíce za nedůstojné, cokoliv se děje proti jejich vůli.

K druhému se musí říci, že podle Filosofa, v VII. Ethic., "hněv neposlechne dokonale rozumu"; a tak rozhněvaný trpí nedostatkem rozumu, v čemž se shoduje s pošetilostí. A proto z pošetilosti povstává pohana, podle příbuznosti, kterou má s hněvem.

K třetímu se musí říci, že podle Filosofa, ve II. Rhetor., "rozhněvaný zamýšlí zjevnou urážku, čehož nedbá nenávidějící". A proto pohana, jež obnáší zjevnou křivdu, spíše náleží ke hněvu než k nenávisti.

LXXIII. O pomluvě.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o pomluvě.

A o tom jsou čtyři otázky:

1. Co je pomluva.
2. Zda je smrtelný hřích.
3. O srovnání jí s jinými hříchy.
4. Zda někdo hřeší poslouháním pomluvy.

LXXIII.1. Zda pomluva jest očernění cizí pověsti tajnými slovy.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že pomluva není "očernění cizí pověsti tajnými slovy", jak od některých je určována. Neboť tajnost a veřejnost jsou okolnosti, které netvoří druh hříchu; je totiž případkem hříchu, že je znám mnohým nebo málokomu. Ale to, co netvoří druh hříchu, nepatří do jeho pojmu, a nemá se klásti do jeho výměru. Tedy k pojmu pomluvy nepatří, že se děje tajnými slovy.

Mimo to, k pojmu pověsti náleží veřejná známost. Je-li tedy pomluvou očerněna něčí pověst, nemůže se to státi

peccatum contumeliae diminuitur si ex ira proferatur, gravius enim peccat qui ex odio contumeliam infert quam qui ex ira. Ergo contumelia non oritur ex ira.

II-II q. 72 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, XXXI Moral., quod ex ira oriuntur contumeliae.

II-II q. 72 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, cum unum peccatum possit ex diversis oriri, ex illo tamen dicitur principalius habere originem ex quo frequentius procedere consuevit, propter propinquitatem ad finem ipsius. Contumelia autem magnam habet propinquitatem ad finem irae, qui est vindicta, nulla enim vindicta est irato magis in promptu quam inferre contumeliam alteri. Et ideo contumelia maxime oritur ex ira.

II-II q. 72 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod contumelia non ordinatur ad finem superbiae, qui est celsitudo, et ideo non directe contumelia oritur ex superbia. Disponit tamen superbia ad contumeliam, inquantum illi qui se superiores aestimant, facilius alios contemnunt et iniurias eis irrogant. Facilius etiam irascuntur, utpote reputantes indignum quidquid contra eorum voluntatem agitur.

II-II q. 72 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod, secundum philosophum, in VII Ethic., ira non perfecte audit rationem, et sic iratus patitur rationis defectum, in quo convenit cum stultitia. Et propter hoc ex stultitia oritur contumelia, secundum affinitatem quam habet cum ira.

II-II q. 72 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod, secundum philosophum, in II Rhet., *iratus intendit manifestam offensam, quod non curat odiens*. Et ideo contumelia, quae importat manifestam iniuriam, magis pertinet ad iram quam ad odium.

73. De detractione.

Prooemium

II-II q. 73 pr.

Deinde considerandum est de detractione. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, quid sit detractio. Secundo, utrum sit peccatum mortale. Tertio, de comparatione eius ad alia peccata. Quarto, utrum peccet aliquis audiendo detractionem.

1. Quid sit detractio.

II-II q. 73 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod detractio non sit denigratio alienae famae per occulta verba, ut a quibusdam definitur. Occultum enim et manifestum sunt circumstantiae non constituentes speciem peccati, accidit enim peccato quod a multis sciatur vel a paucis. Sed illud quod non constituit speciem peccati non pertinet ad rationem ipsius, nec debet poni in eius definitione. Ergo ad rationem detractionis non pertinet quod fiat per occulta verba.

II-II q. 73 a. 1 arg. 2

Praeterea, ad rationem famae pertinet publica notitia. Si

tajnými slovy, nýbrž slovy veřejně pronesenými.

Mimo to ten pomlouvá, kdo něco ubírá nebo umenšuje z toho, co jest. Ale někdy je očerněna něčí pověst, i když se nic neubírá z pravdy; třebas, když někdo vyjevuje něčí pravdivé zločiny. Tedy každé očernění pověsti není pomluva.

Avšak proti jest, co se praví Eccle. 10: "Uštkne-li had potichu, o nic méně nemá, kdo tajně utrhá." Tedy uštknouti tajně něčí pověst jest pomlouvati.

Odpovídám: Musí se říci, že, jako skutkem někdo jinému škodí dvojmo, a to zjevně, jako loupeží nebo jakkoli způsobeným násilím, tajně pak, jako krádeží a lstivým udeřením; tak i slovem někdo někomu ubližuje dvojmo: jedním způsobem zjevně, a to se děje pohanou, jak bylo řečeno shora; jiným způsobem tajně, a to se děje pomluvou. Z toho však, že někdo zřejmě pronáší slova proti jinému, zdá se ho podceňovati, pročež již tím je zneuctíván; a proto pohana přináší škodu cti toho, proti komu je pronesena. Ale kdo proti někomu promlouvá tajně, zdá se, že se ho spíše bojí než podceňuje; pročež neškodí přímo cti, nýbrž pověsti; pokud, pronášeje ta slova tajně, co jest na něm, působí, že poslouchající jej mají špatné mínění o tom, proti němuž mluví. Zdá se totiž to zamýšleti a o to usilovati pomluvač, aby se věřilo jeho slovům.

Z toho je patrné, že pomluva se liší od pohany dvojmo: Jedním způsobem, co do způsobu pronášení slov: že totiž hanobce mluví proti němu zjevně, pomluvač však tajně. Jiným způsobem, co do zamýšleného cíle, nebo co do způsobené škody; že totiž hanící ubírá cti, pomluvač pověsti.

K prvnímu se tedy musí říci, že v nedobrovolných směnách, na něž se uvádějí všechny škody bližnímu způsobené slovem nebo skutkem, ráz hříchu mění tajnost a zjevnost: poněvadž jiný je ráz nedobrovolného z násilí a z nevědomosti, jak bylo řečeno shora.

K druhému se musí říci, že pomluvačná slova se nazývají tajná ne jednoduše, nýbrž ve srovnání s tím, o němž se říkají, protože se říkají o nepřítomném a nevědoucím. Ale hanobce mluví ve tvář proti člověku. Pročež mluví-li někdo o jiném zle před mnohými za jeho nepřítomnosti, je pomluva; jestliže však za přítomnosti pouze jeho, je pohana. Ačkoliv také., když jen jedinému někdo mluví zle o nepřítomném, kazí jeho pověst, ne zcela, nýbrž částečně

K třetímu se musí říci, že někdo sluje pomlouvajícím ne proto, že zmenšuje pravdu, nýbrž protože zmenšuje jeho pověst. A to se někdy děje přímo, někdy nepřímo. Přímo pak čtyřnásob: jedním způsobem, když druhému přičítá nepravdivé; za druhé, když hřích zvětšuje svými slovy; za třetí, když odhalí tajemství; za čtvrté, když praví, že bylo učiněno se špatným úmyslem to, co je dobré Nepřímo pak, buď popíráním dobra bližního, nebo zlomyslným umlčováním.

igitur per detractionem denigretur fama alicuius, non poterit hoc fieri per verba occulta, sed per verba in manifesto dicta.

II-II q. 73 a. 1 arg. 3

Praeterea, ille detrahit qui aliquid subtrahit vel diminuit de eo quod est. Sed quandoque denigratur fama alicuius etiam si nihil subtrahatur de veritate, puta cum aliquis vera crimina alicuius pandit. Ergo non omnis denigratio famae est detractio.

II-II q. 73 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dicitur Eccle. X, *si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit*. Ergo occulte mordere famam alicuius est detrahere.

II-II q. 73 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod sicut facto aliquis alteri nocet dupliciter, manifeste quidem sicut in rapina vel quacumque violentia illata, occulte autem sicut in furto et dolosa percussione; ita etiam verbo aliquis dupliciter aliquem laedit, uno modo, in manifesto, et hoc fit per contumeliam, ut supra dictum est; alio modo, occulte, et hoc fit per detractionem. Ex hoc autem quod aliquis manifeste verba contra alium profert, videtur eum parvipendere, unde ex hoc ipso exhonoratur, et ideo contumelia detrimentum affert honori eius in quem profertur. Sed qui verba contra aliquem profert in occulto, videtur eum vereri magis quam parvipendere, unde non directe infert detrimentum honori, sed famae; inquantum, huiusmodi verba occulte proferens, quantum in ipso est, eos qui audiunt facit malam opinionem habere de eo contra quem loquitur. Hoc enim intendere videtur, et ad hoc conatur detrahens, ut eius verbis credatur. Unde patet quod detractio differt a contumelia dupliciter. Uno modo, quantum ad modum proponendi verba, quia scilicet contumeliosus manifeste contra aliquem loquitur, detractor autem occulte. Alio modo, quantum ad finem intentum, sive quantum ad nocumentum illatum, quia scilicet contumeliosus derogat honori, detractor famae.

II-II q. 73 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in involuntariis commutationibus, ad quas reducuntur omnia nocumenta proximo illata verbo vel facto, diversificat rationem peccati occultum et manifestum, quia alia est ratio involuntarii per violentiam, et per ignorantiam, ut supra dictum est.

II-II q. 73 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod verba detractionis dicuntur occulta non simpliciter, sed per comparationem ad eum de quo dicuntur, quia eo absente et ignorante, dicuntur. Sed contumeliosus in faciem contra hominem loquitur. Unde si aliquis de alio male loquatur coram multis, eo absente, detractio est, si autem eo solo praesente, contumelia est. Quamvis etiam si uni soli aliquis de absente malum dicat, corrumpit famam eius, non in toto, sed in parte.

II-II q. 73 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod aliquis dicitur detrahere non quia diminuat de veritate, sed quia diminuit famam eius. Quod quidem quandoque fit directe, quandoque indirecte. Directe quidem, quadrupliciter, uno modo, quando falsum imponit alteri; secundo, quando peccatum adauget suis verbis; tertio, quando occultum revelat; quarto, quando id quod est bonum dicit mala intentione factum. Indirecte autem, vel negando bonum alterius; vel malitiose reticendo.

LXXIII.2. Zda pomluva je smrtelný hřích.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že pomluva není smrtelný hřích. Neboť žádný úkon ctnosti není smrtelný hřích. Avšak odhaliti tajný hřích, což náleží k pohaně, jak bylo řečeno, jest úkon ctnosti: buď lásky, když někdo udá bratrův hřích, zamýšleje jeho nápravu; nebo také jest úkonem spravedlnosti, když někdo obžaluje bratra. Tedy pomluva není smrtelný hřích.

Mimo to, k onomu Přísl. 24: ‚S pomluvači se neslučuj', praví Glossa: "Zvláště touto neřestí je ohrožováno celé lidské pokolení." Ale žádný smrtelný hřích se nenachází v celém lidském pokolení, poněvadž mnozí se zdržují smrtelného hříchu, ale jsou to všední hříchy, jež se nacházejí u všech. Tedy pomluva je všední hřích.

Mimo to Augustin, v homilii O očistcovém ohni, mezi malými hříchy udává, "když s celou lehkostí nebo opovážlivostí zlořečíme", což náleží k pomluvě. Tedy pomluva je všední hřích.

Avšak proti jest, co se praví Řím. 1: "Pomluvači, Bohem nenávidění", což se dodává proto, jak praví Glossa, "aby se nepovažovalo za lehké, protože záleží ve slovech".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno shora, hříchy páchané slovy se mají posuzovati hlavně podle úmyslu mluvícího. Avšak pomluva podle svého pojmu směřuje k očernění něčí pověsti. Pročež, o sobě řečeno, ten pomlouvá, kdo proto o někom mluví za jeho nepřítomnosti, aby očernil jeho pověst. Avšak zničiti někomu pověst jest velmi vážné, poněvadž se zdá, že pověst je vzácnější než časné věci, a nemaje jí, člověk nemůže mnohé dobře vykonati. Proto se praví Eccli. 41: "Měj péči o dobré jméno; neboť ono ti zůstane spíše než tisíc velkých a drahocenných pokladů." A proto pomluva, o sobě řečeno, je smrtelný hřích.

Někdy se však přihází, že někdo řekne nějaká slova, jimiž se zmenšuje něčí pověst, nezamýšleje toto, nýbrž něco jiného. To však není pomluva, o sobě a tvarově řečeno, nýbrž pouze látkově a jaksi případkově. A jestliže ještě někdo pronese slova, jimiž se zmenšuje pověst jiného, pro něco dobrého nebo nutného, zachovávaje náležité okolnosti, nelze to nazvati pomluvou. Mluví-li však z lehkomyslnosti nebo pro něco nikoli nutného, není to smrtelný hřích; leč že by snad pronesené slovo bylo tak vážné, že by značně poškodilo něčí pověst, a hlavně v tom, co patří k čestnému životu; poněvadž to ze samé povahy slov má ráz smrtelného hříchu.

A někdo je vázán k náhradě pověsti, jako k náhradě jakékoliv odňaté věci, tím způsobem, jak bylo řečeno shora, když se jednalo o náhradě.

K prvnímu se tedy musí říci, že odhaliti udáním něčí tajný hřích na jeho nápravu, nebo žalobou pro dobro veřejné spravedlnosti, není pomlouvati, jak bylo řečeno.

K druhému se musí říci, že ona Glossa nepraví, že

2. Utrum detractio sit peccatum mortale.

II-II q. 73 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod detractio non sit peccatum mortale. Nullus enim actus virtutis est peccatum mortale. Sed revelare peccatum occultum, quod, sicut dictum est, ad detractionem pertinet, est actus virtutis, vel caritatis, dum aliquis fratris peccatum denuntiat eius emendationem intendens; vel etiam est actus iustitiae, dum aliquis fratrem accusat. Ergo detractio non est peccatum mortale.

II-II q. 73 a. 2 arg. 2

Praeterea, super illud Prov. XXIV, *cum detractoribus non commiscearis*, dicit Glossa, *hoc specialiter vitio periclitatur totum genus humanum*. Sed nullum peccatum mortale in toto humano genere invenitur, quia multi abstinent a peccato mortali, peccata autem venialia sunt quae in omnibus inveniuntur. Ergo detractio est peccatum veniale.

II-II q. 73 a. 2 arg. 3

Praeterea, Augustinus, in homilia de igne Purg., inter peccata minuta ponit, quando cum omni facilitate vel temeritate maledicimus, quod pertinet ad detractionem. Ergo detractio est peccatum veniale.

II-II q. 73 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Rom. I dicitur, *detractores, Deo odibiles*, quod ideo additur, ut dicit Glossa, *ne leve putetur propter hoc quod consistit in verbis*.

II-II q. 73 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, peccata verborum maxime sunt ex intentione dicentis diiudicanda. Detractio autem, secundum suam rationem, ordinatur ad denigrandam famam alicuius. Unde ille, per se loquendo, detrahit qui ad hoc de aliquo obloquitur, eo absente, ut eius famam denigret. Auferre autem alicui famam valde grave est, quia inter res temporales videtur fama esse pretiosior, per cuius defectum homo impeditur a multis bene agendis. Propter quod dicitur Eccli. XLI, *curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi quam mille thesauri magni et pretiosi*. Et ideo detractio, per se loquendo, est peccatum mortale. Contingit tamen quandoque quod aliquis dicit aliqua verba per quae diminuitur fama alicuius, non hoc intendens, sed aliquid aliud hoc autem non est detrahere per se et formaliter loquendo, sed solum materialiter et quasi per accidens. Et si quidem verba per quae fama alterius diminuitur proferat aliquis propter aliquod bonum vel necessarium, debitis circumstantiis observatis, non est peccatum, nec potest dici detractio. Si autem proferat ex animi levitate, vel propter aliquid non necessarium, non est peccatum mortale, nisi forte verbum quod dicitur sit adeo grave quod notabiliter famam alicuius laedat, et praecipue in his quae pertinent ad honestatem vitae; quia hoc ex ipso genere verborum habet rationem peccati mortalis. Et tenetur aliquis ad restitutionem famae, sicut ad restitutionem cuiuslibet rei subtractae, eo modo quo supra dictum est, cum de restitutione ageretur.

II-II q. 73 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod revelare peccatum occultum alicuius propter eius emendationem denuntiando, vel propter bonum publicae iustitiae accusando, non est detrahere, ut dictum est.

II-II q. 73 a. 2 ad 2

pomluva se nachází v celém lidském pokolení, nýbrž přidává: téměř. Jednak proto, že "bláznů je nekonečný počet", a málo je těch. kteří jdou cestou spásy. Jednak proto, že je málo nebo není těch, kdo by někdy z lehkomyslnosti neřekli něco, čím se v něčem a lehce zmenší něčí pověst; poněvadž, jak se praví Jak. 3, "nenarazí-li někdo slovem, to je dokonalý muž".

K třetímu se musí říci, že Augustin mluví o tom případě. když někdo řekne o jiném nějakou malou špatnost, ne z úmyslu škoditi, nýbrž z lehkomyslnosti nebo z přeřeknutí.

LXXIII.3. Zda pomluva je těžší než všechny hříchy, páchané proti bližnímu.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že pomluva je těžší než všechny hříchy, páchané proti bližnímu. Poněvadž, k onomu Žalm.: "Místo co by mne milovali, pomlouvali mne", praví Glossa: "Více škodí pomlouvající Krista v údech, poněvadž zabíjejí duše věřící, než kdo zahubili jeho tělo záhy vzkříšené." Z čeho se zdá, že pomluva je těžší hřích než vražda, oč je těžší zabíti duši než zabíti tělo. Ale vražda je těžší ostatních hříchů, které se páchají proti bližnímu. Tedy pomluva je jednoduše těžší než všechny.

Mimo to se zdá, že pomluva je těžší hřích než pohana: poněvadž pohanu může člověk odrazit, nikoli však skrytou pomluvu. Ale pohana se zdá větším hříchem než - cizoložství: protože cizoložství spojuje dva v jedno tělo, pohana však spojené rozděluje na mnoho. Tedy pomluva je větší hřích než cizoložství; to však je velmi těžké nad jiné hříchy, jež jsou proti bližnímu.

Mimo to, pohana povstává z hněvu, pomluva však ze závisti, jak je patrné z Řehoře, XXXI. Moral. Ale závist je větší hřích než hněv. Tedy i pomluva je větší hřích než pohana. A tak totéž co dříve.

Mimo to, tím těžší je nějaký hřích, čím těžší nedostatek přivádí. Ale pomluva přivádí nejtěžší nedostatek, totiž zaslepení mysli; Řehoř totiž praví: "Co jiného činí pomluvači, než že foukají do prachu a do očí si vháněji zemi, takže čím více chrlí pomluvy, tím méně vidí pravdy?" Tedy pomluva je nejtěžší hřích mezi těmi, které se páchají proti bližnímu.

Avšak proti, těžší jest hřešiti skutkem než slovem. Ale pomluva je hřích slovem; cizoložství však a vražda a krádež jsou hříchy skutky. Tedy pomluva není těžší než ostatní hříchy, jež jsou proti bližnímu.

Odpovídám: Musí se říci, že hříchy, které se páchají proti bližnímu, se mají odhadovati jednak o sobě podle škod, které jsou bližnímu způsobeny; poněvadž z toho mají ráz viny. Avšak tím větší je škoda, čím větší dobro je odňato. Ježto pak je troji dobro člověka, totiž dobro duše, dobro

Ad secundum dicendum quod Glossa illa non dicit quod detractio in toto genere humano inveniatur, sed addit, paene. Tum quia stultorum infinitus est numerus, et pauci sunt qui ambulant per viam salutis. Tum etiam quia pauci vel nulli sunt qui non aliquando ex animi levitate aliquid dicunt unde in aliquo, vel leviter, alterius fama minoratur, quia, ut dicitur Iac. III, *si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir*.

II-II q. 73 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod Augustinus loquitur in casu illo quo aliquis dicit aliquod leve malum de alio non ex intentione nocendi, sed ex animi levitate vel ex lapsu linguae.

3. De comparatione eius ad alia peccata.

II-II q. 73 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod detractio sit gravius omnibus peccatis quae in proximum committuntur. Quia super illud Psalm., *pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi*, dicit Glossa, *plus nocent in membris detrahentes Christo, quia animas crediturorum interficiunt, quam qui eius carnem, mox resurrecturam, peremerunt*. Ex quo videtur quod detractio sit gravius peccatum quam homicidium, quanto gravius est occidere animam quam occidere corpus. Sed homicidium est gravius inter cetera peccata quae in proximum committuntur. Ergo detractio est simpliciter inter omnia gravior.

II-II q. 73 a. 3 arg. 2

Praeterea, detractio videtur esse gravius peccatum quam contumelia quia contumeliam potest homo repellere, non autem detractionem latentem. Sed contumelia videtur esse maius peccatum quam adulterium, per hoc quod adulterium unit duos in unam carnem, contumelia autem unitos in multa dividit. Ergo detractio est maius peccatum quam adulterium, quod tamen, inter alia peccata quae sunt in proximum, magnam gravitatem habet.

II-II q. 73 a. 3 arg. 3

Praeterea, contumelia oritur ex ira, detractio autem ex invidia, ut patet per Gregorium, XXXI Moral. Sed invidia est maius peccatum quam ira. Ergo et detractio est maius peccatum quam contumelia. Et sic idem quod prius.

II-II q. 73 a. 3 arg. 4

Praeterea, tanto aliquod peccatum est gravius quanto graviorem defectum inducit. Sed detractio inducit gravissimum defectum, scilicet excaecationem mentis, dicit enim Gregorius, *quid aliud detrahentes faciunt nisi quod in pulverem sufflant et in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionis perflant, inde minus veritatis videant?* Ergo detractio est gravissimum peccatum inter ea quae committuntur in proximum.

II-II q. 73 a. 3 s. c.

Sed contra, gravius est peccare facto quam verbo. Sed detractio est peccatum verbi, adulterium autem et homicidium et furtum sunt peccata in factis. Ergo detractio non est gravius ceteris peccatis quae sunt in proximum.

II-II q. 73 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod peccata quae committuntur in proximum sunt pensanda per se quidem secundum nocumenta quae proximo inferuntur, quia ex hoc habent rationem culpae. Tanto autem est maius nocumentum

těla a dobro vnějších věcí, dobro duše, které je největší, nemůže býti někomu jiným odňato leč příležitostně, na příklad špatnou radou, která neodnímá svobody; ale jiná dvě dobra, totiž těla a vnějších věcí, mohou býti jiným násilně odňata. Ale poněvadž dobro těla vyniká nad dobro vnějších věcí, těžší jsou hříchy, jimiž se škodí na těle, než ty, jimiž se škodí na vnějších věcech. Pročež mezi ostatními hříchy, jež jsou proti bližnímu, těžší je vražda, jíž se odnímá život bližního, jíž skutečně jsoucí; potom však následuje cizoložství, které je proti povinnému řádu lidského plození, jímž se vchází do života. Pak teprve následují vnější dobra. Mezi nimi pověst předčí bohatství, protože je bližší duchovním statkům; pročež se praví Přísl. 22: "Lepší je dobré jméno než veliké bohatství." A proto pomluva, podle své povahy, je větší hřích než krádež, avšak menší než vražda nebo cizoložství. - Může však býti jiný pořad pro přitěžující nebo polehčující okolnosti.

Případkově pak se tíže hříchu béře se strany hříšníka, jenž tíže hřeší, hřeší-li z rozvahy, než hřeší-li ze slabosti nebo z neobezřetnosti. A podle toho hříchy jazykové bývají lehčí, pokud snadno pocházejí z přeřeknutí bez velkého rozmýšlení.

K prvnímu se tedy musí říci, že ti, kteří pomlouvají Krista. zabraňujíce víru jeho údů, křivdí jeho božství, o něž se opírá víra. Pročež to není pomluva jednoduchá, nýbrž rouhání.

K druhému se musí říci, že pohana je těžší hřích než pomluva, pokud více pohrdá bližním, jakož i loupež je těžší hřích než krádež, jak bylo řečeno shora. Pohana však není těžší hřích než cizoložství; neboť tíže cizoložství se neměří podle spojení těl, nýbrž podle nezřízenosti lidského plození. Hanící však nepůsobí nepřátelství dostatečně, nýbrž toliko příležitostně rozděluje spojené; pokud totiž tím, že vypráví chyby bližního, jiné odlučuje od přátelství s ním, pokud je na něm, ač k tomu jeho slovy nejsou nuceni. Tak i pomlouvač příležitostně je vrahem, pokud totiž svými slovy jinému dává příležitost, aby bližního nenáviděl nebo jím pohrdal. Proto v Klimentově listě se praví, že "pomluvači jsou vrahy", totiž příležitostně: poněvadž "kdo nenávidí svého bratra, je vrahem", jak se praví I. Jan. 3.

K třetímu se musí říci, že, "poněvadž hněv se snaží pomstiti veřejně", jak praví Filosof, ve II. Rhetor., proto pomluva, která je ve skrytě, není dcerou hněvu jako pohana; nýbrž spíše nenávisti, která se snaží jakkoliv zmenšiti slávu bližního. Avšak proto nenásleduje, že pomluva je těžší než pohana; poněvadž z menší nerůsti může vzniknouti větší hřích, jako se z hněvu rodí vražda a rouhání. Neboť vznik hříchů se béře podle sklonu k cíli, což jest se strany přilnutí; kdežto tíže hříchu se spíše béře se strany odvrácení.

quanto maius bonum demitur. Cum autem sit triplex bonum hominis, scilicet bonum animae et bonum corporis et bonum exteriorum rerum, bonum animae, quod est maximum, non potest alicui ab alio tolli nisi occasionaliter, puta per malam persuasionem, quae necessitatem non infert, sed alia duo bona, scilicet corporis et exteriorum rerum, possunt ab alio violenter auferri. Sed quia bonum corporis praeeminet bono exteriorum rerum, graviora sunt peccata quibus infertur nocumentum corpori quam ea quibus infertur nocumentum exterioribus rebus. Unde inter cetera peccata quae sunt in proximum, homicidium gravius est, per quod tollitur vita proximi iam actu existens, consequenter autem adulterium, quod est contra debitum ordinem generationis humanae, per quam est introitus ad vitam. Consequenter autem sunt exteriora bona. Inter quae, fama praeeminet divitiis, eo quod propinquior est spiritualibus bonis, unde dicitur Prov. XXII, *melius est nomen bonum quam divitiae multae.* Et ideo detractio, secundum suum genus, est maius peccatum quam furtum, minus tamen quam homicidium vel adulterium. Potest tamen esse alius ordo propter circumstantias aggravantes vel diminuentes. Per accidens autem gravitas peccati attenditur ex parte peccantis, qui gravius peccat si ex deliberatione peccet quam si peccet ex infirmitate vel incautela. Et secundum hoc peccata locutionis habent aliquam levitatem, inquantum de facili ex lapsu linguae proveniunt, absque magna praemeditatione.

II-II q. 73 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod illi qui detrahunt Christo impedientes fidem membrorum ipsius, derogant divinitati eius, cui fides innititur. Unde non est simplex detractio, sed blasphemia.

II-II q. 73 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod gravius peccatum est contumelia quam detractio, inquantum habet maiorem contemptum proximi, sicut et rapina est gravius peccatum quam furtum, ut supra dictum est. Contumelia tamen non est gravius peccatum quam adulterium, non enim gravitas adulterii pensatur ex coniunctione corporum, sed ex deordinatione generationis humanae. Contumeliosus autem non sufficienter causat inimicitiam in alio, sed occasionaliter tantum dividit unitos, inquantum scilicet per hoc quod mala alterius promit, alios, quantum in se est, ab eius amicitia separat, licet ad hoc per eius verba non cogantur. Sic etiam et detractor occasionaliter est homicida, inquantum scilicet per sua verba dat alteri occasionem ut proximum odiat vel contemnat. Propter quod in epistola Clementis dicitur detractores esse homicidas, scilicet occasionaliter, *quia qui odit fratrem suum, homicida est*, ut dicitur I Ioan. III.

II-II q. 73 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod quia ira quaerit in manifesto vindictam inferre, ut philosophus dicit, in II Rhet., ideo detractio, quae est in occulto, non est filia irae, sicut contumelia; sed magis invidiae, quae nititur qualitercumque minuere gloriam proximi. Nec tamen sequitur propter hoc quod detractio sit gravior quam contumelia, quia ex minori vitio potest oriri maius peccatum, sicut ex ira nascitur homicidium et blasphemia. Origo enim peccatorum attenditur secundum inclinationem ad finem, quod est ex parte conversionis, gravitas autem peccati magis attenditur ex parte aversionis.

Ke čtvrtému se musí říci, že, poněvadž "člověk se raduje z výroku úst svých", jak se praví Přísl. 15, proto pomluvač začíná více milovati a věřiti, co praví; a v důsledku nenáviděti bližního více; a tak více se vzdalovati od poznání pravdy. Avšak tento účinek může následovati také z jiných hříchů, které patří k nenávisti bližního.

LXXIII.4. Zda těžce hřeší posluchač, jenž trpí pomluvače.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že nehřeší těžce posluchač, jenž trpí pomluvače. Neboť nikdo není jinému povinen více než sobě Ale je chvalné, snáší-li člověk trpělivě své pomluvače; praví totiž Řehoř, K Ezech.: "Jako nemáme rozpoutávati svou snahou jazyky pomluvačů, aby nezahynuli., tak máme klidně snášeti rozpoutané jejich špatnosti, aby nám vzrostly zásluhy." Tedy někdo nehřeší, neodporuje-li pomluvám jiných.

Mimo to, Eccli. 4, se praví: "Neodporuj žádným způsobem slovu pravdy." Ale někdy někdo pomlouvá, říkaje slova pravdy, jak bylo řečeno shora. Tedy se zdá, že člověk není vždy povinen odporovati pomluvě

Mimo to, nikdo nemá zabraňovati tomu, co je k užitku jiných. Ale pomluva je často k užitku těch, kteří jsou pomlouváni; praví totiž papež Pius: "Někdy se rozpoutá pomluva proti dobrým, aby pomluva pokořila ty, které vysoko povznesly buď domácí lichotky nebo přízeň jiných." Tedy někdo nemá zabraňovati pomluvě.

Avšak proti jest, co praví Jeronym: "Hleď, abys neměl svědivý jazyk nebo uši: že bys jiné pomlouval nebo naslouchal jiným pomluvačům."

Odpovídám: Musí se říci, že podle Apoštola, Řím. 1, "hodni jsou smrti nejen kdo páchají hříchy, nýbrž i kdo souhlasí s pachateli hříchů". A to se přihází dvojím způsobem: Jedním způsobem přímo: když totiž někdo jiného navádí ke hříchu nebo se mu líbí hřích. Jiným způsobem nepřímo: když totiž neodporuje, ač může odporovati; a to se přihází někdy ne že se líbí hřích, nýbrž z nějaké lidské bázně Musí se tedy říci, že, posloucháli někdo pomluvy bez odporu, zdá se souhlasiti s pomluvačem; pročež se stává účastným jeho hříchu. Jestliže pak ho navádí k pomluvě, nebo aspoň se mu líbí pomluva, z nenávisti toho, jenž jest pomlouván, nehřeší méně než pomluvač, někdy též více. Pročež praví Bernard: "Těžko říci,, co je odsouzení hodnější, zda pomlouvati či poslouchati pomluvače." - Jestliže však se mu hřích nelíbí, ale opomíjí odraziti pomluvače z bázně nebo z nedbalosti nebo z jakéhosi ostychu, hřeší sice, ale mnohem méně než pomluvač, a to obyčejně lehce. Někdy to též může být smrtelný hřích, buď proto, že někomu z povinnosti náleží napraviti pomluvače; nebo pro nějaké následující nebezpečí; nebo pro kořen, jako lidská bázeň někdy může býti smrtelný hřích, jak jsme měli shora.

II-II q. 73 a. 3 ad 4

Ad quartum dicendum quod quia homo laetatur in sententia oris sui, ut dicitur Prov. XV, inde est quod ille qui detrahit incipit magis amare et credere quod dicit; et per consequens proximum magis odire; et sic magis recedere a cognitione veritatis. Iste tamen effectus potest sequi etiam ex aliis peccatis quae pertinent ad odium proximi.

4. Utrum peccet aliquis audiendo detractionem.

II-II q. 73 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod audiens qui tolerat detrahentem non graviter peccet. Non enim aliquis magis tenetur alteri quam sibi ipsi. Sed laudabile est si patienter homo suos detractores toleret, dicit enim Gregorius, super Ezech. Homil. IX, *linguas detrahentium, sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi pereant; ita per suam malitiam excitatas debemus aequanimiter tolerare, ut nobis meritum crescat*. Ergo non peccat aliquis si detractionibus aliorum non resistat.

II-II q. 73 a. 4 arg. 2

Praeterea, Eccli. IV dicitur, *non contradicas verbo veritatis ullo modo*. Sed quandoque aliquis detrahit verba veritatis dicendo, ut supra dictum est. Ergo videtur quod non semper teneatur homo detractionibus resistere.

II-II q. 73 a. 4 arg. 3

Praeterea, nullus debet impedire id quod est in utilitatem aliorum. Sed detractio frequenter est in utilitatem eorum contra quos detrahitur, dicit enim pius Papa, *nonnunquam detractio adversus bonos excitatur, ut quos vel domestica adulatio vel aliorum favor in altum extulerat, detractio humiliet*. Ergo aliquis non debet detractiones impedire.

II-II q. 73 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Hieronymus dicit, *cave ne linguam aut aures habeas prurientes, aut aliis detrahas, aut alios audias detrahentes*.

II-II q. 73 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, secundum apostolum, ad Rom. I, *digni sunt morte non solum qui peccata faciunt, sed etiam qui facientibus peccata consentiunt*. Quod quidem contingit dupliciter. Uno modo, directe, quando scilicet quis inducit alium ad peccatum, vel ei placet peccatum. Alio modo, indirecte, quando scilicet non resistit, cum resistere possit, et hoc contingit quandoque non quia peccatum placeat, sed propter aliquem humanum timorem. Dicendum est ergo quod si aliquis detractiones audiat absque resistentia, videtur detractori consentire, unde fit particeps peccati eius. Et si quidem inducat eum ad detrahendum, vel saltem placeat ei detractio, propter odium eius cui detrahitur, non minus peccat quam detrahens, et quandoque magis. Unde Bernardus dicit, *detrahere, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non facile dixerim*. Si vero non placeat ei peccatum, sed ex timore vel negligentia vel etiam verecundia quadam omittat repellere detrahentem, peccat quidem, sed multo minus quam detrahens, et plerumque venialiter. Quandoque etiam hoc potest esse peccatum mortale, vel propter hoc quod alicui ex officio incumbit detrahentem corrigere; vel propter aliquod periculum consequens; vel propter radicem, qua timor humanus quandoque potest esse peccatum mortale, ut supra habitum est.

K prvnímu se tedy musí říci, že pomlouvání sebe nikdo neslyší, protože totiž chyby, které se o někom naslouchajícím pronášejí, nejsou pomluvy ve vlastním smyslu, nýbrž pohany, jak bylo řečeno. Avšak někdo se může dovědět o pomluvách, proti sobě spáchaných z vypravování jiných. A pak má na vůli snášeti poškození své pověsti, nejsou-li tím ovšem poškození jiní, jak bylo řečeno shora. A proto v tom se může chváliti jeho trpělivost, že klidně snáší pomluvy sebe. Nemá však na vůli, aby dovolil poškození pověsti bližního. A proto se proviňuje, neodporuje-li, když může odporovati; z téhož důvodu, jímž je někdo povinen "zvednouti cizího osla, ležícího pod břemenem", jak se přikazuje Deut. 22.

K druhému se musí říci, že nemá vždy někdo odporovati pomluvači, usvědčuje ho z nepravdy; hlavně, když někdo ví, že je pravda, co se praví. Ale má ho slovy pokárati za to, že hřeší, pomlouvaje bratra, neb aspoň ukázati smutnou tvář, že se mu pomluva nelíbí; poněvadž, jak se praví Přísl. 25, "vítr severák zahání deště, a smutná tvář pomluvačný jazyk".

K třetímu se musí říci, že užitek, pocházející z pomluvy, není v úmyslu pomluvače, nýbrž z řízení Boha, jenž z jakéhokoli zla vzbudí dobro. A proto nicméně pomluvačům se má odporovati, jakož i lupičům nebo utlačovatelům jiných, ačkoliv z toho trpělivostí vzrůstá zásluha utlačovaným neb oloupeným.

LXXIV. O našeptávání.

Předmluva

Dělí se na dva články.

Pak jest uvažovati o našeptávání.

A o tom jsou dvě otázky:

1. Zda našeptávání je hřích odlišný od nactiutrhání.

2. Který z nich je těžší.

LXXIV.1. Zda našeptávání je hřích odlišný od nactiutrhání.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že našeptávání není hřích odlišný od nactiutrhání. Praví totiž Isidor v X. kn. Etym.: "Našeptavač se nazývá podle zvuku mluvení, protože mluví nikoliv do tváře někoho, nýbrž do ucha, nactiutrhaje." Ale mluviti o druhém nactiutrhavě náleží k nactiutrhání. Tedy našeptávání není hřích odlišný od nactiutrhání.

Mimo to, Levit. 19, se praví: "Nebudeš obviňovati ani našeptávati v lidu." Ale obviňovati zdá se totéž, co nactiutrhat. Tedy také našeptávání se neliší od nactiutrhání.

Mimo to, Eccli. 28, se praví: "Našeptavač a obojaký bude zlořečený." Ale obojaký zdá se totéž, co nactiutrhač, protože vlastností nactiutrhačů jest mluviti obojako, jinak totiž v nepřítomnosti a jinak v přítomnosti. Tedy našeptavač je totéž co nactiutrhač.

Avšak proti jest, že k onomu Řím. 1, ‚Našeptavači a nactiutrhači', praví Glossa: "Našeptavači, rozsévající

II-II q. 73 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod detractiones suas nullus audit, quia scilicet mala quae dicuntur de aliquo eo audiente, non sunt detractiones, proprie loquendo, sed contumeliae, ut dictum est. Possunt tamen ad notitiam alicuius detractiones contra ipsum factae aliorum relationibus pervenire. Et tunc sui arbitrii est detrimentum suae famae pati, nisi hoc vergat in periculum aliorum, ut supra dictum est. Et ideo in hoc potest commendari eius patientia quod patienter proprias detractiones sustinet. Non autem est sui arbitrii quod patiatur detrimentum famae alterius. Et ideo in culpam ei vertitur si non resistit, cum possit resistere, eadem ratione qua tenetur aliquis sublevare asinum alterius iacentem sub onere, ut praecipitur Deut. XXII.

II-II q. 73 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod non semper debet aliquis resistere detractori arguendo eum de falsitate, maxime si quis sciat verum esse quod dicitur. Sed debet eum verbis redarguere de hoc quod peccat fratri detrahendo, vel saltem ostendere quod ei detractio displiceat per tristitiam faciei; quia, ut dicitur Prov. XXV, *ventus Aquilo dissipat pluvias, et facies tristis linguam detrahentem*.

II-II q. 73 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod utilitas quae ex detractione provenit non est ex intentione detrahentis, sed ex Dei ordinatione, qui ex quolibet malo elicit bonum. Et ideo nihilo minus est detractoribus resistendum, sicut et raptoribus vel oppressoribus aliorum, quamvis ex hoc oppressis vel spoliatis per patientiam meritum crescat.

74. De susurratione.

Prooemium

II-II q. 74 pr.

Deinde considerandum est de susurratione. Et circa hoc quaeruntur duo. Primo, utrum susurratio sit peccatum distinctum a detractione. Secundo, quod horum sit gravius.

1. Utrum susurratio sit peccatum distinctum a detractione.

II-II q. 74 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod susurratio non sit peccatum distinctum a detractione. Dicit enim Isidorus, in libro Etymol., *susurro de sono locutionis appellatur, quia non in facie alicuius, sed in aure loquitur, detrahendo*. Sed loqui de altero detrahendo ad detractionem pertinet. Ergo susurratio non est peccatum distinctum a detractione.

II-II q. 74 a. 1 arg. 2

Praeterea, Levit. XIX dicitur, *non eris criminator nec susurro in populis*. Sed criminator idem videtur esse quod detractor. Ergo etiam susurratio a detractione non differt.

II-II q. 74 a. 1 arg. 3

Praeterea, Eccli. XXVIII dicitur, *susurro et bilinguis maledictus erit*. Sed bilinguis videtur idem esse quod detractor, quia detractorum est duplici lingua loqui, aliter scilicet in absentia et aliter in praesentia. Ergo susurro est idem quod detractor.

II-II q. 74 a. 1 s. c.

Sed contra est quod, Rom. I, super illud, *susurrones,*

nesvornost mezi přáteli; nactiutrhači, kteří popírají nebo zmenšují dobra jiný ch."

Odpovídám: Musí se říci, že našeptávání a nactiutrhání se shodují v látce a také ve tvaru neboli ve způsobu mluvení: protože oboji říká skrytě zlo o bližním. Pro kteroužto podobnost mnohdy se klade jedno místo druhého, takže k onomu Eccli 5, ‚Ať se nenazýváš našeptavač', praví Glossa: "to jest nactiutrhač". Liší se však cílem. Protože nactiutrhač usiluje očerniti pověst bližního, procež pronáší o bližním zvláště ona zla, z nichž by mohl bližní býti zneuctěn, nebo alespoň poškozen na pověsti. Našeptavač však usiluje rozdvojiti přátelství, jak patrno z uvedené glosy a z toho, co se praví Přísl. 26: "Odstraněním našeptavače ustanou svár y." A proto našeptavač pronáší taková zla o bližním, jaká mohou proti němu obrátiti mysl posluchajícího, podle onoho Eccli. 28: "Muž hříšný rozbouří přátele a uprostřed majících pokoj nasadí nepřátelství."

K prvnímu se tedy musí říci, že našeptavač, pokud říká zlo o jiném, sluje nactiutrhajícím. V tom se však liší od nactiutrhače, že nezamýšlí jednoduše říci zlo, nýbrž ať je cokoliv, co by mohlo rozbouřiti mysl jednoho proti druhému, byť je to jednoduše dobro, ale zdánlivé zlo, pokud se nelíbí tomu, komu se praví.

K druhému se musí říci, že obviňující se liší od nactiutrhače a našeptavače. Protože obviňující je, kdo veřejně jiným přikládá viny buď žalobou nebo tupením, což nenáleží nactiutrhači, ani našeptavači.

K třetímu se musí říci, že obojakým vlastně sluje našeptavač. Ježto totiž přátelství je mezi dvěma, snaží se našeptavač s oboji strany porušiti přátelství. A proto dvojího jazyka užívá ke dvěma, jednomu říkaje zlo o druhém. Proto se praví Eccli. 28: "Našeptavač a obojaký zlořečený," a přidává se: "Mnohé totiž mající pokoj pobouří."

LXXIV.2. Zda nactiutrhání je těžší hřích než našeptávání.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že nactiutrhání je těžší hřích než našeptávání. Hříchy úst totiž spočívají v tom, že někdo říká zla. Ale nactiutrhač říká o bližním to, co je zlo jednoduše, protože z takových vzniká bezectnost nebo zmenšení pověsti; našeptavač však se snaží říci jen zla zdánlivá, co by se totiž nelíbilo posluchajícímu. Tedy těžší hřích je nactiutrhání než našeptávání.

Mimo to, kdokoliv odnímá někomu pověst, odnímá mu nejen jednoho přítele, nýbrž mnohé: protože každý vyhýbá přátelství bezectných osob. Procež se praví proti komusi, II. Paralip. 19: "S těmi, kteří nenávidí Hospodina, navazuješ přátelství." Našeptávání však odnímá pouze jednoho přítele. Těžší je tedy hřích nactiutrhání než našeptávání.

Mimo to, Jak. 4, se praví: "Kdo nactiutrhá svému bratru, nactiutrhá zákonu", a následkem toho Bohu, jenž jest zákonodárcem, a tak se zdá nactiutrhání hříchem proti Bohu, který je nejtěžší, jak jsme měli shora. Hřích *detractores*, dicit Glossa, *susurrones, inter amicos discordiam seminantes; detractores, qui aliorum bona negant vel minuunt*.

II-II q. 74 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod susurratio et detractio in materia conveniunt, et etiam in forma, sive in modo loquendi, quia uterque malum occulte de proximo dicit. Propter quam similitudinem interdum unum pro alio ponitur, unde Eccli. V, super illud, *non appelleris susurro*, dicit Glossa, idest detractor. Differunt autem in fine. Quia detractor intendit denigrare famam proximi, unde illa mala de proximo praecipue profert ex quibus proximus infamari possit, vel saltem diminui eius fama. Susurro autem intendit amicitiam separare, ut patet per Glossam inductam, et per id quod dicitur Prov. XXVI, *susurrone subtracto, iurgia conquiescunt*. Et ideo susurro talia mala profert de proximo quae possunt contra ipsum commovere animum audientis, secundum illud Eccli. XXVIII, *vir peccator conturbabit amicos, et in medio pacem habentium immittit inimicitiam*.

II-II q. 74 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod susurro, inquantum dicit malum de alio, dicitur detrahere. In hoc tamen differt a detractore, quia non intendit simpliciter malum dicere; sed quidquid sit illud quod possit animum unius turbare contra alium, etiam si sit simpliciter bonum, et tamen apparens malum, inquantum displicet ei cui dicitur.

II-II q. 74 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod criminator differt et a susurrone et a detractore. Quia criminator est qui publice aliis crimina imponit, vel accusando vel conviciando, quod non pertinet ad detractorem et susurronem.

II-II q. 74 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod bilinguis proprie dicitur susurro. Cum enim amicitia sit inter duos, nititur susurro ex utraque parte amicitiam rumpere, et ideo duabus linguis utitur ad duos, uni dicens malum de alio. Propter quod dicitur Eccli. XXVIII, *susurro et bilinguis maledictus*, et subditur, *multos enim turbant pacem habentes*.

2. Quod horum sit gravius.

II-II q. 74 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod detractio sit gravius peccatum quam susurratio. Peccata enim oris consistunt in hoc quod aliquis mala dicit. Sed detractor dicit de proximo ea quae sunt mala simpliciter, quia ex talibus oritur infamia vel diminuitur fama, susurro autem non curat dicere nisi mala apparentia, quae scilicet displiceant audienti. Ergo gravius peccatum est detractio quam susurratio.

II-II q. 74 a. 2 arg. 2

Praeterea, quicumque aufert alicui famam, aufert ei non solum unum amicum, sed multos, quia unusquisque refugit amicitiam infamium personarum; unde contra quendam dicitur, II Paralip. XIX, *his qui oderunt dominum amicitia iungeris*. Susurratio autem aufert unum solum amicum. Gravius ergo peccatum est detractio quam susurratio.

II-II q. 74 a. 2 arg. 3

Praeterea, Iac. IV dicitur, *qui detrahit fratri suo, detrahit legi*; et per consequens Deo, qui est legislator, et sic peccatum detractionis videtur esse peccatum in Deum,

našeptávání je. však proti bližnímu. Tedy hřích nactiutrhání je těžší než hřích našeptávání.

Avšak proti jest, co se praví Eccli. 5: "Člověku dvojakého jazyka potupa nejhorší, našeptavači pak nenávist a zášť a pohanění."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, hřích proti bližnímu je tím těžší, čím se jím působí bližnímu větší škoda. Škoda pak je tím větší, čím větší je dobro, které se odnímá. Mezi ostatními pak vnějšími dobry vyniká přítel, neboť "bez přátel nemůže nikdo žíti", jak je patrné z Filosofa, v VIII. Ethic. Procež se praví Eccli. 6: "Věrný přítel jest neocenitelný," protože i pověst, která se nactiutrháním odnímá, je hlavně k tomu potřebná, aby byl člověk uznán vhodným k přátelství. A proto našeptávání je větší hřích než nactiutrhání a také než pohana, protože "přítel je lepší než pocta a láska než čest," jak praví Filosof, v VIII. Ethic.

K prvnímu se tedy musí říci, že druh a tíže hříchu se béře více z cíle než z hmotného předmětu. A proto se strany cíle je našeptávání těžší, třebaže nactiutrhač. mnohdy říká horší.

K druhému se musí říci, že pověst jest uzpůsobením k přátelství a bezectnost k nepřátelství. Uzpůsobení však je méně než to, k čemu uzpůsobuje. A proto ten, kdo napomáhá k něčemu, co je uzpůsobením k nepřátelství, méně hřeší než ten, kdo přímo napomáhá ke vzniku nepřátelství.

K třetímu se musí říci, že ten, kdo nactiutrhá bratru, potud se zdá nactiutrhati zákonu, pokud pohrdá přikázáním o bliženské lásce, proti němuž příměji jedná, kdo usiluje rozdvojiti přátelství. Procež tento hřích je nejvíce proti Bohu, protože "Bůh je láska", jak se praví Jan. 4. A proto se praví, Přísl.: Šest je, která nenávidí Hospodin, a sedmé je, které si oškliví jeho duše. A toto sedmé označuje: toho, kdo rozsévá mezi bratřími nesvár.

LXXV. O výsměchu.

Předmluva

Dělí se na dva články.

Potom jest uvažovati o výsměchu.

A o tom jsou dvě otázky:

1. Zda výsměch je zvláštní hřích, odlišný od jiných hříchů, jimiž se působí bližnímu škoda slovy.

2. Zda výsměch je hřích smrtelný.

LXXV.1. Zda výsměch je zvláštní hřích.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že výsměch není zvláštní hřích, od jmenovaných jiných odlišný. Posmívání totiž se zdá totéž, co výsměch. Ale posmívání zdá se náležeti k pohaně Tedy se zdá, že výsměch se nemá rozlišovati od pohany.

quod est gravissimum, ut supra habitum est. Peccatum autem susurrationis est in proximum. Ergo peccatum detractionis est gravius quam peccatum susurrationis.

II-II q. 74 a. 2 s. c.

Sed contra est quod dicitur Eccli. V, *denotatio pessima super bilinguem, susurratori autem odium et inimicitia et contumelia*.

II-II q. 74 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, peccatum in proximum tanto est gravius quanto per ipsum maius nocumentum proximo infertur, nocumentum autem tanto maius est quanto maius est bonum quod tollitur. Inter cetera vero exteriora bona praeeminet amicus, quia sine amicis nullus vivere posset, ut patet per philosophum, in VIII Ethic. Unde dicitur Eccli. VI, *amico fideli nulla est comparatio*, quia et optima fama, quae per detractionem tollitur, ad hoc maxime necessaria est ut homo idoneus ad amicitiam habeatur. Et ideo susurratio est maius peccatum quam detractio, et etiam quam contumelia, quia amicus est melior quam honor, et amari quam honorari, ut in VIII Ethic. philosophus dicit.

II-II q. 74 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod species et gravitas peccati magis attenditur ex fine quam ex materiali obiecto. Et ideo ratione finis susurratio est gravior, quamvis detractor quandoque peiora dicat.

II-II q. 74 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod fama est dispositio ad amicitiam, et infamia ad inimicitiam. Dispositio autem deficit ab eo ad quod disponit. Et ideo ille qui operatur ad aliquid quod est dispositio ad inimicitiam, minus peccat quam ille qui directe operatur ad inimicitiam inducendam.

II-II q. 74 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod ille qui detrahit fratri intantum videtur detrahere legi inquantum contemnit praeceptum de dilectione proximi. Contra quod directius agit qui amicitiam disrumpere nititur. Unde hoc peccatum maxime contra Deum est, quia Deus dilectio est, ut dicitur I Ioan. IV. Et propter hoc dicitur Prov. VI, *sex sunt quae odit dominus, et septimum detestatur anima eius*, et hoc septimum ponit *eum qui seminat inter fratres discordiam*.

75. De derisione.

Prooemium

II-II q. 75 pr.

Deinde considerandum est de derisione. Et circa hoc quaeruntur duo. Primo, utrum derisio sit peccatum speciale distinctum ab aliis peccatis quibus per verba nocumentum proximo infertur. Secundo, utrum derisio sit peccatum mortale.

1. Utrum derisio sit speciale peccatum distinctum ab aliis peccatis quibus per verba nocumentum proximo infertur.

II-II q. 75 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod derisio non sit speciale peccatum ab aliis praemissis distinctum. Subsannatio enim videtur idem esse quod derisio. Sed subsannatio ad contumeliam videtur pertinere. Ergo derisio non videtur distingui a contumelia.

Mimo to nikdo se nevysmívá, leč pro něco hanebného, zač se člověk rdí. To však jsou hříchy: když pak se o někom zjevně řeknou, náleží k pohaně, jestliže však tajně, náleží k nactiutrhání nebo našeptávání. Tedy výsměch není neřestí, odlišnou od předchozích.

Mimo to se tyto hříchy odlišují podle škod, jaké působí bližnímu. Ale výsměchem se nepůsobí bližnímu jiná škoda, než na cti nebo pověsti nebo na porušení přátelství. Tedy výsměch není hřích odlišný od předchozích.

Avšak proti jest, že výsměch je se smíchem, od něhož má také jméno. Žádný však z předchozích se neděje se smíchem, nýbrž vážně Tedy výsměch se liší od předešlých.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, hříchy slovy se musí vážiti především podle úmyslu mluvícího. A proto podle odlišnosti toho, co kdo zamýšlí říci proti jinému, rozlišují se tyto hříchy. Jako však někdo haněním zamýšlí potlačiti čest haněného, a nactiutrháním zmenšiti jeho pověst, a našeptáváním zničiti přátelství, tak také výsměchem někdo zamýšlí, aby ten, kdo je vysmíván, se zarděl. A poněvadž cíl jest odlišný od jiných, proto také hřích výsměchu se odlišuje od jmenovaných hříchů.

K prvnímu se tedy musí říci, že posmívání a výsměch se shodují v cíli, liší se však způsobem, protože "výsměch se děje ústy", totiž slovem a výbuchy smíchu, "kdežto posmívání ohrnováním nosu", jak praví Glossa, k onomu Žalm., "Jenž přebývá v nebesích, vysměje se jim". Takový však rozdíl nerozlišuje druhu. Obojí se však liší od pohany jako ostýchavost od zneuctění; je totiž stydlivost "bázeň zneuctění", jak praví Damašský.

K druhému se musí říci, že za ctnostný skutek zasluhuje někdo u jiných i úctu i pověst; u sebe slávu dobrého svědomí, podle onoho II. Kor. 1: "Naší slávou jest svědectví našeho svědomí." Procež naopak hanebným skutkem, to jest neřestným, u jiných se sice odnímá čest a pověst člověka, a proto hanobitel a nactiutrhač vypravují o jiném hanebnosti. U sebe sama však hanebnostmi, které se praví, ztrácí někdo slávu svědomí jakýmsi zmatkem a zarděním, a proto říká hanebnosti vysměvač. A tak je patrné, že vysměvač sdílí s řečenými neřestmi látku, liší se však v cíli.

K třetímu se musí říci, že bezpečnost svědomí a klid jeho je veliké dobro podle onoho, Přísl. 15, "Bezpečná mysl jako stálá hostina". A proto kdo znepokojuje něčí svědomí zahanbováním ho, působí mu nějakou zvláštní škodu. Procež výsměch je zvláštní hřích.

LXXV.2. Zda může býti výsměch smrtelným hříchem.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že výsměch nemůže býti smrtelným hříchem. Každý smrtelný hřích totiž

II-II q. 75 a. 1 arg. 2

Praeterea, nullus irridetur nisi de aliquo turpi, ex quo homo erubescit. Huiusmodi autem sunt peccata, quae si manifeste de aliquo dicuntur, pertinent ad contumeliam; si autem occulte, pertinent ad detractionem sive susurrationem. Ergo derisio non est vitium a praemissis distinctum.

II-II q. 75 a. 1 arg. 3

Praeterea, huiusmodi peccata distinguuntur secundum nocumenta quae proximo inferuntur. Sed per derisionem non infertur aliud nocumentum proximo quam in honore vel fama vel detrimento amicitiae. Ergo derisio non est peccatum distinctum a praemissis.

II-II q. 75 a. 1 s. c.

Sed contra est quod irrisio fit ludo, unde et illusio nominatur. Nullum autem praemissorum ludo agitur, sed serio. Ergo derisio ab omnibus praedictis differt.

II-II q. 75 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, peccata verborum praecipue pensanda sunt secundum intentionem proferentis. Et ideo secundum diversa quae quis intendit contra alium loquens, huiusmodi peccata distinguuntur. Sicut autem aliquis conviciando intendit conviciati honorem deprimere, et detrahendo diminuere famam, et susurrando tollere amicitiam; ita etiam irridendo aliquis intendit quod ille qui irridetur erubescat. Et quia hic finis est distinctus ab aliis, ideo etiam peccatum derisionis distinguitur a praemissis peccatis.

II-II q. 75 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod subsannatio et irrisio conveniunt in fine, sed differunt in modo, quia irrisio fit ore, idest verbo et cachinnis; subsannatio autem naso rugato, ut dicit Glossa super illud Psalm., *qui habitat in caelis irridebit eos*. Talis tamen differentia non diversificat speciem. Utrumque tamen differt a contumelia, sicut erubescentia a dehonoratione, est enim erubescentia timor dehonorationis, sicut Damascenus dicit.

II-II q. 75 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod de opere virtuoso aliquis apud alios et reverentiam meretur et famam; apud seipsum bonae conscientiae gloriam, secundum illud II ad Cor. I, *gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae*. Unde e contrario de actu turpi, idest vitioso, apud alios quidem tollitur hominis honor et fama, et ad hoc contumeliosus et detractor turpia de alio dicunt. Apud seipsum autem per turpia quae dicuntur aliquis perdit conscientiae gloriam per quandam confusionem et erubescentiam, et ad hoc turpia dicit detractor. Et sic patet quod derisor communicat cum praedictis vitiis in materia, differt autem in fine.

II-II q. 75 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod securitas conscientiae et quies illius magnum bonum est, secundum illud Prov. XV, *secura mens quasi iuge convivium*. Et ideo qui conscientiam alicuius inquietat confundendo ipsum, aliquod speciale nocumentum ei infert. Unde derisio est peccatum speciale.

2. Utrum derisio sit peccatum mortale.

II-II q. 75 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod derisio non

odporuje lásce. Ale výsměch se, nezdá odporovati lásce; vykonává se totiž mnohdy ze zábavy mezi přáteli, takže sluje také pohráváním. Tedy výsměch nemůže býti smrtelným hřichem.

Mimo to se zdá, že ten výsměch je největší, kterým se děje bezpráví Bohu. Ale není smrtelným hřichem každý výsměch, kterým se děje bezpráví Bohu. Jinak by hřešil smrtelně, kdokoliv by upadl znovu do nějakého všedního hřichu, z něhož se kál: praví totiž Isidor, že "vysměvačem jest a ne kajícníkem, kdo znovu koná, čeho lituje". Podobně by také následovalo, že každé přetvařování by bylo smrtelným hřichem, protože jak praví Řehoř, v Moral., pštrosem se naznačuje přetvařovač, který se vysmívá koni, to jest spravedlivému člověku, a pánu, to jest Bohu. Tedy výsměch není smrtelným hřichem.

Mimo to pohana a nactiutrhání zdají se těžšími hřichy než výsměch, protože větší jest konati něco vážně než žertovně. Ale každé nactiutrhání nebo pohana není smrtelným hřichem. Tedy mnohem méně výsměch.

Avšak proti jest, co se praví Přísl. 3: "On se vysměje vysměvačům." Avšak Boží výsměch je věčný trest za smrtelný hřich, jak je patrné z toho, co se praví v Žalm.: "Jenž přebývá na nebesích, vysměje se jim." Tedy výsměch je smrtelným hřichem.

Odpovídám: Musí se říci, že výsměch se neděje leč z nějakého zla nebo nedostatku. Zlo však, je-li veliké, neběře se za žert, nýbrž vážně. Proto, obrací-li se v žert nebo smích, odkudž má jméno výsměchu nebo žertování, to proto, že se běře za maličkost. Může se však nějaké zlo bráti za maličkost dvojmo: jedním způsobem o sobě, druhým způsobem podle osoby. Když pak někdo zlo nebo nedostatek jiné osoby béře ve smích nebo žert, protože samo o sobě je zlem malým, je to všední a lehký hřích podle svého rodu. - Když se však béře jako malé podle osoby, jako 'nedostatky dětí a bláznů obvykle málo vážíme, takto se někomu vysmívati nebo žertovati jest úplně si ho nevážiti a pokládati jej za tak bezcenného, že o jeho zlo netřeba se starati, nýbrž je míti jako za hračku. A tak je výsměch smrtelným hřichem. A těžším než pohana, která je podobně zjevná, protože hanitel zdá se bráti zlo druhého vážně, vysměvač však žertem, a tak zdá se tu býti větší pohrdání a zneuctění.

A podle toho výsměch je těžkým hřichem, a tím těžším, čím větší úcta náleží osobě, které se vysmívá. Pročež nejtěžší je vysmívati se Bohu a těm, která jsou Boží, podle onoho Isaj. 37: "Komu ses vysmíval, a komu ses rouhal? A proti komu jsi pozdvihl svůj hlas?" A pak se dodává: "Proti svatému Israelovu." - Potom druhé místo má výsměch rodičům. Pročež se praví Přísl. 30: "Oko, které se vysmívá otci a pohrdá porodem své matky, nechť vyklovají havrani u potoků a pozřou je mláďata orlice." - Pak je těžkým výsměch spravedlivým, protože ,;čest je odměnou ctnosti". A proti tomu se praví Job. 12: Vysmívají se prostotě spravedlivého." Tento výsměch pak je velmi škodlivý. protože se jím brání lidem, aby konali dobro, podle onoho Řehořova: "Kteří vidí ze skutků druhých vznikati dobro, ihned je vytrhávají rukou morového výsměchu."

possit esse peccatum mortale. Omne enim peccatum mortale contrariatur caritati. Sed derisio non videtur contrariari caritati, agitur enim ludo quandoque inter amicos; unde et delusio nominatur. Ergo derisio non potest esse peccatum mortale.

II-II q. 75 a. 2 arg. 2

Praeterea, derisio illa videtur esse maxima quae fit in iniuriam Dei. Sed non omnis derisio quae vergit in iniuriam Dei est peccatum mortale. Alioquin quicumque recidivat in aliquod peccatum veniale de quo poenituit, peccaret mortaliter, dicit enim Isidorus quod *irrisor est, et non poenitens, qui adhuc agit quod poenitet*. Similiter etiam sequeretur quod omnis simulatio esset peccatum mortale, quia sicut Gregorius dicit, in Moral., per struthionem significatur simulator, qui deridet equum, idest hominem iustum, et ascensorem, idest Deum. Ergo derisio non est peccatum mortale.

II-II q. 75 a. 2 arg. 3

Praeterea, contumelia et detractio videntur esse graviora peccata quam derisio, quia maius est facere aliquid serio quam ioco. Sed non omnis detractio vel contumelia est peccatum mortale. Ergo multo minus derisio.

II-II q. 75 a. 2 s. c.

Sed contra est quod dicitur Prov. III, *ipse deridet illusores*. Sed deridere Dei est aeternaliter punire pro peccato mortali, ut patet per id quod dicitur in Psalm., *qui habitat in caelis irridebit eos*. Ergo derisio est peccatum mortale.

II-II q. 75 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod irrisio non fit nisi de aliquo malo vel defectu. Malum autem si sit magnum, non pro ludo accipitur, sed seriose. Unde si in lusum vel risum vertatur (ex quo irrisionis vel illusionis nomen sumitur), hoc est quia accipitur ut parvum. Potest autem aliquod malum accipi ut parvum, dupliciter, uno modo, secundum se; alio modo, ratione personae. Cum autem aliquis alterius personae malum vel defectum in ludum vel risum ponit quia secundum se parvum malum est, est veniale et leve peccatum secundum suum genus. Cum autem accipitur quasi parvum ratione personae, sicut defectus puerorum et stultorum parum ponderare solemus, sic aliquem illudere vel irridere est eum omnino parvipendere, et eum tam vilem aestimare ut de eius malo non sit curandum, sed sit quasi pro ludo habendum. Et sic derisio est peccatum mortale. Et gravius quam contumelia, quae similiter est in manifesto, quia contumeliosus videtur accipere malum alterius seriose, illusor autem in ludum; et ita videtur esse maior contemptus et dehonoratio. Et secundum hoc, illusio est grave peccatum, et tanto gravius quanto maior reverentia debetur personae quae illuditur. Unde gravissimum est irridere Deum et ea quae Dei sunt, secundum illud Isaiae XXXVII, *cui exprobrasti? Et quem blasphemasti? Et super quem exaltasti vocem tuam?* Et postea subditur, *ad sanctum Israel*. Deinde secundum locum tenet irrisio parentum. Unde dicitur Prov. XXX, *oculum qui subsannat patrem et despicit partum matris suae, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant eum filii aquilae*. Deinde iustorum derisio gravis est, quia honor est virtutis praemium. Et contra hoc dicitur Iob XII, *deridetur iusti simplicitas*. Quae quidem derisio valde nociva est, quia per hoc homines a bene agendo impediuntur; secundum illud Gregorii, *qui in aliorum actibus exoriri bona conspiciunt, mox ea manu pestiferae exprobrationis evellunt*.

K prvnímu se tedy musí říci, že žert neobináší nic odporujícího lásce vůči tomu, s nímž se žertuje; může však obnášeti něco odporujícího lásce vůči tomu, o němž se žertuje. pro pohrdání, jak bylo řečeno.

K druhému se musí říci, že ten, kdo znovu padá do hřichu, z něhož se kál, a ten, kdo se přetvařuje, nevysmívá se výslovně Bohu, nýbrž jaksi výkladově, pokud totiž jedná na způsob vysmívajícího se. Avšak všední hřich není zpětným pádem nebo přetvářkou jednoduše, nýbrž uzpůsobivě a nedokonale.

K třetímu se musí říci, že výsměch podle svého pojmu je něco lehčího než pohana nebo nactiutrhání, protože neobináší pohrdání, nýbrž žert. Mnohdy však má větší pohrdání než sama pohana, jak bylo shora řečeno. A tu je těžkým hřichem.

LXXVI. O zločřečení.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o zločřečení.

A o tom jsou čtyři otázky

1. Zda může někdo dovoleně zločřečiti člověku.

2. Zda může někdo dovoleně zločřečiti nerozumovému tvoru.

3. Zda zločřečení je smrtelný hřích.

4. O srovnání jeho s jinými hřichy.

LXXVI.1. Zda je dovoleno někomu zločřečiti.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že není dovoleno někomu zločřečiti. Není totiž dovoleno přestupovati příkaz Apoštolův, v němž mluvil Kristus, jak se praví II. Kor. 13. Ale on přikazuje, Řím. 12: "Dobrořečte a nezločřečte." Tedy není dovoleno někomu zločřečiti.

Mimo to všichni jsou povinni dobrořečiti Bohu, podle onoho Dan. 3: "Dobrořečte, synové lidští, Pánu." Ale nemůže z těchže úst vycházeti dobrořečení Bohu a zločřečení člověku, jak se dokazuje Jak. 3. Tedy nikdo nesmí někomu zločřečiti.

Mimo to, kdo někomu zločřečí, ten se mu zdá přáti zlo viny nebo trestu, protože zločřečení se zdá býti jakési proklínání. Ale není dovoleno chtíti zlo druhého, nýbrž naopak třeba se modliti za všechny, aby byli zbaveni zlého. Tedy nikomu není dovoleno zločřečiti.

Mimo to ďábel zatvrzelostí je nejvíce poddán zlobě. Není však dovoleno nikomu zločřečiti ďáblu, jakož ani sobě. Praví se totiž Eccli. 21: "Když zločřečí bezbožný ďáblu, zločřečí sám své duši." Tedy mnohem méně je dovoleno zločřečiti člověku.

Mimo to, k onomu Num. 23 ,Jak budu zločřečiti, komu nezločřečil Hospodin?, praví Glossa: "Nemůže býti spravedlivá příčina zločřečení, kde je neznámo smýšlení

II-II q. 75 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ludus non importat aliquid contrarium caritati respectu eius cum quo luditur, potest tamen importare aliquid contrarium caritati respectu eius de quo luditur, propter contemptum, ut dictum est.

II-II q. 75 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod ille qui recidivat in peccatum de quo poenituit, et ille qui simulat, non expresse Deum irridet, sed quasi interpretative, inquantum scilicet ad modum deridentis se habet. Nec tamen venialiter peccando aliquis simpliciter recidivat vel simulat, sed dispositive et imperfecte.

II-II q. 75 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod derisio, secundum suam rationem, levius aliquid est quam detractio vel contumelia, quia non importat contemptum, sed ludum. Quandoque tamen habet maiorem contemptum quam etiam contumelia, ut supra dictum est. Et tunc est grave peccatum.

76. De maledictione.

Prooemium

II-II q. 76 pr.

Deinde considerandum est de maledictione. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum licite possit aliquis maledicere homini. Secundo, utrum licite possit aliquis maledicere irrationali creaturae. Tertio, utrum maledictio sit peccatum mortale. Quarto, de comparatione eius ad alia peccata.

1. Utrum licite possit aliquis maledicere homini.

II-II q. 76 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non liceat maledicere aliquem. Non est enim licitum praeterire mandatum apostoli, in quo Christus loquebatur, ut dicitur II ad Cor. XIII. Sed ipse praecipit, Rom. XII, *benedicite, et nolite maledicere*. Ergo non licet aliquem maledicere.

II-II q. 76 a. 1 arg. 2

Praeterea, omnes tenentur Deum benedicere, secundum illud Dan. III, benedicite, filii hominum, domino. Sed non potest ex ore eodem procedere benedictio Dei et maledictio hominis, ut probatur Iac. III. Ergo nulli licet aliquem maledicere.

II-II q. 76 a. 1 arg. 3

Praeterea, ille qui aliquem maledicit, videtur optare eius malum culpae vel poenae, quia maledictio videtur esse imprecatio quaedam. Sed non licet desiderare malum alterius, quinimmo orare oportet pro omnibus ut liberentur a malo. Ergo nulli licet maledicere.

II-II q. 76 a. 1 arg. 4

Praeterea, Diabolus per obstinationem maxime subiectus est malitiae. Sed non licet alicui maledicere Diabolum, sicut nec seipsum, dicitur enim Eccli. XXI, *cum maledicit impius Diabolum, maledicit ipse animam suam*. Ergo multo minus licet maledicere hominem.

II-II q. 76 a. 1 arg. 5

Praeterea, Num. XXIII, super illud, *quomodo maledicam cui non maledixit dominus?* Dicit Glossa, *non potest esse*

hřešícího." Avšak člověk nemůže znáti smýšlení jiného člověka, ani zda je zločřečen od Boha. Tedy nikomu není dovoleno zločřečiti některému člověku.

Avšak proti jest, co se praví Deut. 27: "Zločřečený, kdo nevytrvá ve slovech tohoto zákona." Rovněž Eliseus zločřečil chlapcům, vysmívajícím se mu, jak máme ve IV. Král. 2.

Odpovídám: Musí se říci, že zločřečiti je totéž, co říkati zlo. Říci však se má trojmo k tomu, co se říká. Jedním způsobem nazpůsob prohlášení, jako se něco vyjadřuje způsobem oznamovacím. A takto zločřečiti není nic jiného, než říkati zlo druhého, což náleží k nactiutrhání. Pročež se někdy zločřečící nazývají nactiutrhači. - Jiným způsobem říci má se k tomu, co se praví, nazpůsob příčiny. A to především a hlavně náleží Bohu, jenž všechno učinil svým slovem, podle onoho Žalm.: "Řekl, a jsou učiněna." Následně pak přísluší lidem, kteří svým slovem skrze rozkaz jiné hýbají, aby něco vykonali. A k tomu jsou ustanovena slovesa rozkazovacího způsobu. - Třetím způsobem říci má se k tomu, co se říká, jako nějaký výraz citu toužícího po tom, co se slovem vyjadřuje. A k tomu jsou ustanovena slova žádacího způsobu.

První tedy způsob zločřečení, jenž jest prostým říkáním zla, nepřichází v úvahu, nýbrž ostatní dva. Kdež dlužno věděti, že konati něco a chtíti něco jsou sousedná v dobrotě a zlobě, jak ze shora řečeného je patrno: Pročež v těchto dvou způsobech, kterými se říká zlo na způsob rozkazujícího nebo přejícího z téhož důvodu je něco dovoleným a nedovoleným. Jestliže totiž někdo rozkáže nebo si přeje zlo druhého pokud jest zlo, jakožto zamýšleje samo zlo, tak bude zločřečení obojím způsobem nedovoleně A to jest zločřečiti ve vlastním smyslu. - Jestliže však někdo rozkáže nebo si přeje zlo druhého jakožto dobro, tak jest dovoleně A nebude to zločřečení ve vlastním smyslu, nýbrž případkově; protože hlavní úmysl mluvícího se nenese ke zlu, nýbrž k dobru.

Přihází se však, že se říká nějaké zlo rozkazem nebo přáním ve smyslu dvojího dobra. A to, někdy ve smyslu spravedliva. A tak soudce dovoleně zločřečí tomu, na němž rozkáže vykonati spravedlivý trest. A tak také Církev zločřečí anathematisujíc. Tak také proroci mnohdy přejí zla hříšníkům, jako by srovnávali svou vůli s božskou spravedlností (třebaže se mohou tato zaklínání rozuměti na způsob předpovědi). - Někdy se pak říká nějaké zlo ve smyslu užitečného, třebas když přeje někdo nějakému hříšníku utrpení nějaké nemoci 'nebo nějakou překážku, buď aby se polepšil, nebo alespoň ustal škoditi druhým.

K prvnímu se tedy musí říci, že Apoštol zakazuje zločřečení ve vlastním smyslu, s úmyslem zla.

A podobně se musí říci k druhému.

K třetímu se musí říci, že přáti někomu zlo ve smyslu dobra neodporuje citu, jímž někdo jednoduše přeje někomu dobro, nýbrž spíše se to s ním srovnává.

Ke čtvrtému se musí říci, že v ďáblu jest uvážiti přirozenost a vina. Jeho přirozenost je sice dobrá a od

iusta maledicendi causa ubi peccantis ignoratur affectus. Sed homo non potest scire affectum alterius hominis, nec etiam utrum sit maledictus a Deo. Ergo nulli licet aliquem hominem maledicere.

II-II q. 76 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Deut. XXVII dicitur, *maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius*. Elisaeus etiam pueris sibi illudentibus maledixit, ut habetur IV Reg. II.

II-II q. 76 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod maledicere idem est quod malum dicere. Dicere autem tripliciter se habet ad id quod dicitur. Uno modo, per modum enuntiationis, sicut aliquis exprimitur modo indicativo. Et sic maledicere nihil est aliud quam malum alterius referre, quod pertinet ad detractionem. Unde quandoque maledici detractores dicuntur. Alio modo dicere se habet ad id quod dicitur per modum causae. Et hoc quidem primo et principaliter competit Deo, qui omnia suo verbo fecit, secundum illud Psalm., *dixit, et facta sunt*. Consequenter autem competit hominibus, qui verbo suo alios movent per imperium ad aliquid faciendum. Et ad hoc instituta sunt verba imperativi modi. Tertio modo ipsum dicere se habet ad id quod dicitur quasi expressio quaedam affectus desiderantis id quod verbo exprimitur. Et ad hoc instituta sunt verba optativi modi. Praetermisso igitur primo modo maledictionis, qui est per simplicem enuntiationem mali, considerandum est de aliis duobus. Ubi scire oportet quod facere aliquid et velle illud se consequuntur in bonitate et malitia, ut ex supradictis patet. Unde in istis duobus modis, quibus malum dicitur per modum imperantis vel per modum optantis, eadem ratione est aliquid licitum et illicitum. Si enim aliquis imperet vel optet malum alterius inquantum est malum, quasi ipsum malum intendens, sic maledicere utroque modo erit illicitum. Et hoc est maledicere per se loquendo. Si autem aliquis imperet vel optet malum alterius sub ratione boni, sic est licitum. Nec erit maledictio per se loquendo, sed per accidens, quia principalis intentio dicentis non fertur ad malum, sed ad bonum. Contingit autem malum aliquod dici imperando vel optando sub ratione duplicis boni. Quandoque quidem sub ratione iusti. Et sic iudex licite maledicit illum cui praecipit iustam poenam inferri. Et sic etiam Ecclesia maledicit anathematizando. Sic etiam prophetae quandoque imprecantur mala peccatoribus, quasi conformantes voluntatem suam divinae iustitiae (licet huiusmodi imprecationes possint etiam per modum praenuntiationis intelligi). Quandoque vero dicitur aliquod malum sub ratione utilis, puta cum aliquis optat aliquem peccatorem pati aliquam aegritudinem, aut aliquod impedimentum, vel ut ipse melior efficiatur, vel ut saltem ab aliorum nocumento cesset.

II-II q. 76 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod apostolus prohibet maledicere per se loquendo, cum intentione mali.

II-II q. 76 a. 1 ad 2

Et similiter dicendum ad secundum.

II-II q. 76 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod optare alicui malum sub ratione boni non contrariatur affectui quo quis simpliciter alicui optat bonum, sed magis habet conformitatem ad ipsum.

II-II q. 76 a. 1 ad 4

Boha, a není dovoleno jí zlořečiti. Jeho vině jest však zlořečiti, podle onoho Job. 3: "Ať mu zlořečí, kteří zlořečí dni." Když pak hříšník zlořečí ďáblu pro vinu, sám sebe z podobného důvodu považuje za hodna zlořečení. A podle toho se praví, že zlořečí své duši.

K pátému se musí říci, že smýšlení hřešícího, třebaže samo v sobě se nevidí, lze poznati z nějakého zjevného hříchu, za který je třeba uložiti trest. Podobně také, třebaže se nemůže věděti, komu Bůh zlořečí podle konečného zavržení, může se přece věděti, kdo je zlořečený od Boha, podle proviny přítomné viny.

LXXVI.2. Zda je dovoleno zlořečiti nerozumovému tvoru.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že není dovoleno zlořečiti nerozumovému tvoru. Zlořečení totiž se zdá hlavně dovolené, pokud přihlíží k trestu. Ale nerozumový tvor není schopen ani viny, ani trestu. Tedy není dovoleno mu zlořečiti.

Mimo to ve tvoru nerozumovém nic se nenalézá než přirozenost, kterou učinil Bůh. Té však zlořečiti není dovoleno, ani v ďáblu, jak bylo řečeno. Tedy nerozumovému tvoru žádným způsobem není dovoleno zlořečiti.

Mimo to nerozumový tvor buď je trvalý, jako tělesa, nebo je přechodný, jako časy. Ale, jak praví Řehoř, ve IV. Moral., "zbytečné je zlořečiti nejsoucímu, neřestné pak, jestliže jest". Tedy žádným způsobem není dovoleno zlořečiti nerozumovému tvoru.

Avšak proti jest, že Pán zlořečil fíkovníku, jak máme Mat. 21, a "Job zlořečil svému dni", jak máme Job. 3.

Odpovídám: Musí se říci, že dobrořečení nebo zlořečení se týká vlastně oné věci, které se může něco špatného nebo dobrého přihoditi, totiž rozumovému tvoru. U tvorů však nerozumových se mluví o případu dobra nebo zla v poměru ke tvoru rozumovému, k vůli němuž jsou. Jsou pak k němu zařízeny mnohonásobně A to, jedním způsobem nazpůsob pomoci: pokud totiž z nerozumových tvorů má pomoc lidská potřeba.

A tímto způsobem řekl Pán člověku, Gen. 3: "Zlořečená země při tvé práci," aby totiž člověk její jalovostí byl trestán. A tak se také rozumí, co máme Deut. 28: "Požehnané stodoly tvé," a níže: "Zlořečená stodola tvá." Tak také David zlořečil horám Gelboe, podle výkladu Řehořova. - Jiným způsobem je zařízen nerozumový tvor k rozumovému nazpůsob značení. A tak Pán zlořečil fíkovníku, aby označil Judsko. - Třetím způsobem je zařízen nerozumový tvor k rozumovému nazpůsob obsahujícího, totiž času nebo místa. A tak zlořečil Job dni svého zrození, k vůli prvotní vině, kterou zrozením dostal, a pro následující tresty. A také se může rozuměti, že proto David zlořečil horám Gelboe, jak čteme II. Král. l, totiž pro porážku lidu, která se na nich přihodila.

Zlořečiti však nerozumovým věcem, pokud jsou tvory Božími, je hřích rouhání. - Zlořečiti pak jim, o sobě

Ad quartum dicendum quod in Diabolo est considerare naturam, et culpam. Natura quidem eius bona est, et a Deo, nec eam maledicere licet. Culpa autem eius est maledicenda, secundum illud Iob III, *maledicant ei qui maledicunt diei*. Cum autem peccator maledicit Diabolum propter culpam, seipsum simili ratione iudicat maledictione dignum. Et secundum hoc dicitur maledicere animam suam.

II-II q. 76 a. 1 ad 5

Ad quintum dicendum quod affectus peccantis, etsi in se non videatur, potest tamen percipi ex aliquo manifesto peccato, pro quo poena est infligenda. Similiter etiam, quamvis sciri non possit quem Deus maledicit secundum finalem reprobationem, potest tamen sciri quis sit maledictus a Deo secundum reatum praesentis culpae.

2. Utrum licite possit aliquis maledicere irrationali creaturae.

II-II q. 76 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non liceat creaturam irrationalem maledicere. Maledictio enim praecipue videtur esse licita inquantum respicit poenam. Sed creatura irrationalis non est susceptiva nec culpae nec poenae. Ergo eam maledicere non licet.

II-II q. 76 a. 2 arg. 2

Praeterea, in creatura irrationali nihil invenitur nisi natura, quam Deus fecit. Hanc autem maledicere non licet, etiam in Diabolo, ut dictum est. Ergo creaturam irrationalem nullo modo licet maledicere.

II-II q. 76 a. 2 arg. 3

Praeterea, creatura irrationalis aut est permanens, sicut corpora; aut est transiens, sicut tempora. Sed sicut Gregorius dicit, in IV Moral., *otiosum est maledicere non existenti; vitiosum vero si existeret*. Ergo nullo modo licet maledicere creaturae irrationali.

II-II q. 76 a. 2 s. c.

Sed contra est quod dominus maledixit ficulneae, ut habetur Matth. XXI; et Iob maledixit diei suo, ut habetur Iob III.

II-II q. 76 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod benedictio vel maledictio ad illam rem proprie pertinet cui potest aliquid bene vel male contingere, scilicet rationali creaturae. Creaturis autem irrationalibus bonum vel malum dicitur contingere in ordine ad creaturam rationalem, propter quam sunt. Ordinantur autem ad eam multipliciter. Uno quidem modo, per modum subventionis, inquantum scilicet ex creaturis irrationalibus subvenitur humanae necessitati. Et hoc modo dominus homini dixit, Gen. III, maledicta terra in opere tuo, ut scilicet per eius sterilitatem homo puniretur. Et ita etiam intelligitur quod habetur Deut. XXVIII, *benedicta horrea tua*, et infra, *maledictum horreum tuum*. Sic etiam David maledixit montes Gelboe, secundum Gregorii expositionem. Alio modo creatura irrationalis ordinatur ad rationalem per modum significationis. Et sic dominus maledixit ficulneam, in significationem Iudaeae. Tertio modo ordinatur creatura irrationalis ad rationalem per modum continentis, scilicet temporis vel loci. Et sic maledixit Iob diei nativitatis suae, propter culpam originalem, quam nascendo contraxit, et propter sequentes poenalitates. Et propter hoc etiam potest intelligi David maledixisse montibus Gelboe, ut legitur II Reg. I, scilicet propter caedem populi quae in eis contigerat. Maledicere autem rebus irrationalibus inquantum sunt creaturae Dei, vzatým, je zbytečné a marné, a následně nedovoleně

A tím je patrná odpověď na námitky.

LXXVI.3. Zda zlořečiti je smrtelný hřích.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že zlořečiti není smrtelný hřích. Augustin totiž, v homilii O ohni očist., počítá zlořečení mezi lehké hříchy. Ty však jsou všední. Tedy zlořečení není smrtelný hřích, nýbrž všední.

Mimo to, co vychází z lehkého hnutí mysli, nezdá se býti smrtelný hřích. Ale mnohdy zlořečení vychází z lehkého hnutí. Tedy zlořečení není smrtelný hřích.

Mimo to horší jest zlo činiti, než zlořečiti. Ale zlo činiti není vždy smrtelný hřích. Tedy tím méně zlořečiti.

Avšak proti, nic nevylučuje z království Božího než smrtelný hřích. Ale zlořečení vylučuje z království Božího, podle onoho I. Kor. 6: "Ani zlořečící, ani uchvatitelé, nebudou míti království Boží." Tedy zlořečení je smrtelný hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že zlořečení, o kterém nyní mluvíme, jest, kterým se proináší zlo proti někomu, buď rozkazem nebo přáním. Chtíti však zlo druhého nebo rozkazem k němu pohnouti, o sobě odporuje lásce, kterou milujeme bližního, chtějíce jeho dobro. A tak podle svého rodu je smrtelným hříchem. A tím těžším, čím více jsme povinni milovati a ctíti osobu, které zlořečíme; pročež se praví, Levit. 20: "Kdo zlořečil svému otci nebo matce, smrtí zemře."

Přihází se však, že pronesené slovo zlořečení je všedním hříchem buď pro malost zla, které někdo zlořečením druhému přeje, nebo také pro cit toho, kdo proináší slova zlořečení, když z lehkého hnutí nebo ze žertu nebo z unáhlení nějaká taková slova proináší; protože hříchy slovy se váží nejvíce podle citu, jak bylo shora řečeno.

A tím je patrná odpověď na námitky.

LXXVI.4. Zda zlořečiti je těžší hřích než nactiutrhání.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že zlořečení je těžší hřích než nactiutrhání. Zlořečení se totiž zdá býti jakési rouhání, jak je patrné z toho, co se praví v kanonickém Judově, že, "když archanděl Michael, zápase s ďáblem, potýkal se o tělo Mojžíšovo, neodvážil se pronésti soud rouhání"; a běře se tam rouhání za zlořečení, podle Glosy. Rouhání je však těžší hřích než nactiutrhání. Tedy zlořečení je těžší než nactiutrhání.

Mimo to vražda je těžší než nactiutrhání, jak bylo shora řečeno. Ale zlořečení je rovné hříchu vraždy. Praví totiž Zlatoústý, K Mat.: "Když řekneš: zlořeč mu a dům vyvrať

est peccatum blasphemiae. Maledicere autem eis secundum se consideratis, est otiosum et vanum, et per consequens illicitum.

II-II q. 76 a. 2 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

3. Utrum maledictio sit peccatum mortale.

II-II q. 76 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod maledicere non sit peccatum mortale. Augustinus enim, in homilia de igne Purgatorio, numerat maledictionem inter levia peccata. Haec autem sunt venialia. Ergo maledictio non est peccatum mortale, sed veniale.

II-II q. 76 a. 3 arg. 2

Praeterea, ea quae ex levi motu mentis procedunt non videntur esse peccata mortalia. Sed interdum maledictio ex levi motu procedit. Ergo maledictio non est peccatum mortale.

II-II q. 76 a. 3 arg. 3

Praeterea, gravius est male facere quam maledicere. Sed male facere non semper est peccatum mortale. Ergo multo minus maledicere.

II-II q. 76 a. 3 s. c.

Sed contra, nihil excludit a regno Dei nisi peccatum mortale. Sed maledictio excludit a regno Dei, secundum illud I ad Cor. VI, *neque maledici neque rapaces regnum Dei possidebunt*. Ergo maledictio est peccatum mortale.

II-II q. 76 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod maledictio de qua nunc loquimur, est per quam pronuntiatur malum contra aliquem vel imperando vel optando. Velle autem, vel imperio movere ad malum alterius, secundum se repugnat caritati, qua diligimus proximum volentes bonum ipsius. Et ita secundum suum genus est peccatum mortale. Et tanto gravius quanto personam cui maledicimus magis amare et revereri tenemur, unde dicitur Levit. XX, *qui maledixerit patri suo et matri, morte moriatur*. Contingit tamen verbum maledictionis prolatum esse peccatum veniale, vel propter parvitatem mali quod quis alteri, maledicendo, imprecatur, vel etiam propter affectum eius qui profert maledictionis verba, dum ex levi motu, vel ex ludo, aut ex subreptione aliqua talia verba profert; quia peccata verborum maxime ex affectu pensantur, ut supra dictum est.

II-II q. 76 a. 3 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

4. De comparatione eius ad alia peccata.

II-II q. 76 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod maledictio sit gravius peccatum quam detractio. Maledictio enim videtur esse blasphemia quaedam, ut patet per id quod dicitur in canonica Iudae, quod *cum Michael Archangelus, cum Diabolo disputans, altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiae*; et accipitur ibi blasphemia pro maledictione, secundum Glossam. Blasphemia autem est gravius peccatum quam detractio. Ergo maledictio est gravior detractione.

II-II q. 76 a. 4 arg. 2

Praeterea, homicidium est detractione gravius, ut supra dictum est. Sed maledictio est par peccato homicidii, dicit a způsob záhubu všeho, nic se nelišíš od vraha." Tedy zlořečení je těžší než nactiutrhání.

Mimo to příčina převyšuje znamení. Ale ten, kdo zlořečí, je příčinou zla svým rozkazem; ten však, kdo nactiutrhá, naznačuje pouze zlo, již jsoucí. Tíže tedy hřeší zlořečící než nactiutrhač.

Avšak proti jest, že nactiutrhání nemůže býti dobré. Zlořečení však jest dobré i špatné, jak je patrné z řečeného. Tedy těžší je nactiutrhání než zlořečení.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak jsme měli v Prvním, dvojí je zlo, totiž viny a trestu. Zlo pak viny je větší, jak bylo tamtéž ukázáno. Pročež říci zlo viny je horší, nežli říci zlo trestu, když je týž způsob rčení. Haněči tedy, našeptavači a nactiutrhači, a také vysměvači náleží říkati zlo viny; ale zlořečícímu, jakého nyní míníme, náleží říkati zlo trestu, nikoliv však zlo viny, leč snad ve smyslu trestu. Není však tentýž způsob rčení. Neboť řečeným čtyřem neřestem náleží říkati zlo viny pouze vyslovováním, kdežto zlořečením se proináší zlo trestu buď přičinně na způsob rozkazu, nebo přáním. Samo pak vyslovení viny je hříchem, pokud se tím působí nějaká škoda bližnímu. Těžší je však působiti škodu, než přáti škodu při ostatním stejném. Pročež nactiutrhání, podle obecného pojmu, je těžší hřích než zlořečení, vyjadřující jednoduché přání. Zlořečení však, které je na způsob rozkazu, ježto má ráz příčiny, může býti těžší než nactiutrhání, jestliže působí větší škodu, než, jest očernění pověsti; nebo lehčí, jestli menší.

A to se musí brát podle toho, co o sobě náleží k pojmu těchto neřestí. Lze však uvážiti i jiná, případková, která řečené neřesti buď zvětšují nebo zmenšují.

K prvnímu se tedy musí říci, že zlořečení tvoru, pokud je tvor,, přechází na Boha, a tak případkově má ráz rouhání; nikoliv však, zlořečí-li se tvoru pro vinu. A tentýž důvod jest u nactiutrhání.

K druhému se musí říci, že, jak bylo řečeno, zlořečení jedním způsobem uzavírá přání zlého. Proto, chce-li ten, jenž zlořečí, zlo zabiti druhého, přáním se neliší od vraha. Liší se však, pokud vnější skutek něco přidává k vůli.

K třetímu se musí říci, že onen důvod platí o zlořečení, pokud obnáší rozkaz.

enim Chrysostomus, super Matth., *cum dixeris, maledic ei, et domum everte, et omnia perire fac, nihil ab homicida differs*. Ergo maledictio est gravior quam detractio.

II-II q. 76 a. 4 arg. 3

Praeterea, causa praeeminet signo. Sed ille qui maledicit causat malum suo imperio, ille autem qui detrahit solum significat malum iam existens. Gravius ergo peccat maledicus quam detractor.

II-II q. 76 a. 4 s. c.

Sed contra est quod detractio non potest bene fieri. Maledictio autem fit bene et male, ut ex dictis patet. Ergo gravior est detractio quam maledictio.

II-II q. 76 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut in primo habitum est, duplex est malum, scilicet culpae, et poenae. Malum autem culpae peius est, ut ibidem ostensum est. Unde dicere malum culpae peius est quam dicere malum poenae, dummodo sit idem modus dicendi. Ad contumeliosum igitur, susurronem et detractorem, et etiam derisorem, pertinet dicere malum culpae, sed ad maledicentem, prout nunc loquimur, pertinet dicere malum poenae, non autem malum culpae nisi forte sub ratione poenae. Non tamen est idem modus dicendi. Nam ad praedicta quatuor vitia pertinet dicere malum culpae solum enuntiando, per maledictionem vero dicitur malum poenae vel causando per modum imperii, vel optando. Ipsa autem enuntiatio culpae peccatum est inquantum aliquod nocumentum ex hoc proximo infertur. Gravius autem est nocumentum inferre quam nocumentum desiderare, ceteris paribus. Unde detractio, secundum communem rationem, gravius peccatum est quam maledictio simplex desiderium exprimens. Maledictio vero quae fit per modum imperii, cum habeat rationem causae, potest esse detractione gravior, si maius nocumentum inferat quam sit denigratio famae; vel levior, si minus. Et haec quidem accipienda sunt secundum ea quae per se pertinent ad rationem horum vitiorum. Possunt autem et alia per accidens considerari quae praedicta vitia vel augent vel minuunt.

II-II q. 76 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod maledictio creaturae inquantum creatura est, redundat in Deum, et sic per accidens habet rationem blasphemiae, non autem si maledicatur creatura propter culpam. Et eadem ratio est de detractione.

II-II q. 76 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut dictum est, maledictio uno modo includit desiderium mali. Unde si ille qui maledicit velit malum occisionis alterius, desiderio non differt ab homicida. Differt tamen inquantum actus exterior aliquid adiicit voluntati.

II-II q. 76 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit de maledictione secundum quod importat imperium.

LXXVII. O podvodnosti, která se páchá v kupech a prodejích.

77. De fraude quae committitur in emptionibus et venditionibus.

Předmluva

Prooemium

Dělí se na čtyři články.

II-II q. 77 pr.

Potom jest uvažovati o hříších, které jsou při dobrovolných směnách. A nejprve o podvodnosti, která se

Deinde considerandum est de peccatis quae sunt circa voluntarias commutationes. Et primo, de fraudulentia quae

páchá v kupech a prodejích; za druhé o úroku, který se děje při půjčování. Neboť při jiných dobrovolných směnách nenalézá se nějaký druh hříchu, který by se lišil od loupeže nebo krádeže.

O prvním jsou čtyři otázky:

1.O nespravedlivém prodeji se strany ceny: totiž, zda je dovoleno něco prodati dráže, než stojí.

2. O nespravedlivém prodeji se strany věci prodávané,

3. Zda je povinen prodavač říci chybu prodávané věci.

4. Zda je dovoleno při obchodu prodati něco dráže než bylo koupeno.

LXXVII.1. Zda někdo může dovoleně prodati věc dráže, než stojí.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že někdo může dovoleně prodati věc dráže, než stojí. Spravedlivo totiž ve směnách lidského života se vymezuje podle občanských zákonů. Ale podle nich je dovoleno kupci a prodavači, aby se navzájem klamali, což se děje, když prodavač dráže prodává věc, než stojí, kupec pak kupuje laciněji, než stojí. Tedy je dovoleno, aby někdo prodal věc dráže, než stojí.

Mimo to, co je všem společné, zdá se přirozené a není hříchem. Ale, jak vypravuje Augustin, v XIII. O Troj., byl ode všech přijat výrok jakéhosi herce: "Lacino chcete koupiti a draho prodávati." S tím také souhlasí, co se praví Přísl. 20: "Špatné je, špatné je, praví každý kupec; a když odejde, chlubí se." Tedy je dovoleno něco dráže prodati a laciněji koupiti, než stojí.

Mimo to se nezdá býti nedovoleným, jestliže se koná podle úmluvy to, co se musí díti z povinnosti počestnosti. Ale podle Filosofa, v VIII. Ethic., v přátelství užitečném musí býti odměna podle užitku, jakého dosáhl ten, kdo přijal dobrodiní; ta však někdy přesahuje cenu věci darované: jak se přihází, když někdo velmi potřebuje nějaké věci, buď aby unikl nebezpečí, nebo aby dosáhl nějaké výhody. Tedy je dovoleno ve smlouvě kupu nebo prodeje dáti něco za větší cenu než stojí.

Avšak proti jest, co se praví Mat. 7: "Vše, cokoliv chcete, aby vám činili lidé, činte i vy jim." Ale nikdo nechce, aby mu byla věc prodána dráže, než stojí. Tedy nikdo nesmí druhému prodati věc dráže, než stojí.

Odpovídám: Musí se říci, že užívati podvodu k tomu, aby se něco prodalo nad spravedlivou cenu, je vždycky hřích, pokud někdo klame bližního k jeho škodě. Proto i Tullius praví v knize o Povinnostech: "Musí se odstraniti ze smluv každá lež; nepřivede prodavač přihazujícího, ani kupec toho, kdo by nabízel méně než on."

Jestliže však není podvodu, tu můžeme o kupu a prodeji mluviti dvojmo. Jedním způsobem o sobě. A podle toho se zdá, že kupování a prodávání bylo zavedeno pro obecnou užitečnost obojího, že totiž jeden potřebuje věci druhého a naopak, jak je patrné z Filosofa, v I. Polit. Co však je zavedeno na obecný prospěch, nesmí býti zatěžováním jednoho více než druhého. A proto musí býti committitur in emptionibus et venditionibus; secundo, de usura, quae fit in mutuis. Circa alias enim commutationes voluntarias non invenitur aliqua species peccati quae distinguatur a rapina vel furto. Circa primum quaeruntur quatuor. Primo, de iniusta venditione ex parte pretii, scilicet, utrum liceat aliquid vendere plus quam valeat. Secundo, de iniusta venditione ex parte rei venditae. Tertio, utrum teneatur venditor dicere vitium rei venditae. Quarto, utrum licitum sit aliquid, negotiando, plus vendere quam emptum sit.

1. Utrum liceat aliquid vendere plus quam valeat.

II-II q. 77 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod aliquis licite possit vendere rem plus quam valeat. Iustum enim in commutationibus humanae vitae secundum leges civiles determinatur. Sed secundum eas licitum est emptori et venditori ut se invicem decipiant, quod quidem fit inquantum venditor plus vendit rem quam valeat, emptor autem minus quam valeat. Ergo licitum est quod aliquis vendat rem plus quam valeat.

II-II q. 77 a. 1 arg. 2

Praeterea, illud quod est omnibus commune videtur esse naturale et non esse peccatum. Sed sicut Augustinus refert, XIII de Trin., dictum cuiusdam mimi fuit ab omnibus acceptatum, *vili vultis emere, et care vendere*. Cui etiam consonat quod dicitur Prov. XX, *malum est, malum est, dicit omnis emptor, et cum recesserit, gloriatur*. Ergo licitum est aliquid carius vendere et vilius emere quam valeat.

II-II q. 77 a. 1 arg. 3

Praeterea, non videtur esse illicitum si ex conventione agatur id quod fieri debet ex debito honestatis. Sed secundum philosophum, in VIII Ethic., in amicitia utilis recompensatio fieri debet secundum utilitatem quam consecutus est ille qui beneficium suscepit, quae quidem quandoque excedit valorem rei datae; sicut contingit cum aliquis multum re aliqua indiget, vel ad periculum evitandum vel ad aliquod commodum consequendum. Ergo licet in contractu emptionis et venditionis aliquid dare pro maiori pretio quam valeat.

II-II q. 77 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dicitur Matth. VII, *omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis*. Sed nullus vult sibi rem vendi carius quam valeat. Ergo nullus debet alteri vendere rem carius quam valeat.

II-II q. 77 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod fraudem adhibere ad hoc quod aliquid plus iusto pretio vendatur, omnino peccatum est, inquantum aliquis decipit proximum in damnum ipsius. Unde et Tullius dicit, in libro de Offic., *tollendum est ex rebus contrahendis omne mendacium, non licitatorem venditor, non qui contra se licitetur emptor apponet*. Si autem fraus deficit, tunc de emptione et venditione dupliciter loqui possumus. Uno modo, secundum se. Et secundum hoc emptio et venditio videtur esse introducta pro communi utilitate utriusque, dum scilicet unus indiget re alterius et e converso, sicut patet per philosophum, in I Polit. Quod autem pro communi utilitate est inductum, non

stanovena mezi nimi smlouva podle rovnosti věci. Velikost pak věcí, které přicházejí v užívání člověka, měří se podle dávané ceny, a byla na to vynalezena mince, jak se praví v V. Ethic. A proto, přesahuje-li buď cena velikost hodnoty věci, nebo naopak věc přesahuje cenu, zrušuje se rovnost spravedlnosti. A proto dráže prodávati nebo laciněji kupovati věc, než stojí, je o sobě nespravedlivé a nedovolené.

Jiným způsobem můžeme mluviti o kupu a prodeji, pokud případkově přispívá k prospěchu jednoho a škodě druhého: třebas, když někdo velmi potřebuje míti nějakou věc, a druhý ztrácí, jestliže ji postrádá. A v takovém případě spravedlivou cenou bude, že se nejen přihlíží k věci, která se prodává, nýbrž i ke škodě, kterou z prodeje utrpí prodávající. A tak dovoleně lze něco dráže prodati, než stojí o sobě, ačkoli se neprodává dráže, než platí majiteli.

Jestliže však někdo velmi získává věcí druhého. kterou dostal, ten však, jenž prodal, není poškozen postráděním oné věci, nesmí ji zdražiti. Protože prospěch, který druhému vzejde, není od prodávajícího, nýbrž z postavení kupujícího. Nikdo však nesmí prodávati druhému, co není jeho, ačkoli mu může prodati škodu, kterou trpí. Ten však, komu přijetí věcí druhého mnoho pomáhá, může dobrovolně prodávajícímu něco přidati, což náleží k jeho počestnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak bylo shora řečeno, zákon lidský je dán lidu, v němž jsou mnozí nedostatečné ctností, nedává se však pouze ctnostným. A proto lidský zákon nemohl zakázat, cokoliv jest proti ctnosti, nýbrž stačí mu, když zakazuje to, co rozbíjí spolužití lidí, a jiné nechává jaksi dovolené, ne že je schvaluje, nýbrž že jich netrestá. Tak tedy nechává jaksi dovolené, neuvaluje trestu, jestliže bez podvodu prodavač svou věc zdráží nebo kupující laciněji koupí, není-li přílišný rozdíl. Neboť tehdy i lidský zákon nutí k náhradě, třebas když někdo jest oklamán nad polovinu spravedlivé ceny. Ale zákon Boží nenechává beztrestným nic, co se příčí ctnosti. Proto podle Božího zákona se pokládá za nedovolené, jestliže v prodeji a kupu se nezachovává rovnost spravedlnosti. A ten, kdo má více, je povinen nahraditi tomu, kdo byl poškozen, jestliže škoda je značná. To pravím proto, že spravedlivá cena věcí mnohdy není přesně určena, nýbrž spíše záleží v nějakém odhadu, takže malé přidání nebo zmenšení se nezdá porušovati rovnost spravedlnosti.

K druhému se musí říci, že, jak tamtéž praví Augustin, "onen herec, buď vida sebe, nebo pozoruje druhé, chtějící lacino kupovati a draho prodávati, považoval to za všem společné. Ale protože je to vpravdě nešest, může každý dosíci oné spravedlnosti, kterou by onu odmítl a přemohl." A udává příklad o komsi, „jenž požadujícímu z neznalosti nepatrnou cenu za nějakou knihu dal cenu spravedlivou. Z čehož je patrné, že ono obecné přání nemá přirozenost, nýbrž nešest. A proto jest obecné mnohým, kteří kráčejí širokou cestou nešestí.

Ad tertiumdecimum sic proceditur. Videtur quod de necessitate orationis sit quod sit attenta. Dicitur enim Ioan. IV, *spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate adorare oportet*. Sed oratio non est in spiritu si non sit attenta. Ergo de necessitate orationis est quod sit attenta.

II-II q. 83 a. 13 arg. 2

Praeterea, oratio est ascensus intellectus in Deum. Sed quando oratio non est attenta, intellectus non ascendit in Deum. Ergo de necessitate orationis est quod sit attenta.

II-II q. 83 a. 13 arg. 3

Praeterea, de necessitate orationis est quod careat omni peccato. Sed non est absque peccato quod aliquis orando evagationem mentis patiatur, videtur eum deridere Deum, sicut et si alicui homini loqueretur et non attenderet ad ea quae ipse proferret. Unde Basilius dicit, *est divinum auxilium implorandum non remisse, nec mente huc illuc evagante, eo quod talis non solum non impetrabit quod petit, sed et magis Deum irritabit*. Ergo de necessitate orationis esse videtur quod sit attenta.

II-II q. 83 a. 13 s. c.

Sed contra est quod etiam sancti viri quandoque orantes evagationem mentis patiuntur, secundum illud Psalm., *cor meum dereliquit me*.

II-II q. 83 a. 13 co.

Respondeo dicendum quod quaestio haec praecipue locum habet in oratione vocali. Circa quam sciendum est quod necessarium dicitur aliquid dupliciter. Uno modo, per quod melius pervenitur ad finem. Et sic attentio absolute orationi necessaria est. Alio modo dicitur aliquid necessarium sine quo res non potest consequi suum effectum. Est autem triplex effectus orationis. Primus quidem communis omnibus actibus caritate informatis, quod est mereri. Et ad hunc effectum non ex necessitate requiritur quod attentio adsit orationi per totum, sed vis primae intentionis qua aliquis ad orandum accedit, reddit totam orationem meritoriam, sicut in aliis meritoriis actibus accidit. Secundus autem effectus orationis est ei proprius, quod est impetrare. Et ad hunc etiam effectum sufficit prima intentio, quam Deus principaliter attendit. Si autem prima intentio desit, oratio nec meritoria est nec impetrativa, *illam enim orationem Deus non audit cui ille qui orat non intendit*, ut Gregorius dicit. Tertius autem effectus orationis est quem praesentialiter efficit, scilicet quaedam spiritualis refectio mentis. Et ad hoc de necessitate requiritur in oratione attentio. Unde dicitur I Cor. XIV, *si orem lingua, mens mea sine fructu est*. Sciendum tamen quod est triplex attentio quae orationi vocali potest adhiberi. Una quidem qua attenditur ad verba, ne quis in eis erret. Secunda qua attenditur ad sensum verborum. Tertia qua attenditur ad finem orationis, scilicet ad Deum et ad rem pro qua oratur, quae quidem est maxime necessaria. Et hanc etiam possunt habere idiotae. Et quandoque intantum abundat haec intentio, qua mens fertur in Deum, ut etiam omnium aliorum mens obliviscatur, sicut dicit Hugo de sancto Victore.

II-II q. 83 a. 13 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in spiritu et veritate orat

Svatého, i když z nějaké slabosti potom mysl těká.

K druhému se musí říci, že lidská mysl pro slabost přirozenosti nemůže státi dlouho na výši; neboť váhou lidské slabosti je tlačena duše k nižinám. A proto se přihází, když mysl modlícího se vystupuje nazíráním k Bohu, náhle těká pro nějakou slabost.

K třetímu se musí říci, že když někdo úmyslně při modlitbě myslí těká, je to hřích a překazí účinek modlitby. A proti tomu praví Augustin, v Řeholi: "Když se modlíte žalmy a hymny k Bohu, to procházej srdcem, co ústa vyslovují." Těkavost však mysli, která stává mimo úmysl, neruší účinku modlitby. Pročež praví Basil: Jestliže však oslaben hříchem, nemůžeš se upjatě modliti, kroť se jak můžeš, a Bůh odpustí; poněvadž nikoliv z nedbalosti, nýbrž z křehkosti nemůžeš před ním státi, jak třeba.

LXXXIII.14. Zda modlitba musí býti dlouhá.

Při čtrnácté se postupuje takto: Zdá se, že modlitba nemusí býti dlouhá. Praví se totiž Mat. 6: "Modlíce se, nemluvte mnoho." Ale dlouhá modlitba musí mnoho mluviti, zvláště když je modlitba ústní. Tedy nemá býti modlitba dlouhá.

Mimo to modlitba tlumočí touhu. Ale touha je tím světější, čím více se omezuje na jedno, podle onoho Žalmu: "Jedno jsem prosil od Pána, to budou žádati." Tedy i modlitba je Bohu tím milejší, čím je kratší.

Mimo to se zdá býti nedovolené, aby člověk přestoupil hranice, stanovené Bohem, zvláště v těch, která náležejí k uctívání Boha, podle onoho Exod. 19: "Varuj lid, aby snad nechtěl přestoupit stanovenou hranici, aby viděl Pána, aby jich velmi mnoho nezahynulo." Ale Bohem nám byly stanoveny meze modlitby ustanovením Modlitby Páně, jak je patrné Mat. 6. Tedy není dovoleno dále prodlužovati modlitbu.

Avšak proti, zdá se, že je třeba se stále modliti. Neboť Pán praví Luk. 18: "Je třeba se vždycky modliti a neustávati." A I. Sol.5: "Modlete se bez ustání."

Odpovídám: Musí se říci, že o modlitbě můžeme mluviti dvojmo. Jedním způsobem podle ní samé, za druhé podle její příčiny. Příčinou modlitby však je touha lásky, z níž musí vycházeti modlitba. Ta však musí býti v nás neustálá buď uskutečněním nebo silou: zůstává totiž síla této touhy ve všem co konáme z lásky; všechno pak musíme konati ke slávě Boží, jak se praví I. Kor. 10. A podle toho musí býti modlitba neustálá. Proto Augustin praví, Probě: "V samé víře, naději a lásce udržujice touhu, se vždy modlíme."

Ale sama modlitba, uvažována o sobě nemůže býti ustavičná, protože dlužno se zabývati jinými pracemi. Ale, jak praví tamtéž Augustin, "proto po jistých hodinách a dobách také slovy prosíme Boha, abychom qui ex instinctu spiritus ad orandum accedit, etiam si ex aliqua infirmitate mens postmodum evagetur.

II-II q. 83 a. 13 ad 2

Ad secundum dicendum quod mens humana, propter infirmitatem naturae, diu in alto stare non potest, pondere enim infirmitatis humanae deprimitur anima ad inferiora. Et ideo contingit quod quando mens orantis ascendit in Deum per contemplationem, subito evagetur ex quadam infirmitate.

II-II q. 83 a. 13 ad 3

Ad tertium dicendum quod si quis ex proposito in oratione mente evagetur, hoc peccatum est, et impedit orationis fructum. Et contra hoc Augustinus dicit, in regula, *Psalmis et hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde quod profertur in ore*. Evagatio vero mentis quae fit praeter propositum, orationis fructum non tollit. Unde Basilius dicit, *si vero, debilitatus a peccato, fixe nequis orare, quantumcumque potes teipsum cohibeas, et Deus ignoscit, eo quod non ex negligentia, sed ex fragilitate non potes, ut oportet, assistere coram eo*.

14. Utrum oratio debeat esse diuturna.

II-II q. 83 a. 14 arg. 1

Ad quartumdecimum sic proceditur. Videtur quod oratio non debeat esse diuturna. Dicitur enim Matth. VI, *orantes nolite multum loqui*. Sed oportet multum loqui diu orantem, praesertim si oratio sit vocalis. Ergo non debet esse oratio diuturna.

II-II q. 83 a. 14 arg. 2

Praeterea, oratio est explicativa desiderii. Sed desiderium tanto est sanctius quanto magis ad unum restringitur, secundum illud Psalm., *unam petii a domino, hanc requiram*. Ergo et oratio tanto est Deo acceptior quanto est brevior.

II-II q. 83 a. 14 arg. 3

Praeterea, illicitum videtur esse quod homo transgreditur terminos a Deo praefixos, praecipue in his quae pertinent ad cultum divinum, secundum illud Exod. XIX, *contestare populum, ne forte velit transcendere propositos terminos ad videndum dominum, et pereat ex eis plurima multitudo*. Sed a Deo praefixus est nobis terminus orandi per institutionem orationis dominicae, ut patet Matth. VI. Ergo non licet ultra orationem protendere.

II-II q. 83 a. 14 s. c.

Sed contra, videtur quod continue sit orandum. Quia dominus dicit, Luc. XVIII, *oportet semper orare, et non deficere*. Et I ad Thess. V, *sine intermissione orate*.

II-II q. 83 a. 14 co.

Respondeo dicendum quod de oratione dupliciter loqui possumus, uno modo, secundum seipsam; alio modo, secundum causam suam. Causa autem orationis est desiderium caritatis, ex quo procedere debet oratio. Quod quidem in nobis debet esse continuum vel actu vel virtute, manet enim virtus huius desiderii in omnibus quae ex caritate facimus; omnia autem debemus in gloriam Dei facere, ut dicitur I ad Cor. X. Et secundum hoc oratio debet esse continua. Unde Augustinus dicit, ad Probam, *in ipsa fide, spe et caritate continuato desiderio semper oramus*. Sed ipsa oratio secundum se considerata non potest esse assidua, quia oportet aliis operibus occupari. Sed, sicut Augustinus ibidem dicit, *ideo per certa intervalla horarum* oněmi znameními věcí sebe upozornili a zpytujme se, jak jsme v této touze pokročili; a mocně se vzchopme konati to". Velikost však každé věci musí býti úměrná cíli, jako množství nápoje zdraví. Pročež také je vhodné, aby modlitba potud trvala, pokud je užitečná k vzbuzení vroucnosti vnitřní touhy. Když však překročí tuto míru, takže nemůže trvati bez omrzelosti, nemá se dále modlitba prodlužovati. Pročež praví Augustin, Probě: "Praví se, že bratří v Egyptě mají sice často modlitby, ale velmi krátké, a jaksi chvatně vržené, aby delším prodléváním neprchala a neotupěla ona pozorně napjatá pozornost, která je modlitbě nejpotřebnější. A tím také sami dosti ukazují, že tato pozornost jako se nemá vynucovati, nemůže-li trvati, tak také, trvá-li, nemá se brzy přerušiti." - A jako se toho má dbáti při modlitbě jednotlivce, vzhledem k úmyslu modlícího se, tak také při modlitbě celku, vzhledem ke zbožnosti lidu.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Augustin, Probě, "není to modlitba v mnohomluvnosti, je-li modlitba delší. Jiné je mnoho říci, jiné trvající cit. Neboť i o samém Pánu je psáno, že nocoval v modlitbě a že se dlouho modlil, aby nám dal příklad." A pak dodává: "Nebudiž v modlitbě mnoho mluvení, ale nechyběj mnoho prošení, jestliže trvá vroucí pozornost. Neboť mnoho mluviti je při modlitbě nutnou věc projednávati zbytečnými slovy. Obyčejně však se projednává tato záležitost víc vzdechy než řečmi."

K druhému se musí říci, že prodlužování modlitby nespočítá v tom, že se mnoho žádá, nýbrž v tom, že cit setrvává v touze po jednom.

K třetímu se musí říci, že Pán neustanovil tuto- modlitbu, že bychom museli jen těchto slov užívati při modlitbě, nýbrž že jen k dosažení- jich má směřovati úmysl naší modlitby, jakkoliv to vyslovujeme nebo myslíme.

Ke čtvrtému se musí říci, že někdo se ustavičně modlí buď pro ustavičnost touhy, jak bylo řečeno; nebo že se neopomíjí modliti v určený čas, nebo pro účinek buď v samém modlícím se, jenž i po modlitbě zůstává více zbožným, nebo též v jiném, třebas když někdo svými dobrodiními vyzývá jiného, aby se zaň modlil, i když sám od modlitby ustane.

LXXXIII.15. Zda je modlitba záslužná.

Při patnácté se postupuje takto: Zdá se, že modlitba není záslužná. Každá zásluha totiž vychází z milosti. Ale modlitba předchází milosti, protože i samé milosti se dosahuje modlitbou, podle onoho Luk. 11.: "Otec Váš v nebi dá dobrého ducha žádajícím ho." Tedy modlitba není úkon záslužný.

Mimo to, zasluhuje-li modlitba něco, nejvíce se zdá zasluhovati to, co modlitba žádá. Ale to se vždy nezasluhuje, protože mnohdy ani modlitby svatých nejsou

15. Utrum oratio sit efficax ad impetrandum quod petitur.

II-II q. 83 a. 15 arg. 1

Ad quintumdecimum sic proceditur. Videtur quod oratio non sit meritoria. Omne enim meritum procedit a gratia. Sed oratio praecedit gratiam, quia etiam ipsa gratia per orationem impetratur, secundum illud Luc. XI, *pater vester de caelo dabit spiritum bonum petentibus se*. Ergo oratio non est actus meritorius.

II-II q. 83 a. 15 arg. 2

Praeterea, si oratio aliquid meretur, maxime videtur mereri illud quod orando petitur. Sed hoc non semper meretur,

et temporum etiam verbis rogamus Deum, ut illis rerum signis nosipsos admoneamus; quantumque in hoc desiderio profecerimus, nobis ipsis innotescamus; et ad hoc agendum nosipsos acrius excitemus. Uniuscuiusque autem rei quantitas debet esse proportionata fini, sicut quantitas potionis sanitati. Unde et conveniens est ut oratio tantum duret quantum est utile ad excitandum interioris desiderii fervorem. Cum vero hanc mensuram excedit, ita quod sine taedio durare non possit, non est ulterius oratio protendenda. Unde Augustinus dicit, ad Probam, *dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, sed eas tamen brevissimas, et raptim quodammodo iaculatas, ne illa vigilanter erecta, quae oranti plurimum necessaria est, per productiores moras evanescat atque hebetetur intentio. Ac per hoc etiam ipsi satis ostendunt hanc intentionem, sicut non esse obtundendam si perdurare non potest, ita, si perduraverit, non cito esse rumpendam*. Et sicut hoc est attendendum in oratione singulari per comparationem ad intentionem orantis, ita etiam in oratione communi per comparationem ad populi devotionem.

II-II q. 83 a. 14 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Augustinus dicit, ad Probam, *non est hoc orare in multiloquio, si diutius oretur. Aliud est sermo multus; aliud diuturnus affectus. Nam et de ipso domino scriptum est quod pernoctaverit in orando, et quod prolixius oraverit, ut nobis praeberet exemplum*. Et postea subdit, *absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si fervens perseveret intentio. Nam multum loqui est in orando rem necessariam superfluis agere verbis. Plerumque autem hoc negotium plus gemitibus quam sermonibus agitur*.

II-II q. 83 a. 14 ad 2

Ad secundum dicendum quod prolixitas orationis non consistit in hoc quod multa petantur, sed in hoc quod affectus continuetur ad unum desiderandum.

II-II q. 83 a. 14 ad 3

Ad tertium dicendum quod dominus non instituit hanc orationem ut his solis verbis uti debeamus in orando, sed quia ad haec sola impetranda debet tendere nostrae orationis intentio, qualitercumque ea proferamus vel cogitemus.

II-II q. 83 a. 14 ad 4

Ad quartum dicendum quod aliquis continue orat, vel propter continuitatem desiderii, ut dictum est. Vel quia non intermittit quin temporibus statutis oret. Vel propter effectum, sive in ipso orante, qui etiam post orationem remanet magis devotus; sive etiam in alio, puta cum aliquis suis beneficiis provocat alium ut pro se oret, etiam quando ipse ab orando quiescit.

vyslyšeny, jako Pavel nebyl vyslyšen, prose o odnětí ostnu těla. Tedy modlitba není úkon záslužný.

Mimo to modlitba se opírá především o víru. podle onoho Jak. 1: "Žádej však ve víře, nic nekolísaje." Víra však nestačí k zásluze , jak je patrné u těch, kteří mají víru beztvarou. Tedy modlitba není úkon záslužný.

Avšak proti jest, co praví Glossa, k onomu Žalmu, ,.Modlitba má v lůně mém se vrátí": "Třebaže jim neprospěla, přece já nejsem zbaven své odměny." Odměna však nenáleží než zásluze. Tedy modlitba má ráz zásluhy.

Odpovídám: Musí se říci, že jak bylo řečeno. modlitba mimo účinek duchovní útěchy, kterou hned přináší, má dvojí sílu na budoucí účinek: totiž sílu záslužnou a sílu dosahující. Modlitba pak, jakož i kterýkoliv jiný úkon ctnosti, má účinnost záslužnou pokud vychází z kořene lásky, jejímž vlastním předmětem je věčné dobro, jehož požívání zasluhujeme. Vychází pak modlitba z lásky prostřednictvím nábožnosti, jejímž úkonem ,je modlitba, jak bylo řečeno, za doprovodu některých jiných ctnosti, které se vyžadují k dobré modlitbě, totiž pokory a víry. Nábožnosti totiž náleží samu modlitbu podávati Bohu. Lásce pak náleží touha po věci, jejíž splnění žádá modlitba. Víra pak je nutná se strany Boha, k němuž se modlíme, abychom totiž věřili, že můžeme od něho obdržeti, co žádáme. Pokora pak je nutná se strany samého žádajícího, jenž svou potřebnost uznává. Je také zbožnost nutná, ale ta náleží k nábožnosti, jejímž je prvním úkonem, nutným ke všem dalším, jak bylo shora řečeno.

Účinnost však dosahující má z milosti Boží, k němuž se modlíme, jenž nás také k modlitbě vede. Pročež praví Augustin, v knize O slov. Páně: "Nepovzbuzoval by nás, abychom žádali, kdyby nechtěl dáti." A Zlatoústý praví: "Nikdy modlitbě neodepře dobrodiní, jenž nabádá prosící, aby neochabovali v pobožnosti."

K prvnímu se tedy musí říci, že modlitba, která je bez milosti milým činící, není nikterak záslužná, jakož ani žádný jiný skutek ctnostný. Avšak i modlitba, která vyprošuje milost milým činící, vychází z nějaké milosti, totiž z daru milosti, protože sama modlitba jest nějaký dar Boží, jak praví Augustin, v knize O vytrvalosti.

K druhému se musí říci, že někdy k jinému přihlíží hlavně' zásluha modlitby než k tomu, co se žádá: zásluha totiž je hlavně zařízena k blaženosti, kdežto žádost modlitby se někdy vztahuje přímo k něčemu jinému , jak je patrné z řečeného. Jestliže tedy ono jiné, co někdo žádá pro sebe, není mu k blaženosti užitečné, nezaslouží si toho, nýbrž někdy žádaje to a tou že po tom, ztrácí zásluhu třebas žádá-li od Boha vykonání nějakého hříchu, což jest nemodliti se zbožně. - Někdy však není nutné ke spáse ani zjevně protivou spásy. A tu třebaže prosící může modlitbou zasloužiti věčný život, přece nezasluhuje obdržeti co žádá. Proto praví Augustin, v knize Výroků Prosperových: "Věrně prosící Boha o potřeby tohoto života, i bývá milosrdně vyslyšen, i milosrdně nevyslyšen. Co je totiž nemocnému užitečné lépe ví lékař než nemocný." A proto také Pavel nebyl vyslyšen, žádaje

quia multoties etiam sanctorum orationes non exaudiuntur; sicut Paulus non est exauditus petens removeri a se stimulum carnis. Ergo oratio non est actus meritorius.

II-II q. 83 a. 15 arg. 3

Praeterea, oratio praecipue fidei innititur, secundum illud Iac. I, *postulet autem in fide, nihil haesitans*. Fides autem non sufficit ad merendum, ut patet in his qui habent fidem informem. Ergo oratio non est actus meritorius.

II-II q. 83 a. 15 s. c.

Sed contra est quod super illud Psalm., *oratio mea in sinu meo convertetur*, dicit Glossa, *etsi eis non profuit, ego tamen non sum frustratus mea mercede*. Merces autem non debetur nisi merito. Ergo oratio habet rationem meriti.

II-II q. 83 a. 15 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, oratio, praeter effectum spiritualis consolationis quam praesentialiter affert, duplicem habet virtutem respectu futuri effectus, scilicet virtutem merendi, et virtutem impetrandi. Oratio autem, sicut et quilibet alius actus virtutis, habet efficaciam merendi inquantum procedit ex radice caritatis, cuius proprium obiectum est bonum aeternum, cuius fruitionem meremur. Procedit tamen oratio a caritate mediante religione, cuius est actus oratio ut dictum est; concomitantibus etiam quibusdam aliis virtutibus quae ad bonitatem orationis requiruntur, scilicet humilitate et fide. Ad religionem enim pertinet ipsam orationem Deo offerre. Ad caritatem vero pertinet desiderium rei cuius complementum oratio petit. Fides autem est necessaria ex parte Dei, quem oramus, ut scilicet credamus ab eo nos posse obtinere quod petimus. Humilitas autem est necessaria ex parte ipsius petentis, qui suam indigentiam recognoscit. Est etiam et devotio necessaria, sed haec ad religionem pertinet, cuius est primus actus, necessarius ad omnes consequentes, ut supra dictum est. Efficaciam autem impetrandi habet ex gratia Dei, quem oramus, qui etiam nos ad orandum inducit. Unde Augustinus dicit, in libro de Verb. Dom., *non nos hortaretur ut peteremus, nisi dare vellet*. Et Chrysostomus dicit, *nunquam oranti beneficia denegat qui ut orantes non deficiant sua pietate instigat*.

II-II q. 83 a. 15 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod oratio quae est sine gratia gratum faciente meritoria non est, sicut nec aliquis alius actus virtuosus. Et tamen etiam oratio quae impetrat gratiam gratum facientem procedit ex aliqua gratia, quasi ex gratuito dono, quia ipsum orare est quoddam donum Dei, ut Augustinus dicit, in libro de perseverantia.

II-II q. 83 a. 15 ad 2

Ad secundum dicendum quod ad aliud principaliter respicit meritum orationis quandoque quam ad id quod petitur, meritum enim praecipue ordinatur ad beatitudinem; sed petitio orationis directe se extendit quandoque ad aliqua alia, ut ex dictis patet. Si ergo illud aliud quod petit aliquis pro seipso, non sit ei ad beatitudinem utile, non meretur illud, sed quandoque hoc petendo et desiderando meritum amittit, puta si petat a Deo complementum alicuius peccati, quod est non pie orare. Quandoque vero non est necessarium ad salutem, nec manifeste saluti contrarium. Et tunc, licet orans possit orando mereri vitam aeternam, non tamen meretur illud obtinere quod petit. Unde Augustinus dicit, in libro sententiarum prosperi, *fideliter supplicans Deo pro necessitatibus huius vitae, et misericorditer auditur, et misericorditer non auditur. Quid enim infirmo*

odnětí ostnu těla, protože nebylo potřeba. - Jestliže však to, co se žádá, jest užitečné k blaženosti člověka, jakožto náležející k jeho spáse, zasluhuje toho nejen modlitbou, nýbrž i konáním jiných dobrých skutků. A proto nepochybně dostane, oč prosí, ale kdy má dostat: "Některá totiž nejsou odpírána, ale jsou odkládána, aby byla dána ve vhodnou dobu," jak praví Augustin K Jan. - To však může býti překaženo, jestliže v prošení nevytrvá. A proto praví Basil: "Proto někdy prosíš, a neobdržíš, protože jsi nesprávně prosil nebo nedůvěrně nebo lehkomyslně nebo co ti neprospívá nebo jsi ustal." - Poněvadž však člověk nemůže jiným zasloužiti věčný život přesnou zásluhou, jak bylo shora řečeno, v důsledku ani to, co náleží k životu věčnému nemůže nikdo nikomu zasloužiti přesnou zásluhou. A proto není vždy vyslyšen ten, kdo se modlí za druhého, jak bylo shora řečeno. A proto se stanoví čtyři podmínky, při jichž souboru vždy každý dosáhne, co žádá: aby totiž prosil pro sebe, nutná ke spáse, zbožně a vytrvale.

K třetímu se musí říci, že modlitba se opírá hlavně o víru, ne co do účinnosti zásluhy, protože tak hlavně se opírá o lásku, nýbrž co do účinnosti dosažení. Protože z víry má člověk poznání všemohoucnosti Boží a milosrdenství. od nichž modlitba dosahuje, co žádá.

LXXXIII.16. Zda hříšníci modlitbou vyprosí něco od Boha.

Při šestnácté se postupuje takto: Zdá se, že hříšníci modlitbou nic nevyprosí od Boha. Praví se totiž Jan 9: "Víme, že hříšníky nevyslyší Bůh." Což souhlasí s tím, co se praví Přísl. 28: "Kdo odvrací uši, aby neslyšel zákona, toho modlitba bude ohavností." Modlitba ohavná však nevyprosí nic od Boha. Tedy hříšníci nevyprosí nic od Boha.

Mimo to spravedliví vyprosí od Boha to, co zasluhují, jak jsme měli shora. Ale hříšníci nemohou nic zasluhovati, protože postrádají milosti a také lásky, která je mocí zbožnosti, jak praví Glossa, II. Tim. 3 k onomu, "Majíce sice tvářnost zbožnosti, moc však její zavrhujíce;" a tak se nemodlí zbožně, což se vyžaduje k tomu, aby modlitba dosahovala, jak bylo řečeno shora. Tedy hříšníci nic nevyprošují modlitbou.

Mimo to praví Zlatoústý, K Mat.: "Otec nerad vyslyší modlitbu, kterou nepředříkal Syn. Ale v modlitbě, kterou předříkával Kristus, se praví: "Odpusť nám naše viny, jakož i my odpouštíme našim viníkům," což hříšníci nečiní. Tedy buď lhou, říkajíce to, a tak nejsou hodni vyslyšení, nebo, neříkají-li, nejsou vyslyšeni, protože nezachovávají tvar modlitby, stanovený Kristem.

Avšak proti jest, co praví Augustin, K Jan.: "Kdyby Bůh nevyslyšel hříšníky, nadarmo by byl řekl publikán: Pane, buď milostiv mně hříšnému." A Zlatoústý praví, K Mat.: "Každý, kdo prosí, obdrží; to jest ať je hříšník nebo spravedlivý.

Odpovídám: Musí se říci, že v hříšníku jest uvážiti dvojí: totiž přirozenost, kterou Bůh miluje, a vinu, kterou

sit utile magis novit medicus quam aegrotus. Et propter hoc etiam Paulus non est exauditus petens amoveri stimulum carnis, quia non expediebat. Si vero id quod petitur sit utile ad beatitudinem hominis, quasi pertinens ad eius salutem, meretur illud non solum orando, sed etiam alia bona opera faciendo. Et ideo indubitanter accipit quod petit, sed quando debet accipere, *quaedam enim non negantur, sed ut congruo dentur tempore, differuntur*, ut Augustinus dicit, super Ioan. Quod tamen potest impediri, si in petendo non perseveret. Et propter hoc dicit Basilius, *ideo quandoque petis et non accipis, quia perperam postulasti, vel infideliter vel leviter, vel non conferentia tibi, vel destitisti*. Quia vero homo non potest alii mereri vitam aeternam ex condigno, ut supra dictum est; ideo per consequens nec ea quae ad vitam aeternam pertinent potest aliquando aliquis ex condigno alteri mereri. Et propter hoc non semper ille auditur qui pro alio orat, ut supra habitum est. Et ideo ponuntur quatuor conditiones, quibus concurrentibus, semper aliquis impetrat quod petit, ut scilicet pro se petat, necessaria ad salutem, pie et perseveranter.

II-II q. 83 a. 15 ad 3

Ad tertium dicendum quod oratio innititur principaliter fidei non quantum ad efficaciam merendi, quia sic innititur principaliter caritati, sed quantum ad efficaciam impetrandi. Quia per fidem habet homo notitiam omnipotentiae divinae et misericordiae, ex quibus oratio impetrat quod petit.

16. Utrum oratio sit meritoria.

II-II q. 83 a. 16 arg. 1

Ad sextumdecimum sic proceditur. Videtur quod peccatores orando non impetrent aliquid a Deo. Dicitur enim Ioan. IX, *scimus quia peccatores Deus non audit*. Quod consonat ei quod dicitur Prov. XXVIII, *qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis*, oratio autem execrabilis non impetrat aliquid a Deo. Ergo peccatores non impetrant aliquid a Deo.

II-II q. 83 a. 16 arg. 2

Praeterea, iusti impetrant a Deo illud quod merentur, ut supra habitum est. Sed peccatores nihil possunt mereri, quia gratia carent, et etiam caritate, quae est virtus pietatis, ut dicit Glossa, II ad Tim. III, super illud, *habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes*; et ita non pie orant, quod requiritur ad hoc quod oratio impetret, ut supra dictum est. Ergo peccatores nihil impetrant orando.

II-II q. 83 a. 16 arg. 3

Praeterea, Chrysostomus dicit, super Matth., *pater non libenter exaudit orationem quam filius non dictavit*. Sed in oratione quam Christus dictavit dicitur, *dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*, quod peccatores non faciunt. Ergo vel mentiuntur hoc dicentes, et sic non sunt exauditione digni, vel, si non dicant, non exaudiuntur, quia formam orandi a Christo institutam non servant.

II-II q. 83 a. 16 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, super Ioan., *si peccatores non exaudiret Deus, frustra publicanus dixisset, domine, propitius esto mihi peccatori*. Et Chrysostomus dicit, super Matth., *omnis qui petit accipit, idest, sive iustus sit sive peccator*.

II-II q. 83 a. 16 co.

Respondeo dicendum quod in peccatore duo sunt

nenávidí. Jestliže tedy hříšník modlitbou prosí něco jakožto hříšník, to jest podle touhy hříchu, to nevyslyší 'Bůh z milosrdenství, ale někdy je vyslyšeno na pomstu, když Bůh nechá hříšníka ještě více padati do hříchů. Bůh totiž milostivý některá odpírá, která dává rozhněvaný, jak praví Augustin.

Modlitbu hříšníka však, vycházející z dobré touhy přirozenosti, vyslyší Bůh, ne jako ze spravedlnosti, protože hříšník toho nezasluhuje, nýbrž z pouhého milosrdenství, přihlíže ke čtyřem jmenovaným podmínkám, prosí-li totiž pro sebe o nutná ke spáse, zbožně a vytrvale.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Augustin, K Jan., ono slovo je slepce, dosud nepomazaného, to jest dosud dokonale neosvíceného. A proto neplatí. Ačkoli by mohlo platiti, kdyby se mu rozumělo o hříšníku, pokud je hříšníkem. A tímto způsobem také jeho modlitba se nazývá ohavnou.

K druhému se musí říci, že hříšník se nemůže modliti zbožně tak, že jeho modlitba měla tvar ze zběhlosti ctnosti. Může však jeho modlitba býti zbožná pokud prosí o něco, náležejícího ke zbožnosti, jako ten, jenž nemá zběhlosti spravedlnosti, může něco spravedlivého chtíti, jak je patrné ze shora řečeného. A třebaže jeho modlitba není záslužná, může přesto býti dosahující, protože zásluha se opírá o spravedlnost, kdežto -dosažení o milost.

K třetímu se musí říci, že, jak bylo řečeno, Modlitba Páně se pronáší obecně jménem celé Církve. A proto, kdyby někdo, nechtě odpustiti viny bližnímu, se modlil Modlitbu Páně, nelže třebaže to, co praví, není pravdivé vzhledem k jeho osobě, neboť je pravdivé vzhledem k osobě Církve, mimo niž je vinou, a proto postrádá ovoce modlitby. - Někdy však někteří hříšníci jsou ochotni odpustiti svým viníkům. A proto jejich modlitba se vyslyší, podle onoho Eccli. 28: "Odpusť bližnímu škodícímu ti; a tehdy tobě prosícímu, budou odpuštěny hříchy."

LXXXIII.17. Zda se vhodně nazývají částmi modlitby zapřisahání, pozdvižení mysli, prosby a děkování.

Při sedmnácté se postupuje takto: Zdá se, že nevhodně se nazývají částmi modlitby zapřisahání pozdvižení mysli, prosby a děkování. Zapřisahání totiž se zdá býti jakýmsi zaklínáním. Ale, jak praví Origenes, K Mat.: "Není třeba, aby muž, jenž chce žíti podle evangelia, zaklínal jiného; jako totiž není dovoleno přisahati, ani zaklínati." Tedy nevhodně se klade zapřisahání jako část modlitby.

Mimo to modlitba podle Damašského je žádost slušných od Boha. Nevhodně se tedy rozdělují pozdvižení mysli a žádosti.

Mimo to děkování náleží k minulému, ostatní pak k budoucímu. Ale minulé je dříve než budoucí. Nevhodně se tedy klade děkování po ostatních.

consideranda, scilicet natura, quam diligit Deus; et culpa, quam odit. Si ergo peccator orando aliquid petit inquantum peccator, idest secundum desiderium peccati, hoc a Deo non auditur ex misericordia, sed quandoque auditur ad vindictam, dum Deus permittit peccatorem adhuc amplius ruere in peccata, Deus enim quaedam negat propitius quae concedit iratus, ut Augustinus dicit. Orationem vero peccatoris ex bono naturae desiderio procedentem Deus audit, non quasi ex iustitia, quia peccator hoc non meretur, sed ex pura misericordia, observatis tamen quatuor praemissis conditionibus, ut scilicet pro se petat, necessaria ad salutem, pie et perseveranter.

II-II q. 83 a. 16 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Augustinus dicit, super Ioan., illud verbum est caeci adhuc inuncti, idest nondum perfecte illuminati. Et ideo non est ratum. Quamvis possit verificari si intelligatur de peccatore inquantum est peccator. Per quem etiam modum oratio eius dicitur execrabilis.

II-II q. 83 a. 16 ad 2

Ad secundum dicendum quod peccator non potest pie orare quasi eius oratio ex habitu virtutis informetur. Potest tamen eius oratio esse pia quantum ad hoc quod petit aliquid ad pietatem pertinens, sicut ille qui non habet habitum iustitiae, potest aliquid iustum velle, ut ex supradictis patet. Et quamvis eius oratio non sit meritoria, potest tamen esse impetrativa, quia meritum innititur iustitiae, sed impetratio gratiae.

II-II q. 83 a. 16 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut dictum est, oratio dominica profertur ex persona communi totius Ecclesiae. Et ideo si aliquis nolens dimittere debita proximo dicat orationem dominicam, non mentitur, quamvis hoc quod dicit non sit verum quantum ad suam personam, est enim verum quantum ad personam Ecclesiae. Extra quam est merito, et ideo fructu orationis caret. Quandoque tamen aliqui peccatores parati sunt debitoribus suis remittere. Et ideo ipsi orantes exaudiuntur, secundum illud Eccli. XXVIII, *relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur*.

17. De speciebus orationis.

II-II q. 83 a. 17 arg. 1

Ad septimumdecimum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter dicantur esse orationis partes obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. Obsecratio enim videtur esse quaedam adiuratio. Sed, sicut Origenes dicit, super Matth., *non oportet ut vir qui vult secundum Evangelium vivere, adiuret alium, si enim iurare non licet, nec adiurare*. Ergo inconvenienter ponitur obsecratio orationis pars.

II-II q. 83 a. 17 arg. 2

Praeterea, oratio, secundum Damascenum, est petitio decentium a Deo. Inconvenienter ergo orationes contra postulationes dividuntur.

II-II q. 83 a. 17 arg. 3

Praeterea, gratiarum actiones pertinent ad praeterita, alia vero ad futura. Sed praeterita sunt priora futuris. Inconvenienter ergo gratiarum actiones post alia ponuntur.

Pro opak však jest autorita Apoštolova, v I. Tim. 2.

Odpovídám: Musí se říci, že k modlitbě se vyžaduje trojí. Z nichž první je, aby modlící se přistupoval k Bohu, k němuž se modlí. Což je naznačeno slovem pozdvižení mysli, protože modlitba je vzestup rozumu k Bohu. - Za druhé se vyžaduje žádost; která se naznačuje slovem prosba, ať je žádost předkládána určitě, což někteří nazývají vlastně prosbou, nebo neurčitě, jako když někdo prosí o pomoc od Boha, což nazývají vzývání, nebo se pouze vypravuje případ, podle onoho Jan. 11: "Hle, jehož miluješ, je nemocen," což nazývají naznačování. - Za třetí se vyžaduje důvod k dosažení toho, co se žádá. A to buď se strany Boží nebo se strany žádajícího. Důvod pak dosažení se strany Boží jest jeho svatost, pro niž žádáme vyslyšení, podle onoho Dan. 9: "K vůli sobě nakloň, můj Bože, svůj sluch." A k tomu náleží zapřísahání, které je při svatém naléhání, jako když pravíme: 'Skrze své narození, vysvoboď nás, Pane. - Důvod pak dosažení se strany prosícího je děkování, protože děkujice za přijatá dobrodiní, zasluhujeme obdržeti větší, jak se praví v kolektě.

A proto praví Glossa, I. Tim. 2, že "při mši jsou zapřísahání, která předcházejí proměňování, při nichž se připomínají některá svatá; pozdvižení mysli jsou při samém proměňování, při němž mysl nejvíce se má pozdvihnouti k Bohu; prosby pak jsou v následujících modlitbách, děkování na konci. V mnohých kolektách Církve možno také pozorovati toto čtveré. Jak v kolektě Trojice, co se praví: "Všemohoucí věčný Bože," náleží k vzestupu k Bohu modlitbou. Co se praví: "Jenž jsi dal svým služebníkům," atd. náleží k děkování. Co se praví: "Popřej, prosíme," atd., náleží k prosbě Co se klade na konci: "Skrze Pána našeho," atd., náleží k zapřísahání.

V Rozmluvách Otců pak se praví, že "zapřísahání je vzývání k vůli hříchům, pozdvižení mysli, když Bohu něco slibujeme, prosba, když prosíme za jiné". Avšak první je lepší.

K prvnímu se tedy musí říci, že zapřísahání není zaklínáním donucujicím, jež se zakazuje, nýbrž k vzývání milosrdenství.

K druhému se musí říci, že modlitba všeobecně vzatá obsahuje všechno, co se zde praví. Ale pokud se rozlišuje od jiných, obnáší vlastně vzestup k Bohu.

K třetímu se musí říci, že při různých minulá předcházejí budoucím, ale nějaké jedno a totéž je dříve budoucí než minulé. A proto děkování za jiná dobrodiní předchází prosbě o jiná dobrodiní, ale totéž dobrodiní se nejdříve žádá, a nakonec, když bylo přijato, vzdávají se za ně díky. Prosbě však předchází pozdvižení mysli, kterým se přichází k tomu, od něhož se žádá. Pozdvižené mysli však předchází zapřísahání, protože po úvaze Boží dobroty se k němu odvažujeme přistoupiti.

II-II q. 83 a. 17 s. c.

In contrarium est auctoritas apostoli, I ad Tim. II.

II-II q. 83 a. 17 co.

Respondeo dicendum quod ad orationem tria requiruntur. Quorum primum est ut orans accedat ad Deum, quem orat. Quod significatur nomine orationis, quia oratio est ascensus intellectus in Deum. Secundo, requiritur petitio, quae significatur nomine postulationis, sive petitio proponatur determinate, quod quidem nominant quidam proprie postulationem; sive indeterminate, ut cum quis petit iuvari a Deo, quod nominant supplicationem; sive solum factum narretur, secundum illud Ioan. XI, *ecce, quem amas infirmatur*, quod vocant insinuationem. Tertio, requiritur ratio impetrandi quod petitur. Et hoc vel ex parte Dei, vel ex parte petentis. Ratio quidem impetrandi ex parte Dei est eius sanctitas, propter quam petimus exaudiri, secundum illud Dan. IX, *propter temetipsum inclina, Deus meus, aurem tuam*. Et ad hoc pertinet obsecratio, quae est per sacra contestatio, sicut cum dicimus, per nativitatem tuam, libera nos, domine. Ratio vero impetrandi ex parte petentis est gratiarum actio, quia de acceptis beneficiis gratias agentes, meremur accipere potiora, ut in collecta dicitur. Et ideo dicit Glossa, I ad Tim. II, quod *in Missa obsecrationes sunt quae praecedunt consecrationem*, in quibus quaedam sacra commemorantur; orationes sunt in ipsa consecratione, in qua mens maxime debet elevari in Deum; postulationes autem *sunt in sequentibus petitionibus; gratiarum actiones in fine*. In pluribus etiam Ecclesiae collectis haec quatuor possunt attendi. Sicut in collecta Trinitatis, quod dicitur, omnipotens, sempiterne Deus, pertinet ad orationis ascensum in Deum; quod dicitur, qui dedisti famulis tuis etc., pertinet ad gratiarum actionem; quod dicitur, praesta, quaesumus etc., pertinet ad postulationem; quod in fine ponitur, per dominum nostrum etc., pertinet ad obsecrationem. In collationibus autem patrum dicitur quod *obsecratio est imploratio pro peccatis; oratio, cum aliquid Deo vovemus; postulatio, cum pro aliis petimus*. Sed primum melius est.

II-II q. 83 a. 17 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod obsecratio non est adiuratio ad compellendum, quae prohibetur, sed ad misericordiam implorandum.

II-II q. 83 a. 17 ad 2

Ad secundum dicendum quod oratio communiter sumpta includit omnia quae hic dicuntur. Sed secundum quod contra alia dividitur, importat proprie ascensum in Deum.

II-II q. 83 a. 17 ad 3

Ad tertium dicendum quod in diversis praeterita praecedunt futura, sed aliquid unum et idem prius est futurum quam sit praeteritum. Et ideo gratiarum actio de aliis beneficiis praecedit postulationem aliorum beneficiorum, sed idem beneficium prius postulatur, et ultimo, cum acceptum fuerit, de eo gratiae aguntur. Postulationem autem praecedit oratio, per quam acceditur ad eum a quo petimus. Orationem autem praecedit obsecratio, quia ex consideratione divinae bonitatis ad eum audemus accedere.

LXXXIV. O klanění.

Předmluva

Dělí se na tři články.

Pak jest uvažovati o vnějších úkonech latrie. A nejdříve o klanění, kterým někdo své tělo podává k uctívání Boha; za druhé o těch úkonech, jimiž se Bohu z vnějších věcí podává; za třetí o úkonech, jimiž se bere to, co je Božího.

O prvním jsou tři otázky:

1. Zda klanění je úkonem latrie.
2. Zda klanění obnáší úkon vnitřní nebo vnější.
3. Zda klanění vyžaduje určení místa.

LXXXIV.1. Zda klanění je úkonem latrie nebo náboženství.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že klanění není úkonem latrie nebo náboženství. Náboženská pocta totiž je povinna pouze Bohu. Ale klanění nenáleží pouze: Bohu. Čte se totiž v Gen. 18, že Abraham se klaněl andělům; a III. Král. 1 se praví, že prorok Nathan. přistoupiv ke králi Davidovi, "klaněl se mu, padl na zem". Tedy klanění není úkon náboženství.

Mimo to náboženská pocta náleží Bohu pokud jsme v něm blaženi, jak je patrné z Augustina, X. O Městě Božím. Ale klanění je mu povinno pro velebnost, protože k onomu Žalm., ‚Klanějte se Pánu v jeho svatém stánku', praví Glossa "Z těchto stánků se přichází do stánku, kde je klanění velebnosti." Tedy klanění není úkonem latrie.

Mimo to pocta jedné náboženství náleží třem Osobám. Neklaníme se však jedním klaněním třem Osobám, nýbrž 'při vzývání tří Osob po každé poklekáme. Tedy klanění není úkon latrie.

Avšak proti jest, co se uvádí Mat. 4: Pánu Bohu svému se budeš klanětí a jemu jedinému sloužiti.

Odpovídám: Musí se říci, že klanění je zařízeno k úctě toho, jemuž se klaníme. Je však jasné z řečeného, že vlastností náboženství je vzdávati Bohu úctu. Pročež klanění, kterým se klaníme Bohu, je úkon náboženství.

K prvnímu se tedy musí říci, že Bohu je povinna úcta pro jeho vznešenost, která se některým tvorům sděluje ne podle rovnosti, nýbrž podle nějakého podílu. A proto jinou poctou uctíváme Boha, což náleží k latrii, a jinou poctou některé tvory vynikající, což náleží k dulii, o které bude řečeno později. A protože to, co se děje navenek, je znamením vnitřní pocty, některá vnější znamení, náležející k poctě, vzdávají se vynikajícím tvorům, a z nich je největší klanění; ale je něco, co se vzdává jen Bohu, totiž obět. Proto praví Augustin, v X. O Městě Božím: "Mnoho z pocty Boží bylo vzato, co se přináší poctami lidskými, ať přílišnou pokorou nebo morovým pochlebováním; ale tak, že ti, jimž se přináší, jsou pokládáni za lidi, jimž se přičítá vážnost a čest; jestliže se jim však mnoho přidá, i klanění. Kdo však přičítal obět, leč tomu, o kterém věděl, nebo se domníval nebo si představoval, že je Bohem?"

Podle pocty tedy, která náleží vynikajícímu tvoru, klaněl se Nathan Davidovi. Avšak podle pocty, která náleží Bohu, nechtěl se Mardochej klaněti Amanovi, "boje se, aby čest Boží nepřenášel na člověka", jak se praví Esther 13.

A podobně podle pocty, povinné vynikajícímu tvoru, klaněl se Abraham andělům a také Josue, jak se čte Josue 5. Ačkoliv lze rozuměti, že se klaněl klaněním latrie Bohu, jenž se zjevil a mluvil v osobě anděla. - Avšak podle pocty, která náleží Bohu, bylo zabráněno Janovi klaněti se andělu, Zjev. posl. Jednak na ukázání hodnosti člověka, které dosáhl skrze Krista, že se rovná andělům; pročež se tam dodává: "Jsem tvým spolusluženíkem i tvých bratrů." Jednak také na zamezení příležitosti modlářství, pročež se dodává: "Bohu se klaněj."

K druhému se musí říci, že pod velebností Boží se rozumí všechna Boží vznešenost, jíž náleží, že v něm, jakožto v nejvyšším dobru, jsme oblaženi.

K třetímu se musí říci, že poněvadž jedna je vznešenost tří Osob, náleží jim jedna čest a pocta, a v důsledku jedno klanění. Na označení toho, když se čte o Abrahamovi, Gen. 18., že se mu zjevili tři muži, klaní se a oslovuje jednoho, řka: "Pane, nalezl-li jsem milost," atd. Trojí pak pokleknutí je znamením trojice Osob, nikoliv však různosti klanění.

LXXXIV.2. Zda klanění obnáší úkon tělesný.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že klanění neobnáší úkon tělesný. Praví se totiž Jan. 4: "Praví klanitelé budou se klaněti Otci v duchu a pravdě" Ale to; co se děje v duchu, nenáleží k tělesnému úkonu. Tedy klanění neobnáší tělesný úkon.

Mimo to jméno klanění souvisí s modlitbou. Ale modlitba hlavně spočívá ve vnitřním úkonu, podle onoho I. Kor. 14: "Budu se modliti duchem, budu se modliti i myslí." Tedy klanění nejvíce obnáší duchovní úkon.

Mimo to tělesné úkony náležejí ke smyslovému poznání. Boha však nezasahujeme smyslem tělesným, nýbrž duševním. Tedy klanění neobnáší tělesný úkon.

Avšak proti jest, že k onomu Exod. 20, ‚Nebudeš se klaněti ani uctívati', praví Glossa: "Ani neuctívej citem, ani se neklaněj navenek."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak praví Damašský, ve IV. knize, "protože jsme složeni z dvojí přirozenosti, totiž rozumové a smyslové, podáváme Bohu dvojí klanění", totiž duchovní, které spočívá ve vnitřní zbožnosti mysli, a tělesné, které spočívá ve vnějším pokoření těla. A protože

84. De actibus exterioribus latriae. Et primo de adoratione per quam aliquis corpus suum ad Deum venerandum exhibet.

Prooemium

II-II q. 84 pr.

Deinde considerandum est de exterioribus actibus latriae. Et primo, de adoratione, per quam aliquis suum corpus ad Deum venerandum exhibet; secundo, de illis actibus quibus aliquid de rebus exterioribus Deo offertur; tertio, de actibus quibus ea quae Dei sunt assumuntur. Circa primum quaeruntur tria. Primo, utrum adoratio sit actus latriae. Secundo, utrum adoratio importet actum interiorem, vel exteriorem. Tertio, utrum adoratio requirat determinationem loci.

1. Utrum adoratio sit actus latriae.

II-II q. 84 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod adoratio non sit actus latriae sive religionis. Cultus enim religionis soli Deo debetur. Sed adoratio non debetur soli Deo, legitur enim Gen. XVIII quod Abraham adoravit Angelos; et III Reg. I dicitur quod Nathan propheta, ingressus ad regem David, adoravit eum pronus in terram. Ergo adoratio non est actus religionis.

II-II q. 84 a. 1 arg. 2

Praeterea, religionis cultus debetur Deo prout in ipso beatificamur, ut patet per Augustinum, in X de Civ. Dei. Sed adoratio debetur ei ratione maiestatis, quia super illud Psalm., *adorate dominum in atrio sancto eius*, dicit Glossa, *de his atriis venitur in atrium ubi maiestas adoratur*. Ergo adoratio non est actus latriae.

II-II q. 84 a. 1 arg. 3

Praeterea, unius religionis cultus tribus personis debetur. Non autem una adoratione adoramus tres personas, sed ad invocationem trium personarum singulariter genu flectimus. Ergo adoratio non est actus latriae.

II-II q. 84 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Matth. IV inducitur, *dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies*.

II-II q. 84 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod adoratio ordinatur in reverentiam eius qui adoratur. Manifestum est autem ex dictis quod religionis proprium est reverentiam Deo exhibere. Unde adoratio qua Deus adoratur est religionis actus.

II-II q. 84 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Deo debetur reverentia propter eius excellentiam, quae aliquibus creaturis communicatur non secundum aequalitatem, sed secundum quandam participationem. Et ideo alia veneratione veneramur Deum, quod pertinet ad latriam, et alia veneratione quasdam excellentes creaturas, quod pertinet ad duliam, de qua post dicetur. Et quia ea quae exterius aguntur signa sunt interioris reverentiae, quaedam exteriora ad reverentiam pertinentia exhibentur excellentibus creaturis, inter quae maximum est adoratio, sed aliquid est quod soli Deo exhibetur, scilicet sacrificium. Unde Augustinus dicit, in X de Civ. Dei, *multa de cultu divino usurpata sunt quae honoribus deferrentur humanis, sive humilitate nimia sive adulatione pestifera, ita tamen ut quibus ea deferrentur, homines haberentur, qui dicuntur colendi et venerandi; si autem multum eis additur, et adorandi. Quis vero sacrificandum censuit nisi ei quem Deum aut scivit, aut putavit, aut finxit?* Secundum reverentiam igitur quae creaturae excellenti debetur, Nathan adoravit David. Secundum autem reverentiam quae Deo debetur, Mardochaeus noluit adorare Aman, *timens ne honorem Dei transferret ad hominem*, ut dicitur Esther XIII. Et similiter secundum reverentiam debitam creaturae excellenti, Abraham adoravit Angelos; et etiam Iosue, ut legitur Iosue V. Quamvis possit intelligi quod adoraverint adorationе latriae Deum, qui in persona Angeli apparebat et loquebatur. Secundum autem reverentiam quae debetur Deo, prohibitus est Ioannes Angelum adorare, Apoc. ult. Tum ad ostendendum dignitatem hominis, quam adeptus est per Christum, ut Angelis aequetur, unde ibi subditur, conservus tuus sum et fratrum tuorum. Tum etiam ad excludendum idololatriae occasionem, unde subditur, Deum adora.

II-II q. 84 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod sub maiestate divina intelligitur omnis Dei excellentia, ad quam pertinet quod in ipso, sicut in summo bono, beatificamur.

II-II q. 84 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod quia una est excellentia trium personarum, unus honor et reverentia eis debetur, et per consequens una adoratio. In cuius figuram, cum legatur de Abraham, Gen. XVIII, quod tres viri ei apparuerunt, adorans unum alloquitur. Dicens, domine, si inveni gratiam et cetera. Trina autem genuflexio signum est ternarii personarum, non autem diversitatis adorationum.

2. Utrum adoratio importet actum interiorem vel exteriorem.

II-II q. 84 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod adoratio non importet actum corporalem. Dicitur enim Ioan. IV, *veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate*. Sed id quod fit in spiritu non pertinet ad corporalem actum. Ergo adoratio non importat corporalem actum.

II-II q. 84 a. 2 arg. 2

Praeterea, nomen adorationis ab oratione sumitur. Sed oratio principaliter consistit in interiori actu, secundum illud I ad Cor. XIV, *orabo spiritu, orabo et mente*. Ergo adoratio maxime importat spiritualem actum.

II-II q. 84 a. 2 arg. 3

Praeterea, corporales actus ad sensibilem cognitionem pertinent. Deum autem non attingimus sensu corporis, sed mentis. Ergo adoratio non importat corporalem actum.

II-II q. 84 a. 2 s. c.

Sed contra est quod super illud Exod. XX, non adorabis ea, neque coles, dicit Glossa, nec affectu colas, nec specie adores.

II-II q. 84 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut Damascenus dicit, in IV libro, *quia ex duplici natura compositi sumus, intellectuali scilicet et sensibili, duplicem adorationem Deo offerimus*, scilicet spiritualem, quae consistit in interiori mentis

ve všech skutcích latrie to, co je navenek vztahuje se k tomu, co je uvnitř jako k hlavnějšímu, proto i vnější klanění se děje pro vnitřní, aby totiž známkami pokoření, které projevujeme tělem, povzbudil se náš cit k podrobení Bohu; protože je nám přirozené, abychom postupovali přes smyslová k rozumovým.

K prvnímu se tedy musí říci, že také klanění tělesné se děje v duchu, pokud vychází z duchovní zbožnosti a k ní je zařízeno.

K druhému se musí říci, že, jako modlitba je sice prvotně v mysli, druhotně se pak vyjadřuje slovy, jak bylo shora řečeno, tak také klanění hlavně sice spočívá ve vnitřní úctě k Bohu, druhotně však v jistých tělesných znameních pokory, jako klekáme, naznačujíce svou slabost ve srovnání s Bohem; prostíráme se na zem, vyznávajíce, že ze sebe nic nejsme.

K třetímu se musí říci, že, ač nemůžeme zasáhnouti Boha smyslem, je přece naše mys-1 smyslovými znameními povzbuzována, aby tíhla k Bohu.

LXXXIV.3. Zda klanění vyžaduje určité místo.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že klanění nevyžaduje určité místo. Praví se totiž Jan. 4: "Přichází hodina, kdy ani na této- hoře, ani v Jerusalemě se nebudete klaněti Otci. Tentýž důvod však se zdá býti i pro jiná místa. Tedy určité místo se nevyžaduje ke klanění.

Mimo to vnější klanění je zařízeno k vnitřnímu. Ale vnitřní klanění se děje Bohu, jakožto všude přítomnému. Tedy vnější klanění nevyžaduje určité místo.

Mimo to témuž Bohu náleží klanění v Novém i Starém zákoně Ale ve Starém zákoně se dělo klanění k západu, neboť brána svatostanu hleděla na východ, jak máme v Exod. ?6. Tedy z téhož důvodu i nyní musíme se klaněti na západ, jestliže se vyžaduje určité místo ke klanění.

Avšak proti jest, co se praví Isai. 56, a uvádí se Jan. 2: "Dům můj slouti bude domem modlitby."

Ze třetí, protože skrze slib je vůle utvrzována v dobrém. Konati pak něco z vůle, utvrzené v dobru náleží dokonalosti ctnosti, jak je patrné z Filosofa, v II. Ethic.; jako také hřešiti zatvrzelou myslí přitěžuje hříchu a sluje hříchem proti Duchu Svatému, jak bylo shora řečeno.

K prvnímu se tedy musí říci, že onen výrok jest rozuměti o nutnosti přinucením, která působí nedobrovolno a vylučuje zbožnost. Pročež významně praví: "Abychom dobrovolnou věc nečinili spíše nevolnicky než zbožně" Avšak nutnost slibu je z nezměnitelnosti vůle, pročež i utvrzuje vůli, i zvětšuje zbožnost. A proto důvod nedokazuje.

K druhému se musí říci, že nutnost přinucením, pokud jest protivou vůle, působí smutek, podle Filosofa. Nutnost však slibu u těch, kteří jsou dobře uzpůsobeni, pokud utvrzuje vůli, nepůsobí smutek, nýbrž radost. Pročež praví Augustin, v listě Armentariovi a Pavlíně: "Nelituj svého slibu; spíše se raduj, že ti tak není dovoleno, co by ti bylo dovoleno na tvou škodu."

Kdy by pak samo dílo, o sobě vzaté, stalo se smutným a nelíbým po slibu, zůstává však vůle plniti slib, stále je záslužnějším, než kdyby se dálo bez slibu: protože splnění slibu jest úkonem nábožnosti, která je vyšší ctností nežli zdrželivost, jejímž úkonem jest postiti se.

K třetímu se musí říci, že ten, kdo koná něco bez slibu, má nehybnou vůli vůči onomu jednotlivostnímu skutku, který koná, a tehdy, když jej koná; nezůstává však jeho vůle veskrz utvrzená do budoucnosti, jako slíbivšího, který svou vůli zavázal konati něco, i než konal ono jednotlivostní dílo, i snad konati je častěji.

II-II q. 88 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod triplici ratione facere idem opus cum voto est melius et magis meritorium quam facere sine voto. Primo quidem, quia vovere, sicut dictum est, est actus latriae, quae est praecipua inter virtutes morales. Nobilioris autem virtutis est opus melius et magis meritorium. Unde actus inferioris virtutis est melior et magis meritorius ex hoc quod imperatur a superiori virtute, cuius actus fit per imperium, sicut actus fidei vel spei melior est si imperetur a caritate. Et ideo actus aliarum virtutum moralium, puta ieiunare, quod est actus abstinentiae, et continere, quod est actus castitatis, sunt meliora et magis meritoria si fiant ex voto, quia sic iam pertinent ad divinum cultum, quasi quaedam Dei sacrificia. Unde Augustinus dicit, in libro de virginitate, quod *neque ipsa virginitas quia virginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur; quam fovet et servat continentia pietatis*. Secundo, quia ille qui vovet aliquid et facit, plus se Deo subiicit quam ille qui solum facit. Subiicit enim se Deo non solum quantum ad actum sed etiam quantum ad potestatem, quia de cetero, non potest aliud facere, sicut plus daret homini qui daret ei arborem cum fructibus quam qui daret ei fructus tantum, ut dicit Anselmus, in libro de Similitud. Et inde est quod etiam promittentibus gratiae aguntur, ut dictum est. Tertio, quia per votum immobiliter voluntas firmatur in bonum. Facere autem aliquid ex voluntate firmata in bonum pertinet ad perfectionem virtutis, ut patet per philosophum, in II Ethic., sicut etiam peccare mente obstinata aggravat peccatum, et dicitur peccatum in spiritum sanctum, ut supra dictum est.

II-II q. 88 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod auctoritas illa est intelligenda de necessitate coactionis, quae involuntarium causat et devotionem excludit. Unde signanter dicit, *ne iam non devoti, sed inviti rem voluntariam faciamus*. Necessitas autem voti est per immutabilitatem voluntatis, unde et voluntatem confirmat et devotionem auget. Et ideo ratio non sequitur.

II-II q. 88 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod necessitas coactionis, inquantum est contraria voluntati, tristitiam causat, secundum philosophum. Necessitas autem voti in his qui sunt bene dispositi, inquantum voluntatem confirmat, non causat tristitiam, sed gaudium. Unde Augustinus dicit, in epistola ad Armentarium et Paulinam, *non te vovisse poeniteat, immo gaude iam tibi sic non licere quod cum tuo detrimento licuisset*. Si tamen ipsum opus, secundum se consideratum, triste et involuntarium reddueretur post votum, dum tamen remaneat voluntas votum implendi, adhuc est magis meritorium quam si fieret sine voto, quia impletio voti est actus religionis, quae est potior virtus quam abstinentia, cuius actus est ieiunare.

II-II q. 88 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod ille qui facit aliquid sine voto habet immobilem voluntatem respectu illius operis singularis quod facit, et tunc quando facit, non autem manet voluntas eius omnino firmata in futurum, sicut voventis, qui suam voluntatem obligavit ad aliquid faciendum et antequam faceret illud singulare opus, et fortasse ad pluries faciendum.

LXXXVIII.7. Zda se slib stává slavným skrze přijetí svatého svěcení a skrze závazek jisté řeholi.

Při sedmé se postupuje takto: Zdá se, že slib se nestává slavným skrze přijetí svatého svěcení a skrze závazek jisté řeholi. Slib totiž, jak bylo řečeno, je přislíbení, učiněné Bohu. To pak, co se koná zevně na slavnostnost, nezdá se zařízeno k Bohu, nýbrž k lidem. Tedy jest případkové vůči slibu. Není tedy taková slavnostnost vlastní podmínkou slibu.

Mimo to, co patří do podmínek nějaké věci, to se zdá, že může příslušeti všem těm, ve kterých se ta věc shledává. Ale mnohá mohou spadati pod slib, jež nenáležejí ani ke svatému svěcení, ani nepatří k nějaké jisté řeholi: jako, když někdo slíbí pout nebo něco takového. Tedy slavnostnost, která nastává při přijímání svatého svěcení nebo v příslibu jisté řeholi, nepatří do podmínek slibu.

Mimo to slavný slib se zdá totéž, co slib veřejný. Ale mnohé jiné sliby mohou býti veřejné mimo slib, který se koná v přijetí svatého svěcení nebo skrze závazek jisté řeholi; a také tyto sliby se mohou konati skrytě Tedy ne pouze tyto sliby jsou slavné.

Avšak proti jest, že tyto sliby překážejí uzavření manželství a ruší již uzavřené: což jest účinek slavného slibu, jak se níže řekne, ve Třetí Části tohoto díla.

Odpovídám: Musí se říci, že slavnostnost se vynakládá na každou věc podle povahy té věci: jako jest jiná slavnostnost vojenského nástupu, totiž v nějaké okázalosti koňstva a zbraní a shromážděním vojáků; a jiná jest slavnostnost svatební, která záleží v okázalosti ženicha a nevěsty a schůzkou příbuzných. Slib pak jest přislíbení, učiněné Bohu. Pročež slavnostnost slibu se béře podle něčeho duchovního, co by náleželo Bohu: to jest, podle nějakého duchovního žehnání nebo zasvěcení, kterého se z apoštolského ustanovení užívá při zavazování jistou řeholí, druhém to stupni po přijetí svatého svěcení, jak praví Diviš, VI. hl. Církv. Hier.

A důvodem toho jest, že slavnostnosti nejsou zvykem, leč když se někdo zcela oddává nějaké věci: neboť svatební slavnostnosti se užívá než při uzavírání manželství, když oba snoubenci si odevzdávají moc nad svým tělem. A podobně se užívá slavnostnosti slibu, když někdo skrze přijetí svatého svěcení se oddává službě Boží; a při závazku jisté řeholi, když skrze odřeknutí světa a vlastní vůle někdo začíná stav dokonalosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že taková slavnostnost nepatří pouze lidem, nýbrž Bohu, pokud jest nějakým duchovním zasvěcením nebo žehnáním, jehož původcem jest Bůh; ač člověk je přisluhujícím; podle onoho Num. 6: "Budou vzývati jméno mé nad syny Israelovými a já jim požehnám." A proto slavný slib má mocnější závazek u Boha nežli jednoduchý, a tíže hřeší, kdo jej přestupuje. -

7. De solemnitate voti, per quid scilicet solemnizetur.

II-II q. 88 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod votum non solemnizetur per susceptionem sacri ordinis, et per professionem ad certam regulam. Votum enim, ut dictum est, promissio Deo facta est. Ea vero quae exterius aguntur ad solemnitatem pertinentia non videntur ordinari ad Deum, sed ad homines. Ergo per accidens se habent ad votum. Non ergo solemnitas talis est propria conditio voti.

II-II q. 88 a. 7 arg. 2

Praeterea, illud quod pertinet ad conditionem alicuius rei, videtur posse competere omnibus illis in quibus res illa invenitur. Sed multa possunt sub voto cadere quae non pertinent neque ad sacrum ordinem, neque pertinent ad aliquam certam regulam, sicut cum quis vovet peregrinationem, aut aliquid huiusmodi. Ergo solemnitas quae fit in susceptione sacri ordinis vel in promissione certae regulae, non pertinet ad conditionem voti.

II-II q. 88 a. 7 arg. 3

Praeterea, votum solemne idem videtur esse quod votum publicum. Sed multa alia vota possunt fieri in publico quam votum quod emittitur in susceptione sacri ordinis vel professione certae regulae, et huiusmodi etiam vota possunt fieri in occulto. Ergo non solum huiusmodi vota sunt solemnia.

II-II q. 88 a. 7 s. c.

Sed contra est quod solum huiusmodi vota impediunt matrimonium contrahendum et dirimunt iam contractum; quod est effectus voti solemnis, ut infra dicetur in tertia huius operis parte.

II-II q. 88 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod unicuique rei solemnitas adhibetur secundum illius rei conditionem, sicut alia est solemnitas novae militiae, scilicet in quodam apparatu equorum et armorum et concursu militum; et alia solemnitas nuptiarum, quae consistit in apparatu sponsi et sponsae et conventu propinquorum. Votum autem est promissio Deo facta. Unde solemnitas voti attenditur secundum aliquid spirituale, quod ad Deum pertineat, idest secundum aliquam spiritualem benedictionem vel consecrationem, quae ex institutione apostolorum adhibetur in professione certae regulae, secundo gradu post sacri ordinis susceptionem, ut Dionysius dicit, VI cap. Eccles. Hier. Et huius ratio est quia solemnitates non consueverunt adhiberi nisi quando aliquis totaliter mancipatur alicui rei, non enim solemnitas nuptialis adhibetur nisi in celebratione matrimonii, quando uterque coniugum sui corporis potestatem alteri tradit. Et similiter voti solemnitas adhibetur quando aliquis per susceptionem sacri ordinis divino ministerio applicatur; et in professione certae regulae, quando per abrenuntiationem saeculi et propriae voluntatis aliquis statum perfectionis assumit.

II-II q. 88 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod huiusmodi solemnitas pertinet non solum ad homines, sed ad Deum, inquantum habet aliquam spiritualem consecrationem seu benedictionem, cuius Deus est auctor, etsi homo sit minister, secundum illud Num. VI, *invocabunt nomen meum super filios Israel, et ego benedicam eis*. Et ideo

Ten pak výrok, že "jednoduchý slib neváže u Boha méně nežli slavný", jest rozuměti tak, že přestoupení obou je těžkým hříchem.

K druhému se musí říci, že není zvykem užívati slavnostnosti při ojedinělých úkonech, nýbrž při zahajování nového stavu, jak bylo řečeno. A proto, když někdo slibuje nějaké ojedinělé úkony, jako nějakou pout nebo nějaký zvláštní půst, takovému slibu nepřisluší slavnostnost, nýbrž pouze slibu, kterým se někdo zcela oddává Boží práci nebo službě; v tom pak slibu, jakožto všeobecném, jest obsaženo mnoho ojedinělých skutků.

K třetímu se musí říci, že sliby, následkem toho, že se konají na veřejnosti, mohou míti jakousi lidskou slavnostnost; ne však slavnostnost duchovní a božskou, jako mají řečené sliby, i když se konají před nečetnými. Pročež jiné jest, že slib je veřejný a jiné, že je slavný.

LXXXVIII.8. Zda jest nemožný slib těm, kteří jsou podrobeni moci druhého.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že není nemožný slib těm, kteří jsou podrobeni moci druhého. Neboť menší pouto se překoná větším. Ale závazek, kterým je někdo podroben člověku, jest menším poutem nežli slib, kterým je někdo zavázán Bohu. Tedy těm, kteří jsou podrobeni cizí moci, není slib nemožný.

Mimo to děti jsou pod mocí otcovou. Ale děti mohou se zavázati nějaké řeholi též bez svolení rodičů. Tedy nikomu není slib nemožný z toho, že je podroben moci druhého.

Mimo to více jest vykonati, než přislíbiti. Ale řeholníci, kteří jsou pod mocí představených, mohou něco konati bez dovolení svých představených: třebas odříkávati některé žalmy nebo konati nějaké posty. Tedy se zdá, že tím spíše mohou taková slibem přislíbiti Bohu.

Mimo to hřeší, kdo koná něco, co nemá právo konati. Ale poddaní nehřeší sliby: protože se to neshledává nikde zakázáno. Tedy se zdá, že mají právo slibovati.

Avšak proti jest, co se Num. 30 přikazuje, že "když žena v domě svého otce, byť ještě v dívčím věku, něco slíbila", není držena závazkem slibu, leč když její otec svolí. A totéž praví o ženě, mající muže. Tedy stejným právem ani jiné osoby, podrobené moci druhého, nemohou se zavázati slibem.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, slib jest nějaké přislíbení, učiněné Bohu. Nikdo však se nemůže skrze přislíbení pevně zavázati k tomu, co je v moci druhého, nýbrž pouze k tomu, co má úplně ve své moci. Kdokoli pak je podroben druhému v tom, v čem je podroben, nemá moci činiti, co chce, nýbrž závisí na vůli druhého. A proto se nemůže pevně zavázati slibem v těch,

votum solemne habet fortiorem obligationem apud Deum quam votum simplex; et gravius peccat qui illud transgreditur. Quod autem dicitur quod votum simplex non minus obligat apud Deum quam solemne, intelligendum est quantum ad hoc quod utriusque transgressor peccat mortaliter.

II-II q. 88 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod particularibus actibus non consuevit solemnitas adhiberi, sed assumptioni novi status, ut dictum est. Et ideo cum quis vovet aliqua particularia opera, sicut aliquam peregrinationem vel aliquod speciale ieiunium, tali voto non congruit solemnitas, sed solum voto quo aliquis totaliter se subiicit divino ministerio seu famulatui; in quo tamen voto, quasi universali, multa particularia opera comprehenduntur.

II-II q. 88 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod vota ex hoc quod fiunt in publico possunt habere quandam solemnitatem humanam, non autem solemnitatem spiritualem et divinam, sicut habent vota praemissa, etiam si coram paucis fiant. Unde aliud est votum esse publicum, et aliud esse solemne.

8. Utrum illi, qui sunt subjecti potestati alterius, possint vovere.

II-II q. 88 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod illi qui sunt alterius potestati subiecti non impediantur a vovendo. Minus enim vinculum superatur a maiori. Sed obligatio qua quis subiicitur homini est minus vinculum quam votum, per quod aliquis obligatur Deo. Ergo illi qui sunt alienae potestati subiecti non impediuntur a vovendo.

II-II q. 88 a. 8 arg. 2

Praeterea, filii sunt in potestate patris. Sed filii possunt profiteri in aliqua religione etiam sine voluntate parentum. Ergo non impeditur aliquis a vovendo per hoc quod est subiectus potestati alterius.

II-II q. 88 a. 8 arg. 3

Praeterea, maius est facere quam promittere. Sed religiosi qui sunt sub potestate praelatorum possunt aliqua facere sine licentia suorum praelatorum, puta dicere aliquos Psalmos, vel facere aliquas abstinentias. Ergo videtur quod multo magis possunt huiusmodi vovendo Deo promittere.

II-II q. 88 a. 8 arg. 4

Praeterea, quicumque facit quod de iure facere non potest, peccat. Sed subditi non peccant vovendo, quia hoc nunquam inveniturprohibitum. Ergo videtur quod de iure possunt vovere.

II-II q. 88 a. 8 s. c.

Sed contra est quod Num. XXX mandatur quod, *si mulier in domo patris sui, et adhuc in puellari aetate, aliquid voverit*, non tenetur rea voti nisi pater eius consenserit. Et idem dicit de muliere habente virum. Ergo, pari ratione, nec aliae personae alterius potestati subiectae possunt se voto obligare.

II-II q. 88 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, votum est promissio quaedam Deo facta. Nullus autem potest per promissionem se firmiter obligare ad id quod est in potestate alterius, sed solum ad id quod est omnino in sua potestate. Quicumque autem est subiectus alicui, quantum ad id in quo est subiectus, non est suae potestatis facere

v nichž je podroben druhému, bez souhlasu svého představeného.

K prvnímu se tedy musí říci, že pod přislíbení Bohu učiněné, nespadá než co je ctnostné, jak bylo svrchu řečeno. Je však proti ctnosti, aby člověk obětoval Bohu to, co patří druhému, jak bylo svrchu řečeno. A proto nelze vůbec zachovati ráz slibu, když někdo, postavený pod mocí druhého, slibuje to, co je v moci druhého, leč s podmínkou, nebude-li odporovati ten, pod jehož moc patří.

K druhému se musí říci, že, jakmile dosáhne člověk let zralosti, je-li svobodného stavu, je svémocný v tom, co patří k jeho osobě: třebas, že se slibem zaváže řeholi nebo že uzavře manželství. Není však svémocný v domácím hospodaření. Pročež v tom nemůže nic platně slibovati bez souhlasu svého otce. - Avšak otrok, který je v moci pánově také co do osobních činů, nemůže se slibem zavázati řeholi, kterou by unikl služebnosti svého pána.

K třetímu se musí říci, že řeholník je poddán představenému co do svých činů podle závazku řehole. A proto, ač některý tu chvíli může něco dělati, když nemá jiného uloženého od představeného, přece, protože není žádná doba vyňata, ve které by mu představený nemohl něco uložiti, žádný řeholníkův slib nemá pevnosti, leč, je-li se souhlasem představeného. Jako ani slib dívky, jsoucí doma, leč se souhlasem otcovým; ani manželčin, leč se souhlasem mužovým.

Ke čtvrtému se musí říci, že, ač slib těch kteří jsou podrobeni moci druhého, není pevný bez souhlasu těch, jimž podléhají, přece slibem nehřeší: protože se při jejich slibu rozumí patřičná podmínka, totiž, budou-li jejich představení srozuměni nebo nebudou-li odporovati.

LXXXVIII.9. Zda se mohou děti zavázati slibem ke vstupu do řehole.

Při deváté se postupuje takto: Zdá se, že se děti nemohou zavázati slibem ke vstupu do řehole. Ježto se totiž ke slibu vyžaduje rozvážení ducha, nepřísluší slibovati, leč těm, kteří mají užívání rozumu. Ale toho není u dětí, jako ani u pomatených nebo šílených. Jako se tedy pomatení a šílení nemohou k něčemu zavázati slibem, tak se také zdá, že ani děti se nemohou slibem zavázati řeholi.

Mimo to, co jeden může právem vykonati, to nemůže druhý zrušiti. Ale slib o řeholi, učiněný od hocha nebo dívky před roky zralosti, může býti od rodičů odvolán, nebo od poručníka: jak máme XX. ot. 2, hl. Dívka. Tedy se zdá, že hoch nebo dívka, před čtrnáctým rokem, nemohou platně slibovati.

Mimo to se vstupujícím do řehole povoluje rok zkušební, podle řehole blaženého Benedikta a podle ustanovení Innocence IV., aby závazku slibem předcházela zkouška. Tedy se zdá nedovolené, aby se hoši zavazovali slibem o řeholi před zkušebním rokem.

quod vult, sed dependet ex voluntate alterius. Et ideo non potest se per votum firmiter obligare, in his in quibus alteri subiicitur, sine consensu sui superioris.

II-II q. 88 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod sub promissione Deo facta non cadit nisi quod est virtuosum, ut supra dictum est. Est autem contra virtutem ut id quod est alterius homo offerat Deo, ut supra dictum est. Et ideo non potest omnino salvari ratio voti, cum quis in potestate constitutus vovet id quod est in potestate alterius, nisi sub conditione si ille ad cuius potestatem pertinet non contradicat.

II-II q. 88 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod ex quo homo venit ad annos pubertatis, si sit liberae conditionis, est suae potestatis quantum ad ea quae pertinent ad suam personam, puta quod obliget se religioni per votum, vel quod matrimonium contrahat. Non autem est suae potestatis quantum ad dispensationem domesticam. Unde circa hoc non potest aliquid vovere quod sit ratum, sine consensu patris. Servus autem, quia est in potestate domini etiam quantum ad personales operationes, non potest se voto obligare ad religionem, per quam ab obsequio domini sui abstraheretur.

II-II q. 88 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod religiosus subditus est praelato quantum ad suas operationes secundum professionem regulae. Et ideo etiam si aliquis ad horam aliquid facere possit quando ad alia non occupatur a praelato, quia tamen nullum tempus est exceptum in quo praelatus non possit eum circa aliquid occupare, nullum votum religiosi est firmum nisi sit de consensu praelati. Sicut nec votum puellae existentis in domo, nisi sit de consensu patris, nec uxoris, nisi de consensu viri.

II-II q. 88 a. 8 ad 4

Ad quartum dicendum quod licet votum eorum qui sunt alterius potestati subiecti non sit firmum sine consensu eorum quibus subiiciuntur, non tamen peccant vovendo, quia in eorum voto intelligitur debita conditio, scilicet si suis superioribus placuerit, vel non renitantur.

9. Utrum pueri possint voto obligari ad religionis ingressum.

II-II q. 88 a. 9 arg. 1

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod pueri non possint voto se obligare ad religionis ingressum. Cum enim ad votum requiratur animi deliberatio, non competit vovere nisi illis qui habent usum rationis. Sed hoc deficit in pueris, sicut et in amentibus vel furiosis. Sicut ergo amentes et furiosi non possunt se ad aliquid voto adstringere, ita etiam nec pueri, ut videtur, possunt se voto obligare religioni.

II-II q. 88 a. 9 arg. 2

Praeterea, illud quod rite potest ab aliquo fieri, non potest ab alio irritari. Sed votum religionis a puero vel puella factum ante annos pubertatis potest a parentibus revocari, vel a tutore, ut habetur XX, qu. II, cap. puella. Ergo videtur quod puer vel puella, ante quatuordecim annos, non possit rite vovere.

II-II q. 88 a. 9 arg. 3

Praeterea, religionem intrantibus annus probationis conceditur, secundum regulam beati Benedicti et secundum statutum Innocentii IV, ad hoc quod probatio obligationem voti praecedat. Ergo illicitum videtur esse quod pueri voto

Avšak proti, co nebylo správně vykonáno, to není platné, i když nebylo nikým odvoláno. Ale slib dívky, i před roky zralosti vykonaný, je platný, nebyl-li do roka od rodičů od volán: jak máme XX. ot. 2, hl. Dívka. Tedy dovoleně a správně mohou se děti zavázati slibem o řeholi, též před roky zralosti.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak je patrné z řečeného, je dvojí slib, totiž jednoduchý a slavný. A protože slavnostnost slibu záleží v nějakém duchovním žehnání a zasvěcení, jak bylo řečeno, které koná služebník Církve, proto slavnostnost slibu spadá pod rozhodnutí Církve. Avšak slib jednoduchý má účinnost z rozhodnutí ducha, jímž se někdo zamýšlí zavázati. Že pak takový závazek nemá účinku, může nastati dvojmo. A to, jedním způsobem pro nedostatek rozumu: jak je patrné u šílených a pomatených, kteří se nemohou slibem k něčemu zavázati, dokud jsou v šílenství nebo pomatenosti. Jiným způsobem protože ten, jenž slibuje, jest poddán moci druhého, jak bylo shora řečeno. A to obojí se schází u dětí před roky zralosti: protože i trpí nedostatkem rozumu, aspoň většinou, i jsou přirozeně pod péčí rodičů nebo poručníků, kteří jsou místo rodičů. A proto jejich sliby nemají účinku z dvojí příčiny. - Stává se však u některých, pro uzpůsobení přirozenosti, která nepodléhá lidským zákonům, že se uspíší užívání rozumu, ač zřídka, a ti jsou proto považováni za "schopné lsti". Přece však proto nejsou vyňati z péče rodičů, která podléhá lidskému zákonu, přihlížejícímu k tomu, co se častěji stává.

Musí se tedy říci, že se hoch nebo dívka nemůže žádným způsobem k něčemu zavázati slibem před roky zralosti, nemá-li dosud užívání rozumu. Dosáhne-li však užívání rozumu před roky zralosti, může se sice zavázati, pokud na něm jest, ale jeho slib může býti zrušen od rodičů, jejichž péči zůstává podrobeným. Ať pak jest jakkoli schopen lsti, před roky zralosti se nemůže zavázati slavným slibem řeholním, pro církevní ustanovení, které přihlíží k tomu co se děje nejčastěji. - Po letech pak zralosti se již mohou zavázati slibem řeholním, ať jednoduchým nebo slavným, bez vůle rodičů.

K prvnímu se tedy musí říci, že onen důvod platí o dětech, které dosud nedosáhly užívání rozumu; těch sliby jsou neplatné, jak bylo řečeno.

K druhému se musí říci, že sliby těch, kteří jsou v moci druhých, mají zahalenou podmínku, totiž nebudou-li odvolány od představeného; ta je činí dovolenými a platnými, uskuteční-li se, jak bylo řečeno.

K třetímu se musí říci, že onen důvod platí o slibu slavném, který se koná při slibech.

LXXXVIII.10. Zda lze slib prominouti.

Při desáté se postupuje takto: Zdá se, že nelze slib prominouti. Neboť méně je slib zaměniti než jej prominouti. Ale slib nelze zaměniti: praví se totiž Levit. 27: "Živočich, kterého lze obětovati Pánu, svatý bude a nesmí se zaměniti, ani za špatného lepší, ani za dobrého

obligentur ad religionem ante probationis annum.

II-II q. 88 a. 9 s. c.

Sed contra, illud quod non est rite factum non est validum, etiam si a nullo revocetur. Sed votum puellae, etiam ante annos pubertatis emissum, validum est si infra annum a parentibus non revocetur, ut habetur XX, qu. II, cap. puella. Ergo licite et rite possunt pueri voto obligari ad religionem, etiam ante annos pubertatis.

II-II q. 88 a. 9 co.

Respondeo dicendum quod, sicut ex praedictis patet, duplex est votum, scilicet simplex, et solemne. Et quia solemnitas voti in quadam spirituali benedictione et consecratione consistit, ut dictum est, quae fit per ministerium Ecclesiae; ideo solemnizatio voti sub dispensatione Ecclesiae cadit. Votum autem simplex efficaciam habet ex deliberatione animi, qua quis se obligare intendit. Quod autem talis obligatio robur non habeat, dupliciter potest contingere. Uno quidem modo, propter defectum rationis, sicut patet in furiosis et amentibus, qui se voto non possunt obligare ad aliquid, dum sunt in furia vel amentia. Alio modo, quia ille qui vovet est alterius potestati subiectus, ut supra dictum est. Et ista duo concurrunt in pueris ante annos pubertatis, quia et patiuntur rationis defectum, ut in pluribus; et sunt naturaliter sub cura parentum, vel tutorum, qui sunt eis loco parentum. Et ideo eorum vota ex duplici causa robur non habent. Contingit tamen, propter naturae dispositionem, quae legibus humanis non subditur, in aliquibus, licet paucis, accelerari rationis usum, qui ob hoc dicuntur doli capaces. Nec tamen propter hoc in aliquo eximuntur a cura parentum, quae subiacet legi humanae respicienti ad id quod frequentius accidit. Est ergo dicendum quod si puer vel puella, ante pubertatis annos, nondum habeat usum rationis, nullo modo potest se ad aliquid voto obligare. Si vero ante annos pubertatis attigerit usum rationis, potest quidem, quantum in ipso est, se obligare, sed votum eius potest irritari per parentes, quorum curae remanet adhuc subiectus. Quantumcumque tamen sit doli capax, ante annos pubertatis non potest obligari voto solemni religionis, propter Ecclesiae statutum, quod respicit id quod in pluribus accidit. Post annos autem pubertatis, possunt iam se voto religionis obligare, vel simplici vel solemni, absque voluntate parentum.

II-II q. 88 a. 9 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa procedit de pueris qui nondum attigerunt usum rationis, quorum vota sunt invalida, ut dictum est.

II-II q. 88 a. 9 ad 2

Ad secundum dicendum quod vota eorum qui sunt in potestate aliorum habent conditionem implicitam, scilicet si non revocentur a superiori, ex qua licita redduntur, et valida si conditio extat, ut dictum est.

II-II q. 88 a. 9 ad 3

Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit de voto solemni quod fit per professionem.

10. Utrum votum sit dispensabile, vel commutabile.

II-II q. 88 a. 10 arg. 1

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod in voto dispensari non possit. Minus enim est commutari votum quam in eo dispensari. Sed votum non potest commutari, dicitur enim Levit. XXVII, *animal quod immolari potest*

horší jestliže kdo slíbil." Tedy mnohem méně lze prominouti slib.

Mimo to člověk nemůže promíjeti v těch, která jsou od přirozeného zákona nebo v přikázáních Božích, a hlavně v přikázáních první desky, jež jsou přímo zařízena k milování Boha, jež je posledním cílem přikázání. Ale splniti slib je přirozeným zákonem; a také je přikázáním Božího zákona, jak je patrné z řečeného; a patří do přikázání první desky, ježto jest úkonem latrie. Tedy nelze slib prominouti.

Mimo to závazek slibu se zakládá na věrnosti, kterou je člověk povinen Bohu, jak bylo řečeno. Ale té nikdo nemůže prominouti. Tedy ani slib.

Avšak proti, zdá se míti větší pevnost, co pochází ze společné vůle, než co pochází z vůle nějaké jednotlivé osoby. Ale člověk může promíjeti zákon, který má sílu ze společné vůle. Tedy se zdá, že také ve slibu může člověk promíjeti.

Odpovídám: Musí se říci, že promíjení slibu jest rozuměti na způsob promíjení, které se děje v zachovávání nějakého zákona. Protože, jak bylo shora řečeno, zákon se stanoví vzhledem k tomu, co je pro většinu dobré; ale, protože se stává, že v nějakém případě to není dobrem, bylo třeba, aby někdo určoval, že se v tom ojedinělém případě zákon nemusí zachovávati. A to je vlastní promíjení zákona: neboť promíjení se zdá obnášeti nějaké odměřené rozdělování nebo ukládání něčeho obecného vzhledem k tomu, co je pod ním obsaženo, kterýmž způsobem se říká, že někdo rozdává rodině pokrm.

Podobně pak ten, kdo slibuje, jaksi sobě stanoví zákon, zavazuje se k něčemu, co jest o sobě a pro většinu dobrem. Může se však státi, že v nějakém případě je buď jednoduše zlem, nebo neužitečným, nebo překážkou většího dobra: což je proti pojmu toho, co spadá pod slib, jak je patrné z řečeného.

A proto je nutné, aby se v takovém případě ustanovilo, že slib nemusí se zachovávati. A jestliže se ustanoví naprostě, že nějaký slib se nemusí zachovávati, říká se prominutí slibu. Jestli se však za to, co se mělo zachovávati, uloží něco jiného, říká se záměna slibu. Pročež méně jest zaměniti slib, nežli slib prominouti. Obojí však spočívá v moci Církve.

K prvnímu se tedy musí říci, že živočich, který mohl býti obětován, právě tím, že byl slíben, byl považován za svatého, jakožto určeného uctění Boha, a to bylo důvodem, proč nemohl býti zaměněn; jako ani nyní nemůže nikdo zaměniti za lepší nebo horší věc již posvěcenou, kterou slíbil, třebas kalich nebo dům. Avšak bylo možné a povinné vykoupiti živočicha, který nemohl býti posvěcen, protože byl neobětovatelný. A tak také nyní lze zaměňovati sliby, nenastalo-li zasvěcení.

K druhému se musí říci, že, jako je člověk z přirozeného zákona a Božího přikázání vázán splniti slib, tak také z nich je vázán poslechnouti zákona nebo přikázání představených. A přece, když se promine nějaký lidský

domino, si quis voverit, sanctum erit, et mutari non poterit, nec melius malo nec peius bono. Ergo multo minus potest dispensari in voto.

II-II q. 88 a. 10 arg. 2

Praeterea, in his quae sunt de lege naturae et in praeceptis divinis non potest per hominem dispensari, et praecipue in praeceptis primae tabulae, quae ordinantur directe ad dilectionem Dei, quae est ultimus praeceptorum finis. Sed implere votum est de lege naturae; et est etiam praeceptum legis divinae, ut ex supra dictis patet; et pertinet ad praecepta primae tabulae, cum sit actus latriae. Ergo in voto dispensari non potest.

II-II q. 88 a. 10 arg. 3

Praeterea, obligatio voti fundatur super fidelitatem quam homo debet Deo, ut dictum est. Sed in hac nullus potest dispensare. Ergo nec in voto.

II-II q. 88 a. 10 s. c.

Sed contra, maioris firmitatis esse videtur quod procedit ex communi voluntate quam quod procedit ex singulari voluntate alicuius personae. Sed in lege, quae habet robur ex communi voluntate, potest per hominem dispensari. Ergo videtur quod etiam in voto per hominem dispensari possit.

II-II q. 88 a. 10 co.

Respondeo dicendum quod dispensatio voti intelligenda est ad modum dispensationis quae fit in observantia alicuius legis. Quia, ut supra dictum est, lex ponitur respiciendo ad id quod est ut in pluribus bonum, sed quia contingit huiusmodi in aliquo casu non esse bonum, oportuit per aliquem determinari in illo particulari casu legem non esse servandam. Et hoc proprie est dispensare in lege, nam dispensatio videtur importare commensuratam quandam distributionem vel applicationem communis alicuius ad ea quae sub ipso continentur, per quem modum dicitur aliquis dispensare cibum familiae. Similiter autem ille qui vovet quodammodo sibi statuit legem, obligans se ad aliquid quod est secundum se et in pluribus bonum. Potest tamen contingere quod in aliquo casu sit vel simpliciter malum, vel inutile, vel maioris boni impeditivum, quod est contra rationem eius quod cadit sub voto, ut ex praedictis patet. Et ideo necesse est quod determinetur in tali casu votum non esse servandum. Et si quidem absolute determinetur aliquod votum non esse servandum, dicitur esse dispensatio voti. Si autem pro hoc quod servandum erat aliquid aliud imponatur, dicitur commutatio voti. Unde minus est votum commutare quam in voto dispensare. Utrumque tamen in potestate Ecclesiae consistit.

II-II q. 88 a. 10 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod animal quod immolari poterat, ex hoc ipso quod vovebatur, sanctum reputabatur, quasi divino cultui mancipatum, et haec erat ratio quare non poterat commutari; sicut nec modo posset aliquis rem quam vovit, iam consecratam, puta calicem vel domum, commutare in melius vel in peius. Animal autem quod non poterat sanctificari quia non erat immolatitium, redimi poterat et debebat, sicut ibidem lex dicit. Et ita etiam nunc commutari possunt vota si consecratio non interveniat.

II-II q. 88 a. 10 ad 2

Ad secundum dicendum quod sicut ex iure naturali et praecepto divino tenetur homo implere votum, ita etiam tenetur ex eisdem obedire superiorum legi vel mandato. Et

zákon, není to neposlušnost zákona, která je proti přirozenému zákonu a Božímu přikázání, nýbrž se učiní, že to, co bylo zákonem, není zákonem pro tento případ. Tak také moc promíjejícího představeného činí, že to, co bylo obsaženo ve slibu, není obsaženo, pokud se pro tento případ stanoví, že není vhodnou látkou slibu. A proto, když církevní představený promine slib, nepromíjí příkaz přirozeného nebo Božího zákona, nýbrž určuje to, co spadalo pod závazek lidského rozvážení, které nemohlo všechno obsáhnouti.

K třetímu se musí říci, že do věrnosti, povinné Bohu, nepatří, aby člověk vykonal to, co ze slibu je zlem nebo neužitečným nebo překážkou většího dobra: a k tomu směřuje promíjení slibu. A proto prominutí slibu není proti věrnosti, povinné Bohu.

LXXXVIII.11. Zda může býti prominutí slavného slibu zdrželivosti.

Při jedenácté se postupuje takto: Zdá se, že může býti prominutí slavného slibu zdrželivosti. Je totiž jedním důvodem prominutí slibu, že je překážkou lepšího dobra, jak bylo řečeno. Ale slib zdrželivosti, i když je slavný, může býti překážkou lepšího dobra: neboť "dobro obecné je božštější než dobro jednoho"; může pak zdrželivost jednoho býti překážkou dobra celého množství, třebas, kdyby se mohl zjednati pokoj vlasti skrze manželskou smlouvu některých osob, které slíbily zdrželivost.

Mimo to latrie jest ušlechtilejší ctnost než čistota. Ale, když někdo slíbí nějaký úkon latrie, třebas věnovati Bohu obět, může mu ten slib býti prominut. Tedy mnohem spíše může býti prominut slib zdrželivosti, který jest o úkonu čistoty.

Mimo to, jako zachovávání slibu postu může býti na škodu osobě, tak také zachovávání slibu zdrželivosti. Ale může býti prominut slib postu, stane-li se tělesným nebezpečím slibivšího. Tedy také stejným právem lze prominouti slib zdrželivosti.

Mimo to, jako v závazku řeholi, ze kterého je slib slavným, jest obsažen slib zdrželivosti, tak také slib chudoby a poslušnosti. Ale může býti prominut slib chudoby a poslušnosti, jak je patrné u těch, kteří po řeholním závazku jsou povýšeni na biskupy. Tedy se zdá, že může býti prominut slavný slib zdrželivosti.

Avšak proti jest, co se praví Eccli 26: "Žádná váha není hodna duše zdrželivé."

Mimo to, Extra O stavu mnišském, na konci dekretálu "Když do kláštera", praví se: "Odříkání vlastnictví, jakož i střežení čistoty tak je spojeno s mniškou řeholí, že proti němu nemůže dovoliti ani Papež."

Odpovídám: Musí se říci, že ve slavném slibu zdrželivosti tamen cum dispensatur in aliqua lege humana, non fit ut legi humanae non obediatur, quod est contra legem naturae et mandatum divinum, sed fit ut hoc quod erat lex, non sit lex in hoc casu. Ita etiam auctoritate superioris dispensantis fit ut hoc quod continebatur sub voto, non contineatur, inquantum determinatur in hoc casu hoc non esse congruam materiam voti. Et ideo cum praelatus Ecclesiae dispensat in voto, non dispensat in praecepto iuris naturalis vel divini, sed determinat id quod cadebat sub obligatione deliberationis humanae, quae non potuit omnia circumspicere.

II-II q. 88 a. 10 ad 3

Ad tertium dicendum quod ad fidelitatem Deo debitam non pertinet quod homo faciat id quod ad vovendum est malum, vel inutile, vel maioris boni impeditivum, ad quod tendit voti dispensatio. Et ideo dispensatio voti non est contra fidelitatem Deo debitam.

11. Utrum in solemni voto continentiae possit dispensari.

II-II q. 88 a. 11 arg. 1

Ad undecimum sic proceditur. Videtur quod in voto solemni continentiae possit fieri dispensatio. Una enim ratio dispensandi in voto est si sit impeditivum melioris boni, sicut dictum est. Sed votum continentiae, etiam si sit solemne, potest esse impeditivum melioris boni, nam bonum commune est divinius quam bonum unius; potest autem per continentiam alicuius impediri bonum totius multitudinis, puta si quando per contractum matrimonii aliquarum personarum quae continentiam voverunt, posset pax patriae procurari. Ergo videtur quod in solemni voto continentiae possit dispensari.

II-II q. 88 a. 11 arg. 2

Praeterea, latria est nobilior virtus quam castitas. Sed si quis voveat aliquem actum latriae, puta offerre Deo sacrificium, potest in illo voto dispensari. Ergo multo magis potest dispensari in voto continentiae, quod est de actu castitatis.

II-II q. 88 a. 11 arg. 3

Praeterea, sicut votum abstinentiae observatum potest vergere in periculum personae, ita etiam observatio voti continentiae. Sed in voto abstinentiae, si vergat in corporale periculum voventis, potest fieri dispensatio. Ergo etiam, pari ratione, in voto continentiae potest dispensari.

II-II q. 88 a. 11 arg. 4

Praeterea, sicut sub professione religionis, ex qua votum solemnizatur, continetur votum continentiae, ita etiam et votum paupertatis et obedientiae. Sed in voto paupertatis et obedientiae potest dispensari, sicut patet in illis qui post professionem ad episcopatum assumuntur. Ergo videtur quod in solemni voto continentiae possit dispensari.

II-II q. 88 a. 11 s. c. 1

Sed contra est quod dicitur Eccli. XXVI, *omnis ponderatio non est digna animae continentis*.

II-II q. 88 a. 11 s. c. 2

Praeterea, extra, de statu Monach., in fine illius decretalis, cum ad monasterium, dicitur, abdicatio proprietatis, *sicut etiam custodia castitatis, adeo est annexa regulae monachali ut contra eam nec summus pontifex possit indulgere*.

II-II q. 88 a. 11 co.

lze pozorovati trojí: a to, nejprve látku slibu, totiž samu zdrželivost; za druhé ustavičnost slibu, když se totiž někdo slibem zavázal k ustavičnému zachovávání zdrželivosti; za třetí slavnostnost slibu. Praví tedy někteří, že slavný slib je nepromínutelný z důvodu samé zdrželivosti, která nepřipouští dostatečné náhrady, jak je patrné z uvedeného výroku. Důvod toho pak někteří označují ten, že zdrželivostí člověk vítězí nad domácím nepřítelem; nebo že se člověk zdrželivostí dokonale připodobňuje Kristu v čistotě duše i těla. - Ale to se nezdá účinně řečeno. Protože dobra duše, jako nazírání a modlitba, jsou mnohem lepší než dobra těla a více nás připodobňují Bohu; a přece lze prominouti slib modlitby nebo nazírání. Pročež se nezdá býti důvodu, proč by se nemohl prominouti slib zdrželivosti, přihlíží-li se naprostě k samé hodnotě zdrželivosti. Zvláště, když Apoštol. I. Kor. 7, nabádá ke zdrželivosti pro nazírání, řka, že "nevdaná žena myslí, co je Boží"; cíl pak je více, než ta, která jsou k cíli.

A proto jiní udávají důvod toho z ustavičnosti a všeobecnosti tohoto slibu. Praví totiž, že slib zdrželivosti nemůže pominouti než tím, co je zcela protivné, což nikdy není při žádném slibu dovoleno. - Ale to je zjevně nesprávné. Protože, jako užití tělesného spojení je protivou zdrželivosti, tak jísti maso a píti víno je proti odříkání takových: a přece takové sliby lze prominouti.

A proto se jiným zdá, že lze prominouti slavný slib zdrželivosti pro nějakou obecnou užitečnost nebo nutnost, jak je patrné v řečeném případě o upokojení zemí z uzavření nějakého manželství.

Ale protože jmenovaný dekretál praví výslovně, že ani Papež nemůže dáti mnichovi dovolení proti zachovávání čistoty, proto se zdá nutnou jiná odpověď že, jak bylo svrchu řečeno, a jest Levit. posl., co jednou bylo Pánu zasvěceno, nemůže býti obráceno na jiné užívání. Avšak žádný představený Církve nemůže učiniti, aby to, co je posvěceno, ztratilo posvěcení, ani ve věcech neživých: třebas, že by posvěcený kalich přestal býti posvěceným, ač zůstává neporušený. Pročež mnohem méně může učiniti nějaký představený Církve to, aby člověk Bohu zasvěcený, dokud žije, přestal býti zasvěceným. Slavnostnost slibu však záleží v nějakém zasvěcení či požehnání slibujícího, jak bylo řečeno. A proto nemůže žádný představený Církve učiniti, aby ten, jenž vykonal slavný slib, ustal od toho, nač je zasvěcen, třebas aby ten, jenž jest knězem, nebyl knězem; může však představený z nějakého důvodu zakázati vykonávání svátosti. A z podobného důvodu Papež nemůže učiniti, aby zavázaný řeholi nebyl řeholníkem, ač někteří právníci z nevědomosti praví opak.

Je tedy uvážiti, zda zdrželivost jest bytnostně spojena s tím, co činí slib slavným: protože, není-li s tím bytnostně spojena, může zůstávati slavnostnost zasvěcení bez povinnosti zdrželivosti; což nemůže býti, je-li bytnostně spojena s tím, co činí slib slavným. Avšak povinnost zdrželivosti není bytnostně spojena se svatým svěcením, nýbrž z ustanovení Církve. Pročež se zdá, že by Církev mohla prominouti slib zdrželivosti, slavný skrze přijetí svatého svěcení. - Avšak řeholnímu stavu jest povinnost zdrželivosti bytnostnou, neboť jím se člověk odříká světa, zcela odevzdán službě Boží; což nemůže obstáti zároveň s manželstvím, v němž naléhá povinnost pečovati o manželku a děti a domácnost a věci, jichž je k tomu třeba.

Respondeo dicendum quod in solemni voto continentiae tria possunt considerari, primo quidem, materia voti, scilicet ipsa continentia; secundo, perpetuitas voti, cum scilicet aliquis voto se adstringit ad perpetuam observantiam continentiae; tertio, ipsa solemnitas voti. Dicunt ergo quidam quod votum solemne est indispensabile ratione ipsius continentiae, quae non recipit condignam recompensationem, ut patet ex auctoritate inducta. Cuius rationem quidam assignant quia per continentiam homo triumphat de domestico inimico, vel quia per continentiam homo perfecte conformatur Christo, secundum puritatem animae et corporis. Sed hoc non videtur efficaciter dici. Quia bona animae, utpote contemplatio et oratio, sunt multo meliora bonis corporis, et magis nos Deo conformant, et tamen potest dispensari in voto orationis vel contemplationis. Unde non videtur esse ratio quare non possit dispensari in voto continentiae, si respiciatur absolute ad ipsam continentiae dignitatem. Praesertim cum apostolus, I ad Cor. VII, ad continentiam inducat propter contemplationem, dicens quod mulier innupta cogitat quae Dei sunt, finis autem potior est his quae sunt ad finem. Et ideo alii rationem huius assignant ex perpetuitate et universalitate huius voti. Dicunt enim quod votum continentiae non potest praetermitti nisi per id quod est omnino contrarium, quod nunquam licet in aliquo voto. Sed hoc est manifeste falsum. Quia sicut uti carnali copula est continentiae contrarium, ita comedere carnes vel bibere vinum est contrarium abstinentiae a talibus, et tamen in huiusmodi votis potest dispensari. Et ideo aliis videtur quod in voto solemni continentiae possit dispensari propter aliquam communem utilitatem seu necessitatem, ut patet in exemplo praemisso de pacificatione terrarum ex aliquo matrimonio contrahendo. Sed quia decretalis inducta expresse dicit quod nec summus pontifex potest contra custodiam castitatis monacho licentiam dare, ideo aliter videtur dicendum, quod, sicut supra dictum est, et habetur Levit. ult., illud quod semel sanctificatum est domino, non potest in alios usus commutari. Non autem potest facere aliquis Ecclesiae praelatus ut id quod est sanctificatum sanctificationem amittat, etiam in rebus inanimatis, puta quod calix consecratus desinat esse consecratus, si maneat integer. Unde multo minus hoc potest facere aliquis praelatus, ut homo Deo consecratus, quandiu vivit, consecratus esse desistat. Solemnitas autem voti consistit in quadam consecratione seu benedictione voventis, ut dictum est. Et ideo non potest fieri per aliquem praelatum Ecclesiae quod ille qui votum solemne emisit desistat ab eo ad quod est consecratus, puta quod ille qui est sacerdos non sit sacerdos, licet possit praelatus ob aliquam causam executionem ordinis inhibere. Et simili ratione, Papa non potest facere quod ille qui est professus religionem non sit religiosus, licet quidam iuristae ignoranter contrarium dicant. Est ergo considerandum utrum continentia sit essentialiter annexa ei ad quod votum solemnizatur, quia si non est ei essentialiter annexa, potest manere solemnitas consecrationis sine debito continentiae; quod non potest contingere si sit essentialiter annexum ei ad quod votum solemnizatur. Non est autem essentialiter annexum debitum continentiae ordini sacro, sed ex statuto Ecclesiae. Unde videtur quod per Ecclesiam possit dispensari in voto continentiae solemnizato per susceptionem sacri ordinis. Est autem debitum continentiae essentiale statui religionis, per quem homo abrenuntiat saeculo, totaliter Dei servitio mancipatus; quod non potest simul stare cum matrimonio,

Pročež praví Apoštol, I. Kor. 7 že "kdo je s manželkou, pečuje o to, co je světa, jak by se líbil manželce a jest rozdělen". Pročež jméno mnich jest vzato od jednotky, na rozdíl od řečeného rozdělení. A proto slib, jenž je slavným skrze závazek řeholi, nemůže Církev prominouti; a důvod naznačuje dekretál, že "čistota je spojena s mniškou řeholí".

K prvnímu se tedy musí říci, že ohrožení lidských věcí se musí brániti věcmi lidskými, ne však tím, že se Boží věci obracejí k lidskému užívání. Avšak zavázaní řeholi jsou mrtvi světu a žijí Bohu. Pročež se nesmí volati do lidského života k vůli jakémukoli účinku.

K druhému se musí říci, že slib dočasné zdrželivosti může býti prominut, jako též dočasný slib modlitby nebo dočasného odříkání. Ale, že slib zdrželivosti, slavným učiněný zavázáním řeholi, nemůže býti prominut, to není proto, že jest úkonem čistoty, nýbrž protože zavázáním řeholi začíná patřiti k latrii.

K třetímu se musí říci, že pokrm je přímo zařízen k zachování osoby a proto odříkání pokrmu může přímo býti na škodu osobě. A proto z tohoto důvodu slib odříkání připouští prominutí. Ale soulož není přímo zařízena k zachování osoby, nýbrž k zachování druhu. Pročež také odříkání soulože nepůsobí přímo nebezpečí osobě. Ale kdyby z něho případkově nastávalo nějaké osobní nebezpečí, může se jinak odpomoci, totiž postem nebo jinými tělesnými prostředky.

Ke čtvrtému se musí říci, že řeholník, který se stává biskupem, jako není zbaven slibu zdrželivosti, tak ani slibu chudoby: protože nic nesmí míti jako vlastní, nýbrž jako správce obecného majetku církevního. Podobně také není zbaven slibu poslušnosti, nýbrž případkově není povinen poslouchati, nemá-li představeného: jako též opat kláštera, ač není zbaven slibu poslušnosti.

Výrok Kazatelův pak, který se namítá proti, jest rozuměti tak, že ani tělesná plodnost, ani nějaké tělesné dobro nelze přirovnati ke zdrželivosti, která se čítá k dobrům duše; jak praví Augustin, v knize O panenství. Pročež se významně praví, "duše zdrželivé", nikoli "těla zdrželivého".

LXXXVIII.12. Zda se vyžaduje moc přestaveného k záměně nebo prominutí slibu.

Při dvanácté se postupuje takto: Zdá se, že nevyžaduje moc představeného k záměně nebo prominutí slibu. Neboť někdo může vstoupiti do řehole bez zmocnění nějakým vyšším představeným. Ale vstupem do řehole je člověk zbaven slibů, učiněných ve světě, i slibu o Svaté Zemi. Tedy záměna nebo prominutí slibu může býti bez

in quo incumbit necessitas procurandae uxoris et prolis et familiae, et rerum quae ad hoc requiruntur. Unde apostolus dicit, I ad Cor. VII, quod *qui est cum uxore sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est*. Unde nomen monachi ab unitate sumitur, per oppositum ad divisionem praedictam. Et ideo in voto solemnizato per professionem religionis non potest per Ecclesiam dispensari, et rationem assignat decretalis, quia castitas est annexa regulae monachali.

II-II q. 88 a. 11 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod periculis rerum humanarum est obviandum per res humanas, non autem per hoc quod res divinae convertantur in usum humanum. Professi autem religionem mortui sunt mundo et vivunt Deo. Unde non sunt revocandi ad vitam humanam occasione cuiuscumque eventus.

II-II q. 88 a. 11 ad 2

Ad secundum dicendum quod in voto temporalis continentiae dispensari potest, sicut et in voto temporalis orationis vel temporalis abstinentiae. Sed quod in voto continentiae per professionem solemnizato non possit dispensari, hoc non est inquantum est actus castitatis, sed inquantum incipit ad latriam pertinere per professionem religionis.

II-II q. 88 a. 11 ad 3

Ad tertium dicendum quod cibus directe ordinatur ad conservationem personae, et ideo abstinentia cibi directe potest vergere in periculum personae. Unde ex hac ratione recipit votum abstinentiae dispensationem. Sed coitus non ordinatur directe ad conservationem personae, sed ad conservationem speciei. Unde nec directe abstinentia coitus per continentiam vergit in periculum personae. Sed si per accidens ex ea aliquod periculum personale accidat, potest aliter subveniri, scilicet per abstinentiam, vel alia corporalia remedia.

II-II q. 88 a. 11 ad 4

Mimo to nikdo nemůže býti zavázán ke dvěma protilehlým. Ale mnohdy je protilehlé, co zamýšlí přísahající a co zamýšlí ten, jemuž se přísaha dává. Tedy přísaha nemůže býti vždy závazná.

Avšak proti jest, co se praví Mat. 5: "Splniš Pánu přísahy své."

Odpovídám: Musí se říci, že závaznost se vztahuje na něco, co jest vykonati nebo opominouti. Pročež se nezdá přihlížeti ku přísaze tvrdící, která je o přítomném nebo minulém, ani také ku přísaze o těch, která mají nastati skrze jiné příčiny, jako kdyby někdo přísahaje tvrdil, že zítra bude déšť, nýbrž jen v těch, která mají nastati skrze toho, kdo přísahá. Jako pak přísaha tvrdící, která jest o minulém nebo přítomném, musí míti pravdu, tak také i přísaha o těch, která my máme učiniti v budoucnu. A proto obojí přísaha má jakousi závaznost, avšak různě. Neboť v přísaze, která jest o minulém nebo přítomném, závaznost není ohledně věci, která již byla nebo je, nýbrž ohledně samého úkonu přísahy, aby totiž odpřísáhl to, co je již pravdou, nebo bylo. Ale v přísaze, která se poskytuje o těch, která se mají nastati od nás, připadá závaznost naopak na věc, kterou někdo potvrdil přísahou. Je totiž každý povinen učiniti, aby bylo pravdivým to co přísahal. Jinak chybí přísaze pravda.

Jestliže však je věc taková, že nebyla v jeho moci, chybí přísaze soud obezřetnosti; leč snad, co mu bylo možné, když přísahal, stalo se mu nemožným nějakou příhodou; jako když někdo přísahal, že zaplatí peníze, a pak mu byly násilím nebo krádeží odňaty. Tehdy totiž se zdá omluven od vykonání toho, co přísahal, ač je povinen vykonati, co na něm jest, jak i shora o závaznosti slibu jsme řekli.

Jestli však je sice možné učiniti, ale státi se nesmí, buď že je o sobě zlem, nebo že překáží dobru, tehdy přísaze chybí spravedlnost. A proto přísahu nelze zachovati v tom případě, když je hříchem nebo překážkou dobru; podle obojího z nich totiž "zvrátí se v horší výsledek".

Tak tedy se musí říci, že kdokoliv přísahá, že něco vykoná, je zavázán to vykonati, aby se naplnila pravda; jestli totiž jsou tu i druzí dva průvodci, totiž soud a spravedlnost.

K prvnímu se tedy musí říci, že jinak jest u jednoduchého slova a jinak u přísahy, v níž se žádá Boží svědectví. Stačí totiž ku pravdivosti slova, aby někdo řekl to, co si umiňuje vykonati, protože to jest již pravdou ve své příčině, totiž v předsevzetí činitelově. Ale přísahy se nesmí užívati, leč ve věci, o které je někdo pevně jistý. A

Praeterea, virtus non est virtuti contraria, ut dicitur in praedicamentis. Sed iuramentum est actus virtutis, ut dictum est. Quandoque autem esset contra virtutem, aut in aliquod eius impedimentum, si quis servaret id quod iuravit, sicut cum aliquis iurat se facere aliquod peccatum, vel cum iurat desistere ab aliquo opere virtutis. Ergo iuramentum non semper est obligatorium.

II-II q. 89 a. 7 arg. 3

Praeterea, quandoque aliquis invitus compellitur ad hoc quod sub iuramento aliquid promittat. Sed *tales a iuramenti nexibus sunt per Romanos pontifices absoluti*, ut habetur extra, de iureiurando, cap. verum in ea quaestione et cetera. Ergo iuramentum non semper est obligatorium.

II-II q. 89 a. 7 arg. 4

Praeterea, nullus potest obligari ad duo opposita. Sed quandoque oppositum est quod intendit iurans, et quod intendit ille cui iuramentum praestatur. Ergo iuramentum non potest semper esse obligatorium.

II-II q. 89 a. 7 s. c.

Sed contra est quod dicitur Matth. V, *reddes domino iuramenta tua*.

II-II q. 89 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod obligatio refertur ad aliquid quod est faciendum vel dimittendum. Unde non videtur respicere iuramentum assertorium, quod est de praesenti vel de praeterito; neque etiam iuramentum de his quae sunt per alias causas fienda, sicut si quis iuramento assereret quod cras pluvia esset futura; sed solum in his quae sunt fienda per illum qui iurat. Sicut autem iuramentum assertorium, quod est de praeterito vel de praesenti, debet habere veritatem, ita etiam et iuramentum de his quae sunt fienda a nobis in futurum. Et ideo utrumque iuramentum habet quandam obligationem, diversimode tamen. Quia in iuramento quod est de praeterito vel praesenti, obligatio est non respectu rei quae iam fuit vel est, sed respectu ipsius actus iurandi, ut scilicet iuret id quod iam verum est vel fuit. Sed in iuramento quod praestatur de his quae sunt fienda a nobis, obligatio cadit e converso super rem quam aliquis iuramento firmavit. Tenetur enim aliquis ut faciat verum esse id quod iuravit, alioquin deest veritas iuramento. Si autem est talis res quae in eius potestate non fuit, deest iuramento discretionis iudicium, nisi forte quod erat ei possibile quando iuravit, ei reddatur impossibile per aliquem eventum; puta cum aliquis iuravit se pecuniam soluturum, quae ei postmodum vi vel furto subtrahitur. Tunc enim videtur excusatus esse a faciendo quod iuravit, licet teneatur facere quod in se est, sicut etiam supra circa obligationem voti diximus. Si vero sit quidem possibile fieri, sed fieri non debeat, vel quia est per se malum, vel quia est boni impeditivum, tunc iuramento deest iustitia. Et ideo iuramentum non est servandum in eo casu quo est peccatum vel boni impeditivum, secundum enim utrumque horum vergit in deteriorem exitum. Sic ergo dicendum est quod quicumque iurat aliquid se facturum, obligatur ad id faciendum, ad hoc quod veritas impleatur, si tamen alii duo comites adsint, scilicet iudicium et iustitia.

II-II q. 89 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod aliud est de simplici verbo, aliud de iuramento, in quo divinum testimonium imploratur. Sufficit enim ad veritatem verbi quod aliquis dicat id quod proponit se facturum, quia hoc iam verum est proto, užívá- li se přísahy z úcty k Božímu svědectví, které se vyzývá, je vázán člověk učiniti podle své možnosti, aby bylo pravdou to, co přísahal; leč by se zvrátilo v horší výsledek, jak bylo řečeno.

K druhému se musí říci, že přísaha se může zvrátiti v horší výsledek dvojmo. Jedním způsobem, protože od samého počátku má horší výsledek. Buď že je o sobě zlem, jako když někdo přísahá, že spáchá cizoložství. Nebo že překáží většímu dobru, jako když někdo přísahá, že nevstoupí do řehole nebo, že se nestane duchovním nebo, že nepřijme představenství v případě, kdy je třeba, aby je přijal, nebo je-li co takového. Taková totiž přísaha je od počátku nedovolená, avšak odlišně. Neboť přísahá-li někdo, že učiní nějaký hřích, hřeší i přísaháním i hřeší zachováváním přísahy. Jestliže však někdo přísahá, že neučiní nějaké lepší dobro, které však není povinen učiniti, hřeší sice přísaháním, pokud klade překážku Duchu Svatému, jenž vnuká dobrá předsevzetí; nehřeší však zachováváním přísahy, nýbrž mnohem lépe činí, nezachová-li.

Jiným způsobem se zvrátí v horší výsledek pro něco, co se vynořilo nově, co nebylo předvídáno, jak je patrné v přísaze Herodově, jenž přísahal že dá tančící dívce, oč požádá. Tato přísaha totiž mohla býti od počátku dovolená, při rozumění náležité podmínky, totiž, bude-li žádati, co je slušno dáti; ale splnění přísahy bylo nedovolené. Proto Ambrož praví, v I. O povinnostech: , Je někdy proti povinnosti, splniti slíbené přísahou: jako Herodes, jenž povolil zavraždění Jana, aby neodepřel slíbené."

K třetímu se musí říci, že v přísaze, kterou někdo koná donucen, je dvojí závaznost. A to, jedna, kterou je zavázán člověku, kterému něco slibuje. A taková závaznost zaniká donucením, protože ten, kdo uvalil násilí, zasluhuje toho, aby mu slib nebyl zachován.

Jiná pak je závaznost, kterou se někdo zavázán Bohu, aby splnil, co při jeho jménu slíbil. A taková závaznost nezaniká na soudu svědomí, protože spíše musí nésti časnou škodu, než porušiti přísahu. Může však na soudu žádati, co zaplatil, nebo udati představenému, přes to, že přísahal opak; proto že taková přísaha by se zvrátila v horší výsledek, ježto by byla proti veřejné spravedlnosti. - Římští Velekněží však rozvázali lidi od takových přísah, ne jakožto rozhodujíce že takové přísahy nejsou závazné, nýbrž jakožto ze spravedlivé příčiny takové závazky uvolňujíce.

Ke čtvrtému se musí říci, že když není týž úmysl přísahajícího a toho, komu přísahá, pochází-li to ze lsti přísahajícího, jest zachovati přísahu podle zdravého rozumění toho, jemuž vykonal přísahu. Proto praví Isidor: "Ať kdo přísahá jakýmkoliv uměním slov, přece Bůh, jenž je svědkem svědomí, tak to béře, jak rozumí ten, jemuž se přísahá." A že se to rozumí o lstivé přísaze, je patrné z toho, co se dodává: "Dvojnásobně je vinen, kdo i jméno Boží bere nadarmo, i bližního jímá lstí." Jestliže však přísahající neužívá lsti, je vázán podle úmyslu přísahajícího. Pročež praví Řehoř, v XXVI. Moral.: "Lidské uši tak posuzují naše slova, jak navenek znějí; božské však soudy slyší navenek taková, jaká jsou v nitru pronášena."

in sua causa, scilicet in proposito facientis. Sed iuramentum adhiberi non debet nisi in re de qua aliquis firmiter certus est. Et ideo si iuramentum adhibeatur, propter reverentiam divini testimonii quod invocatur, obligatur homo ut faciat esse verum id quod iuravit, secundum suam possibilitatem, nisi in deteriorem exitum vergat, ut dictum est.

II-II q. 89 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod iuramentum potest vergere in deteriorem exitum dupliciter. Uno modo, quia ab ipso principio habet peiorem exitum. Vel quia est secundum se malum, sicut cum aliquis iurat se adulterium patraturum. Sive quia est maioris boni impeditivum, puta cum aliquis iurat se non intraturum religionem, vel quod non fiet clericus, aut quod non accipiet praelationem in casu in quo expedit eum accipere, vel si quid aliud est huiusmodi. Huiusmodi enim iuramentum a principio est illicitum, differenter tamen. Quia si quis iuret se facturum aliquod peccatum, et peccat iurando, et peccat iuramentum servando. Si quis autem iurat se non facturum aliquod melius bonum, quod tamen facere non tenetur, peccat quidem iurando, inquantum ponit obicem spiritui sancto, qui est boni propositi inspirator, non tamen peccat iuramentum servando, sed multo melius facit si non servet. Alio modo vergit in deteriorem exitum propter aliquid quod de novo emerserat, quod fuit impraemeditatum, sicut patet in iuramento Herodis, qui iuravit puellae saltanti se daturum quod petisset. Hoc enim iuramentum poterat esse a principio licitum, intellecta debita conditione, scilicet si peteret quod dare deceret, sed impletio iuramenti fuit illicita. Unde Ambrosius dicit, in I de officiis, *est contra officium nonnunquam promissum solvere sacramentum, sicut Herodes, qui necem Ioannis praestavit ne promissum negaret*.

II-II q. 89 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod in iuramento quod quis coactus facit, duplex est obligatio. Una quidem qua obligatur homini cui aliquid promittit. Et talis obligatio tollitur per coactionem, quia ille qui vim intulit hoc meretur, ut ei promissum non servetur. Alia autem est obligatio qua quis Deo obligatur ut impleat quod per nomen eius promisit. Et talis obligatio non tollitur in foro conscientiae, quia magis debet damnum temporale sustinere quam iuramentum violare. Potest tamen repetere in iudicio quod solvit, vel praelato denuntiare, non obstante si contrarium iuravit, quia tale iuramentum vergeret in deteriorem exitum, esset enim contra iustitiam publicam. Romani autem pontifices ab huiusmodi iuramentis homines absolverunt non quasi decernentes huiusmodi iuramenta non esse obligatoria, sed quasi huiusmodi obligationes ex iusta causa relaxantes.

II-II q. 89 a. 7 ad 4

Ad quartum dicendum quod quando non est eadem iurantis intentio et eius cui iurat, si hoc provenit ex dolo iurantis, debet iuramentum servari secundum sanum intellectum eius cui iuramentum praestatur. Unde Isidorus dicit, *quacumque arte verborum quis iuret, Deus tamen, qui conscientiae testis est, ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intelligit*. Et quod hoc intelligatur de doloso iuramento, patet per id quod subditur, dupliciter reus fit *qui et nomen Dei in vanum assumit, et proximum dolo capit*. Si autem iurans dolum non adhibeat, obligatur secundum intentionem iurantis. Unde Gregorius dicit, XXVI Moral., *humanae aures talia verba nostra iudicant qualia foris sonant, divina vero iudicia talia foris audiunt qualia ex intimis proferuntur*.

LXXXIX.8. Zda je větší závaznost přísahy než slibu.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že větší je závaznost přísahy než slibu. Slib je totiž jednoduché přislíbení. Ale přísaha mimo přislíbení užívá božského svědectví. Tedy větší je závaznost přísahy než slibu.

Mimo to slabší je obvykle dotvrzováno silnějším. Ale slib bývá leckdy dotvrzován přísahou. Tedy přísaha je silnější než slib.

Mimo to závaznost slibu má příčinou rozvážení ducha, jak bylo shora řečeno. Závaznost však přísahy má příčinou Boží pravdou, jejíž svědectví se vyzývá. Ježto tedy Boží pravda přesahuje lidské rozvažování, zdá se, že závaznost přísahy je silnější než závaznost slibu.

Avšak proti, slibem se někdo zavazuje Bohu, přísahou však leckdy se zavazuje někdo člověku. Více však je zavázán člověk Bohu než člověku. Tedy větší je závaznost slibu než přísahy.

Odpovídám: Musí se říci, že obojí závaznost, totiž slibu a přísahy, má příčinu v něčem božském, jinak však a jinak. Neboť závaznost slibu má příčinu ve věrnosti, kterou dlužíme Bohu, abychom totiž jemu slíbené splnili. Závaznost však přísahy má příčinu v úctě, kterou jemu dlužíme, z níž jsme povinni učiniti pravdou to, co při jeho jménu přislibujeme. Každá pak nevěrnost obsahuje neúctu, ale nikoliv naopak; zdá se totiž největší neúctou nevěrnost poddaného vůči pánu. A proto slib ze svého pojmu je závaznější než přísaha.

K prvnímu se tedy musí říci, že slib je přislíbení ne jakékoli, nýbrž učiněné Bohu, jemuž býti nevěrným je nejtěžší.

K druhému se musí říci, že přísaha se nepřidává slibu, jako něco silnějšího, nýbrž aby "skrze dvě nehybné věci" bylo užito větší pevnosti.

K třetímu se musí říci, že rozvážení ducha dává pevnost slibu, pokud je se strany slibujícího; má však větší příčinu pevnosti se strany Boha, jemuž se podává slib.

LXXXIX.9. Zda může někdo prominouti přísahu.

Při deváté se postupuje takto: Zdá se, že nikdo nemůže prominouti přísahu. Jako se totiž pravda vyžaduje ku přísaze tvrdící, která jest o minulém nebo přítomném, tak ku přísaze přislibující, která jest o budoucím. Ale nikdo nemůže dovoliti někomu, aby o přítomných nebo minulých přísahal proti pravdě. Tedy také nemůže nikdo prominouti, aby někdo učinil pravdou to, co s přísahou přislíbil pro budoucnost.

Mimo to přísaha přislibující se uvádí ve prospěch toho,

8. Quae sit major obligatio, utrum juramenti, vel voti.

II-II q. 89 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod maior sit obligatio iuramenti quam voti. Votum enim est simplex promissio. Sed iuramentum supra promissionem adhibet divinum testimonium. Ergo maior est obligatio iuramenti quam voti.

II-II q. 89 a. 8 arg. 2

Praeterea, debilius solet per fortius confirmari. Sed votum interdum confirmatur iuramento. Ergo iuramentum est fortius quam votum.

II-II q. 89 a. 8 arg. 3

Praeterea, obligatio voti causatur ex animi deliberatione, ut supra dictum est. Obligatio autem iuramenti causatur ex divina veritate, cuius testimonium invocatur. Cum ergo veritas Dei excedat deliberationem humanam, videtur quod obligatio iuramenti sit fortior quam obligatio voti.

II-II q. 89 a. 8 s. c.

Sed contra, per votum obligatur aliquis Deo, per iuramentum obligatur interdum homini. Magis autem obligatur homo Deo quam homini. Ergo maior est obligatio voti quam iuramenti.

II-II q. 89 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod utraque obligatio, scilicet voti et iuramenti, causatur ex aliquo divino, aliter tamen et aliter. Nam obligatio voti causatur ex fidelitate quam Deo debemus, ut scilicet ei promissum solvamus. Obligatio autem iuramenti causatur ex reverentia quam debemus ei, ex qua tenemur quod verificemus id quod per nomen eius promittimus. Omnis autem infidelitas irreverentiam continet, sed non convertitur, videtur enim infidelitas subiecti ad dominum esse maxima irreverentia. Et ideo votum ex ratione sua magis est obligatorium quam iuramentum.

II-II q. 89 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod votum est promissio non quaecumque, sed Deo facta, cui infidelem esse gravissimum est.

II-II q. 89 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod iuramentum non adhibetur voto quasi aliquid firmius, sed ut per duas res immobiles maior firmitas adhibeatur.

II-II q. 89 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod deliberatio animi dat firmitatem voto quantum ex parte voventis est. Habet tamen maiorem firmitatis causam ex parte Dei, cui votum offertur.

9. Utrum in juramento possit dispensari.

II-II q. 89 a. 9 arg. 1

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod nullus possit dispensare in iuramento. Sicut enim veritas requiritur ad iuramentum assertorium, quod est de praeterito vel praesenti, ita ad iuramentum promissorium, quod est de futuro. Sed nullus potest cum aliquo dispensare quod de praeteritis vel praesentibus iuret contra veritatem. Ergo etiam nullus potest dispensare quod non faciat aliquis esse verum id quod cum iuramento in futurum promisit.

II-II q. 89 a. 9 arg. 2

komu se děje přislíbení. Ale ten, jak se zdá, nemůže povoliti, protože je to proti Boží úctě. Tedy mnohem méně jiný může při ní promíjeti.

Mimo to slib může prominouti kterýkoliv biskup, vyjma některé sliby, které jsou vyhrazeny pouze papeži, jak jsme měli shora. Tedy, ze stejného důvodu, kdyby přísaha byla prominutelná, kterýkoliv biskup by mohl prominouti. To se však zdá býti proti právům. Nezdá se tedy, že by se mohla přísaha prominouti.

Avšak proti jest, že slib je závaznější než přísaha, jak bylo shora řečeno. Ale slib může býti prominut. Tedy i přísaha.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, nutnost promíjení, jak v zákoně, tak ve slibu, je proto, že to, co o sobě nebo všeobecně uvažováno je užitečné a počestné, podle nějakého zvláštního případu může býti nepočestné a škodlivé takže nemůže spadati ani pod zákon, ani pod slib. Avšak odporuje tomu, čeho dlužno dbáti v přísaze, aby něco bylo nepočestné nebo škodlivé: neboť je-li nepočestné, odporuje spravedlnosti, je-li škodlivé, odporuje soudu. A proto, ze stejného důvodu lze také přísahu prominouti.

K prvnímu se tedy musí říci, že prominutí, které se děje při přísaze, nedosahuje k tomu, aby se něco stalo proti přísaze; to je totiž nemožné, ježto zachování přísahy spadá pod příkaz Boží, který je neprominutelný. Ale tam dosahuje prominutí přísahy, aby to, co spadalo pod přísahu, nespadalo pod přísahu, ježto není náležité látky přísahy, jak jsme řekli shora i o slibu. Látka pak přísahy tvrdící, která je o minulém nebo přítomném, přešla již v jakousi nutnost a stala se nezměnitelnou, a proto se prominutí nevztahuje na látku; nýbrž vztahuje se na sám úkon přísahy; pročež takové prominutí by bylo přímo proti božskému příkazu. Ale látkou přísahy přislibující je něco budoucího, co se může měniti, tak totiž, že v nějakém případě může býti nedovolené nebo škodlivé, a v důsledku býti nenáležitou látkou přísahy. A proto lze prominouti přísahu přislibující, protože takové prominutí přihlíží k látce přísahy a neprotiví se Božímu příkazu o zachování přísahy.

K druhému se musí říci, že člověk může pod přísahou něco druhému přislíbiti dvojmo. Jedním způsobem jako přispívající k jeho užitku, třebas, když slíbí pod přísahou, že mu bude sloužiti, nebo dá peníze. A takového přislíbení může zbaviti ten, komu bylo přislíbení učiněno: myslí se totiž, že mu již splnil přislíbené, když mu učiní podle jeho vůle.

Jiným způsobem přislibuje někdo druhému, co náleží cti Boží nebo užitku jiných, třebas, když někdo pod přísahou přislíbí někomu, že vstoupí do řehole nebo že vykoná nějaký zbožný skutek. A tehdy ten, jemuž se přislibuje, nemůže osvoboditi přislíbivšího, protože přislíbení nebylo učiněno hlavně jemu, nýbrž Bohu; leč by byla snad vložena podmínka, totiž, uzná-li ten, jemuž přislibuje, nebo něco takového.

Praeterea, iuramentum promissorium inducitur ad utilitatem eius cui fit promissio. Sed ille, ut videtur, non potest relaxare, quia est contra divinam reverentiam. Ergo multo minus per aliquem potest super hoc dispensari.

II-II q. 89 a. 9 arg. 3

Praeterea, in voto quilibet episcopus potest dispensare, exceptis quibusdam votis quae soli Papae reservantur, ut supra habitum est. Ergo, pari ratione, in iuramento, si esset dispensabile, quilibet episcopus posset dispensare. Quod tamen videtur esse contra iura. Non ergo videtur quod in iuramento possit dispensari.

II-II q. 89 a. 9 s. c.

Sed contra est quod votum est maioris obligationis quam iuramentum, ut supra dictum est. Sed in voto potest dispensari. Ergo in iuramento.

II-II q. 89 a. 9 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, necessitas dispensationis tam in lege quam in voto est propter hoc quod id quod in se, vel universaliter consideratum, est utile et honestum, secundum aliquem particularem eventum potest esse inhonestum et nocivum, quod non potest cadere nec sub lege nec sub voto. Quod autem aliquid sit inhonestum vel noxium, repugnat his quae debent attendi in iuramento, nam si sit inhonestum, repugnat iustitiae; si sit noxium, repugnat iudicio. Et ideo, pari ratione, etiam in iuramento dispensari potest.

II-II q. 89 a. 9 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod dispensatio quae fit in iuramento non se extendit ad hoc quod aliquid contra iuramentum fiat, hoc enim est impossibile, cum observatio iuramenti cadat sub praecepto divino, quod est indispensabile. Sed ad hoc se extendit dispensatio iuramenti ut id quod sub iuramento cadebat, sub iuramento non cadat, quasi non existens debita materia iuramenti, sicut et de voto supra diximus. Materia autem iuramenti assertorii, quod est de praeterito vel praesenti, in quandam necessitatem iam transiit, et immutabilis facta est, et ideo dispensatio non referretur ad materiam, sed referretur ad ipsum actum iuramenti; unde talis dispensatio directe esset contra praeceptum divinum. Sed materia iuramenti promissorii est aliquid futurum, quod variari potest, ita scilicet quod in aliquo eventu potest esse illicitum vel nocivum, et per consequens non esse debita materia iuramenti. Et ideo dispensari potest in iuramento promissorio, quia talis dispensatio respicit materiam iuramenti, et non contrariatur praecepto divino de iuramenti observatione.

II-II q. 89 a. 9 ad 2

Ad secundum dicendum quod homo potest alteri promittere aliquid sub iuramento dupliciter. Uno modo, quasi pertinens ad utilitatem ipsius, puta si sub iuramento promittat se serviturum ei, vel pecuniam daturum. Et a tali promissione potest absolvere ille cui promissio facta est, intelligitur enim iam ei solvisse promissum quando facit de eo secundum eius voluntatem. Alio modo promittit aliquis alteri quod pertinet ad honorem Dei vel utilitatem aliorum, puta si aliquis iuramento promittat alicui se intraturum religionem, vel aliquod opus pietatis facturum. Et tunc ille cui promittitur non potest absolvere promittentem, quia promissio non est facta ei principaliter, sed Deo, nisi forte sit interposita conditio, scilicet, si illi videbitur cui promittit, vel aliquid aliud tale.

K třetímu se musí říci, že někdy to, co spadá pod přísahu přislibující, zjevně odporuje spravedlnosti: buď že je to hříchem, jako když někdo přisahá, že udělá vraždu; nebo že je překážkou většího dobra, jako když někdo přisahá, že nevstoupí do řehole. A taková přísaha nepotřebuje prominutí; ale v prvním případě je povinen každý takovou přísahu nezachovati, v druhém případě pak je dovoleno i zachovati, i nezachovati, jak bylo shora řečeno.

Někdy pak se přislibuje pod přísahou něco, o čem je pochybnost, zda je dovolené nebo nedovolené, prospěšné či škodlivé, buď jednoduše nebo v některém případě. A v tomto případě může kterýkoliv biskup prominouti.

Někdy pak se pod přísahou přislibuje něco, co je zjevně dovolené a užitečné. A v takové přísaze se nezdá míti místo prominutí, nýbrž zaměnění, naskytuje-li se vykonání něčeho lepšího k obecnému užitku, což se zvláště zdá náležeti moci papežově, jenž má péči o všeobecnou Církev; nebo také naprosté uvolnění, které také všude náleží papeži ve všem, co náleží ke správě církevních věcí, nad nimiž má plnost moci; jako též každému náleží zrušiti přísahu, která byla učiněna od jemu poddaných ohledně těch, která podléhají jeho moci; jako otec může zrušiti přísahu dcery, a muž manželky, jak se praví Num. 30, jak také bylo shora řečeno o slibu.

LXXXIX.10. Zda přísaze překáží nějaká podmínka osoby nebo času.

Při desáté se postupuje takto: Zdá se, že přísaze nepřekáží nějaká podmínka osoby nebo času. Přísaha se totiž uvádí na dotvrzení, jak je patrné z Apoštola, Žid. 6. Ale každému přísluší dotvrditi svůj výrok, a každého času. Tedy se zdá, že přísaze nepřekáží nějaká podmínka osoby nebo času.

Mimo to větší je přísahati při Bohu než při evangeliích; pročež praví Zlatoústý: "Nastane-li nějaký spor, zdá se konati málo, kdo přísahá při Bohu; kdo však přísahá při evangeliu, zdá se, že vykonal něco většího. Těm se musí říci: Pošetili, Písma byla učiněna k vůli Bohu, nikoliv Bůh k vůli Písmům." Ale osoby jakéhokoliv stavu a každé doby obvykle obecným úslovím přisahají při Bohu. Tedy mnohem více jest jim dovoleno přísahati při evangeliích.

Mimo to totéž nemá příčinami protivná, protože protivná mají příčiny protivné. Ale někteří jsou vylučováni z přísahy pro nedostatek osoby: jako děti před čtrnáctým rokem, a také ti, kteří byli jednou křivopřísežníky. Nezdá se tedy, že se brání některým přísahati buď pro hodnotu, jako duchovním, nebo také pro slavnostnost doby.

Mimo to žádný člověk, žijící na tomto světě, není takové hodnoty, jako andělé; praví se totiž Mat. 11, že "kdo je menší v království nebeském, větší jest než on, totiž Jan Křtitel, žijící dotud na světě. Ale andělu přísluší přísahati; praví se totiž Zjev. 10, že "anděl přísahal při žijícím na věky věkův". Tedy žádný člověk pro hodnotu nesmí býti omluven od přísahy.

II-II q. 89 a. 9 ad 3

Ad tertium dicendum quod quandoque illud quod cadit sub iuramento promissorio est manifeste repugnans iustitiae, vel quia est peccatum, sicut cum aliquis iurat se facturum homicidium; vel quia est maioris boni impeditivum, sicut cum aliquis iurat se non intraturum religionem. Et tale iuramentum dispensatione non indiget, sed in primo casu tenetur aliquis tale iuramentum non servare; in secundo autem casu licitum est et servare et non servare, ut supra dictum est. Quandoque vero aliquid sub iuramento promittitur de quo dubium est utrum sit licitum vel illicitum, proficuum vel nocivum, aut simpliciter aut in aliquo casu. Et in hoc potest quilibet episcopus dispensare quandoque vero sub iuramento promittitur aliquid quod est manifeste licitum et utile. Et in tali iuramento non videtur habere locum dispensatio, sed commutatio, si aliquid melius faciendum occurrat ad communem utilitatem, quod maxime videtur pertinere ad potestatem Papae, qui habet curam universalis Ecclesiae; vel etiam absoluta relaxatio, quod etiam ad Papam pertinet, in omnibus generaliter quae ad dispensationem rerum ecclesiasticarum pertinent, super quas habet plenitudinem potestatis; sicut et ad unumquemque pertinet irritare iuramentum quod a sibi subditis factum est circa ea quae eius potestati subduntur; sicut pater potest irritare iuramentum puellae et vir uxoris, ut dicitur Num. XXX, sicut et supra de voto dictum est.

10. Quibus, et quando liceat jurare.

II-II q. 89 a. 10 arg. 1

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod iuramentum non impediatur per aliquam conditionem personae vel temporis. Iuramentum enim ad confirmationem inducitur, ut patet per apostolum, ad Heb. VI. Sed cuilibet convenit confirmare dictum suum, et quolibet tempore. Ergo videtur quod iuramentum non impediatur propter aliquam conditionem personae vel temporis.

II-II q. 89 a. 10 arg. 2

Praeterea, maius est iurare per Deum quam per Evangelia, unde Chrysostomus dicit, *si aliqua causa fuerit, modicum videtur facere qui iurat per Deum, qui autem iurat per Evangelium, maius aliquid fecisse videtur. Quibus dicendum est, stulti, Scripturae propter Deum factae sunt, non Deus propter Scripturas*. Sed cuiuslibet conditionis personae, et quolibet tempore, in communi locutione consueverunt iurare per Deum. Ergo multo magis licitum est eis iurare per Evangelia.

II-II q. 89 a. 10 arg. 3

Praeterea, idem non causatur ex contrariis causis, quia contrariae causae sunt contrariorum. Sed aliqui excluduntur a iuramento propter defectum personae, sicut pueri ante quatuordecim annos, et etiam illi qui semel fuerunt periuri. Non ergo videtur quod aliqui prohibeantur iurare vel propter dignitatem, sicut clerici; aut etiam propter temporis solemnitatem.

II-II q. 89 a. 10 arg. 4

Praeterea, nullus homo vivens in hoc mundo est tantae dignitatis sicut Angeli, dicitur enim Matth. XI quod *qui minor est in regno caelorum maior est illo*, scilicet Ioanne Baptista adhuc in mundo vivente. Sed Angelo convenit iurare, dicitur enim Apoc. X quod *Angelus iuravit per viventem in saecula saeculorum*. Ergo nullus homo propter

Avšak proti jest, co máme II. ot. 5.: "Kněz místo přísahy budiž tázán při svatém posvěcení." A ve XXII. ot. 5. se praví: "Nikdo z církevního řádu se neopovažuj kterémukoliv laikovi cokoliv přisahati na svatá evangelia."

Odpovídám: Musí se říci, že v přísaze jest uvážiti dvojí. A to, jedno se strany Boha, jehož svědectví se uvádí. A vzhledem k tomu náleží přísaze největší úcta. A proto jsou z přísahy vylučovány děti před lety dospělosti, které se nenutí k přísaze, protože ještě nemají dokonalé užívání rozumu, aby mohli s náležitou úctou vykonati přísahu; a také křivopřísežníci, kteří nejsou k přísaze připouštěni, protože z provinění se předpokládá, že neprokáží přísaze povinnou úctu. A proto také, aby se přísaze prokazovala povinná úcta, praví se XXII. ot. 5.: "Sluší se, aby ten, kdo se odvází ve svatých záležitostech přisahati, učinil to lačný, se vší počestností a bázní Boží."

Jiné pak jest uvážiti se strany člověka, jehož řeč se dotvrzuje přísahou. Nepotřebuje totiž řeč člověka dotvrzení, leč že se o něm pochybuje. To však ujímá hodnotě osoby, že se pochybuje o pravdivosti toho, co říká. A proto osobám veliké hodnoty nepřísluší přisahati. Proto se praví II, ot. 5. hlava. Jestliže některý kněz, že "kněží z lehkého důvodu nemají přisahati. Avšak při nějaké nutnosti nebo veliké užitečnosti jest jim dovoleno přisahati, a zvláště za duchovními záležitostmi." - Při těch také náleží konati přísahy ve slavné dny, ve které se mají pěstovati duchovní věci; nemají se však tehdy konati přísahy ve věcech časných, leč snad z velké nutnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že někteří jsou, kteří nemohou svůj výrok dotvrditi pro svůj nedostatek; a jsou někteří, jejichž výrok musí býti tak jistý, že nepotřebuje dotvrzení.

K druhému se musí říci, že přísaha, uvažována o sobě, tím je světější a více zavazuje čím větší je to, při čem se přisahá, jak praví Augustin, Publikolovi. A podle toho více je přisahati při Bohu než při evangeliích. Ale může býti naopak pro způsob přísahy, jako když přísaha, která se koná při evangeliích, děje se s jistým rozvážením a slavnostně, přísaha však, která se koná při Bohu, děje se všedně a bez rozvážení.

K třetímu se musí říci, že nic nebrání, aby bylo něco odňato příčinami protivnými na způsob nadbytku nebo nedostatku. A tím způsobem se brání některým přísahati, protože mají přílišnou vážnost, než aby se služela jejich přísaha; některým pak, protože mají příliš malou vážnost, než aby se dbalo jejich přísahy.

Ke čtvrtému se musí říci, že přísaha andělova se uvádí nikoliv pro jeho nedostatek, jakoby se jeho jednoduchému výroku nevěřilo, nýbrž aby se ukázalo, že to, co se praví, pochází z neomylného rozhodnutí Božího. Jako se také v Písmech někdy uvádí Bůh přísahající, aby se ukázala nepohnutelnost toho, co se praví, jak praví

dignitatem debet excusari a iuramento.

II-II q. 89 a. 10 s. c.

Sed contra est quod habetur II, qu. V, *presbyter, vice iuramenti, per sanctam consecrationem interrogetur*. Et XXII, qu. V, dicitur, *nullus ex ecclesiastico ordine cuiquam laico quidquam super sancta Evangelia iurare praesumat*.

II-II q. 89 a. 10 co.

Respondeo dicendum quod in iuramento duo sunt consideranda. Unum quidem ex parte Dei, cuius testimonium inducitur. Et quantum ad hoc, debetur iuramento maxima reverentia. Et propter hoc a iuramento excluduntur et pueri ante annos pubertatis, qui non coguntur ad iurandum, quia nondum habent perfectum usum rationis, quo possint cum reverentia debita iuramentum praestare, et iterum periuri, qui ad iuramentum non admittuntur, quia ex retroactis praesumitur quod debitam reverentiam iuramento non exhibebunt. Et propter hoc etiam, ut iuramento debita reverentia exhibeatur, dicitur XXII, qu. V, *honestum est ut qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honestate et timore Dei*. Aliud autem est considerandum ex parte hominis, cuius dictum iuramento confirmatur. Non enim indiget dictum hominis confirmatione nisi quia de eo dubitatur. Hoc autem derogat dignitati personae, ut dubitetur de veritate eorum quae dicit. Et ideo personis magnae dignitatis non convenit iurare. Propter quod dicitur II, qu. V, cap. si quis presbyter, quod *sacerdotes ex levi causa iurare non debent*. Tamen pro aliqua necessitate, vel magna utilitate, licitum est eis iurare, et praecipue pro spiritualibus negotiis. Pro quibus etiam iuramenta competit praestare in solemnibus diebus, quibus est spiritualibus rebus vacandum, non autem tunc sunt iuramenta praestanda pro rebus temporalibus, nisi forte ex magna necessitate.

II-II q. 89 a. 10 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod quidam sunt qui dictum suum confirmare non possunt propter eorum defectum, et quidam sunt quorum dictum adeo debet esse certum quod confirmatione non egeat.

II-II q. 89 a. 10 ad 2

Ad secundum dicendum quod iuramentum, secundum se consideratum, tanto sanctius est et magis obligat quanto maius est id per quod iuratur, ut Augustinus dicit, ad Publicolam. Et secundum hoc, maius est iurare per Deum quam per Evangelia. Sed potest esse e converso propter modum iurandi, utpote si iuramentum quod fit per Evangelia, fiat cum quadam deliberatione et solemnitate; iuramentum autem quod fit per Deum, fiat leviter et absque deliberatione.

II-II q. 89 a. 10 ad 3

Ad tertium dicendum quod nihil prohibet aliquid tolli ex contrariis causis per modum superabundantiae et defectus. Et hoc modo aliqui impediuntur a iuramento quia sunt maioris auctoritatis quam quod eos iurare deceat, aliqui vero quia sunt minoris auctoritatis quam quod eorum iuramento stetur.

II-II q. 89 a. 10 ad 4

Ad quartum dicendum quod iuramentum Angeli inducitur non propter defectum ipsius, quasi non sit eius simplici dicto credendum, sed ad ostendendum id quod dicitur ex infallibili Dei dispositione procedere. Sicut etiam et Deus aliquando in Scripturis iurans inducitur, ad ostendendum

Apoštol, Žid. 6.

XC. O braní jména Božího na způsob zapřisahání.

Předmluva

Dělí se na tři články.

Pak jest uvažovati o braní jména Božího na způsob zapřisahání.

A o tom jsou tři otázky:

1. Zda je dovoleno zapřisahati lidi.

2. Zda je dovoleno zapřisahati démony.

3. Zda je dovoleno zapřisahati nerozumové tvory.

XC.1. Zda je dovoleno zapřisahati lidi.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že není dovoleno zapřisahati člověka. Praví totiž Origenes, K Mat.: "Myslím, že muž, jenž chce žíti podle evangelia, nemá zapřisahati druhého. Jestliže totiž není dovoleno přísahati, vzhledem k evangelijnímu přikázání Kristovu, je známo, že ani zapřisahati druhého není dovoleno. Proto je zjevné, že Velekněz nedovoleně zapřisahal Ježíše při živém Bohu."

Mimo to, kdokoliv někoho zapřisahá, jakýmsi způsobem ho nutí. Ale není dovoleno nechtějícího druhého nutiti. Tedy se zdá, že není ani dovoleno někoho zapřisahati.

Mimo to zapřisahati je někoho vésti za přísahou. Ale vésti někoho za přísahou náleží představeným, kteří ukládají nižším přísahy. Tedy nižší nemohou zapřisahati své představené.

Avšak proti jest, že i Boha zapřisháme, skrze nějaké posvátné věci jej vzývajíce. Také Apoštol vyzývá věřící skrze milosrdenství Boží, jak je patrné z Řím. 12., což se zdá náležeti k jakémusi zapřisahání. Tedy je dovoleno jiné zapřisahati.

Odpovídám: Musí se říci, že ten, kdo přísahá přísahou přislibující, skrze úctu k Božímu jménu a uvádí ji na dotvrzení svého přislíbení, zavazuje se vykonati to, co přislibuje, což jest sebe nepohnutelně zařiditi k vykonání něčeho. Jako však může člověk sebe zařiditi k vykonání něčeho, tak také jiné: a to, vyšší prosbou, nižší pak rozkazem, jak je patrné ze shora řečeného. Když se tedy obojí zařízení dotvrzuje něčím božským, je to zapřisahání. Avšak liší se v tom, že člověk je pánem svých skutků, není však pánem těch, která mají býti vykonána od jiného. A proto sám sobě může uložiti nutnost vzýváním Božího jména; nemůže však tuto nutnost uložiti jiným, leč poddaným, které může nutiti z povinnosti vykonané přísahy. Jestliže tedy někdo vzýváním Božího jména nebo kterékoli svaté věci někomu sobě nepoddanému zamýšlí zapřisháním uložiti nutnost něco vykonati, jako ukládá sám sobě přísaháním, takové zapřisahání je nedovolené; neboť uchvacuje moc nad druhým, které nemá. Avšak pro nějakou nutnost nadřízení mohou své podřízené takovým způsobem zapřisahání zavázati. Jestliže však pouze zamýšlí skrze úctu k Božímu jménu nebo nějaké posvátné věci něčeho

immobilitatem eius quod dicitur, sicut apostolus dicit, ad Heb. VI.

90. De adjuratione, per quam assumitur nomen Divinum.

Prooemium

II-II q. 90 pr.

Deinde considerandum est de assumptione divini nominis per modum adiurationis. Et circa hoc quaeruntur tria. Primo, utrum liceat adiurare homines. Secundo, utrum liceat adiurare Daemones. Tertio, utrum liceat adiurare irrationales creaturas.

1. Utrum liceat adjurare homines.

II-II q. 90 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non liceat hominem adiurare. Dicit enim Origenes, super Matth., *aestimo quoniam non oportet ut vir qui vult secundum Evangelium vivere, adiuret alterum. Si enim iurare non licet, quantum ad evangelicum Christi mandatum, notum est quia nec adiurare alterum licet. Propterea manifestum est quoniam princeps sacerdotum Iesum illicite adiuravit per Deum vivum*.

II-II q. 90 a. 1 arg. 2

Praeterea, quicumque adiurat aliquem, quodammodo ipsum compellit. Sed non licet alium invitum cogere. Ergo videtur quod nec liceat aliquem adiurare.

II-II q. 90 a. 1 arg. 3

Praeterea, adiurare est aliquem ad iurandum inducere. Sed inducere aliquem ad iurandum est superiorum, qui inferioribus iuramenta imponunt. Ergo inferiores superiores suos non possunt adiurare.

II-II q. 90 a. 1 s. c.

Sed contra est quod etiam Deum obsecramus per aliqua sacra eum obtestantes. Apostolus etiam fideles obsecrat per misericordia Dei, ut patet Rom. XII, quod videtur ad quandam adiurationem pertinere. Ergo licitum est alios adiurare.

II-II q. 90 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod ille qui iurat iuramento promissorio, per reverentiam divini nominis, quod ad confirmationem suae promissionis inducit, seipsum obligat ad faciendum quod promittit, quod est seipsum immobiliter ordinare ad aliquid agendum. Sicut autem homo seipsum ordinare potest ad aliquid agendum, ita etiam et alios, superiores quidem deprecando, inferiores autem imperando, ut ex supradictis patet. Cum igitur utraque ordinatio per aliquod divinum confirmatur, est adiuratio. In hoc tamen differt, quod homo est suorum actuum dominus, non autem est dominus eorum quae sunt ab alio agenda. Et ideo sibi ipsi potest necessitatem imponere per divini nominis invocationem, non autem hanc necessitatem potest aliis imponere, nisi subditis, quos potest ex debito praestiti iuramenti compellere. Si igitur aliquis per invocationem divini nominis, vel cuiuscumque rei sacrae, alicui non sibi subdito adiurando necessitatem agendi aliquid imponere intendat, sicut imponit sibi ipsi iurando, talis adiuratio illicita est, quia usurpat potestatem in alium quam non habet. Tamen propter aliquam necessitatem superiores suos

od jiného dosáhnouti bez ukládání nezbytnosti, takové zapřisahání je dovolené vůči komukoliv.

K prvnímu se tedy musí říci, že Origenes mluví o zapřisahání, kterým někdo někomu zamýšlí uložiti nutnost, jako ukládá sám sobě přísaháním; tak totiž se Velekněz opovážil zapřisahati Pána Ježíše Krista.

K druhému se musí říci, že onen důvod platí o zapřisahání, které ukládá nutnost.

K třetímu se musí říci, že zapřisahati není někoho vésti za přísahou, nýbrž skrze něco podobného přísaze, kterou sám koná, jiného vyzývati k vykonání něčeho. Zapřisahání však užíváme jinak u člověka a jinak u Boha. Neboť zapřisaháním zamýšlíme změniti vůli člověka skrze úctu k posvátné věci; to však nezamýšlíme u Boha, jehož vůle je nezměnitelná; že však od Boha skrze jeho věčnou vůli něco obdržíme, není z našich zásluh, nýbrž z jeho dobroty.

XC.2. Zda je dovoleno zapřisahati démony.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že není dovoleno zapřisahati démony. Praví totiž Origenes, K Mat.: "Není dle moci, dané od Spasitele, zapřisahati démony, neboť je to židovské." Nesmíme však následovati obřadů Židů, nýbrž spíše užívati moci, dané od Krista. Tedy není dovoleno zapřisahati démony.

Mimo to mnozí černokněžníci zařikáváními vzývají démony skrze něco božského, což jest zapřisahati. Je-li tudíž dovoleno zapřisahati démony, je dovoleno užívat černokněžnických zaříkávání, což je patrně nesprávné. Tedy i první.

Mimo to, kdokoliv někoho zapřisahá, tím již činí s ním nějaké společenství. Ale není dovoleno činiti společenství s démony, podle onoho I. Kor. 10.: "Nechci, abyste byli společníky démonů." Tedy není dovoleno zapřisahati démony.

Avšak proti jest, co se praví Marka posl.: "Ve jménu mém budou vymítati démony." Ale to jest zapřisahati, přiváděti jiného ke konání něčeho pro jméno Boží. Tedy je dovoleno zapřisahati démony.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, je dvojí způsob zapřisahání: a to, jeden na způsob prošení nebo přivedení pro úctu k něčemu posvátnému; jiný pak na způsob nucení. Prvním pak způsobem není dovoleno zapřisahati démony, protože onen způsob zapřisahání zdá se náležeti jakési blahovolnosti nebo přátelství, kterého nelze užívati vůči démonům. - Druhého pak způsobu zaříkávání, který je nucením, je nám dovoleno k něčemu užívati, a k něčemu není dovoleno. Démoni totiž na dobu tohoto života dělají naše protivníky: jejich však skutky nepodléhají našemu rozhodování, nýbrž rozhodování Božímu a svatých andělů; neboť, jak praví Augustin, ve

inferiores tali genere adiurationis constringere possunt. Si vero intendat solummodo per reverentiam divini nominis, vel alicuius rei sacrae, aliquid ab alio obtinere absque necessitatis impositione, talis adiuratio licita est respectu quorumlibet.

II-II q. 90 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Origenes loquitur de adiuratione qua aliquis alicui necessitatem imponere intendit, sicut imponit sibi ipsi iurando, sic enim princeps sacerdotum praesumpsit dominum Iesum Christum adiurare.

II-II q. 90 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod illa ratio procedit de adiuratione quae necessitatem imponit.

II-II q. 90 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod adiurare non est aliquem ad iurandum inducere, sed per quandam similitudinem iuramenti a se inducti, alium ad aliquid agendum provocare. Aliter tamen adiuratione utimur ad hominem, et aliter ad Deum. Nam adiurando hominis voluntatem per reverentiam rei sacrae immutare intendimus, quod quidem non intendimus circa Deum, cuius voluntas est immutabilis; sed quod a Deo per aeternam eius voluntatem aliquid obtineamus, non est ex meritis nostris, sed ex eius bonitate.

2. Utrum liceat adjurare daemones.

II-II q. 90 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non liceat Daemones adiurare. Dicit enim Origenes, super Matth., *non est secundum potestatem datam a salvatore adiurare Daemonia, Iudaicum enim est hoc*. Non autem debemus Iudaeorum ritus imitari, sed potius uti potestate a Christo data. Ergo non est licitum Daemones adiurare.

II-II q. 90 a. 2 arg. 2

Praeterea, multi nigromanticis incantationibus Daemones per aliquid divinum invocant, quod est adiurare. Si igitur licitum est Daemones adiurare, licitum est nigromanticis incantationibus uti. Quod patet esse falsum. Ergo et primum.

II-II q. 90 a. 2 arg. 3

Praeterea, quicumque adiurat aliquem, ex hoc ipso aliquam societatem cum ipso facit. Sed non licet cum Daemonibus societatem facere, secundum illud I Cor. X, *nolo vos socios fieri Daemoniorum*. Ergo non licet Daemones adiurare.

II-II q. 90 a. 2 s. c.

Sed contra est quod dicitur Marc. ult., *in nomine meo Daemonia eiicient*. Sed inducere alium ad aliquid agendum propter nomen divinum, hoc est adiurare. Ergo licitum est Daemones adiurare.

II-II q. 90 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, duplex est adiurandi modus, unus quidem per modum deprecationis vel inductionis ob reverentiam alicuius sacri; alius autem per modum compulsionis. Primo autem modo non licet Daemones adiurare, quia ille modus adiurandi videtur ad quandam benevolentiam vel amicitiam pertinere, qua non licet ad Daemones uti. Secundo autem adiurationis modo, qui est per compulsionem, licet nobis ad aliquid uti, et ad aliquid non licet. Daemones enim in cursu huius vitae nobis adversarii constituuntur, non autem eorum actus nostrae dispositioni subduntur, sed dispositioni divinae et

III. O Troj.: "Duch zběh je řízen duchem spravedlivým." Můžeme tedy zaháněti démony, jakožto nepřátele, zapřisahajíce skrze moc Božího jména, aby nám neškodili buď duchovně nebo tělesně, podle moci, dané od Krista, podle onoho Luk. 10: "Hle, dal jsem vám moc šlapati po hadech a štírech a po veškeré moci nepřítele, a nic vám neuškodí." Není však dovoleno je zapřisahati, bychom se od nich něčemu naučili, nebo abychom něčeho od nich dosáhli, protože by to znamenalo míti s nimi nějaké společenství; leč by snad z nějakého vnuknutí nebo zjevení Božího někteří svatí na některé účinky užívali činnosti démonů, jak se čte o blaženém Jakubovi, že dal k sobě přivésti Hermogena pomocí démonů.

K prvnímu se tedy musí říci, že Origenes mluví o zapřisahání, které se neděje rozkazem na způsob nucení, nýbrž spíše na způsob jakéhosi blahovolného uprošování.

K druhému se musí říci, že černokněžníci užívají zapřisahání a vyzývání démonů, aby od nich něčeho dosáhli nebo zvěděli; a to je nedovolené, jak bylo řečeno. Proto praví Zlatoústý, Mark. 1, vykládaje ono slovo Páně, které řekl nečistému duchu, 'Umlkni a vyjdi z člověka': "Spasitelné poučení se nám tu dává, abychom nevěřili démonům, jakkoliv ohlašují pravdu."

K třetímu se musí říci, že onen důvod platí o zapřisahání, kterým se žádá pomoc démonů k vykonání nebo poznání něčeho, neboť to se zdá náležeti k jakémusi společenství. Ale když někdo zapřisháním zapuzuje ďábly, to jest od jejich společenství odchází.

XC.3. Zda je dovoleno zapřisahati nerozumového tvora.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že není dovoleno zapřisahati nerozumového tvora. Zapřisahání se totiž děje řečí. Ale nadarmo směřuje řeč k tomu, kdo. nerozumí, jako je nerozumový tvor. Tedy je zbytečné a nedovolené zapřisahati nerozumového tvora.

Mimo to, tomu se zdá náležeti zapřisahání, komu náleží přísahání. Ale přísahání nenáleží nerozumovému tvoru. Tedy se zdá, že vůči němu není dovoleno užívati zapřisahání.

Mimo to je dvojí způsob zapřisahání, jak je patrné ze shora řečeného. A to, jeden na způsob uprošování, kterého nemůžeme užívati vůči nerozumovému tvoru, který není pánem svého skutku. Jiné pak je zapřisahání na způsob nucení, kterého rovněž, jak se zdá, nemůžeme užíti vůči němu, protože my nemáme vlády nad nerozumovými tvory, nýbrž pouze ten, o němž se praví Mat. 8: "Neboť větry a moře ho poslouchají." Tedy žádným způsobem, jak se zdá, není dovoleno užívati zapřisahání vůči nerozumovým tvorům.

Avšak proti jest, že o Šimonu a Judovi se čte, že "zapřisahal i draky a jim přikázali, aby odešli na pusté

sanctorum Angelorum; quia, ut Augustinus dicit, in III de Trin., *spiritus desertor regitur per spiritum iustum*. Possumus ergo Daemones, adiurando, per virtutem divini nominis tanquam inimicos repellere, ne nobis noceant vel spiritualiter vel corporaliter, secundum potestatem datam a Christo, secundum illud Luc. X, *ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et supra omnem virtutem inimici, et nihil vobis nocebit*. Non tamen licitum est eos adiurare ad aliquid ab eis addiscendum, vel etiam ad aliquid per eos obtinendum, quia hoc pertineret ad aliquam societatem cum ipsis habendam, nisi forte ex speciali instinctu vel revelatione divina, aliqui sancti ad aliquos effectus Daemonum operatione utantur; sicut legitur de beato Iacobo quod per Daemones fecit Hermogenem ad se adduci.

II-II q. 90 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Origenes loquitur de adiuratione quae non fit protestative per modum compulsionis, sed magis per modum cuiusdam benevolae deprecationis.

II-II q. 90 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod nigromantici utuntur adiurationibus et invocationibus Daemonum ad aliquid ab eis adipiscendum vel addiscendum, et hoc est illicitum, ut dictum est. Unde Chrysostomus dicit, Marc. I, exponens illud verbum domini, quod spiritui immundo dixit, *obmutesce, et exi de homine, salutiferum hic nobis dogma datur, ne credamus Daemonibus, quantumcumque denuntient veritatem*.

II-II q. 90 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit de adiuratione qua imploratur auxilium Daemonum ad aliquid agendum vel cognoscendum, hoc enim videtur ad quandam societatem pertinere. Sed quod aliquis adiurando Daemones repellat, hoc est ab eorum societate recedere.

3. Utrum liceat adkjurare irrationales creaturas.

II-II q. 90 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod non liceat adiurare irrationalem creaturam. Adiuratio enim fit per locutionem. Sed frustra sermo dirigitur ad eum qui non intelligit, qualis est irrationalis creatura. Ergo vanum est et illicitum irrationalem creaturam adiurare.

II-II q. 90 a. 3 arg. 2

Mimo to, jak praví Zlatoústý, "více je přísahati při Bohu než při evangeliu". Ale nehřeší vždy smrtelně ten, kdo při Bohu odpřísáhne něco nepravdivého: třebas, když ze žertu nebo z přeřeknutí někdo užije takové přísahy v obyčejné řeči. Tedy také, ani když někdo poruší přísahu, Apost. Iacobi, de periurio loquens, videtis *quam ista detestanda sit belua, et de rebus humanis exterminanda*.

II-II q. 98 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, iurare est Deum testem invocare. Pertinet autem ad Dei irreverentiam quod aliquis eum testem invocet falsitatis, quia per hoc dat intelligere vel quod Deus veritatem non cognoscat, vel quod falsitatem testificari velit. Et ideo periurium manifeste est peccatum religioni contrarium, cuius est Deo reverentiam exhibere.

II-II q. 98 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ille qui iurat se facturum aliquod illicitum, iurando incurrit periurium propter defectum iustitiae. Sed si non impleat quod iuravit, in hoc periurium non incurrit, quia hoc non erat tale quid quod sub iuramento cadere posset.

II-II q. 98 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod ille qui iurat se non intraturum religionem, vel non daturum eleemosynam, vel aliquid huiusmodi, iurando periurium incurrit propter defectum iudicii. Et ideo quando facit id quod melius est, non est periurium, sed periurio contrarium, contrarium enim eius quod facit sub iuramento cadere non poterat.

II-II q. 98 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod cum aliquis iurat vel promittit se facturum voluntatem alterius, intelligenda est debita conditio, si scilicet id quod ei mandatur sit licitum et honestum, et portabile sive moderatum.

II-II q. 98 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod quia iuramentum est actio personalis, ille qui de novo fit civis alicuius civitatis, non obligatur quasi iuramento ad servanda illa quae civitas se servaturam iuravit. Tenetur tamen ex quadam fidelitate, ex qua obligatur ut sicut fit socius bonorum civitatis, ita etiam fiat particeps onerum. Canonicus vero qui iurat se servaturum statuta edita in aliquo collegio, non tenetur ex iuramento ad servandum futura, nisi intenderit se obligare ad omnia statuta praeterita et futura tenetur tamen ea servare ex ipsa vi statutorum, quae habent coactivam virtutem, ut ex supradictis patet.

3. Utrum semper sit peccatum mortale.

II-II q. 98 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod non omne periurium sit peccatum mortale. Dicitur enim extra, de iureiurando, *in ea quaestione quae ponitur, an a sacramenti vinculo absolvantur qui illud inviti pro vita et rebus servandis fecerunt, nihil aliud arbitramur quam quod antecessores nostri Romani pontifices arbitrati fuisse noscuntur, qui tales a iuramenti nexibus absolverunt. Ceterum ut agatur consultius, et auferatur materia deierandi, non eis ita expresse dicatur ut iuramenta non servent, sed si non ea attenderint, non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine puniendi*. Non ergo omne periurium est peccatum mortale.

II-II q. 98 a. 3 arg. 2

Praeterea, sicut Chrysostomus dicit, *maius est iurare per Deum quam per Evangelium*. Sed non semper mortaliter peccat ille qui per Deum iurat aliquod falsum, puta si ex ioco, vel ex lapsu linguae, aliquis tali iuramento in

kterou slavnostně při evangeliu přísahá, nebude vždy smrtelný hřích.

Mimo to, dle práv, pro křivou přísahu se někdo stává bezectným, jak máme v VI, ot. 1. hl. Bezectní. Nezdá se však, že pro každou křivou přísahu se někdo stává bezectným, jak se praví o tvrdící přísaze, porušené skrze křivou přísahu. Tedy se zdá, že není každá křivá přísaha smrtelný hřích.

Avšak proti, každý hřích, který odporuje božskému příkazu, je smrtelný hřích. Ale křivá přísaha odporuje božskému příkazu: praví se totiž Levit. 19: "Nebudeš křivě přísahati

ve jménu mém." Tedy je hřích smrtelný.

Odpovídám: Musí se říci, že dle nauky Filosofovy "pro co kterékoli, ono více". Vidíme však, že ta, která, ač o sobě jsou všední hříchy nebo také dobra z rodu, dějí se na pohrdání Bohem, jsou smrtelnými hříchy. Pročež mnohem více cokoliv je, co ze svého pojmu náleží k pohrdání Bohem, je smrtelný hřích. Křivá přísaha však ve svém pojmu obnáší pohrdání Bohem: z toho má totiž ráz viny, jak bylo řečeno, že náleží k zneuctění Boha. Proto je zjevné, že křivá přísaha ze svého rodu je smrtelný hřích.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak bylo shora řečeno. přinucení neodnímá přísaze tvrdící závaznou sílu vůči tomu, co lze dovoleně činiti. A proto, neplní-li někdo, co přísahal nuceně, nicméně dopouští se křivé přísahy a smrtelně hřeší. Může však mocí Nejvyššího Velekněze být zbaven závazku přísahy, zvláště, byl-li přinucen takovým strachem, který může padnouti na muže ustáleného. Co se však praví, že takoví nemají být trestáni jako za smrtelný hřích, to se nepraví proto, že nehřeší smrtelně, nýbrž že se jim ukládá menší trest.

K druhému se musí říci, že ten, kdo žertovně křivě přísahá, nevyhne se zneuctění Boha, nýbrž v něčem je zvětšuje. A proto není omluven od smrtelného hříchu. Ten pak, kdo z přeřeknutí nepravdu přísahá, jestliže zpozoruje, že přísahá a že je nepravdivé, co přísahá, není omluven od smrtelného hříchu, jako ani od pohrdání Bohem. Jestliže to však nezpozoruje, nezdá se míti úmysl přísahati, a proto je omluven od hříchu křivé přísahy. Je však těžší hřích, jestliže kdo slavnostně přísahá při evangeliu, než kdysi přísahá při Bohu při obyčejné řeči: jednak pro pohoršení, jednak pro větší rozvahu; což když je stejné s obou stran, těžší je, jestliže někdo křivě přísahá, při Bohu přísahaje, než když křivě přísahá, přísahaje při evangeliu.

K třetímu se musí říci, že ne pro kterýkoliv smrtelný hřích se stává někdo bezectným samým právem. Pročež nenásleduje, když není bezectný samým právem ten, kdo odpřísáhne nepravdivé přísahu tvrdící, nýbrž jen určujícím rozsudkem, vyneseným proti němu v záležitosti obžaloby, že proto nehřeší smrtelně. Proto však se více považuje za bezectného samým právem, kdo ruší přísahu přislibující, slavnostně učiněnou, že zůstává v jeho moci, když přísahal, aby dal své přísaze pravdu, což se communi sermone utatur. Ergo nec etiam si aliquis frangat iuramentum quod solemniter per Evangelium iurat, semper erit peccatum mortale.

II-II q. 98 a. 3 arg. 3

Praeterea, secundum iura propter periurium aliquis incurrit infamiam, ut habetur VI, qu. I, cap. infames. Non autem videtur quod propter quodlibet periurium aliquis infamiam incurrat, sicut dicitur de assertorio iuramento violato per periurium. Ergo videtur quod non omne periurium sit peccatum mortale.

II-II q. 98 a. 3 s. c.

Sed contra, omne peccatum quod contrariatur praecepto divino est peccatum mortale. Sed periurium contrariatur praecepto divino, dicitur enim Levit. XIX, *non periurabis in nomine meo*. Ergo est peccatum mortale.

II-II q. 98 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, secundum doctrinam philosophi, *propter quod unumquodque, illud magis*. Videmus autem quod ea quae, si de se sint peccata venialia, vel etiam bona ex genere, si in contemptum Dei fiant, sunt peccata mortalia. Unde multo magis quidquid est quod de sui ratione pertinet ad contemptum Dei, est peccatum mortale. Periurium autem de sui ratione importat contemptum Dei, ex hoc enim habet rationem culpae, ut dictum est, quia ad irreverentiam Dei pertinet. Unde manifestum est quod periurium ex suo genere est peccatum mortale.

II-II q. 98 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut supra dictum est, coactio non aufert iuramento promissorio vim obligandi respectu eius quod licite fieri potest. Et ideo si aliquis non impleat quod coactus iuravit, nihilominus periurium incurrit et mortaliter peccat. Potest tamen per auctoritatem summi pontificis ab obligatione iuramenti absolvi, praesertim si coactus fuerit tali metu qui cadere posset in constantem virum. Quod autem dicitur quod non sunt tales puniendi tanquam pro mortali crimine, non hoc ideo dicitur quia non peccent mortaliter, sed quia poena eis minor infligitur.

II-II q. 98 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod ille qui iocose periurat, non evitat divinam irreverentiam, sed quantum ad aliquid magis auget. Et ideo non excusatur a peccato mortali. Ille autem qui ex lapsu linguae falsum iurat, si quidem advertat se iurare et falsum esse quod iurat, non excusatur a peccato mortali, sicut nec a Dei contemptu. Si autem hoc non advertat, non videtur habere intentionem iurandi, et ideo a crimine periurii excusatur. Est autem gravius peccatum si quis solemniter iuret per Evangelium quam si per Deum in communi sermone iuret, tum propter scandalum; tum propter maiorem deliberationem. Quibus aequaliter hinc inde positis, gravius est si quis per Deum iurans periuret quam si periuret iurans per Evangelium.

II-II q. 98 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod non propter quodlibet peccatum mortale aliquis infamis efficitur ipso iure. Unde non sequitur, si ille qui iurat falsum iuramento assertorio non est infamis ipso iure, sed solum per sententiam definitivam latam contra eum in causa accusationis, quod propter hoc non peccet mortaliter. Ideo autem magis reputatur infamis ipso iure qui frangit iuramentum promissorium solemniter factum, quia in eius potestate remanet, postquam iuravit, ut

nepřihází v přísaze tvrdící.

XCVIII.4. Zda hřeší ten, kdo ukládá přísahu tomu, jenž křivě přisahá.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že hřeší ten, kdo ukládá přísahu tomu, jenž křivě přísahá. Ví totiž, že buď přisahá pravdivé nebo nepravdivé. Ví-li, že přísahá pravdivé, nicotně mu ukládá přísahu. Věří-li však, že přísahá nepravdivé, pokud je na něm, uvádí jej do hříchu. Tedy se zdá, že žádným způsobem nesmí nikdo nikomu ukládati přísahu.

Mimo to méně je přijmouti od někoho přísahu, než někomu přísahu uložiti. Ale přijmouti od někoho přísahu nezdá se býti dovoleno, a zvláště když křivě přisahá: protože v tom se zdá souhlasiti s hříchem. Tedy se zdá, že mnohem méně je dovoleno vymáhati přísahu na tom, kdo přísahá křivě.

Mimo to se praví v Levit. 5: "Zhřeší-li duše a vyslechne hlas přísahajícího nepravdivé, a bude svědkem, že buď sám viděl, nebo spolu ví, neoznámí-li, ponese svou nepravost": z čehož se zdá, že někdo věda, že někdo křivě přisahá, je povinen ho obžalovati. Není tedy dovoleno na něm vymáhati přísahu.

Avšak proti, jako hřeší ten, kdo nepravdivé přisahá, tak ten, kdo při nepravých bozích přisahá. Ale je dovoleno užívati přísahy toho, kdo při nepravých bozích přisahá, jak praví Augustin, Publikol. Tedy je dovoleno vymáhati přísahu na tom, kdo nepravdivé přisahá.

Odpovídám: Musí se říci, že u toho, kdo vymáhá na jiném přísahu, zdá se třeba rozlišovati. Buď totiž vymáhá přísahu pro sebe vlastní vůlí, nebo vymáhá přísahu pro jiného z nutnosti úřadu sobě svěřeného. Jestliže pak někdo pro sebe vymáhá přísahu, jako osoba soukromá, zdá se třeba rozlišovati, jak praví Augustin v řeči O křivých přísahách. Jestli totiž neví, že on odpřísáhne nepravdu, a proto praví, ‚Přísahej mně', aby měl víru, není hřích, nýbrž je lidská zkouška, protože totiž vychází z nějaké slabosti, kterou člověk pochybuje, že druhý poví pravdu. "A to je ono zlo, o kterém praví Pán, Mat. 5: Co více jest, od zla jest. Jestli však ví, že učinil," totiž opak toho co přisahá, "a nutí jej přisahati, je vrah. Onen totiž svou křivou přísahou se vraždí, ale tento ruku vražd'icího přitlačil."

Jestliže však někdo vymáhá přísahu jakožto osoba veřejná, pokud požaduje řád práva, na žádost jiného, nezdá se býti ve vině, jestliže sám vymáhá přísahu, ať ví, že nepravdu přisahá, nebo pravdu: protože nezdá se vymáhati on, nýbrž ten, na jehož naléhání vymáhá.

K prvnímu se tedy musí říci, že ona námitka platí, když pro sebe někdo vymáhá přísahu. A přece neví vždycky, zda on přísahá pravdivé nebo nepravdivé, nýbrž někdy pochybuje o skutku, a věří, že bude přisahati pravdivé, a tehdy pro větší jistotu vymáhá přísahu.

K druhému se musí říci, že, jak praví Augustin, Publikol., "ač bylo řečeno, bychom nepřisahali, nepamatuji se, že jsem kdy četl ve svatých Písmech, abychom od nikoho det suo iuramento veritatem, quod non contingit in iuramento assertorio.

4. Utrum peccet ille qui iniungit iuramentum periurio.

II-II q. 98 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod peccet ille qui iniungit iuramentum ei qui periurat. Aut enim scit eum verum iurare, aut falsum. Si scit eum verum iurare, pro nihilo ei iuramentum iniungit si autem credit eum falsum iurare, quantum est de se, inducit eum ad peccandum. Ergo videtur quod nullo modo debeat aliquis alicui iniungere iuramentum.

II-II q. 98 a. 4 arg. 2

Praeterea, iuramentum minus est accipere ab aliquo quam iuramentum iniungere alicui. Sed recipere iuramentum ab aliquo non videtur esse licitum, et praecipue si periuret, quia in hoc videtur consentire peccato. Ergo videtur quod multo minus liceat exigere iuramentum ab eo qui periurat.

II-II q. 98 a. 4 arg. 3

Praeterea, dicitur Levit. V, *si peccaverit anima, et audierit vocem iurantis falsum, testisque fuerit quod aut ipse vidit aut conscius est, nisi indicaverit, portabit iniquitatem suam*, ex quo videtur quod aliquis sciens aliquem iurare falsum, teneatur eum accusare. Non igitur licet ab eo exigere iuramentum.

II-II q. 98 a. 4 s. c.

Sed contra, sicut peccat ille qui falsum iurat, ita ille qui per falsos deos iurat. Sed licet uti iuramento eius qui per falsos deos iurat, ut Augustinus dicit, ad Publicolam. Ergo licet iuramentum exigere ab eo qui falsum iurat.

II-II q. 98 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod circa eum qui exigit ab alio iuramentum, distinguendum videtur. Aut enim exigit iuramentum pro seipso propria sponte, aut exigit iuramentum pro alio ex necessitate officii sibi commissi. Et si quidem aliquis pro seipso exigit iuramentum tanquam persona privata, distinguendum videtur, ut Augustinus dicit, in sermone de periuriis. *Si enim nescit eum iuraturum falsum, et ideo dicit, iura mihi, ut fides ei sit, non est peccatum, tamen est humana tentatio*, quia scilicet procedit ex quadam infirmitate, qua homo dubitat alium esse verum dicturum. Et hoc est illud malum de quo dominus dicit, Matth. V, *quod amplius est, a malo est. Si autem scit eum fecisse*, scilicet contrarium eius quod iurat, *et cogit eum iurare, homicida est. Ille enim de suo periurio se interimit, sed iste manum interficientis impressit*. Si autem aliquis exigat iuramentum tanquam persona publica, secundum quod exigit ordo iuris, ad petitionem alterius, non videtur esse in culpa si ipse iuramentum exigat, sive sciat eum falsum iurare sive verum, quia non videtur ille exigere, sed ille ad cuius instantiam exigit.

II-II q. 98 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod obiectio illa procedit quando pro aliquis exigit iuramentum. Et tamen non semper scit eum iurare verum, vel falsum, sed quandoque dubitat de facto, et credit eum verum iuraturum, et tunc ad maiorem certitudinem exigit iuramentum.

II-II q. 98 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut Augustinus dicit, ad Publicolam, *quamvis dictum sit ne iuremus, nunquam me in*

nepřijímali přísahání". Pročež ten, kdo přijímá přísahání, nehřeší, leda snad, když vlastní vůlí k přísahání nutí toho, o kom ví, že odpřísáhne nepravdu.

K třetímu se musí říci, že, jak praví Augustin, Mojžíš nevyjádřil v řečeném výroku, komu se má hlásiti křivá přísaha druhého. A proto se rozumí, že se má hlásiti takovým, kteří mohou spíše křivopřisežníku prospěti než uškoditi. - Podobně také nevyjádřil, jakým pořadem má vyjeviti. A proto se zdá potřeba zachovati pořad evangelijní, je-li hřích křivé přísahy tajný, a zvláště, když se neobrací na škodu druhého, protože v takovém případě by neměl místo pořad evangelijní, jak bylo shora řečeno.

Ke čtvrtému se musí říci, že je dovoleno užíti zla k vůli dobru, jak i Bůh užívá; není však dovoleno někoho naváděti ke zlému. Proto je dovoleno přijmouti přísahu toho, kdo je ochoten přísahati při nepravých bozích, není však dovoleno naváděti jej k tomu, aby přísahal při nepravých bozích. Jiný však důvod zdá se býti u toho, kdo při pravém Bohu přisahá nepravdu. Protože v takové přísaze chybí dobro věrnosti, jehož užívá někdo v přísaze toho, kdo pravdivé přísahá při nepravých bozích, jak praví Augustin, Publikol. Proto v přísaze toho, kdo přísahá nepravdu při pravém Bohu, nezdá se býti nějaké dobro, kterého by bylo dovoleno užíti.

XCIX. O svatokrádeži.

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o nepřestech, náležejících k bezbožnosti, kterými se působí zneuctění posvátných věcí. A nejprve o svatokrádeži; za druhé o svatokupectví.

O prvním jsou čtyři otázky:

1. Co je svatokrádež.
2. Zda je zvláštní hřích.
3. O druzích svatokrádeže.
4. O trestu za svatokrádež.

XCIX.1. Zda svatokrádež je urážka posvátné věci.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že svatokrádež není urážka posvátné věci. Praví se totiž XVII, ot. 4.: "Dopouštějí se svatokrádeže, kteří rozprávějí o soudu vládcově, pochybujíce, zda je hoden cti ten, jejž vládce vyvolil." Ale to se nezdá náležeti žádné posvátné věci. Tedy svatokrádež neobináší urážku posvátné věci.

Mimo to dodává tamtéž, že když někdo dovolí Židům vykonávati veřejné úřady, "budiž vyneseno vyloučení jako na svatokrádce". Ale veřejné úřady se nezdají náležeti k něčemu posvátnému. Tedy se zdá, že svatokrádež neobináší urážku nějaké posvátné věci.

Mimo to větší je síla Boží než síla člověka. Ale posvátné věci dostávají svatost od Boha. Nemohou tedy býti od člověka uráženy. A tak se zdá, že svatokrádež není urážka posvátné věci.

Avšak proti jest, co praví Isidor, v knize Etymol., že *Scripturis sanctis legisse memini ne ab aliquo iurationem accipiamus*. Unde ille qui iurationem recipit non peccat, nisi forte quando propria sponte ad iurandum cogit eum quem scit falsum iuraturum.

II-II q. 98 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut Augustinus dicit, Moyses non expressit in praedicta auctoritate cui sit indicandum periurium alterius. Et ideo intelligitur quod debeat indicari *talibus qui magis possunt prodesse quam obesse periuro*. Similiter etiam non expressit quo ordine debeat manifestare. Et ideo videtur servandus ordo evangelicus, si sit peccatum periurii occultum, et praecipue quando non vergit in detrimentum alterius, quia in tali casu non haberet locum ordo evangelicus, ut supra dictum est.

II-II q. 98 a. 4 ad 4

Ad quartum dicendum quod licet uti malo propter bonum, sicut et Deus utitur, non tamen licet aliquem ad malum inducere. Unde licet eius qui paratus est per falsos deos iurare, iuramentum recipere, non tamen licet eum inducere ad hoc quod per falsos deos iuret. Alia tamen ratio esse videtur in eo qui per verum Deum falsum iurat. Quia in tali iuramento deest bonum fidei, qua utitur aliquis in iuramento illius qui verum per falsos deos iurat, ut Augustinus dicit, ad Publicolam. Unde in iuramento eius qui falsum per verum Deum iurat, non videtur esse aliquod bonum quo uti liceat.

99. De sacrilegio.

Prooemium

II-II q. 99 pr.

Deinde considerandum est de vitiis ad irreligiositatem pertinentibus quibus rebus sacris irreverentia exhibetur. Et primo, de sacrilegio; secundo, de simonia. Circa primum quaeruntur quatuor. Primo, quid sit sacrilegium. Secundo, utrum sit speciale peccatum. Tertio, de speciebus sacrilegii. Quarto, de poena sacrilegii.

1. Quid sit sacrilegium.

II-II q. 99 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod sacrilegium non sit sacrae rei violatio. Dicitur enim XVII, qu. IV, *committunt sacrilegium qui de principis iudicio disputant, dubitantes an is dignus sit honore quem princeps elegerit*. Sed hoc ad nullam rem sacram pertinere videtur. Ergo sacrilegium non importat sacrae rei violationem.

II-II q. 99 a. 1 arg. 2

Praeterea, ibidem subditur quod si quis permiserit Iudaeos officia publica exercere, velut in sacrilegum excommunicatio proferatur. Sed officia publica non videntur ad aliquod sacrum pertinere. Ergo videtur quod sacrilegium non importet violationem alicuius sacri.

II-II q. 99 a. 1 arg. 3

Praeterea, maior est virtus Dei quam virtus hominis. Sed res sacrae a Deo sanctitatem obtinent. Non ergo possunt per hominem violari. Et ita sacrilegium non videtur esse sacrae rei violatio.

II-II q. 99 a. 1 s. c.

"svatokrádežný se říká od toho, že svaté krade".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak z řečeného je patrné, posvátným sluje něco z toho, že je zařízeno k božské poctě. Jako pak z toho, že něco je zařízeno k dobrému cíli, nabývá rázu dobra, tak také z toho, že něco je určeno k poctě Boha, stává se čímsi božským, a tak tomu náleží nějaká úcta, která se odnáší k Bohu. A proto všechno to, co náleží k zneuctění posvátných věcí, náleží k bezpráví Bohu a má ráz svatokrádeže.

K prvnímu se tedy musí říci, že podle Filosofa, v I. Ethic., společné dobro rodu je cosi božského. A proto zastara ředitelé státu sluli božskými, jakožto služebníci Boží prozřetelnosti, podle onoho Moudr. 6: "Když jste byli služebníky onoho království, nesoudili jste správně." A tak, jakýmsi rozšířením jména, to, co náleží k úctě vládce, totiž rozprava o jeho soudu, zda třeba ho poslechnouti, podle jakési podoby sluje svatokrádež.

K druhému se musí říci, že křesťanský lid vírou a svátostmi Kristovými je posvěcen, podle onoho I. Kor. 6: "Ale jste obmyti, ale jste posvěceni." A proto I. Petr. 2 se praví: "Vy jste rod vyvolený, královské kněžstvo, lid svatý, lid získaný." A tak co se děje bezprávně na křesťanském lidu, totiž že se mu dávají za vládce nevěřící, to náleží k zneuctění věci posvátné. Pročež důvodně sluje svatokrádež.

K třetímu se musí říci, že urážkou tu sluje široce kterákoliv neúcta nebo zneuctění. Jako však "pocta je v poctivajícím, nikoliv však v tom, kdo je poctěn", jak se praví v I. Ethic., tak také neúcta je v tom, kdo se neuctivě chová, i když nijak neškodí tomu, komu projevuje neúctu. Co tedy na něm jest, uráží posvátnou věc, třebaže jí není ublíženo.

XCIX.2. Zda svatokrádež je zvláštní hřích.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že svatokrádež není zvláštní hřích. Praví se totiž XXVII, ot. 4: "Dopouštějí se svatokrádeže, kteří proti svatosti božského zákona buď nevědomky jednají, nebo nedbajíce porušují nebo urážejí." Ale to se děje každým hříchem, neboť "hřích je slovo nebo čin nebo dychtivost proti zákonu Božímu", jak praví Augustin, XXII Proti Faustovi. Tedy svatokrádež je povšechný hřích.

Mimo to žádný zvláštní hřích není obsažen pod různými rody hříchů. Ale svatokrádež je obsažena pod různými rody hříchů, třebas pod vraždou, jestliže někdo zavraždí kněze; pod smilstvem, jestliže někdo poruší zasvěcenou pannu nebo kteroukoliv ženu na místě posvátném; pod krádeží, jestliže někdo ukradne svatou věc. Tedy svatokrádež není zvláštní hřích.

Mimo to každý zvláštní hřích je odlišný od ostatních hříchů, jak o zvláštní nespravedlnosti praví Filosof v V. Ethic. Ale svatokrádež se nezdá býti bez jiných hříchů, nýbrž někdy je připojena krádeži, někdy vraždě, jak bylo

Sed contra est quod Isidorus dicit, in libro Etymol., quod *sacrilegus dicitur ab eo quod sacra legit, idest furatur*.

II-II q. 99 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut ex praedictis patet, sacrum dicitur aliquid ex eo quod ad divinum cultum ordinatur. Sicut autem ex eo quod aliquid ordinatur in finem bonum, sortitur rationem boni; ita etiam ex hoc quod aliquid deputatur ad cultum Dei, efficitur quoddam divinum, et sic ei quaedam reverentia debetur quae refertur in Deum. Et ideo omne illud quod ad irreverentiam rerum sacrarum pertinet, ad iniuriam Dei pertinet, et habet sacrilegii rationem.

II-II q. 99 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, secundum philosophum, in I Ethic., bonum commune gentis est quoddam divinum. Et ideo antiquitus rectores reipublicae divini vocabantur, quasi divinae providentiae ministri, secundum illud Sap. VI, *cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis*. Et sic, per quandam nominis extensionem, illud quod pertinet ad reverentiam principis, scilicet disputare de eius iudicio, an oporteat ipsum sequi, secundum quandam similitudinem sacrilegium dicitur.

II-II q. 99 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod populus Christianus per fidem et sacramenta Christi sanctificatus est, secundum illud I ad Cor. VI, *sed abluti estis, sed sanctificati estis*. Et ideo I Pet. II dicitur, *vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis*. Et ita id quod fit in iniuriam populi Christiani, scilicet quod infideles ei praefíciantur, pertinet ad irreverentiam sacrae rei. Unde rationabiliter sacrilegium dicitur.

II-II q. 99 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod violatio hic large dicitur quaecumque irreverentia vel exhonoratio. Sicut autem *honor est in honorante, non autem in eo qui honoratur*, ut dicitur in I Ethic.; ita etiam irreverentia est in eo qui irreverenter se habet, quamvis etiam nihil noceat ei cui irreverentiam exhibet. Quantum ergo est in ipso, rem sacram violat, licet illa non violetur.

2. Utrum sit speciale peccatum.

II-II q. 99 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod sacrilegium non sit speciale peccatum. Dicitur enim XVII, qu. IV, *committunt sacrilegium qui in divinae legis sanctitatem aut nesciendo committunt, aut negligendo violant et offendunt*. Sed hoc fit per omne peccatum, nam *peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei*, ut Augustinus dicit, XXII contra Faustum. Ergo sacrilegium est generale peccatum.

II-II q. 99 a. 2 arg. 2

Praeterea, nullum speciale peccatum continetur sub diversis generibus peccatorum. Sed sacrilegium sub diversis generibus peccatorum continetur, puta sub homicidio, si quis sacerdotem occidat; sub luxuria, si quis virginem sacratam violet, vel quamcumque mulierem in loco sacro; sub furto, si quis rem sacram furatus fuerit. Ergo sacrilegium non est speciale peccatum.

II-II q. 99 a. 2 arg. 3

Praeterea, omne speciale peccatum invenitur distinctum ab aliis peccatis, ut de iniustitia speciali philosophus dicit, in V

řečeno. Není tedy zvláštní hřích.

Avšak proti jest, že je protilehlá zvláštní ctnosti, totiž nábožnosti, které náleží uctívati Boha a božská. Tedy svatokrádež je zvláštní hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že kdekoliv se nalézá zvláštní ráz znetvoření, tam nutně musí býti zvláštní hřích, protože druh každé věci se béře zvláště podle jejího tvarového rázu, nikoliv však podle látky nebo podmětu. Ve svatokrádeži však se nachází zvláštní ráz znetvoření: protože se totiž uráží posvátná věc nějakou neuctivostí. A proto je zvláštní hřích.

A je protilehlý nábožnosti. Jak totiž praví Damašský, ve IV, kn., "purpur, učiněný královským šatem, je uctíván a oslavován; a jestliže jej někdo protrhne, je odsouzen na smrt", jako jednající proti králi. Tak také, urazí-li kdo posvátnou věc, tím právě jedná proti uctění Boha, a tak hřeší bezbožností.

K prvnímu se tedy musí říci, že pravíme, že ti jednají proti svatosti božského zákona, kteří napadají Boží zákon, jako kacíři a rouhači. A z toho, že nevěří Bohu, mají hřích nevěry; z toho pak, že převracejí slova Božího zákona, mají svatokrádež.

K druhému se musí říci, že nic nebrání, aby se jeden zvláštní ráz hříchu shledával ve více rodech hříchů, pokud různé hříchy jsou zařízeny k cíli jednoho hříchu; jak také je patrné u ctnosti, kterým je poroučeno jednou ctností. A tím způsobem, jakýmkoliv rodem hříchu někdo jedná proti úctě, povinné svatým věcem, dopouští se svatokrádeže tvarově, ač látkově jsou tam různé rody hříchů.

K třetímu se musí říci, že svatokrádež se někdy shledává oddělena od jiných hříchů, poněvadž skutek nemá jiného znetvoření, leč že uráží posvátnou věc: třebas, když nějaký soudce vyvleče z posvátného místa někoho, koho na jiných místech by mohl dovoleně zajmouti.

XCIX.3. Zda druhy svatokrádeže se rozlišují podle posvátných věcí.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že druhy svatokrádeže se nerozlišují podle posvátných věcí. Neboť látková odlišnost nerozlišuje druh, je-li týž ráz tvarový. Ale při urážení jakýchkoliv věcí posvátných se zdá býti týž tvarový ráz hříchu, a rozlišenost pouze látková. Tedy se tím nerozlišují druhy svatokrádeže.

Mimo to nezdá se býti možné, aby některá byla téhož druhu, a přece se druhově lišila. Ale vražda a krádež a nedovolená soulož jsou odlišné druhy hříchů. Tedy nemohou se sejíti v jednom druhu svatokrádeže. A tak se zdá, že druhy svatokrádeže se rozlišují podle různých druhů jiných hříchů, a ne podle různosti posvátných věcí.

Ethic. Sed sacrilegium non videtur inveniri absque aliis peccatis, sed quandoque coniungitur furto, quandoque homicidio, ut dictum est. Non ergo est speciale peccatum.

II-II q. 99 a. 2 s. c.

Sed contra est quod opponitur speciali virtuti, scilicet religioni, ad quam pertinet revereri Deum et divina. Ergo sacrilegium est speciale peccatum.

II-II q. 99 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod ubicumque invenitur specialis ratio deformitatis, ibi necesse est quod sit speciale peccatum, quia species cuiuslibet rei praecipue attenditur secundum formalem rationem ipsius, non autem secundum materiam vel subiectum. In sacrilegio autem invenitur specialis ratio deformitatis, quia scilicet violatur res sacra per aliquam irreverentiam. Et ideo est speciale peccatum. Et opponitur religioni. Sicut enim Damascenus dicit, in IV Lib., *purpura, regale indumentum facta, honoratur et glorificatur, et si quis hanc perforaverit, morte damnatur*, quasi contra regem agens. Ita etiam si quis rem sacram violat, ex hoc ipso contra Dei reverentiam agit, et sic per irreligiositatem peccat.

II-II q. 99 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod illi dicuntur in divinae legis sanctitatem committere qui legem Dei impugnant, sicut haeretici et blasphemi. Qui ex hoc quod Deo non credunt, incurrunt infidelitatis peccatum, ex hoc vero quod divinae legis verba pervertunt, sacrilegium incurrunt.

II-II q. 99 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod nihil prohibet unam specialem rationem peccati in pluribus peccatorum generibus inveniri, secundum quod diversa peccata ad finem unius peccati ordinantur, prout etiam in virtutibus apparet quibus imperatur ab una virtute. Et hoc modo quocumque genere peccati aliquis faciat contra reverentiam debitam sacris rebus, sacrilegium formaliter committit, licet materialiter sint ibi diversa genera peccatorum.

II-II q. 99 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod sacrilegium interdum invenitur separatum ab aliis peccatis, eo quod actus non habet aliam deformitatem nisi quia res sacra violatur, puta si aliquis iudex rapiat aliquem de loco sacro, quem in aliis locis licite capere posset.

3. De speciebus sacrilegii.

II-II q. 99 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod species sacrilegii non distinguantur secundum res sacras. Materialis enim diversitas non diversificat speciem, si sit eadem ratio formalis. Sed in violatione quarumcumque rerum sacrarum videtur esse eadem ratio formalis peccati, et quod non sit diversitas nisi materialis. Ergo per hoc non diversificantur sacrilegii species.

II-II q. 99 a. 3 arg. 2

Praeterea, non videtur esse possibile quod aliqua sint eiusdem speciei, et tamen specie differant. Sed homicidium et furtum et illicitus concubitus sunt diversae species peccatorum. Ergo non possunt convenire in una specie sacrilegii. Et ita videtur quod sacrilegii species distinguantur secundum diversas species aliorum peccatorum, et non secundum diversitatem rerum sacrarum.

Mimo to do posvátných věcí se počítají také posvátné osoby. Kdyby tedy jeden druh svatokrádeže byl, kterým se uráží posvátná osoba, následovalo by, že každý hřích, kterého se dopustí posvátná osoba, by byl svatokrádež, protože kterýmkoliv hříchem se uráží osoba hřešícího. Neberou se tedy druhy svatokrádeže podle posvátných věcí.

Avšak proti jest, že úkony a zběhlosti se rozlišují podle předmětů. Ale posvátná věc je předmětem svatokrádeže, jak bylo řečeno. Tedy druhy svatokrádeže se rozlišují podle rozličnosti posvátných věcí.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, hřích svatokrádeže spočívá v tom, že se někdo chová neuctivě k posvátným věcem. Náleží však úcta posvátné věci k vůli svatosti. A proto podle různého rázu svatosti posvátných věcí, jimž se projevuje neúcta, nutně se rozlišují druhy svatokrádeže. A tím je svatokrádež těžší, čím posvátná věc, proti níž se hřeší, má větší svatost.

Přiděluje se pak svatost i posvátným osobám, to jest zasvěceným Boží poctě, i posvátným místům, i některým jiným posvátným věcem. Svatost však místa je zařízena k svatosti člověka, jenž na posvátném místě vzdává poctu Bohu. Praví se totiž II. Machab. 5: "Nevyvolil Pán národ k vůli místu, nýbrž místo k vůli národu." A proto těžší hřích je svatokrádež, kterou se hřeší proti posvátné osobě, než kterou se hřeší proti posvátnému místu. Jsou však u obojího druhu svatokrádeže rozličné stupně, podle odlišnosti osob a posvátných míst.

Podobně také i třetí druh svatokrádeže, která se páchá na jiných posvátných věcech, má různé stupně, podle různosti posvátných věcí. Mezi těmi nejvyšší místo mají samy svátosti, kterými je člověk posvěcován, z nichž hlavní je svátost Eucharistie, která obsahuje samého Krista. A proto svatokrádež, která se páchá proti této svátosti, je ze všech nejtěžší. - Po svátostech pak druhé místo mají posvátné nádoby, posvěcené na přijímání svátosti, a pak posvátné obrazy a ostatky svatých, v nichž se jaksi uctívají nebo zneuctívají samy' osoby svatých. Potom ta, která náležejí úpravě kostela a služebníků, ať jsou to movitá nebo nemovitá. Kdokoliv pak proti čemukoliv z řečených hřeší, páchá hřích svatokrádeže.

K prvnímu se tedy musí říci, že není ve všech řečených týž ráz svatosti. A proto odlišnost posvátných věcí není pouze odlišnost látková, nýbrž i tvarová.

K druhému se musí říci, že nic nebrání, aby některá dvě byla podle něčeho jednoho druhu, a podle jiného různých, jako Sokrates a Plato se shodují v druhu živočicha, liší se však v druhu barevného, je-li jeden bílý a druhý černý. A podobně také je možná odlišnost nějakých dvou hříchů druhem, podle látkových úkonů, ač se scházejí v druhu podle jednoho tvarového rázu svatokrádeže: jako když někdo řeholnici urazí bitím nebo souložením.

K třetímu se musí říci, že každý hřích, kterého se dopustí

II-II q. 99 a. 3 arg. 3

Praeterea, inter res sacras connumerantur etiam personae sacrae. Si ergo una species sacrilegii esset qua violatur persona sacra, sequeretur quod omne peccatum quod persona sacra committit esset sacrilegium, quia per quodlibet peccatum violatur persona peccantis. Non ergo species sacrilegii accipiuntur secundum res sacras.

II-II q. 99 a. 3 s. c.

Sed contra est quod actus et habitus distinguuntur secundum obiecta. Sed res sacra est obiectum sacrilegii. Ut dictum est. Ergo species sacrilegii distinguuntur secundum differentiam rerum sacrarum.

II-II q. 99 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, peccatum sacrilegii in hoc consistit quod aliquis irreverenter se habet ad rem sacram. Debetur autem reverentia rei sacrae ratione sanctitatis. Et ideo secundum diversam rationem sanctitatis rerum sacrarum quibus irreverentia exhibetur, necesse est quod sacrilegii species distinguantur, et tanto sacrilegium est gravius quanto res sacra in quam peccatur maiorem obtinet sanctitatem. Attribuitur autem sanctitas et personis sacris, idest divino cultui dedicatis, et locis sacris, et rebus quibusdam aliis sacris. Sanctitas autem loci ordinatur ad sanctitatem hominis, qui in loco sacro cultum exhibet Deo, dicitur enim II Machab. V, *non propter locum gentem, sed propter gentem dominus locum elegit*. Et ideo gravius peccatum est sacrilegium quo peccatur contra personam sacram quam quo peccatur contra locum sacrum. Sunt tamen in utraque sacrilegii specie diversi gradus, secundum differentiam personarum et locorum sacrorum. Similiter etiam et tertia species sacrilegii, quae circa alias res sacras committitur, diversos habet gradus, secundum differentiam sacrarum rerum. Inter quas summum locum obtinent ipsa sacramenta, quibus homo sanctificatur, quorum praecipuum est Eucharistiae sacramentum, quod continet ipsum Christum. Et ideo sacrilegium quod contra hoc sacramentum committitur gravissimum est inter omnia. Post sacramenta autem, secundum locum tenent vasa consecrata ad sacramentorum susceptionem; et ipsae imagines sacrae, et sanctorum reliquiae, in quibus quodammodo ipsae personae sanctorum venerantur vel dehonorantur. Deinde ea quae pertinent ad ornatum Ecclesiae et ministrorum. Deinde ea quae sunt deputata ad sustentationem ministrorum, sive sint mobilia sive immobilia. Quicumque autem contra quodcumque praedictorum peccat, crimen sacrilegii incurrit.

II-II q. 99 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod non est in omnibus praedictis eadem ratio sanctitatis. Et ideo differentia sacrarum rerum non solum est differentia materialis, sed formalis.

II-II q. 99 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod nihil prohibet aliqua duo secundum aliquid esse unius speciei, et secundum aliud diversarum, sicut Socrates et Plato conveniunt in specie animalis, differunt autem in specie colorati, si unus sit albus et alius niger. Et similiter etiam possibile est aliqua duo peccata differre specie secundum materiales actus, convenire autem in specie secundum unam rationem formalem sacrilegii, puta si quis sanctimonialem violaverit verberando, vel concumbendo.

II-II q. 99 a. 3 ad 3

posvátná osoba, látkově a jaksi případkově je svatokrádeží. Proto praví Jeronym, že "žvásty v ústech kněze jsou svatokrádež nebo rouhání". Tvarově však a vlastně je svatokrádeží pouze onen hřích posvátné osoby, který se koná přímo proti její svatosti, na příklad kdyby Bohu zasvěcená panna smilnila. A týž důvod jest u jiných.

XCIX.4. Zda trest za svatokrádež má býti peněžitý.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že trest za svatokrádež nemá býti peněžitý. Neboť peněžitý trest nebývá ukládán za vinu zločinnou. Ale svatokrádež je zločinná vina, pročež se trestá hrdelním ortelem podle občanských zákonů. Tedy svatokrádež se nemá trestati peněžitým trestem.

Mimo to jeden hřích se nemá trestati dvojím trestem, podle onoho Nahum 1: "Nepovstane dvojí soužení." Ale trest za svatokrádež je vyobcování: a to, velké, jestliže urážkou byla napadena posvátná osoba, nebo když někdo zapálil nebo vypáčí kostel; malé pak při jiných svatokrádežích. Tedy nemá se svatokrádež trestati peněžitým trestem.

Mimo to Apoštol praví, I. Sol. 2: "Nikdy jsme neměli záminku lakomství." Ale to se zdá náležeti k zámince lakomství, když se vyžaduje peněžitý trest za urážku posvátné věci. Tedy se nezdá takový trest vhodný pro svatokrádež.

Avšak proti jest, co se praví v XVII ot. 4: "Jestliže kdo vzdorovitý nebo pyšný uprchlého otroka z předsíně chrámové násilím vytáhne, složí devět set tvrdých." A tamtéž se pak praví: "Kdokoli bude shledán vinen svatokrádeže, složí třicet liber nejčistšího zkoušeného stříbra."

Odpovídám: Musí se říci, že při uvalení trestů jest uvážiti dvojí. A to, nejprve rovnost, k vůli tomu, aby trest byl spravedlivý: aby totiž, čím kdo hřeší, tím byl trápen, jak se praví Moudr. 11. A tím způsobem vhodný trest svatokrádežníka, jenž způsobil posvátnostem bezpráví, je vyobcování, jímž je odloučen od posvátností. - Za druhé pak se uvažuje užitečnost; neboť tresty se ukládají jako nějaké léky, aby, jimi zastrašeni, přestali lidé hřešiti. Svatokrádežníku však, jenž nemá posvátnosti v úctě, nezdá se dostatečně překáženo ve hříchu tím, že jsou mu zapověděny posvátnosti, kterých nedbá. A proto podle lidských zákonů se užívá trestu hrdelního, kdežto podle rozsudku Církve, která neuvaluje tělesnou smrt, užívá se trestu peněžitého, aby aspoň častými tresty byli lidé odrazeni od svatokrádeží.

K prvnímu se tedy musí říci, že Církev tělesnou smrt neuvaluje, nýbrž místo ni trestá vyobcováním.

K druhému se musí říci, že je nutné užíti dvou trestů, když jedním není někdo dostatečně odrazen od hřešení. A proto bylo třeba mimo trest vyloučení užíti nějakého

Ad tertium dicendum quod omne peccatum quod sacra persona committit, materialiter quidem et quasi per accidens est sacrilegium, unde Hieronymus dicit quod *nugae in ore sacerdotis sacrilegium sunt vel blasphemia*. Formaliter autem et proprie illud solum peccatum sacrae personae sacrilegium est quod agitur directe contra eius sanctitatem, puta si virgo Deo dicata fornicetur; et eadem ratio est in aliis.

4. De poena sacrilegii.

II-II q. 99 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod poena sacrilegii non debeat esse pecuniaria. Poena enim pecuniaria non solet imponi pro culpa criminali. Sed sacrilegium est culpa criminalis, unde capitali sententia punitur secundum leges civiles. Ergo sacrilegium non debet puniri poena pecuniaria.

II-II q. 99 a. 4 arg. 2

Praeterea, idem peccatum non debet duplici poena puniri, secundum illud Nahum I, non consurget duplex tribulatio. Sed poena sacrilegii est excommunicatio, maior quidem si violentia inferatur in personam sacram, vel si aliquis incendat vel frangat Ecclesiam; minor autem in aliis sacrilegiis. Ergo non debet sacrilegium puniri poena pecuniaria.

II-II q. 99 a. 4 arg. 3

Praeterea, apostolus dicit, I ad Thess. II, *non fuimus aliquando in occasione avaritiae*. Sed hoc videtur ad occasionem avaritiae pertinere quod poena pecuniaria exigatur pro violatione rei sacrae. Ergo non videtur talis poena esse conveniens sacrilegii.

II-II q. 99 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicitur XVII, qu. IV, *si quis contumax vel superbus fugitivum servum de atrio Ecclesiae per vim abstraxerit, nongentos solidos componat*. Et ibidem postea dicitur, *quisquis inventus fuerit reus sacrilegii, triginta libras argenti examinati purissimi componat*.

II-II q. 99 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod in poenis infligendis duo sunt consideranda. Primo quidem, aequalitas, ad hoc quod poena sit iusta, ut scilicet in quo quis peccat, per hoc torqueatur, ut dicitur Sap. XI. Et hoc modo conveniens poena sacrilegi, qui sacris iniuriam infert est excommunicatio, per quam a sacris arcetur. Secundo autem consideratur utilitas, nam poenae quasi medicinae quaedam infliguntur, ut his territi homines a peccando desistant. Sacrilegus autem, qui sacra non revereatur, non sufficienter videtur a peccando arceri per hoc quod ei sacra interdicuntur, de quibus non curat. Et ideo secundum leges humanas adhibetur capitis poena; secundum vero Ecclesiae sententiam, quae mortem corporalem non infligit, adhibetur pecuniaria poena, ut saltem poenis temporalibus homines a sacrilegiis revocentur.

II-II q. 99 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Ecclesia corporalem mortem non infligit, sed loco eius infligit excommunicationem.

II-II q. 99 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod necesse est duas poenas adhiberi quando per unam non sufficienter revocatur aliquis

jiného časného trestu na zkrocení lidí, kteří pohrdají duchovními.

K třetímu se musí říci, že, kdyby se vymáhaly peníze bez rozumné příčiny, to by se zdálo náležeti k zámince lakomství. Ale když se vymáhají na nápravu člověka, má zjevnou užitečnost. A proto nenáleží k zámince lakomství.

C. O svatokupectví.

Předmluva

Dělí se na šest článků.

Pak jest uvažovati o svatokupectví.

A o tom je šest otázek:

1. Co je svatokupectví.

2. Zda je dovoleno přijímati peníze za svátosti.

3. Zda je dovoleno přijímati peníze za duchovní úkony.

4. Zda je dovoleno prodávati ta, která jsou spojena s duchovními.

5. Zda pouze odměna z ruky činí svatokupce či také odměna jazykem a úsluhou.

6. O trestu svatokupce.

C.1.Zda svatokupectví je záměrná vůle kupovati a prodávati něco duchovního nebo s duchovním spojeného.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že svatokupectví není záměrná vůle kupovati nebo prodávati něco duchovního nebo spojeného s duchovním. Svatokupectví je totiž jakési kacířství. Praví se totiž I ot. 1: "Snesitelnější je bezbožné kacířství Macedonia a těch protivníků Ducha Svatého okolo něho, než svatokupců. Oni totiž třeštíce vyznávají Ducha Svatého, tvora a služebníka Boha Otce a Syna; tito však téhož Ducha Svatého činí svým služebníkem. Každý totiž pán, chce-li, prodává, co má, ať otroka, neb cokoliv jiného ze svého vlastnictví." Ale nevěra nespočívá ve vůli, nýbrž spíše v rozumu, jako též víra, jak je patrné ze shora řečeného. Tedy svatokupectví se nemá vymezovati jako vůle.

Mimo to záměrně hřešiti jest hřešiti ze zloby, což je hřích proti Duchu Svatému. Je-li tedy svatokupectví záměrná vůle hřešiti, následuje, že je vždy hříchem proti Duchu Svatému.

Mimo to nic není více duchovní než království nebeské. Ale je dovoleno koupiti království nebeské. Praví totiž Řehoř, v jedné homilii: "Království nebeské tolik stojí, kolik máš." Tedy není svatokupectvím, chtíti koupiti něco duchovního.

Mimo to jméno simonie je vzato od Šimona Maga, o kterém se čte Skut. 8, že "nabídl Apoštolům peníze" na zakoupení duchovní moci, aby totiž "obdrželi Ducha Svatého, na kohokoli vloží ruce". Nečte se však, že chtěl něco prodati. Tedy svatokupectví není vůle prodati něco duchovního.

Mimo to jsou mnohé jiné dobrovolné směny mimo kup a

a peccando. Et ideo oportuit, supra poenam excommunicationis, adhibere aliquam temporalem poenam, ad coercendum homines qui spiritualia contemnunt.

II-II q. 99 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod si pecunia exigeretur sine rationabili causa, hoc videretur ad occasionem avaritiae pertinere. Sed quando exigitur ad hominum correctionem, habet manifestam utilitatem. Et ideo non pertinet ad occasionem avaritiae.

100. De simonia.

Prooemium

II-II q. 100 pr.

Deinde considerandum est de simonia. Et circa hoc quaeruntur sex. Primo, quid sit simonia. Secundo, utrum liceat pro sacramentis pecuniam accipere. Tertio, utrum liceat accipere pecuniam pro spiritualibus actibus. Quarto, utrum liceat vendere ea quae sunt spiritualibus annexa. Quinto, utrum solum munus a manu faciat simoniacum, an etiam munus a lingua et ab obsequio. Sexto, de poena simoniaci.

1. Quid sit simonia.

II-II q. 100 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod simonia non sit studiosa voluntas emendi et vendendi aliquid spirituale vel spirituali annexum. Simonia enim est haeresis quaedam, dicitur enim I, qu. I, *tolerabilior est Macedonii, et eorum qui circa ipsum sunt sancti spiritus impugnatorum, impia haeresis quam simoniacorum. Illi enim creaturam, et servum Dei patris et filii, spiritum sanctum delirando fatentur, isti vero eundem spiritum sanctum efficiunt servum suum. Omnis enim dominus quod habet, si vult, vendit, sive servum, sive quid aliud eorum quae possidet*. Sed infidelitas non consistit in voluntate, sed magis in intellectu, sicut et fides, ut ex supra dictis patet. Ergo simonia non debet per voluntatem definiri.

II-II q. 100 a. 1 arg. 2

Praeterea, studiose peccare est ex malitia peccare, quod est peccare in spiritum sanctum. Si ergo simonia est studiosa voluntas peccandi, sequitur quod semper sit peccatum in spiritum sanctum.

II-II q. 100 a. 1 arg. 3

Praeterea, nihil magis est spirituale quam regnum caelorum. Sed licet emere regnum caelorum, dicit enim Gregorius, in quadam homilia, *regnum caelorum tantum valet quantum habes*. Ergo non est simonia velle emere aliquid spirituale.

II-II q. 100 a. 1 arg. 4

Praeterea, nomen simoniae a Simone mago acceptum est, de quo legitur Act. VIII, quod obtulit apostolis pecuniam ad spiritualem potestatem emendam, ut, scilicet, *quibuscumque manus imponeret, reciperent spiritum sanctum*. Non autem legitur quod aliquid voluit vendere. Ergo simonia non est voluntas vendendi aliquid spirituale.

II-II q. 100 a. 1 arg. 5

prodej, jako výměna, převedení. Tedy se zdá, že se nedostatečně vymezuje svatokupectví.

Mimo to všechno, co je spojeno s duchovním, je duchovní. Zbytečně tedy se přidává, nebo spojené s duchovním.

Mimo to papež, podle některých, nemůže se dopustiti svatokupectví. Může však kupovati nebo prodávati něco duchovního. Tedy svatokupectví není vůle kupovati nebo prodávati něco duchovního nebo s duchovním spojeného.

Avšak proti jest, co praví Řehoř v Registru: "Každý věřící ví, že je kacířské svatokupectví, kupovati nebo prodávati oltář, desátky a Ducha Svatého."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno nějaký skutek je špatný z rodu tím, že se obírá nenáležitou látkou. Duchovní věc však je nenáležitá látka kupu a prodeje z trojího důvodu. A to, nejprve, protože duchovní věc nemůže býti nějakou pozemskou cenou vyvážena, jak se praví o moudrosti Přísl. 3. "Cennější je všeho bohatství, a vše, po čem se touží, nelze s ní srovnávati." A proto Petr, zavrhuje nepravost Šimonovu v samém jejím kořenu, praví: "Tvé peníze buďte s tebou zahubeny, proto žes zamýšlel nabýti daru Božího penězi." Za druhé, protože to může býti náležitou látkou prodeje, čeho je prodavatel pánem, jak je patrné z výroku shora uvedeného. Představený Církve však není pánem duchovních věcí, nýbrž rozdělovatelem, podle onoho I. Kor. 4: "Tak nás považuj každý za služebníky Kristovy a rozdělovatele tajemství Božích." - Za třetí protože prodávání odporuje původu duchovních, která pocházejí darmo z vůle Boží. Pročež i Pán praví, Mat. 10: "Zdarma jste přijali, zdarma dávejte."

A proto každý prodejem nebo koupí duchovní věci projevuje neúctu Bohu a božským věcem. Pročež hřeší hříchem bezbožnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jako nábožnost spočívá v nějakém vyznávání víry, kterou však leckdy někdo nemá v srdci, tak také nařesti, protilehlé nábožnosti, mají nějaké vyznání nevěry, ač někdy není v mysli nevěra. Podle toho tedy svatokupectví sluje kacířstvím podle vnějšího vyznávání; protože tím, že někdo prodává dar Ducha Svatého, jaksi se prohlašuje pánem duchovního daru, což je kacířské.

Musí se však věděti, že Šimon Mag mimo to, že chtěl od Apoštolů koupiti penězi milost Ducha Svatého; říkal, že svět nebyl stvořen od Boha, nýbrž od jakési nadlidské moci, jak praví Isidor, v knize Etymol. A podle toho mezi jinými kacíři se jmenují Šimonovci, jak je patrné v knize Augustinově O bludech.

K druhému se musí říci, že, jak bylo shora řečeno, spravedlnost a všechny její části, a v důsledku všechny protilehlé nařesti, jsou ve vůli jako v podmětu. A proto vhodně se vymezuje svatokupectví jako vůle. - Přidává se pak záměrná, na označení volby, která hlavně patří , ke ctnosti a nařesti. Nehřeší však proti Duchu Svatému 'každý, kdo hřeší volbou, nýbrž pouze, kdo volí hřích, pohrdaje tím, co obyčejně odvádí lidi od hříchu, jak bylo

Praeterea, multae aliae sunt voluntariae commutationes praeter emptionem et venditionem, sicut permutatio, transactio. Ergo videtur quod insufficienter definiatur simonia.

II-II q. 100 a. 1 arg. 6

Praeterea, omne quod est spirituali annexum est spirituale. Superflue igitur additur, vel spirituali annexum.

II-II q. 100 a. 1 arg. 7

Praeterea, Papa, secundum quosdam, non potest committere simoniam. Potest autem emere vel vendere aliquid spirituale. Ergo simonia non est voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale vel spirituali annexum.

II-II q. 100 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, in registro, *altare et decimas et spiritum sanctum emere vel vendere simoniacam haeresim esse nullus fidelium ignorat*.

II-II q. 100 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, actus aliquis est malus ex genere ex eo quod cadit super materiam indebitam. Emptionis autem et venditionis est materia indebita res spiritualis, triplici ratione. Primo quidem, quia res spiritualis non potest aliquo terreno pretio compensari, sicut de sapientia dicitur Prov. III, *pretiosior est cunctis opibus, et omnia quae desiderantur huic non valent comparari*. Et ideo Petrus, in ipsa sui radice Simonis pravitatem condemnans, dixit, *pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possidere*. Secundo, quia illud potest esse debita venditionis materia cuius venditor est dominus, ut patet in auctoritate supra inducta. Praelatus autem Ecclesiae non est dominus spiritualium rerum, sed dispensator, secundum illud I ad Cor. IV. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores ministeriorum Dei*. Tertio, quia venditio repugnat spiritualium origini, quae ex gratuita Dei voluntate proveniunt. Unde et dominus dicit, Matth. X, *gratis accepistis, gratis date*. Et ideo aliquis, vendendo vel emendo rem spiritualem, irreverentiam exhibet Deo et rebus divinis. Propter quod, peccat peccato irreligiositatis.

II-II q. 100 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod sicut religio consistit in quadam fidei protestatione, quam tamen interdum aliquis non habet in corde; ita etiam vitia opposita religioni habent quandam protestationem infidelitatis, licet quandoque non sit infidelitas in mente. Secundum hoc ergo, simonia haeresis dicitur secundum exteriorem protestationem, quia in hoc quod aliquis vendit donum spiritus sancti, quodammodo se protestatur esse dominum spiritualis doni; quod est haereticum. Sciendum tamen quod Simon magus, praeter hoc quod ab apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere voluit, dixit quod mundus non erat a Deo creatus, sed a quadam superna virtute, ut dicit Isidorus, in libro Etymol. Et secundum hoc, inter alios haereticos simoniaci computantur, ut patet in libro Augustini de haeresibus.

II-II q. 100 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut supra dictum est, iustitia et omnes partes eius, et per consequens omnia vitia opposita, sunt in voluntate sicut in subiecto. Et ideo convenienter simonia per voluntatem definitur. Additur autem studiosa, ad designandum electionem, quae principaliter pertinet ad virtutem et vitium. Non autem

shora řečeno.

K třetímu se musí říci, že se mluví o kupování království Božího, když někdo pro Boha dá, co má, v širším smyslu jména kupu, pokud se béře jako zásluha. To však nedosahuje dokonalého rázu kupu. Jednak proto, že "nejsou nic utrpení tohoto času", ani žádné naše dary nebo skutky "vůči budoucí slávě, která se zjeví na nás", jak se praví Řím. 8; jednak proto, že zásluha nespočívá hlavně ve vnějším daru nebo skutku nebo utrpení, nýbrž ve vnitřním citu.

Ke čtvrtému se musí říci, že Šimon Mag na to chtěl koupiti duchovní moc, aby ji potom prodával. Praví se totiž I. ot. 3, že "Šimon Mag chtěl koupiti Dar Ducha Svatého, aby z prodeje divů, které by konal, získal mnohonásobně peněz". A tak ti, kteří duchovní prodávají, shodují se s Šimonem Magem v úmyslu; ve skutku pak ti, kteří chtějí kupovati. Ti pak, kteří prodávají, ve skutku následují Giezi, Záka Elizeova, o kterém se čte IV. Král. 5, že přijal peníze od očištěného malomocného. Proto prodavači duchovních mohou se nazývati nejen šimonovci, nýbrž také giezité.

K pátému se musí říci, že jménem prodeje a kupu se rozumí každá smlouva nikoli bezplatná. Proto ani výměna příjmů nebo církevních obročí nemůže se díti dohodou stran bez nebezpečí svatokupectví, jako ani převod, jak stanoví práva. Může však představený ze svého úřadu takové výměny učiniti z důvodu užitečnosti nebo nutnosti.

K šestému se musí říci, že jako duše žije o sobě, tělo však žije ze spojené duše, tak také některá jsou duchovní o sobě, jako svátosti a jiná taková; některá však slují duchovní z toho, že jsou s takovými spojena. Pročež I, ot. 3 se praví, hl. Jestliže někdo namítne, že "duchovní bez hmotných věcí neprospívají, jako ani duše bez těla nežije tělesně".

K sedmému se musí říci, že papež může upadnouti v nařest svatokupectví, jako i každý jiný člověk: neboť hřích tím je u některé osoby těžší, čím vyšší zaujímá místo. Třebaže totiž věci Církve jsou jeho, jakožto hlavního rozdělovatele, přece nejsou jeho, jakožto pána a vlastníka. A proto, kdyby přijal za nějakou duchovní věc peníze z důchodů nějakého kostela, neunikl by nařesti svatokupectví. A podobně také by mohl spáchati svatokupectví přijetím peněz od nějakého laika nikoliv z majetku církevního.

C.2.Zda je vždy nedovoleno dávati peníze za svátosti.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že není vždy nedovoleno dávati peníze za svátosti. Neboť křest je brána svátostí, jak bude ve III. Části řečeno. Ale je dovoleno, jak se zdá, v nějakém případě dáti peníze za křest, třebas, kdyby kněz umírajícího chlapce nechtěl pokřtíti bez platu. Tedy není vždy nedovolené kupovati nebo prodávati svátosti.

omnis qui peccat electione peccat peccato in spiritum sanctum, sed solum qui peccatum eligit per contemptum eorum quae homines solent retrahere a peccando, ut supra dictum est.

II-II q. 100 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod regnum caelorum dicitur emi, dum quis dat quod habet propter Deum, large sumpto nomine emptionis, secundum quod accipitur pro merito. Quod tamen non pertingit ad perfectam rationem emptionis. Tum quia non sunt condignae passiones huius temporis, nec aliqua nostra dona vel opera, ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis, ut dicitur Rom. VIII. Tum quia meritum non consistit principaliter in exteriori dono vel actu vel passione, sed in interiori affectu.

II-II q. 100 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod Simon magus ad hoc emere voluit spiritualem potestatem ut eam postea venderet, dicitur enim I, qu. III, quod *Simon magus donum spiritus sancti emere voluit ut ex venditione signorum quae per eum fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur*. Et sic illi qui spiritualia vendunt, conformantur Simoni mago in intentione, in actu vero, illi qui emere volunt. Illi autem qui vendunt, in actu imitantur Giezi, discipulum Elisaei, de quo legitur IV Reg. V, quod accepit pecuniam a leproso mundato. Unde venditores spiritualium possunt dici non solum simoniaci, sed etiam Giezitae.

II-II q. 100 a. 1 ad 5

Ad quintum dicendum quod nomine emptionis et venditionis intelligitur omnis contractus non gratuitus. Unde nec permutatio praebendarum vel ecclesiasticorum beneficiorum fieri potest, auctoritate partium absque periculo simoniae, sicut nec transactio, ut iura determinant. Potest tamen praelatus, ex officio suo. Permutationes huiusmodi facere pro causa utili vel necessaria.

II-II q. 100 a. 1 ad 6

Ad sextum dicendum quod sicut anima vivit secundum seipsam, corpus vero vivit ex unione animae; ita etiam quaedam sunt spiritualia secundum seipsa, sicut sacramenta et alia huiusmodi; quaedam autem dicuntur spiritualia ex hoc quod talibus adhaerent. Unde I, qu. III, dicitur, cap. si quis obiecerit, quod *spiritualia sine corporalibus rebus non proficiunt, sicut nec anima sine corpore corporaliter vivit*.

II-II q. 100 a. 1 ad 7

Ad septimum dicendum quod Papa potest incurrere vitium simoniae, sicut et quilibet alius homo, peccatum enim tanto in aliqua persona est gravius quanto maiorem obtinet locum. Quamvis enim res Ecclesiae sint eius ut principalis dispensatoris, non tamen sunt eius ut domini et possessoris. Et ideo si reciperet pro aliqua re spirituali pecuniam de redditibus alicuius Ecclesiae, non careret vitio simoniae. Et similiter etiam posset simoniam committere recipiendo pecuniam ab aliquo laico non de bonis Ecclesiae.

2. Utrum liceat pro sacramentis pecuniam accipere.

II-II q. 100 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non semper sit illicitum pro sacramentis pecuniam dare. Baptismus enim est ianua sacramentorum, ut in III parte dicetur. Sed licet, ut videtur, in aliquo casu dare pecuniam pro Baptismo, puta quando sacerdos puerum morientem sine pretio baptizare non vellet. Ergo non semper est illicitum emere vel vendere

Mimo to největší svátost jest Eucharistie, která se posvěcuje při mši. Ale za zpívání mší někteří kněží dostávají příjmy nebo peníze. Tedy je dovoleno mnohem spíše kupovati nebo prodávati jiné svátosti.

Mimo to svátost pokání je svátost nutná, která spočívá hlavně v rozhřešení. Ale někteří rozhřešující od vyobcování vymáhají peníze. Tedy není vždy nedovolené svátosti kupovati nebo prodávati.

Mimo to zvyk působí, že není hřích to, co by jinak hřích bylo: jako praví Augustin, že míti více manželek, "když bylo zvykem, nebylo hřichem". Ale u některých je zvykem, že při svěcených biskupů, žehnáních opatů a svěcených duchovních se něco dává za křižmo nebo svatý olej a jiná taková. Tedy se zdá, že to není nedovolené.

Mimo to se mnohdy stává, že někdo zlomyslně překazí někomu dosažení biskupství nebo nějaké jiné hodnosti. Ale je dovoleno každému vykoupiti se ze sužování. Tedy se zdá dovolené v takovém případě dáti peníze za biskupství nebo za nějakou jinou církevní hodnost.

Mimo to manželství je nějaká svátost. Ale mnohdy se dávají peníze za manželství. Tedy je dovoleno svátosti kupovati za peníze.

Avšak proti jest, co se praví I, ot. l ; "Kdo za peníze někoho posvětí, budiž zbaven kněžství."

Odpovídám: Musí se říci, že svátosti Nového zákona jsou nejvíce duchovní, pokud jsou příčinou duchovní milosti, kterou nelze zhodnotiti penězi, a jejímu pojmu odporuje, aby byla dávána nikoli zdarma. Rozdělují se však svátosti skrze služebníky Církve, které má vydržovati lid, podle onoho Apoštolova, I. Kor. 9: "Nevíte, že, 'kdo ve svatyni pracují, jedí to, co je ve svatyni; a kdo slouží oltáři, mají podíl oltáře?" Tak tedy se musí říci, že přijmouti peníze za duchovní milost svátostí je hřích svatokupectví, který nelze omluviti žádným zvykem, "protože zvyk není na úhonu práva přirozeného nebo božského". Penězi se pak rozumí "všechno to, čeho cenu lze penězi odhadnouti", jak praví Filosof, ve IV. Ethic. - Přijmouti však něco na vydržování těch, kteří přisluhují svátostmi podle nařízení Církve a schválených zvyků, není svatokupectví, ani hřích. Nepřijímá se to totiž jako cena mzdová, nýbrž jako podpora potřeby. Proto k onomu I. Tim. 5, ‚Kteří dobře vládnou kněžíʻ atd., praví Glossa Augustinova: "Přijímejte od lidu nutné vydržování, mzdu rozdělování od Pána."

K prvnímu se tedy musí říci, že v případě nutnosti může kdokoliv křtíti. A protože žádným způsobem se nesmí hřešiti, za totéž jest míti, když kněz nechce křtíti bez odměny, jako by nebyl nikdo na křtění. Proto ten, kdo se stará o dítě -i takovém případě by je mohl pokřtíti, nebo

sacramenta.

II-II q. 100 a. 2 arg. 2

Praeterea, maximum sacramentorum est Eucharistia, quae in Missa consecratur. Sed pro Missis cantandis aliqui sacerdotes praebendam vel pecuniam accipiunt. Ergo licet multo magis alia sacramenta emere vel vendere.

II-II q. 100 a. 2 arg. 3

Praeterea, sacramentum poenitentiae est sacramentum necessitatis, quod praecipue in absolutione consistit. Sed quidam absolventes ab excommunicatione pecuniam exigunt. Ergo non semper est illicitum sacramenta emere vel vendere.

II-II q. 100 a. 2 arg. 4

Praeterea, consuetudo facit ut non sit peccatum illud quod alias peccatum esset, sicut Augustinus dicit quod *habere plures uxores, quando mos erat, crimen non erat*. Sed apud quosdam est consuetudo quod in consecrationibus episcoporum, benedictionibus abbatum, et ordinibus clericorum, pro chrismate vel oleo sancto et aliis huiusmodi aliquid detur. Ergo videtur quod hoc non sit illicitum.

II-II q. 100 a. 2 arg. 5

Praeterea, contingit quandoque quod aliquis malitiose impedit aliquem vel ab episcopatu obtinendo, vel ab aliqua alia dignitate. Sed licet unicuique redimere suam vexationem. Ergo licitum videtur in tali casu pecuniam dare pro episcopatu, vel aliqua alia ecclesiastica dignitate.

II-II q. 100 a. 2 arg. 6

Praeterea, matrimonium est quoddam sacramentum. Sed quandoque datur pecunia pro matrimonio. Ergo licitum est sacramenta pecunia vendere.

II-II q. 100 a. 2 s. c.

Sed contra est quod dicitur I, qu. I, *qui per pecuniam quemquam consecraverit, alienus sit a sacerdotio*.

II-II q. 100 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod sacramenta novae legis sunt maxime spiritualia, inquantum sunt spiritualis gratiae causa, quae pretio aestimari non potest, et eius rationi repugnat quod non gratuito detur. Dispensantur autem sacramenta per Ecclesiae ministros, quos oportet a populo sustentari, secundum illud apostoli, I ad Cor. IX, *nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt edunt, et qui altari deserviunt, cum altario participantur?* Sic igitur dicendum est quod accipere pecuniam pro spirituali sacramentorum gratia est crimen simoniae, quod nulla consuetudine potest excusari, quia consuetudo non praeiudicat iuri naturali vel divino. Per pecuniam autem intelligitur omne illud cuius pretium potest pecunia aestimari, ut philosophus dicit, in IV Ethic. Accipere autem aliqua ad sustentationem eorum qui sacramenta ministrant, secundum ordinationem Ecclesiae et consuetudines approbatas, non est simonia, neque peccatum, non enim accipitur tanquam pretium mercedis, sed tanquam stipendium necessitatis. Unde super illud I ad Tim. V, qui bene praesunt presbyteri etc., dicit Glossa Augustini, *accipiant sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a domino*.

II-II q. 100 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in casu necessitatis potest quilibet baptizare. Et quia nullo modo est peccandum, pro eodem est habendum si sacerdos absque pretio baptizare by je mohl dáti pokřtíti komukoli. Mohl by však dovoleně od kněze koupiti vodu, která je čiře hmotný prvek.

Kdyby však byl dospělý, kdo by žádal křest, a hrozilo by nebezpečí smrti, a kněz by jej nechtěl pokřtíti bez platu, musil by, kdyby bylo možné, býti pokřtěn od jiného. Kdyby se nemohl uchýliti k jinému, žádným způsobem by nesměl dáti plat za křest, nýbrž spíše bez křtu zemříti; nahradí se mu totiž ze křtu duchem, co chybí ze svátosti.

K druhému se musí říci, že kněz nepřijímá peníze jako cenu proměnění Eucharistie nebo za zpívané mše, neboť by to bylo svatokupecké, nýbrž jako podporu svého vydržování, jak bylo řečeno.

K třetímu se musí říci, že peníze se nevymáhají od toho, kdo je rozhřešován, jako cena rozhřešení, neboť by to bylo svatokupecké, nýbrž jako trest předeslé viny, pro niž byl vyobcován.

-Ke čtvrtému se musí říci, že, jak bylo řečeno, zvyk není na úhonu práva přirozeného nebo božského, jímž je svatokupectví zakázáno. A proto vyžaduje-li se něco jako cena duchovní věci s úmyslem kupovati nebo prodávati, je zjevné svatokupectví, a zvláště, vyžadují-li se proti vůli. Přijme-li se však jako nějaká podpora, schválená zvykem, není to svatokupectví, není-li totiž úmyslu kupovati nebo prodávati, nýbrž úmysl se odnáší k pouhému zachování zvyku; a zvláště, když někdo dobrovolně platí. Avšak při všem tom pečlivě jest se vystříhati toho, co má podobu svatokupectví nebo chtivosti, podle onoho Apoštolova, I. Sol. posl.: "Zdržujte se od každého zdání zla."

K pátému se musí říci, že, než někdo nabude práva na biskupství nebo kteroukoliv hodnost nebo obročí, volbou nebo opatřením nebo udělením, bylo by svatokupecké vykupovati se penězi z překážek nepřátel; tak totiž by si připravoval penězi cestu k dosažení duchovní věci. Ale když někdo již práva nabyl, je dovoleno penězi odstraniti nespravedlivé překážky.

K šestému se musí říci, že někteří praví, že za manželství je dovoleno dáti peníze, protože se v něm neuděluje milost. - Ale to není všestranně pravdivé, jak bude řečeno ve III. Části tohoto díla. A proto se musí říci jinak, že manželství nejen je svátost Církve, nýbrž i úkol přirozenosti. A proto dáti peníze za manželství, pokud je úkolem přirozenosti, je dovoleno; pokud je však svátost Církve, není dovoleno. A proto podle práv je zakázáno za žehnání sňatku něco vymáhati.

C.3.Zda je dovoleno dávati a přijímati peníze za duchovní úkony.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že je dovoleno dávati a přijímati peníze za duchovní úkony. Neboť užívání proroctví je duchovní úkon. Ale za užívání proroctví se dříve něco dávalo, jak je patrné I. Král. 9. a III. Král. 14. Tedy se zdá, že je dovoleno dávati a přijímati peníze za non velit, ac si non esset qui baptizaret. Unde ille qui gerit curam pueri in tali casu licite posset eum baptizare, vel a quocumque alio facere baptizari. Posset tamen licite aquam a sacerdote emere, quae est pure elementum corporale. Si autem esset adultus qui Baptismum desideraret, et immineret mortis periculum, nec sacerdos eum vellet sine pretio baptizare, deberet, si posset, per alium baptizari. Quod si non posset ad alium habere recursum, nullo modo deberet pretium pro Baptismo dare, sed potius absque Baptismo decedere, suppletur enim ei ex Baptismo flaminis quod ex sacramento deest.

II-II q. 100 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod sacerdos non accipit pecuniam quasi pretium consecrationis Eucharistiae aut Missae cantandae, hoc enim esset simoniacum, sed quasi stipendium suae sustentationis, ut dictum est.

II-II q. 100 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod pecunia non exigitur ab eo qui absolvitur quasi pretium absolutionis, hoc enim esset simoniacum, sed quasi poena culpae praecedentis, pro qua fuit excommunicatus.

II-II q. 100 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod, sicut dictum est, consuetudo non praeiudicat iuri naturali vel divino, quo simonia prohibetur. Et ideo si aliqua ex consuetudine exigantur quasi pretium rei spiritualis, cum intentione emendi vel vendendi, est manifeste simonia, et praecipue si ab invito exigantur. Si vero accipiantur quasi quaedam stipendia per consuetudinem approbatam, non est simonia, si tamen desit intentio emendi vel vendendi, sed intentio referatur ad solam consuetudinis observantiam; et praecipue quando aliquis voluntarie solvit. In his tamen omnibus sollicite cavendum est quod habet speciem simoniae vel cupiditatis, secundum illud apostoli, I ad Thess. ult., *ab omni specie mala abstinete vos*.

II-II q. 100 a. 2 ad 5

Ad quintum dicendum quod antequam alicui acquiratur ius in episcopatu, vel quacumque dignitate seu praebenda, per electionem vel provisionem seu collationem, simoniacum esset adversantium obstacula pecunia redimere, sic enim per pecuniam pararet sibi viam ad rem spiritualem obtinendam. Sed postquam iam ius alicui acquisitum est, licet per pecuniam iniusta impedimenta removere.

II-II q. 100 a. 2 ad 6

Ad sextum dicendum quod quidam dicunt quod pro matrimonio licet pecuniam dare, quia in eo non confertur gratia. Sed hoc non est usquequaque verum, ut in III parte huius operis dicetur. Et ideo aliter dicendum est, quod matrimonium non solum est Ecclesiae sacramentum, sed etiam naturae officium. Et ideo dare pecuniam pro matrimonio inquantum est naturae officium, licitum est, inquantum vero est Ecclesiae sacramentum, est illicitum. Et ideo secundum iura prohibetur ne pro benedictione nuptiarum aliquid exigatur.

3. Utrum liceat pecuniam accipere pro spiritualibus actibus.

II-II q. 100 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod licitum sit dare et accipere pecuniam pro spiritualibus actibus. Usus enim prophetiae est spiritualis actus. Sed pro usu prophetiae olim aliquid dabatur, ut patet I Reg. IX, et III Reg. XIV. Ergo duchovní úkon.

Mimo to modlitba, kázání, chvála Boží jsou úkony nejvíce duchovní. Ale na dosažení přímluv modlitbami se dávají peníze svatým mužům, podle onoho Luk. 16: "Čiňte si přátele z mamony nepravosti." Také kazatelům, duchovní rozsévajícím, jsou povinna časná, podle Apoštola, I. Kor. 9. Také slavícím božské chvály v církevních hodinkách a konajícím průvody se něco dává; a někdy jsou na to určeny roční důchody. Tedy je dovoleno za duchovní věci něco přijímat.

Mimo to věda není méně duchovní než moc. Ale za užívání vědy je dovoleno přijímati peníze, jako advokát smí prodávati spravedlivou ochranu, a lékař zdravotní radu, a učitel dílo poučení. Tedy ze stejného důvodu se zdá, že smí představený něco přijmouti za užívání duchovní moci: třebas za pokárání, prominutí, nebo něco takového.

Mimo to řehole je stav duchovní dokonalosti. Ale v některých klášteřích se něco vymáhá od těch, kteří jsou přijímáni. Tedy je dovoleno za duchovní něco vymáhati.

Avšak proti jest, co se praví I, ot. l: "Cokoli se uděluje útěchou neviditelné milosti, vůbec nikdy se nesmí prodávati za jakékoli poplatky nebo odměny." Ale všechna taková duchovní se udělují skrze neviditelnou milost. Tedy není dovoleno prodávati je za poplatky nebo odměny.

Odpovídám: Musí se říci, že, jako svátosti slují duchovní, protože udělují duchovní milost, tak také některá jiná slují duchovní, protože pocházejí z duchovní milosti a na ni připravují. Ta jsou však podávána příslušnou lidí, kteří mají býti vydržováni lidem, jemuž přisluhují duchovními: podle onoho I. Kor. 9: "Kdo bojuje kdy svým nákladem? Kdo pase stádo a nepožívá z mléka stáda?" A proto prodávati nebo kupovati co je duchovního v těchto úkonech, je svatokupecké; ale přijmouti nebo dáti na vydržování přisluhujících duchovními věcmi podle nařízení církevního a schváleného zvyku, je dovolené; tak však, že není úmyslu kupovati nebo prodávati, a -že od nechtějících se nevymáhá odpíráním duchovních, která se mají uděliti, neboť by to mělo jakousi podobu prodeje. -- Avšak po bezplatném poskytnutí duchovních dovoleně lze stanovené a obvyklé dávky a jakékoliv jiné příjmy vymáhati od nechtějících a mohoucích platiti, zásahem moci vyššího.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Jeronym, K Micheašovi, dobrým prorokům byly samovolně udělovány nějaké dary na vydržování jich, nikoliv jako na koupení užití proroctví; avšak lžiproroci to převraceli v obchod.

K druhému se musí říci, že ti, kteří dávají almužnu chudým, aby od nich dosáhli přímluvy modlitbou, nedávají v tom smyslu, že chtějí modlitby koupiti, nýbrž videtur quod liceat dare et accipere pecuniam pro actu spirituali.

II-II q. 100 a. 3 arg. 2

Praeterea, oratio, praedicatio, laus divina sunt actus maxime spirituales. Sed ad impetrandum orationum suffragia pecunia datur sanctis viris, secundum illud Luc. XVI, *facite vobis amicos de mammona iniquitatis*. Praedicatoribus etiam spiritualia seminantibus temporalia debentur, secundum apostolum, I ad Cor. IX. Celebrantibus etiam divinas laudes in ecclesiastico officio, et processiones facientibus, aliquid datur, et quandoque annui redditus ad hoc assignantur. Ergo licitum est pro spiritualibus actibus accipere aliquid.

II-II q. 100 a. 3 arg. 3

Praeterea, scientia non est minus spiritualis quam potestas. Sed pro usu scientiae licet pecuniam accipere, sicut advocato licet vendere iustum patrocinium, et medico consilium sanitatis, et magistro officium doctrinae. Ergo, pari ratione, videtur quod liceat praelato accipere aliquid pro usu spiritualis suae potestatis, puta pro correctione, vel dispensatione, vel aliquo huiusmodi.

II-II q. 100 a. 3 arg. 4

Praeterea, religio est status spiritualis perfectionis. Sed in aliquibus monasteriis aliquid ab his qui recipiuntur exigitur. Ergo licet pro spiritualibus aliquid exigere.

II-II q. 100 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur I, qu. I, *quidquid invisibilis gratiae consolatione tribuitur, nunquam quaestibus, vel quibuslibet praemiis, venundari penitus debet*. Sed omnia huiusmodi spiritualia per invisibilem gratiam tribuuntur. Ergo non licet ea quaestibus vel praemiis venundari.

II-II q. 100 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod sicut sacramenta dicuntur spiritualia quia spiritualem conferunt gratiam, ita etiam quaedam alia dicuntur spiritualia quia ex spirituali procedunt gratia et ad eam disponunt. Quae tamen per hominum ministerium exhibentur, quos oportet a populo sustentari, cui spiritualia administrant, secundum illud I ad Cor. IX, *quis militat suis stipendiis unquam? Quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat?* Et ideo vendere quod spirituale est in huiusmodi actibus, aut emere, simoniacum est, sed accipere aut dare aliquid pro sustentatione ministrantium spiritualia, secundum ordinationem Ecclesiae et consuetudinem approbatam, licitum est; ita tamen quod desit intentio emptionis et venditionis; et quod ab invitis non exigatur per subtractionem spiritualium quae sunt exhibenda, haec enim haberent quandam venditionis speciem. Gratis tamen spiritualibus prius exhibitis, licite possunt statutae et consuetae oblationes, et quicumque alii proventus, exigi a nolentibus et valentibus solvere, auctoritate superioris interveniente.

II-II q. 100 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Hieronymus dicit, super Michaeam, munera quaedam sponte exhibebantur bonis prophetis ad sustentationem ipsorum, non quasi ad emendum prophetiae usum, quem tamen pseudoprophetae retorquebant ad quaestum.

II-II q. 100 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod illi qui dant eleemosynas pauperibus ut orationum ab ipsis suffragia impetrent, non

udělující dobročinností vyzývají duše chudých k tomu, aby se za ně zdarma a z lásky modlili. - Kazatelům také náleží časné na vydržování kázajících, ne však na kupování slova kázání.

Pročež k onomu I. Tim. 5, ‚Kteří dobře vládnou kněží' atd. praví Glossa: "Nutnost jest přijímati na výživu, láska má dávati; není však prodejné evangelium, aby se za to kázalo. Jestliže totiž tak prodávají, velikou věc prodávají za cenu lacinou." - Podobně také se některá časná dávají chválícím Boha slavením církevních hodinek, ať za živé, nebo za mrtvé, ne jako cena, nýbrž jako podpora vydržování. A v tom smyslu také se přijímají nějaké almužny za konání průvodů při nějakém pohřbu.

Jestliže však se taková ději ze smlouvy nebo také s úmyslem kupu nebo prodeje, bylo by svatokupectví. Proto by bylo nedovolené nařízení, kdyby v nějakém kostele bylo stanoveno, že nebude průvod při pohřbu nikoho, kdo nezaplatí jistou peněžitou částku, protože takovým ustanovením by se zavřela cesta udělení služby lásky některým zdarma. Spíše však by bylo dovolené nařízení, kdyby se stanovilo, že všem dávajícím jistou almužnu bude poskytnuta taková pocta; protože tím by se nezavírala cesta poskytnutí jiným. A mimo to. první nařízení má podobu vymáhání, kdežto druhý má podobu dobrovolné náhrady.

K třetímu se musí říci, že ten, komu se svěřuje duchovní moc, z úřadu má závazek užívati moci sobě svěřené v rozdělování duchovních, a také na své vydržování má stanovené podpory z důchodů církevních. A proto; kdyby něco přijímal za užívání duchovní moci, nepovažovalo by se za pronajímání prací, které musí vynaložiti z povinnosti přijatého úřadu, nýbrž by se považovalo za prodávání samého užívání duchovní milosti. A proto není dovoleno za žádné prominutí něco přijímati; ani také za to, že se dávají zastupovati, ani za to, že své poddané kárají nebo od kárání upouštějí. Je však jim dovoleno přijímati zaopatření, když navštíví své poddané, ne jako odměnu za napomínání, nýbrž jako povinnou podporu.

Ten však, kdo má vědění, nepřijímá tím úřad, kterým by byl vázán jiným poskytovati sdělování vědy. A proto dovoleně může přijímati cenu za své vyučování nebo radu, ne jako prodávaje pravdu nebo vědu, nýbrž jako pronajímaje své práce. Kdyby však byl z úřadu k tomu povinen, rozumělo by se prodávání samé pravdy, pročež by těžce hřešil. Jak je patrné u těch, kteří jsou ustanovováni při některých kostelích, aby učili duchovní kostela a jiné chudé, začež dostávají od kostela obročí; od těch jim není dovoleno něco přijímati, ani na to, aby učili, ani za to, že dají nějaké prázdno nebo opominou.

Ke čtvrtému se musí říci, že za vstup do kláštera není dovoleno něco vymáhati nebo přijímati jako plat. Je však dovoleno, jestliže klášter je skrovný, že nestačí živiti tolik osob, zdarma sice poskytnouti přístup do kláštera, ale přijmouti něco na živení osoby, která byla do kláštera přijata, jestliže na to nestačí klášterní majetek. - Podobně je také dovolené, jestliže je snáze přijat do kláštera někdo pro oddanost, kterou někdo ke klášteru ukazuje, dávaje hojné almužny; jako také opačně je dovoleno někoho povzbuzovati k oddanosti klášteru časnými dobrodiními, aby tím se naklonil ke vstupu do kláštera, ač není dovoleno ze smlouvy něco dáti nebo přijímati za vstup do

eo tenore dant quasi intendentes orationes emere, sed per gratuitam beneficentiam pauperum animas provocant ad hoc quod pro eis gratis et ex caritate orent. Praedicantibus etiam temporalia debentur ad sustentationem praedicantium, non autem ad emendum praedicationis verbum. Unde super illud I ad Tim. V, qui bene praesunt presbyteri etc., dicit Glossa, *necessitatis est accipere unde vivitur, caritatis est praebere, non tamen venale est Evangelium, ut pro his praedicetur. Si enim sic vendunt, magnam rem vili vendunt pretio*. Similiter etiam aliqua temporalia dantur Deum laudantibus in celebratione ecclesiastici officii, sive pro vivis sive pro mortuis, non quasi pretium, sed quasi sustentationis stipendium. Et eo etiam tenore pro processionibus faciendis in aliquo funere aliquae eleemosynae recipiuntur. Si autem huiusmodi pacto interveniente fiant, aut etiam cum intentione emptionis vel venditionis, simoniacum esset. Unde illicita esset ordinatio si in aliqua Ecclesia statueretur quod non fieret processio in funere alicuius nisi solveret certam pecuniae quantitatem, quia per tale statutum praeclauderetur via gratis officium pietatis aliquibus impendendi. Magis autem licita esset ordinatio si statueretur quod omnibus certam eleemosynam dantibus talis honor exhiberetur, quia per hoc non praeclauderetur via aliis exhibendi. Et praeterea prima ordinatio habet speciem exactionis, secunda vero habet speciem gratuitae recompensationis.

II-II q. 100 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod ille cui committitur spiritualis potestas, ex officio obligatur ad usum potestatis sibi commissae in spiritualium dispensatione, et etiam pro sua sustentatione statuta stipendia habet ex redditibus ecclesiasticis. Et ideo si aliquid acciperet pro usu spiritualis potestatis, non intelligeretur locare operas suas, quas ex debito suscepti officii debet impendere, sed intelligeretur vendere ipsum spiritualis gratiae usum. Et propter hoc, non licet pro quacumque dispensatione aliquid accipere; neque etiam pro hoc quod suas vices committant; neque etiam pro hoc quod suos subditos corrigant, vel a corrigendo desistant. Licet tamen eis accipere procurationes quando subditos visitant, non quasi pretium correctionis, sed quasi debitum stipendium. Ille autem qui habet scientiam, non suscipit tamen hoc officium ex quo obligetur aliis usum scientiae impendere. Et ideo licite potest pretium suae doctrinae vel consilii accipere, non quasi veritatem aut scientiam vendens sed quasi operas suas locans. Si autem ex officio ad hoc teneretur, intelligeretur ipsam veritatem vendere, unde graviter peccaret. Sicut patet in illis qui instituuntur in aliquibus Ecclesiis ad docendum clericos Ecclesiae et alios pauperes, pro quo ab Ecclesia beneficium recipiunt, a quibus non licet eis aliquid recipere, nec ad hoc quod doceant, nec ad hoc quod aliqua festa faciant vel praetermittant.

II-II q. 100 a. 3 ad 4

Ad quartum dicendum quod pro ingressu monasterii non licet aliquid exigere vel accipere quasi pretium. Licet tamen, si monasterium sit tenue, quod non sufficiat ad tot personas nutriendas, gratis quidem ingressum monasterii exhibere, sed accipere aliquid pro victu personae quae in monasterio fuerit recipienda, si ad hoc monasterii non sufficiant opes. Similiter etiam licitum est si propter devotionem quam aliquis ad monasterium ostendit largas eleemosynas faciendo, facilius in monasterio recipiatur; sicut etiam licitum est e converso aliquem provocare ad kláštera, jak máme I. ot. 2. hl. Jak zbožnému.

C.4.Zda je dovoleno přijímati peníze za ta, která jsou spojena s duchovními.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že je dovoleno přijímati peníze za ta, která jsou spojena s duchovními. Neboť každé časné zdá se býti spojeno s duchovním, protože časná se mají hledati k vůli duchovnímu. Není-li tedy dovoleno prodávati ta, která jsou spojena s duchovními, nebude dovoleno prodati žádné časné. Což je patrně nesprávné.

Mimo to nic se nezdá více spojeno s duchovními než posvěcené nádoby. Ale ty je dovoleno prodávati na vykupování zajatých, jak praví Ambrož. Tedy je dovoleno prodávati ta, která jsou spojena s duchovními.

Mimo to se zdá s duchovními spojeno právo hrobu, právo patronátní, a právo prvorozenské podle starých (protože před zákonem prvorození vykonávali úřad kněžský) a také právo bráti desátky. Ale Abraham koupil od Ephrona dvojitou jeskyň pro hrob, jak máme Gen. 23. Jakub pak koupil od Esaua právo prvorozenské, jak máme Gen. 25. Také právo patronátní přechází s prodanou věcí a uděluje se v léno. Desátky jsou také povoleny některým vojákům a mohou býti vykoupeny. Představení si někdy podržují na čas výnosy obročí, která udělují, ač přece obročí jsou spojena s duchovními. Tedy je dovoleno kupovati a prodávati ta, která jsou spojena s duchovními.

Avšak proti jest, co praví papež Paschal, a jest I. ot. 3. hl. Jestliže kdo namítne: "Kdokoli z nich prodal jedno, bez něhož ani druhé neplyne, žádné nenechává neprodané. Nikdo tedy nekupuj kostel nebo obročí nebo něco církevního."

Odpovídám: Musí se říci, že něco může býti spojeno s duchovními dvojmo. Jedním způsobem, jakožto závislé na duchovních, jako držení církevních obročí sluje spojené s duchovními, protože nepřísluší než majícímu duchovní úřad. Proto také žádným způsobem nemohou býti bez duchovních. A proto žádným způsobem není dovoleno prodávati je, protože prodáním jich rozumí se také duchovní podrobena prodeji.

Některá však jsou spojena s duchovními, pokud jsou zařízena k duchovním: jako právo patronátní, které je zařízeno k navrhování duchovních k duchovním obročím; a posvátné nádoby, které jsou zařízeny k užívání svátostnému. Proto taková nepředpokládají duchovní, nýbrž spíše jim pořadem času předcházejí. A proto se mohou nějakým způsobem prodávati, nikoliv však, pokud jsou spojena s duchovními.

K prvnímu se tedy musí říci, že všechna časná se pojí s duchovními, jako s cílem. A proto sama časná sice je dovoleno prodati, ale jejich zařízení k duchovním nesmí spadat pod prodej.

K druhému se musí říci, že i posvátné nádoby jsou

devotionem monasterii per temporalia beneficia, ut ex hoc inclinetur ad monasterii ingressum; licet non sit licitum ex pacto aliquid dare vel recipere pro ingressu monasterii, ut habetur I, qu. II, cap. quam pio.

4. Utrum liceat vendere ea quae sunt spiritualibus annexa.

II-II q. 100 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod licitum sit pecuniam accipere pro his quae sunt spiritualibus annexa. Omnia enim temporalia videntur esse spiritualibus annexa, quia temporalia sunt propter spiritualia quaerenda. Si ergo non licet vendere ea quae sunt spiritualibus annexa, nihil temporale vendere licebit. Quod patet esse falsum.

II-II q. 100 a. 4 arg. 2

Praeterea, nihil videtur magis spiritualibus annexum quam vasa consecrata. Sed ea licet vendere pro redemptione captivorum, ut Ambrosius dicit. Ergo licitum est vendere ea quae sunt spiritualibus annexa.

II-II q. 100 a. 4 arg. 3

Praeterea, spiritualibus annexa videntur ius sepulturae, ius patronatus, et ius primogeniturae secundum antiquos (quia primogeniti, ante legem, sacerdotis officio fungebantur), et etiam ius accipiendi decimas. Sed Abraham emit ab Ephron speluncam duplicem in sepulturam. Ut habetur Gen. XXIII. Iacob autem emit ab Esau ius primogeniturae, ut habetur Gen. XXV. Ius etiam patronatus cum re vendita transit, in feudum conceditur. Decimae etiam concessae sunt quibusdam militibus, et redimi possunt. Praelati interdum retinent sibi ad tempus fructus praebendarum quas conferunt, cum tamen praebendae sint spiritualibus annexae. Ergo licet emere et vendere ea quae sunt spiritualibus annexa.

II-II q. 100 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicit paschalis Papa, et habetur I, qu. III, cap. si quis obiecerit, *quisquis eorum vendidit alterum sine quo nec alterum provenit, neutrum inventitum derelinquit. Nullus ergo emat Ecclesiam vel praebendam, vel aliquid ecclesiasticum*.

II-II q. 100 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod aliquid potest esse spiritualibus annexum dupliciter. Uno modo, sicut ex spiritualibus dependens, sicut habere beneficia ecclesiastica dicitur spiritualibus annexum quia non competit nisi habenti officium clericale. Unde huiusmodi nullo modo possunt esse sine spiritualibus. Et propter hoc, ea nullo modo vendere licet, quia, eis venditis, intelliguntur etiam spiritualia venditioni subiici. Quaedam autem sunt annexa spiritualibus inquantum ad spiritualia ordinantur, sicut ius patronatus, quod ordinatur ad praesentandum clericos ad ecclesiastica beneficia; et vasa sacra, quae ordinantur ad sacramentorum usum. Unde huiusmodi non praesupponunt spiritualia, sed magis ea ordine temporis praecedunt. Et ideo aliquo modo vendi possunt, non autem inquantum sunt spiritualibus annexa.

II-II q. 100 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod omnia temporalia annectuntur spiritualibus sicut fini. Et ideo ipsa quidem temporalia vendere licet, sed ordo eorum ad spiritualia sub venditione cadere non debet.

II-II q. 100 a. 4 ad 2

spojeny s duchovními, jako s cílem. A proto jejich posvěcení nelze prodati; avšak pro nouzi kostela nebo chudých lze prodati jejich hmotu, jen když po předeslané modlitbě se nejdříve rozbijí, protože po rozbití se nepovažují za posvátné nádoby, nýbrž za pouhý kov. Proto, kdyby z téže hmoty byly obnoveny podobné nádoby, potřebovaly by opětného posvěcení.

K třetímu se musí říci, že nečteme, že dvojitá jeskyně, kterou koupil Abraham na hrobku, byla posvěcený pozemek na pohřbívání. A proto bylo dovoleno Abrahamovi koupiti onen pozemek za účelem pohřbívání, aby tam zařídil hrobku, jako i dnes by bylo dovoleno koupiti nějaké obyčejné pole na zařízení hřbitova nebo také kostela. Poněvadž však také u pohanů místa určená pohřbívání byla pokládána za náboženská, zamýšlel-li Ephron dostati plat za právo pohřební, hřešil prodejem, třebaže Abraham nehřešil kupem, protože nezamýšlel koupiti než obyčejný pozemek. Také nyní je v případě nutnosti dovoleno prodati nebo koupiti pozemek, kde byl kdysi kostel, jako bylo řečeno též o hmotě posvátných nádob. - Nebo omlouvá Abrahama, že se tím vykoupil ze sužování. Ač totiž mu Ephron nabízel zdarma hrobku, uvážil Abraham, že zdarma nemůže přijmouti bez urážky jeho.

Právo pak prvorozenství náleželo Jakubovi z Božího vyvolení, podle onoho Malach. 1: "Jakuba jsem miloval, Esaua jsem nenáviděl." A proto Esau hřešil, prodávaje prvorozenství, Jakub však nehřešil kupem, protože se rozumí vykoupení ze sužování.

Právo patronátní pak o sobě nelze prodati ani dáti v léno, ale přechází s osadou, která se prodává nebo odevzdává. Duchovní pak právo bráti desátky se nepovoluje laikům, nýbrž toliko časné věci, které se dávají jménem desátků, jak bylo shora řečeno.

Ohledně pak udělování obročí se musí věděti, že, nařídí-li z nějakého důvodu biskup, než někomu vydá obročí, ubrati něco z výnosu poskytovaného obročí a vynaložiti na dobré účely, není nedovoleně. Jestliže však od toho, komu obročí vydává, vyžaduje pro sebe nějaký podíl na výnosu onoho obročí, je to totéž jakoby od něho vyžadoval nějakou odměnu a není bez neřesti svatokupectví.

C.5.Zda je dovoleno dáti duchovní za odměnu, která je z úsluhy nebo z jazyka.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že je dovoleno dáti duchovní za odměnu, která je z úsluhy nebo z jazyka. Praví totiž Řehoř, v Registru: "Sloužící církevním potřebám jsou hodni požívati církevní odměny." Ale sloužiti církevním potřebám náleží k odměně úsluhou. Tedy se zdá, že je dovoleno za přijatou úsluhu udělovati církevní obročí.

Mimo to, jako se zdá úmysl tělesným, dá-li někdo někomu církevní obročí za přijatou službu, tak také dá-li někdo z ohledu na pokrevenství. Ale to se nezdá býti svatokupecké, protože tu není kup nebo prodej. Tedy ani první.

Mimo to, co se děje jen na něčí žádost, zdá se býti

Ad secundum dicendum quod etiam vasa sacra sunt spiritualibus annexa sicut fini. Et ideo eorum consecratio vendi non potest, tamen, pro necessitate Ecclesiae et pauperum, materia eorum vendi potest; dummodo, praemissa oratione, prius confringantur; quia post confractionem non intelliguntur esse vasa sacra, sed purum metallum. Unde si ex eadem materia similia vasa iterum reintegrarentur, indigerent iterum consecrari.

II-II q. 100 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod spelunca duplex quam Abraham emit in sepulturam, non habetur quod erat terra consecrata ad sepeliendum. Et ideo licebat Abrahae terram illam emere ad usum sepulturae, ut ibi instituret sepulcrum, sicut etiam nunc liceret emere aliquem agrum communem ad instituendum ibi coemeterium, vel etiam Ecclesiam. Quia tamen etiam apud gentiles loca sepulturae deputata religiosa reputabantur, si Ephron pro iure sepulturae pretium intendit accipere, peccavit vendens, licet Abraham non peccaverit emens, quia non intendebat emere nisi terram communem. Licet etiam nunc terram ubi quondam fuit Ecclesia, vendere aut emere in casu necessitatis, sicut et de materia vasorum sacrorum dictum est. Vel excusatur Abraham quia in hoc redemit suam vexationem. Quamvis enim Ephron gratis ei sepulturam offerret, perpendit tamen Abraham quod gratis recipere sine eius offensa non posset. Ius autem primogeniturae debebatur Iacob ex divina electione, secundum illud Malach. I, Iacob dilexi, Esau odio habui. Et ideo Esau peccavit primogenita vendens, Iacob autem non peccavit emendo, quia intelligitur suam vexationem redemisse. Ius autem patronatus per se vendi non potest, nec in feudum dari, sed transit cum villa quae venditur vel conceditur. Ius autem spirituale accipiendi decimas non conceditur laicis, sed tantummodo res temporales quae nomine decimae dantur, ut supra dictum est. Circa collationem vero beneficiorum, sciendum est quod si episcopus, antequam alicui beneficium offerat, ob aliquam causam ordinaverit aliquid subtrahendum de fructibus beneficii conferendi et in pios usus expendendum, non est illicitum. Si vero ab eo cui beneficium offert requirat aliquid sibi exhiberi de fructibus illius beneficii, idem est ac si aliud munus ab eo exigeret, et non caret vitio simoniae.

5. Utrum solum munus a manu faciat simoniacum an etiam munus a lingua et ab obsequio.

II-II q. 100 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod liceat spiritualia dare pro munere quod est ab obsequio vel a lingua. Dicit enim Gregorius, in registro, *ecclesiasticis utilitatibus deservientes ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere*. Sed deservire ecclesiasticis utilitatibus pertinet ad munus ab obsequio. Ergo videtur quod licitum sit pro obsequio accepto ecclesiastica beneficia largiri.

II-II q. 100 a. 5 arg. 2

Praeterea, sicut carnalis videtur esse intentio si quis alicui det beneficium ecclesiasticum pro suscepto servitio, ita etiam si quis det intuitu consanguinitatis. Sed hoc non videtur esse simoniacum, quia non est ibi emptio et venditio. Ergo nec primum.

II-II q. 100 a. 5 arg. 3

zdarma: a tak se nezdá míti místa svatokupectví, které spočívá v kupu a prodeji. Ale odměna jazykem se rozumí, když někdo na něčí žádost udělí církevní obroční. Tedy to není svatokupecké.

Mimo to pokrytci konají duchovní skutky, aby dosáhli lidské chvály, jež se zdá náležeti k odměně jazykem. Přece však se pokrytcům neříká svatokupci. Nevzniká tedy svatokupectví odměnou z jazyka.

Avšak proti jest, co praví papež Urban: "Kdokoliv uděluje nebo získává církevní věci nikoli na to, nač byly ustanoveny, nýbrž k vlastním ziskům, odměnou jazyka nebo úsluhy nebo peněz, je svatokupec."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, jménem peněz se rozumí, čeho cenu lze změřiti penězi. Je však jasné, že úsluha člověka je zařízena k nějakému užitku, který lze odhadnouti nějakou peněžní cenou, pročež se též služebníci najímají za peněžitou mzdu. A proto je totéž, že někdo dá duchovní věc za poskytnutou nebo slíbenou nějakou časnou úsluhu, jak by ji dával za peníze dané nebo slíbené, kterými lze onu úsluhu odhadnouti. Podobně také, že někdo vyhoví něčí žádosti, aby získal časné milosti, je zařízeno k nějakému užitku který lze odhadnouti cenou peněžitou. A proto, jako vzniká svatokupectví přijetím peněz nebo kterékoliv vnější věci, což náleží k odměně z ruky, tak také vzniká svatokupectví odměnou z jazyka nebo z úsluhy.

K prvnímu se tedy musí říci, že když nějaký duchovní nějakému představenému poskytne úsluhu počestnou a k duchovním zařízenou, třebas k užitku kostela nebo k pomoci jeho služebníků, za samu oddanost úsluhou stává se hodným církevního obročí, jakož i za jiné dobré skutky. Proto to neplatí za odměnu z úsluhy. A o takovém případě mluví Řehoř. - Je-li však úsluha nepočestná, buď k tělesným zařízená, třebas, že sloužil představenému k užitku jeho příbuzných nebo jeho dědictví nebo pro něco takového, byla by odměna z úsluhy a svatokupectví.

K druhému se musí říci, že když někdo něco duchovního udělí někomu zdarma pro pokrevenství nebo jakýkoliv tělesný cit, je to sice nedovolené a tělesné udělení, ale není svatokupecké, protože nic se tu nepřijímá, pročež to nenáleží ke smlouvě kupu a prodeje, v níž tkví svatokupectví. Jestliže však někdo dá církevní obročí někomu s tou úmluvou neboo úmyslem, aby z toho opatřil jeho příbuzné, je zjevné svatokupectví.

K třetímu se musí říci, že odměna z jazyka sluje buď sama chvála, náležející k lidské přízni, která podléhá ocenění, nebo také žádosti, kterými se získává lidská přízeň, nebo unikne opaku. A proto, když někdo zamýšlí hlavně toto, páchá svatokupectví.

Zdá se to však hlavně zamýšleti, kdo vysluší žádosti, podané za nehodného. Pročež sám skutek je svatokupecký. Jestliže však žádosti jsou podány za

Praeterea, illud quod solum ad preces alicuius fit, gratis fieri videtur, et ita non videtur habere locum simonia, quae in emptione et venditione consistit. Sed munus a lingua intelligitur si quis ad preces alicuius ecclesiasticum beneficium conferat. Ergo hoc non est simoniacum.

II-II q. 100 a. 5 arg. 4

Praeterea, hypocritae spiritualia opera faciunt ut laudem humanam consequantur, quae videtur ad munus linguae pertinere. Nec tamen hypocritae dicuntur simoniaci. Non ergo per munus a lingua simonia contrahitur.

II-II q. 100 a. 5 s. c.

Sed contra est quod Urbanus Papa dicit, *quisquis res ecclesiasticas, non ad quod institutae sunt, sed ad propria lucra, munere linguae vel obsequii vel pecuniae largitur vel adipiscitur, simoniacus est.*

II-II q. 100 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, nomine pecuniae intelligitur cuiuscumque pretium pecunia mensurari potest. Manifestum est autem quod obsequium hominis ad aliquam utilitatem ordinatur quae potest pretio pecuniae aestimari, unde et pecuniaria mercede ministri conducuntur. Et ideo idem est quod aliquis det rem spiritualem pro aliquo obsequio temporali exhibito vel exhibendo, ac si daret pro pecunia, data vel promissa, qua illud obsequium aestimari posset. Similiter etiam quod aliquis satisfaciat precibus alicuius ad temporalem gratiam quaerendam, ordinatur ad aliquam utilitatem quae potest pecuniae pretio aestimari. Et ideo sicut contrahitur simonia accipiendo pecuniam vel quamlibet rem exteriorem, quod pertinet ad munus a manu, ita etiam contrahitur per munus a lingua, vel ab obsequio.

II-II q. 100 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod si aliquis clericus alicui praelato impendat obsequium honestum et ad spiritualia ordinatum, puta ad Ecclesiae utilitatem vel ministrorum eius auxilium, ex ipsa devotione obsequii redditur dignus ecclesiastico beneficio, sicut et propter alia bona opera. Unde non intelligitur esse munus ab obsequi. Et in hoc casu loquitur Gregorius. Si vero sit inhonestum obsequium, vel ad carnalia ordinatum, puta quia servivit praelato ad utilitatem consanguineorum suorum vel patrimonii sui, vel ad aliquid huiusmodi, esset munus ab obsequio, et simoniacum.

II-II q. 100 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod si aliquis aliquid spirituale alicui conferat gratis propter consanguinitatem, vel quamcumque carnalem affectionem, est quidem illicita et carnalis collatio, non tamen simoniaca, quia nihil ibi accipitur, unde hoc non pertinet ad contractum emptionis et venditionis, in quo fundatur simonia. Si tamen aliquis det beneficium ecclesiasticum alicui hoc pacto, vel intentione, ut exinde suis consanguineis provideat, est manifesta simonia.

II-II q. 100 a. 5 ad 3

K prvnímu se tedy musí říci, že Bůh ponechal člověka v rukách jeho rady, ne že jest mu dovoleno konati vše, co chce, nýbrž, že k tomu, co jest konati, není nucen nutnosti přírody, jako tvorové nerozumoví, ale svobodnou volbou, vycházející z vlastní rady. A jako k jiným skutkům má postupovati z vlastního úradku, tak i k tomu, aby poslouchal svých představených; praví totiž Řehoř, posl. Moral., že "když se pokorně poddáme hlasu druhého, sebe v srdci překonáváme".

K druhému se musí říci, že božská vůle je první pravidlo, které řídí všechny vůle rozumné; jedna pak se k ní přibližuje více než jiná, podle řádu Bohem ustanoveného. A proto vůle jednoho rozkazujícího člověka může býti jako druhé pravidlo vůle druhého poslouchajícího.

K třetímu se musí říci, že něco lze považovati za zdarma dané dvojmo: jedním způsobem se strany samého díla, že totiž člověk k tomu není vázán; jiným způsobem se strany jednajícího, poněvadž to koná ze svobodné vůle. Avšak skutek se stává ctnostným a chvalným a záslužným hlavně pokud vychází z vůle. A proto, ač poslouchati je povinné, poslouchá-li někdo ochotnou vůlí, nezmenšuje se proto jeho zásluha, nejvíce u Boha, který vidí nejen vnější skutky, ale také vnitřní vůli.

CIV.2. Zda poslušnost je zvláštní ctnost.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že poslušnost není zvláštní ctnost. Neboť poslušnosti protilehlá je neposlušnost. Ale neposlušnost je povšechný hřích; Ambrož totiž praví, v knize O ráji, že "hřích je neposlušnost božského zákona". Tedy poslušnost není zvláštní ctnost, nýbrž povšechná.

Mimo to každá ctnost zvláštní buď je božská nebo mravní. Ale poslušnost není ctnost božská, poněvadž není obsažena ani pod vírou, ani pod nadějí, ani pod láskou. Podobně také není ctností mravní, poněvadž není prostřed mezi nadbytečným a umenšeným. Neboť čím je kdo poslušnější, tím více je chválen. Tedy poslušnost není zvláštní ctnost.

Mimo to Řehoř, posl. Moral., praví, že "poslušnost tím více je záslužná a chvalná, čím méně má ze svého". Ale každá zvláštní ctnost tím více je chválena, čím více má ze svého, poněvadž ke ctnosti se vyžaduje, aby byla chtějící a volící, jak se praví v II. Ethic. Tedy poslušnost není

procedunt ex potentiis naturalibus, ita etiam operationes humanae procedunt ex humana voluntate. Oportuit autem in rebus naturalibus ut superiora moverent inferiora ad suas actiones, per excellentiam naturalis virtutis collatae divinitus. Unde etiam oportet in rebus humanis quod superiores moveant inferiores per suam voluntatem, ex vi auctoritatis divinitus ordinatae. Movere autem per rationem et voluntatem est praecipere. Et ideo, sicut ex ipso ordine naturali divinitus instituto inferiora in rebus naturalibus necesse habent subdi motioni superiorum, ita etiam in rebus humanis, ex ordine iuris naturalis et divini, tenentur inferiores suis superioribus obedire.

II-II q. 104 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Deus reliquit hominem in manu consilii sui, non quia liceat ei facere omne quod velit, sed quia ad id quod faciendum est non cogitur necessitate naturae, sicut creaturae irrationales, sed libera electione ex proprio consilio procedente. Et sicut ad alia facienda debet procedere proprio consilio, ita etiam ad hoc quod obediat suis superioribus, dicit enim Gregorius, ult. Moral., quod *dum alienae voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus*.

II-II q. 104 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod divina voluntas est prima regula, qua regulantur omnes rationales voluntates, cui una magis appropinquat quam alia, secundum ordinem divinitus institutum. Et ideo voluntas unius hominis praecipientis potest esse quasi secunda regula voluntatis alterius obedientis.

II-II q. 104 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod aliquid potest iudicari gratuitum dupliciter. Uno modo, ex parte ipsius operis, quia scilicet ad id homo non obligatur. Alio modo, ex parte operantis, quia scilicet libera voluntate hoc facit. Opus autem redditur virtuosum et laudabile et meritorium praecipue secundum quod ex voluntate procedit. Et ideo, quamvis obedire sit debitum, si prompta voluntate aliquis obediat, non propter hoc minuitur eius meritum, maxime apud Deum, qui non solum exteriora opera, verum etiam interiorem voluntatem videt.

2. Utrum obedientia sit specialis virtus.

II-II q. 104 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod obedientia non sit specialis virtus. Obedientiae enim inobedientia opponitur. Sed inobedientia est generale peccatum, dicit enim Ambrosius quod peccatum est inobedientia legis divinae. Ergo obedientia non est specialis virtus, sed generalis.

II-II q. 104 a. 2 arg. 2

Praeterea, omnis virtus specialis aut est theologica, aut moralis. Sed obedientia non est virtus theologica, quia neque continetur sub fide, neque sub spe, neque sub caritate. Similiter etiam non est virtus moralis, quia non est in medio superflui et diminuti; quanto enim aliquis est magis obediens, tanto magis laudatur. Ergo obedientia non est specialis virtus.

II-II q. 104 a. 2 arg. 3

Praeterea, Gregorius dicit, ult. Moral., quod *obedientia tanto magis est meritoria et laudabilis quanto minus habet de suo*. Sed quaelibet specialis virtus tanto magis laudatur quanto magis habet de suo, eo quod ad virtutem requiritur

ctnost zvláštní.

Mimo to ctnosti se liší druhem podle předmětů. Avšak předmětem poslušnosti zdá se býti rozkaz představeného, který zdá se mnohonásobně odlišný podle různých stupňů představenství. Tedy poslušnost je ctnost povšechná, zahrnující pod sebou mnoho zvláštních ctností.

Avšak proti jest, že poslušnost se od některých stanoví za část spravedlnosti, jak bylo svrchu řečeno.

Odpovídám: Musí se říci, že pro všechny dobré skutky, které mají zvláštní důvod chvály, určuje se zvláštní ctnost; neboť to vlastně přísluší ctnosti, aby skutek učinila dobrým. Avšak poslouchati vyššího je povinnost podle božského řádu, daného věcem, jak bylo ukázáno, a v důsledku je dobrem, ježto dobro pozůstává ve způsobu, druhu a řádu, jak praví Augustin. Tento pak úkon má zvláštní důvod chvály ze zvláštního předmětu. Ježto totiž nižší mají svým představeným mnohá vzdávati, mezi ostatními toto jest jedno zvláštní, že jsou vázáni poslouchati jejich rozkazů. Pročež poslušnost je zvláštní ctnost a jejím zvláštním předmětem je rozkaz, nevyslovený nebo vyslovený; ať totiž se vůle představeného pozná jakýmkoli způsobem, jest jakýsi nevyslovený rozkaz. A poslušnost zdá se býti tím ochotnější, čím více poslušností předejde výslovnému rozkazu, porozuměvši vůli představeného.

K prvnímu se tedy musí říci, že nic nepřekáží, aby dva zvláštní rázy, na něž se vztahují zvláštní ctnosti, sbíhaly se v jednom a témž látkovém předmětě; jako vojín obranou tábora králova koná i skutek statečnosti, neuhýbaje nebezpečím smrti k vůli dobru, i skutek spravedlnosti, dávaje svému pánu povinnou službu. Tak tedy ráz rozkazu, kterého dbá poslušnost, sbíhá se s úkony všech ctností, ne však se všemi úkony ctností, poněvadž ne všechny úkony ctností jsou příkazem, jak jsme měli shora. Podobně také některá mnohdy spadají pod rozkaz, která nepatří k žádné jiné ctnosti, jak je patrné u těch, která nejsou zlá než proto, že jsou zakázána. Tak tedy, vezme-li se poslušnost vlastně, pokud úmyslem přihlíží k tvarovému rázu rozkazu, bude zvláštní ctnost, a neposlušnost zvláštní hřích; podle toho se totiž k poslušnosti vyžaduje, aby vyplnil někdo úkon spravedlnosti nebo jiné ctnosti, zamýšleje vyplniti rozkaz, a k neposlušnosti se vyžaduje, aby někdo skutečně pohrdl rozkazem. Vezme-li se však poslušnost šíře za vykonání čehokoliv, co může spadati pod rozkaz, a neposlušnost za opominutí téhož z jakéhokoliv úmyslu, tak poslušnost bude povšechná ctnost a neposlušnost povšechný hřích.

K druhému se musí říci, že poslušnost není ctnost božská. Neboť jejím předmětem o sobě není Bůh, nýbrž rozkaz kteréhokoli představeného, buď vyslovený nebo vykládaný, totiž prosté slovo představeného, označující jeho vůli, jehož poslechne ochotně poslušný, podle onoho Tit. 3: "Napomeň je, aby byli poddáni knížatům a mocím, naslovo poslouchati," atd. Je však mravní ctnost, poněvadž je částí spravedlnosti a je středem mezi

ut sit volens et eligens, sicut dicitur in II Ethic. Ergo obedientia non est specialis virtus.

II-II q. 104 a. 2 arg. 4

Praeterea, virtutes differunt specie secundum obiecta. Obiectum autem obedientiae esse videtur superioris praeceptum, quod multipliciter diversificari videtur, secundum diversos superioritatis gradus. Ergo obedientia est virtus generalis sub se multas virtutes speciales comprehendens.

II-II q. 104 a. 2 s. c.

Sed contra est quod obedientia a quibusdam ponitur pars iustitiae, ut supra dictum est.

II-II q. 104 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod ad omnia opera bona quae specialem laudis rationem habent, specialis virtus determinatur, hoc enim proprie competit virtuti, ut opus bonum reddat. Obedire autem superiori debitum est secundum divinum ordinem rebus inditum, ut ostensum est, et per consequens est bonum, cum bonum consistat in modo, specie et ordine, ut Augustinus dicit, in libro de Nat. boni. Habet autem hic actus specialem rationem laudis ex speciali obiecto. Cum enim inferiores suis superioribus multa debeant exhibere, inter cetera hoc est unum speciale, quod tenentur eius praeceptis obedire. Unde obedientia est specialis virtus, et eius speciale obiectum est praeceptum tacitum vel expressum. Voluntas enim superioris, quocumque modo innotescat, est quoddam tacitum praeceptum, et tanto videtur obedientia promptior quanto praeceptum expressum obediendo praevenit, voluntate superioris intellecta.

II-II q. 104 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod nihil prohibet duas speciales rationes, ad quas duae speciales virtutes respiciunt, in uno et eodem materiali obiecto concurrere, sicut miles, defendendo castrum regis, implet opus fortitudinis non refugiens mortis pericula propter bonum, et opus iustitiae debitum servitium domino suo reddens. Sic igitur ratio praecepti, quam attendit obedientia, concurrit cum actibus omnium virtutum, non tamen cum omnibus virtutum actibus, quia non omnes actus virtutum sunt in praecepto, ut supra habitum est. Similiter etiam quaedam quandoque sub praecepto cadunt quae ad nullam aliam virtutem pertinent, ut patet in his quae non sunt mala nisi quia prohibita. Sic ergo, si obedientia proprie accipiatur, secundum quod respicit per intentionem formalem rationem praecepti, erit specialis virtus et inobedientia specialis peccatum. Secundum hoc ad obedientiam requiretur quod impleat aliquis actum iustitiae, vel alterius virtutis, intendens implere praeceptum, et ad inobedientiam requiretur quod actualiter contemnat praeceptum. Si vero obedientia large accipiatur pro executione cuiuscumque quod potest cadere sub praecepto, et inobedientia pro omissione eiusdem ex quacumque intentione, sic obedientia erit generalis virtus, et inobedientia generale peccatum.

II-II q. 104 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod obedientia non est virtus theologica. Non enim per se obiectum eius est Deus, sed praeceptum superioris cuiuscumque, vel expressum vel interpretativum, scilicet simplex verbum praelati eius indicans voluntatem, cui obedit promptus obediens, secundum illud Tit. III, dicto obedire. Est autem virtus moralis, cum sit pars iustitiae, et est medium inter

nadbytečným a umenšeným. Avšak její 'nadbytečné se pozoruje ne podle kolikosti, nýbrž podle jiných okolností, pokud totiž někdo poslouchá buď toho, koho nemusí, nebo v čem nemusí, jako také bylo řečeno shora o nábožnosti. Možno také říci, že jako nadbytečné je u toho, kdo podržuje cizí, zmenšené však u toho, komu se nedává, co je povinno, jak praví Filosof, v V. Ethic., tak také poslušnost je středem mezi nadbytečným, jež se pozoruje se strany toho, kdo ujímá představenému povinnou poslušnost, poněvadž nadbytečně plní vlastní vůli; a umenšeným, jež se pozoruje se strany představeného, jehož se neposloucháš. Tedy podle toho poslušnost bude středem dvou špatností, jak bylo shora řečeno o spravedlnosti.

K třetímu se musí říci, že poslušnost, jako i každá ctnost, musí míti ochotnou vůli ke svému vlastnímu předmětu, ne však k tomu, co mu odporuje. Vlastním pak předmětem poslušnosti je rozkaz, a ten vychází z vůle jiného; pročež poslušnost činí vůli člověka ochotnou vyplniti vůli druhého, totiž rozkazujícího. Jestliže však to, co je mu rozkazováno, je mu o sobě chtěné, jako se přihází v prospěšných, již k tomu tíhne z vlastní vůle a nezdá se, že to plní k vůli rozkazu, nýbrž dle vlastní vůle. Ale když to, co se rozkazuje, žádným způsobem není chtěné o sobě, nýbrž uvažováno o sobě jest odporné vlastní vůli, jak se :přihází v obtížných, tu jest úplně jasné, že se neplní než k vůli rozkazu. A proto Řehoř, v posl. knize Moral., praví, že "poslušnost, která má něco ze svého v prospěšných, není buď žádná nebo menší", poněvadž totiž vlastní vůle se nezdá tíhnouti hlavně k vyplnění rozkazu, nýbrž k dosažení vlastního chtěného; "avšak v protivných nebo nesnadných je větší", poněvadž vlastní vůle netíhne k ničemu jinému než k rozkazu. Ale to jest rozuměti podle toho, co se jeví navenek. Avšak podle soudu Božího, který prohlédá srdce, může se přihoditi, že i v prospěšných poslušnost, mající něco ze svého, není proto méně chvalná, jestliže totiž vlastní vůle poslouchajícího neméně oddaně tíhne k vyplnění rozkazu.

Ke čtvrtému se musí říci, že pocta přímo přihlíží k osobě vynikající, a proto podle různého způsobu vynikání, má různé druhy. Avšak poslušnost přihlíží k rozkazu vynikající osoby, a je pouze jednoho způsobu. Ale poněvadž pro úctyhodnost osoby je dlužna poslušnost jejího rozkazu, důsledek jest, že poslušnost člověka je téhož druhu, vychází však z příčin druhově různých.

CIV.3. Zda poslušnost je největší ctnost.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že poslušnost je největší ctnost. Praví se totiž I. Král. 15: "Lepší je poslušnost než oběti." Ale podávání obětí patří k nábožnosti, která je největší ctnost mezi všemi ctnostmi mravními, jak je patrné ze shora řečeného. Tedy poslušnost je největší mezi všemi ctnostmi.

Mimo to Řehoř, posl. Moral., praví, že "poslušnost je jediná ctnost, která ostatní ctnosti mysli vštěpuje a vštípené chrání." Ale příčina je více než účinek. Tedy

superfluum et diminutum. Attenditur autem eius superfluum non quidem secundum quantum, sed secundum alias circumstantias, inquantum scilicet aliquis obedit vel cui non debet vel in quibus sicut etiam supra de religione dictum est. Potest etiam dici quod sicut in iustitia superfluum est in eo qui retinet alienum, diminutum autem in eo cui non redditur quod debetur, ut philosophus dicit, in V Ethic.; ita etiam obedientia medium est inter superfluum quod attenditur ex parte eius qui subtrahit superiori obedientiae debitum, quia superabundat in implendo propriam voluntatem, diminutum autem ex parte superioris cui non obeditur. Unde secundum hoc, obedientia non erit medium duarum malitiarum, sicut supra de iustitia dictum est.

II-II q. 104 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod obedientia, sicut et quaelibet virtus, debet habere promptam voluntatem in suum proprium obiectum, non autem in id quod repugnans est ei. Proprium autem obiectum obedientiae est praeceptum, quod quidem ex alterius voluntate procedit. Unde obedientia reddit promptam hominis voluntatem ad implendam voluntatem alterius, scilicet praecipientis. Si autem id quod ei praecipitur sit propter se ei volitum, etiam absque ratione praecepti, sicut accidit in prosperis; iam ex propria voluntate tendit in illud, et non videtur illud implere propter praeceptum, sed propter propriam voluntatem. Sed quando illud quod praecipitur nullo modo est secundum se volitum, sed est, secundum se consideratum, propriae voluntati repugnans, sicut accidit in asperis; tunc omnino manifestum est quod non impletur nisi propter praeceptum. Et ideo Gregorius dicit, in libro Moral., quod *obedientia quae habet aliquid de suo in prosperis, est nulla vel minor*, quia scilicet voluntas propria non videtur principaliter tendere ad implendum praeceptum, sed ad assequendum proprium volitum, in adversis autem vel difficilibus est maior, quia propria voluntas in nihil aliud tendit quam in praeceptum. Sed hoc intelligendum est secundum illud quod exterius apparet. Secundum tamen Dei iudicium, qui corda rimatur, potest contingere quod etiam in prosperis obedientia, aliquid de suo habens, non propter hoc sit minus laudabilis, si scilicet propria voluntas obedientis non minus devote tendat ad impletionem praecepti.

II-II q. 104 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod reverentia directe respicit personam excellentem, et ideo secundum diversam rationem excellentiae, diversas species habet. Obedientia vero respicit praeceptum personae excellentis, et ideo est unius rationis. Sed quia propter reverentiam personae obedientia debetur eius praecepto, consequens est quod obedientia omnis sit eadem specie, ex diversis tamen specie causis procedens.

3. Utrum obedientia sit maxima virtutum.

II-II q. 104 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod obedientia sit maxima virtutum. Dicitur enim I Reg. XV, *melior est obedientia quam victimae*. Sed oblatio victimarum pertinet ad religionem, quae est potissima inter omnes virtutes morales, ut ex supra dictis patet. Ergo obedientia est potissima inter virtutes.

II-II q. 104 a. 3 arg. 2

Praeterea, Gregorius dicit, ult. Moral., quod *obedientia sola virtus est quae virtutes ceteras menti inserit, insertasque*

poslušnost je větší než všechny ctnosti.

Mimo to Řehoř praví, že "skrze poslušnost nemá se nikdy díti zlo. Někdy však má se skrze poslušnost opominouti dobro, které koname." Ale neopomíjí se něco než pro lepší. Tedy poslušnost, pro kterou se opomíjejí dobra jiných ctností, je lepší než jiné ctnosti.

Avšak proti jest, že poslušnost má chválu z toho, že vychází z lásky; Řehoř totiž praví, že "poslušnost nemá se zachovávati z otrockého strachu, nýbrž z citu lásky, ne z bázně trestu, nýbrž z lásky ke spravedlnosti". Tedy láska je větší ctnost než poslušnost.

Odpovídám: Musí se říci, že, jako hřích pozůstává v tom, že člověk, pohrdnuv Bohem, utkví na měnivých dobrech, tak zásluha ctnostného úkonu pozůstává v tom, že člověk, pohrdnuv dobry stvořenými, lne k Bohu jako k cíli. Cíl je však více než ta, která jsou k cíli. Pohrdá-li se tedy dobry stvořenými proto, aby se lnulo k Bohu, větší je chvála ctnosti z toho, že lne k Bohu, než z toho, že pohrdá dobry pozemskými. A proto ony ctnosti, jimiž se lne k Bohu o sobě, to jest božské, jsou více než mravní ctnosti, jimiž se pohrdá něčím pozemským, aby se lnulo k Bohu. Avšak mezi ctnostmi mravními tím je nějaká více, čím kdo něčím větším pohrdá, aby lnul k Bohu. Jsou pak tři druhy lidských dober, jimiž člověk může pohrdnouti k vůli Bohu; z nich nejnižší jsou vnější dobra; střední pak jsou dobra tělesná; nejvyšší pak jsou dobra duševní, mezi nimiž nějak přední je vůle, pokud totiž skrze vůli člověk užívá všech ostatních dober. A proto, řečeno o sobě, chvalnější je ctnost poslušnosti, která pro Boha pohrdá vlastní vůlí, než jiné mravní ctnosti, které pro Boha pohrdají některými jinými dobry. Pročež Řehoř praví, že, právem se poslušnost staví před oběti, poněvadž obětmi se zabíjí cizí tělo, poslušností však vlastní vůle. Proto také kterékoliv jiné skutky ctností z toho jsou záslužné u Boha, že se dějí, aby se poslouchalo Boží vůle. Neboť, kdyby někdo i mučednictví vytrpěl, nebo všechno své rozdal chudým, kdyby to nezařizoval k vyplnění Boží vůle, což patří přímo k poslušnosti, nemohlo by býti záslužné, jako ani kdyby se dálo bez lásky, která bez poslušnosti nemůže býti; praví se totiž I. Jan. 2, že, "kdo praví, že zná

Boha, ale nezachovává jeho přikázání, je lhář, kdo však zachovává jeho slova, vpravdě v tom láska Boží je dokonalá". A to je proto, poněvadž přátelství působí chtění a nechtění téhož.

K prvnímu se tedy musí říci, že poslušnost vychází z uctivosti, která vzdává uctivání a čest vyššímu. A proto jest obsažena pod různými ctnostmi, ač o sobě pozorována, pokud přihlíží k rázu rozkazu, jest jedna zvláštní ctnost. Pokud tedy vychází z úcty k představeným, jest jaksi obsažena pod uctivostí. Pokud však vychází ze ctění rodičů, pod úctou; pokud však vychází z úcty k Bohu, pod nábožností a patří ke zbožnosti, která je hlavním úkonem nábožnosti. Tedy podle toho je chvalnější poslouchati Boha než přinášeti oběť. A také poněvadž "v oběti se zabíjí cizí tělo, poslušností však vlastní vůle", jak praví Řehoř. Zvláště

custodit. Sed causa est potior effectu. Ergo obedientia est potior omnibus virtutibus.

II-II q. 104 a. 3 arg. 3

Praeterea, Gregorius dicit, ult. Moral., quod *nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem debet per obedientiam bonum quod agitur intermitti*. Sed non praetermittitur aliquid nisi pro meliori. Ergo obedientia, pro qua praetermittuntur bona aliarum virtutum, est virtutibus aliis melior.

II-II q. 104 a. 3 s. c.

Sed contra est quod obedientia habet laudem ex eo quod ex caritate procedit, dicit enim Gregorius, ult. Moral., quod *obedientia non servili metu, sed caritatis affectu servanda est, non timore poenae, sed amore iustitiae*. Ergo caritas est potior virtus quam obedientia.

II-II q. 104 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod sicut peccatum consistit in hoc quod homo, contempto Deo, commutabilibus bonis inhaeret; ita meritum virtuosi actus consistit e contrario in hoc quod homo, contemptis bonis creatis, Deo inhaeret. Finis autem potior est his quae sunt ad finem. Si ergo bona creata propter hoc contemnantur ut Deo inhaereatur, maior est laus virtutis ex hoc quod Deo inhaeret quam ex hoc quod bona terrena contemnit. Et ideo illae virtutes quibus Deo secundum se inhaeretur, scilicet theologicae, sunt potiores virtutibus moralibus, quibus aliqui terrenum contemnitur ut Deo inhaereatur. Inter virtutes autem morales, tanto aliqua potior est quanto maius aliqui contemnit ut Deo inhaereat. Sunt autem tria genera bonorum humanorum quae homo potest contemnere propter Deum, quorum infimum sunt exteriora bona; medium autem sunt bona corporis; supremum autem sunt bona animae, inter quae quodammodo praecipuum est voluntas, inquantum scilicet per voluntatem homo omnibus aliis bonis utitur. Et ideo, per se loquendo, laudabilior est obedientiae virtus, quae propter Deum contemnit propriam voluntatem, quam aliae virtutes morales, quae propter Deum aliqua alia bona contemnunt. Unde Gregorius dicit, in ult. Moral., quod *obedientia victimis iure praeponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur*. Unde etiam quaecumque alia virtutum opera ex hoc meritoria sunt apud Deum quod sint ut obediatur voluntati divinae. Nam si quis etiam martyrium sustineret, vel omnia sua pauperibus erogaret, nisi haec ordinaret ad impletionem divinae voluntatis, quod recte ad obedientiam pertinet, meritoria esse non possent, sicut nec si fierent sine caritate, quae sine obedientia esse non potest. Dicitur enim I Ioan. II, quod *qui dicit se nosse Deum, et mandata eius non custodit, mendax est, qui autem servat verba eius, vere in hoc caritas Dei perfecta est*. Et hoc ideo est quia amicitia facit idem velle et nolle.

II-II q. 104 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod obedientia procedit ex reverentia, quae exhibet cultum et honorem superiori. Et quantum ad hoc, sub diversis virtutibus continetur, licet secundum se considerata, prout respicit rationem praecepti, sit una specialis virtus. Inquantum ergo procedit ex reverentia praelatorum, continetur quodammodo sub observantia. Inquantum vero procedit ex reverentia parentum, sub pietate. Inquantum vero procedit ex reverentia Dei, sub religione, et pertinet ad devotionem, quae est principalis actus religionis. Unde secundum hoc, však v případě, kdy mluvil Samuel, lepší by bývalo Saulovi poslechnouti Boha než tučná zvířata Amalekitů v obět přinésti proti Božímu rozkazu.

K druhému se musí říci, že k poslušnosti patří všechny úkony ctností, pokud jsou přikázány. Pokud tedy úkony ctností působí příčinně nebo uzpůsobováním k jejich vzniku a zachování, potud se praví, že poslušnost všechny ctnosti mysli vštěpuje a chrání. Avšak nenásleduje, že poslušnost je prostě před všemi ctnostmi, pro dvojí: nejprve, poněvadž, ač úkon ctnosti spadá pod příkaz, přece může někdo vyplniti úkon ctnosti, nedbaje rázu rozkazu. Pročež, je-li některá ctnost, jejíž předmět je přirozeně před rozkazem, ona ctnost sluje přirozeně prvnější než poslušnost, jak je patrné o víře, skrze niž známe vznešenost božské autority, z 'níž jí přísluší moc poroučeti. Za druhé, poněvadž vlití milosti a ctností může předcházeti také časem každému ctnostnému úkonu. A podle toho ani časem, ani přirozeností poslušnost není před ostatními ctnostmi.

K třetímu se musí říci, že je dvojí dobro. Nějaké, k jehož konání je člověk nutností vázán, jako milovati Boha, nebo něco takového. A takové dobro nemá se žádným způsobem opominouti z poslušnosti. Jest pak jiné dobro, k němuž člověk není vázán nutností. A takové dobro má člověk někdy opominouti z poslušnosti, k níž je člověk vázán nutností; poněvadž člověk nemá konati nějaké dobro a při tom se dopouštěti viny. A přece, jak tamtéž praví Řehoř, "Kdo zapovídá poddaným každé dobro, musí mnohá dovoliti, aby mysl poslušného zkořen nezahynula, kdyby úplně zlačněla, ode všech dober odehnána". A tak skrze poslušnost a jiná dobra lze nahraditi ztrátu jednoho dobra.

CIV.4. Zda jest Boha ve všem poslouchati.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že Boha netřeba ve všem poslouchati. Praví se totiž Mat. 9, že Pán dvěma slepým uzdraveným přikázal: "Hleďte, ať nikdo nezví. Oni však vyšedše, rozhlásili jej po celé oné zemi." A nejsou proto obviňováni. Tedy zdá se, že nejsme vázáni ve všem Boha poslouchati.

Mimo to nikdo není vázán konati něco proti ctnosti. Ale nacházejí se některá přikázání Boží proti ctnosti; jako přikázal Abrahamovi, aby zabil nevinného syna, jak máme Gen. 22; a Židům, aby ukradli věci Egypťanů, jak máme Exod. 11, což je proti spravedlnosti; a Oseášovi. aby vzal ženu cizoložnou, což je proti čistotě. Tedy netřeba Boha ve všem poslouchati.

Mimo to kdokoliv poslouchá Boha, připodobňuje vůli svou vůli Boží. Ale nejsme vázáni ve všem připodobňovati vůli svou vůli Boží ve chtěném, jak jsme měli shora. Tedy člověk není vázán ve všem Boha poslouchati.

laudabilius est obedire Deo quam sacrificium offerre. Et etiam quia in sacrificio immolatur aliena caro, per obedientiam autem propria voluntas, ut Gregorius dicit. Specialiter tamen in casu in quo loquebatur Samuel, melius fuisset Sauli obedire Deo quam animalia pinguia Amalecitarum in sacrificium offerre, contra Dei mandatum.

II-II q. 104 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod ad obedientiam pertinent omnes actus virtutum prout sunt in praecepto. Inquantum ergo actus virtutum operantur causaliter vel dispositive ad earum generationem et conservationem, intantum dicitur quod obedientia omnes virtutes menti inserit et custodit. Nec tamen sequitur quod obedientia sit simpliciter omnibus virtutibus prior, propter duo. Primo quidem, quia licet actus virtutis cadat sub praecepto, tamen potest aliquis implere actum virtutis non attendens ad rationem praecepti. Unde si aliqua virtus sit cuius obiectum sit naturaliter prius quam praeceptum, illa virtus dicitur naturaliter prior quam obedientia, ut patet de fide, per quam nobis divinae auctoritatis sublimitas innotescit, ex qua competit ei potestas praecipiendi. Secundo, quia infusio gratiae et virtutum potest praecedere, etiam tempore, omnem actum virtuosum. Et secundum hoc, neque tempore neque natura est obedientia omnibus aliis virtutibus prior.

II-II q. 104 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod duplex est bonum. Quoddam ad quod faciendum homo ex necessitate tenetur, sicut amare Deum, vel aliquid huiusmodi. Et tale bonum nullo modo debet propter obedientiam praetermitti. Est autem aliud bonum ad quod homo non tenetur ex necessitate. Et tale bonum debet homo quandoque propter obedientiam praetermittere, ad quam ex necessitate homo tenetur, quia non debet homo aliquid bonum facere culpam incurrendo. Et tamen, sicut ibidem Gregorius dicit, *qui ab uno quolibet bono subiectos vetat, necesse est ut multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, si a bonis omnibus penitus repulsa ieiunet*. Et sic per obedientiam et alia bona potest damnum unius boni recompensari.

4. Utrum Deo sit in omnibus obediendum.

II-II q. 104 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod non in omnibus sit Deo obediendum. Dicitur enim Matth. IX, quod dominus duobus caecis curatis praecepit dicens, *videte ne quis sciat. Illi autem, exeuntes, diffamaverunt eum per totam terram illam*. Nec tamen ex hoc inculpantur. Ergo videtur quod non teneamur in omnibus obedire Deo.

II-II q. 104 a. 4 arg. 2

Praeterea, nullus tenetur aliquid facere contra virtutem. Sed inveniuntur quaedam praecepta Dei contra virtutem, sicut quod praecepit Abrahae quod occideret filium innocentem, ut habetur Gen. XXII, et Iudaeis ut furarentur res Aegyptiorum, ut habetur Exod. XI, quae sunt contra iustitiam; et Osee quod acciperet mulierem adulteram, quod est contra castitatem. Ergo non in omnibus est obediendum Deo.

II-II q. 104 a. 4 arg. 3

Praeterea, quicumque obedit Deo, conformat voluntatem suam voluntati divinae etiam in volito. Sed non quantum ad omnia tenemur conformare voluntatem nostram voluntati divinae in volito, ut supra habitum est. Ergo non in omnibus tenetur homo Deo obedire.

Avšak proti jest, co se praví Exod. 24: "Vše, cokoli mluvil Pán, učiníme a budeme poslušni."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno shora, kdo poslouchá, ten je hýbán rozkazem toho, jehož poslouchá, jako věci přírodní jsou hýbány svými hybateli. Jako však Bůh je prvním hybatelem všech, která jsou přírodně hýbána, tak je i prvním hybatelem všech vůlí, jak je patrné ze shora řečeného. A proto, jako přírodní nutností všechna přírodní jsou poddána božskému hýbání, tak také jakousi nutností spravedlnosti všechny vůle jsou vázány poslouchati božského rozkazu.

K prvnímu se tedy musí říci, že Pán řekl slepým, aby zázrak zatajili, ne jako zamýšleje zavázati je mocí božského příkazu, nýbrž, jak praví Řehoř, XIX. Moral. "služebníkům svým, následujícím ho, dal příklad, aby oni sami toužili po tom, aby tajili své divy, a přece aby jiní měli prospěch z jejich příkladu, strpěli vyzrazení".

K druhému se musí říci, že jako Bůh nic nekoná proti přirozenosti, poněvadž "to je přirozenost každé věci, že v ní Bůh pracuje", jak máme v Glose, Řím. 11, koná však něco proti obvyklému běhu přirozenosti, tak též nemůže Bůh nic poručiti proti ctnosti, protože ctnost a správnost lidské vůle záleží hlavně v tom, aby se připodobnila Boží vůli a následovala jejího rozkazu, byť je proti obvyklému způsobu ctnosti. Podle toho tedy rozkaz, daný Abrahamovi, aby svého nevinného syna zabil, nebyl proti spravedlnosti, poněvadž Bůh je původem smrtí a života. Podobně také nebylo proti spravedlnosti, když přikázal Židům, aby vzali věci Egypťanů, poněvadž jeho je vše, a komu chce, dává je. Podobně také nebyl proti čistotě příkaz daný Oseášovi, aby si vzal ženu cizoložnou, poněvadž sám Bůh je pořadatelem lidského pokolení a náležitý způsob, jak užívati žen, je onen, jejž ustanovil Bůh. Z čehož je patrné, že řečení nehřešili, ani poslouchajíce Boha, ani chtějíce poslechnouti.

K třetímu se musí říci, že, třebaže není člověk vázán chtíti vždy to, co Bůh chce, vždy je však vázán chtíti, co Bůh chce, aby on chtěl. A to se stává člověku známo hlavně rozkazem Božím. A proto člověk je vázán poslouchati ve všech božských přikázáních.

CIV.5. Zda poddaní jsou povinni poslouchati ve všem svých představených.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že poddaní jsou vázáni ve všem svých představených poslouchati. Praví totiž Apoštol, Kolos. 3: "Synové, poslouchejte rodičů ve všem" a potom dodává: "Služebníci, poslouchejte ve všem tělesných pánů." Tedy z téhož důvodu mají jiní poddaní poslouchati ve všem svých představených.

Mimo to představení jsou střední mezi Bohem a poddanými, podle onoho Deut. 5: "Já jsem byl vykonavatelem a prostředníkem mezi Bohem a vámi v oné době, abych vám oznámil jeho slova." Ale od kraje na kraj musí se přejíti středem. Tedy rozkazy představeného mají se pokládati za rozkazy Boží. Proto i Apoštol, Gal. 4, praví: "Přijali jste mne jako anděla Božího, jako Ježíše Krista;" a I. Sol. 2: "Když jste od nás

II-II q. 104 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicitur Exod. XXIV, *omnia quae locutus est dominus faciemus, et erimus obedientes*.

II-II q. 104 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, ille qui obedit movetur per imperium eius cui obedit, sicut res naturales moventur per suos motores. Sicut autem Deus est primus motor omnium quae naturaliter moventur, ita etiam est primus motor omnium voluntatum, ut ex supra dictis patet. Et ideo sicut naturali necessitate omnia naturalia subduntur divinae motioni, ita etiam quadam necessitate iustitiae omnes voluntates tenentur obedire divino imperio.

II-II q. 104 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod dominus caecis dixit ut miraculum occultarent, non quasi intendens eos per virtutem divini praecepti obligare, sed, sicut Gregorius dicit, XIX Moral., *servis suis se sequentibus exemplum dedit, ut ipsi quidem virtutes suas occultare desiderent; et tamen, ut alii eorum exemplo proficiant, prodantur inviti*.

II-II q. 104 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod sicut Deus nihil operatur contra naturam, quia haec est natura uniuscuiusque rei quod in ea Deus operatur, ut habetur in Glossa Rom. XI, operatur tamen aliquid contra solitum cursum naturae; ita etiam Deus nihil potest praecipere contra virtutem, quia in hoc principaliter consistit virtus et rectitudo voluntatis humanae quod Dei voluntati conformetur et eius sequatur imperium, quamvis sit contra consuetum virtutis modum. Secundum hoc ergo, praeceptum Abrahae factum quod filium innocentem occideret, non fuit contra iustitiam, quia Deus est auctor mortis et vitae. Similiter nec fuit contra iustitiam quod mandavit Iudaeis ut res Aegyptiorum acciperent, quia eius sunt omnia, et cui voluerit dat illa. Similiter etiam non fuit contra castitatem praeceptum ad Osee factum ut mulierem adulteram acciperet, quia ipse Deus est humanae generationis ordinator, et ille est debitus modus mulieribus utendi quem Deus instituit. Unde patet quod praedicti nec obediendo Deo, nec obedire volendo, peccaverunt.

II-II q. 104 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod etsi non semper teneatur homo velle quod Deus vult, semper tamen tenetur velle quod Deus vult eum velle. Et hoc homini praecipue innotescit per praeceptum divinum. Et ideo tenetur homo in omnibus divinis praeceptis obedire.

5. Utrum subditi suis praelatis teneantur in omnibus obedire.

II-II q. 104 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod subditi teneantur suis superioribus in omnibus obedire. Dicit enim apostolus, ad Coloss. III, *filii, obedite parentibus per omnia*. Et postea subdit, *servi, obedite per omnia dominis carnalibus*. Ergo, eadem ratione, alii subditi debent suis praelatis in omnibus obedire.

II-II q. 104 a. 5 arg. 2

Praeterea, praelati sunt medii inter Deum et subditos, secundum illud Deut. V, *ego sequester et medius fui inter Deum et vos in tempore illo, ut annuntiarem vobis verba eius*. Sed ab extremo in extremum non pervenitur nisi per medium. Ergo praecepta praelati sunt reputanda tanquam praecepta Dei. Unde et apostolus dicit, Gal. IV, *sicut*

přijali slovo poselství Božího, přijali jste je ne jako slovo lidské, nýbrž, jak vpravdě jest, slovo Boží." Tedy, jako člověk má Boha poslouchati ve všem, tak i představených.

Mimo to, jako řeholníci při profesi slibují čistotu a chudobu, tak i poslušnost. Ale řeholník je vázán zachovati čistotu a chudobu ve všem. Tedy podobně je vázán poslouchati ve všem.

Avšak proti jest, co se praví Skut. 5: "Boha třeba více poslouchati než lidi." Ale rozkazy představených jsou mnohdy proti Bohu. Tedy nemá se ve všem poslouchati představených.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, poslouchající je hýbán na rozkaz poručejícího jakousi nutností spravedlnosti, jako věc přírodní je hýbána z moci svého hybatele nutností přírodní. Avšak že nějaká věc přírodní není hýbána svým hybatelem, může se přihoditi dvojmo. Jedním způsobem pro překážku, která přichází od silnější moci jiného hýbajícího, jako dřevo není spalováno ohněm, překáží-li silnější moc vody. Jiným způsobem z neúplnosti zařízení hybatelného k hýbajícímu, poněvadž, třebaže podléhá jeho činnosti v něčem, přece ne ve všem, jako tekutina někdy podléhá činnosti tepla co do oteplení, ne však co do vysušení a strávení. Podobně z dvojího může nastati, že poddaný není vázán poslouchati svého představeného ve všem. Jedním způsobem z rozkazu větší moci. Jak totiž Řím. 13, k onomu: ‚Kteří odporují moci, sami si připravují zavržení,' praví Glosa: "Poručí-li něco správce, zdali to máš učiniti, poručí-li proti prokonsulovi? A opět poručí-li něco prokonsul, a jiné císař, zda je pochybno, že oním se pohrdne a tomuto slouží? Tedy, poručí-li jiné císař a jiné Bůh, třeba pohrdnouti oním a poslouchati Boha." Jiným způsobem není povinen nižší poslouchati svého představeného, poručí-li mu něco, v čem mu není poddán. Praví totiž Seneka, v III. O dobrodiních: "Bloudí, jestli kdo myslí, že služebnost sestupuje na celého 'člověka; neboť lepší část je vyňata. Těla podrobena a zapsána jsou pánům, mysl však je svéprávná." A proto v těch, která patří k vnitřnímu hnutí vůle, člověk není vázán poslouchati člověka, nýbrž pouze Boha. Člověk je však vázán poslouchati člověka v těch, která se konají navenek skrze tělo. V těch však, v tom, co patří k přirozenosti těla, člověk není povinen poslouchati člověka, nýbrž toliko Boha, poněvadž všichni lidé jsou si přirozeností rovni, třebas v těch, která patří k udržování těla a rodění potomků. Proto nejsou vázáni poslouchati ani služebníci pána, ani děti rodičů, jedná-li se o uzavření manželství nebo o zachování panenství nebo takového něco jiného. Ale v těch, která patří k uspořádání úkonů a věcí lidských, poddaný je vázán poslouchati svého představeného podle rázu představení, jako vojín vůdce vojska v těch, která patří ‚k válce, služebník pána v těch, která patří k vykonávání služebných prací, syn otce v těch, která patří ke kázni života a domácím starostem. A tak o jiných.

K prvnímu se tedy musí říci, že to, co praví Apoštol, jest rozuměti ve všem, v tom, co patří k právu vlasti nebo

Angelum Dei accepistis me, sicut Christum Iesum; et I ad Thess. II, *cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed, sicut vere est, verbum Dei*. Ergo sicut Deo debet homo in omnibus obedire, ita etiam et praelatis.

II-II q. 104 a. 5 arg. 3

Praeterea, sicut religiosi profitendo vovent castitatem et paupertatem, ita et obedientiam. Sed religiosus tenetur quantum ad omnia servare castitatem et paupertatem. Ergo similiter quantum ad omnia tenetur obedire.

II-II q. 104 a. 5 s. c.

Sed contra est quod dicitur Act. V, *obedire oportet Deo magis quam hominibus*. Sed quandoque praecepta praelatorum sunt contra Deum. Ergo non in omnibus praelatis est obediendum.

II-II q. 104 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, obediens movetur ad imperium praecipientis quadam necessitate iustitiae, sicut res naturalis movetur ex virtute sui motoris necessitate naturae. Quod autem aliqua res naturalis non moveatur a suo motore, potest contingere dupliciter. Uno modo, propter impedimentum quod provenit ex fortiori virtute alterius moventis, sicut lignum non comburitur ab igne si fortior vis aquae impediat. Alio modo, ex defectu ordinis mobilis ad motorem, quia etsi subiiciatur eius actioni quantum ad aliquid, non tamen quantum ad omnia, sicut humor quandoque subiicitur actioni caloris quantum ad calefieri, non autem quantum ad exsiccari sive consumi. Et similiter ex duobus potest contingere quod subditus suo superiori non teneatur in omnibus obedire. Uno modo, propter praeceptum maioris potestatis. Ut enim dicitur Rom. XIII, super illud, qui resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt, dicit Glossa, *si quid iusserit curator, numquid tibi faciendum est si contra proconsulem iubeat? Rursum, si quid ipse proconsul iubeat, et aliud imperator, numquid dubitatur, illo contempto, illi esse serviendum? Ergo, si aliud imperator, aliud Deus iubeat, contempto illo, obtemperandum est Deo*. Alio modo, non tenetur inferior suo superiori obedire, si ei aliquid praecipiat in quo ei non subdatur. Dicit enim Seneca, in III de Benefic., *errat si quis existimat servitutem in totum hominem descendere. Pars eius melior excepta est. Corpora obnoxia sunt et adscripta dominis, mens quidem est sui iuris*. Et ideo in his quae pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, sed solum Deo. Tenetur autem homo homini obedire in his quae exterius per corpus sunt agenda. In quibus tamen etiam, secundum ea quae ad naturam corporis pertinent, homo homini obedire non tenetur, sed solum Deo, quia omnes homines natura sunt pares, puta in his quae pertinent ad corporis sustentationem et prolis generationem. Unde non tenentur nec servi dominis, nec filii parentibus obedire de matrimonio contrahendo vel virginitate servanda, aut aliquo alio huiusmodi. Sed in his quae pertinent ad dispositionem actuum et rerum humanarum, tenetur subditus suo superiori obedire secundum rationem superioritatis, sicut miles duci exercitus in his quae pertinent ad bellum; servus domino in his quae pertinent ad servilia opera exequenda; filius patri in his quae pertinent ad disciplinam vitae et curam domesticam; et sic de aliis.

II-II q. 104 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod hoc quod apostolus dixit,

panující moci.

K druhému se musí říci, že člověk je poddán Bohu jednoduše ve všem, jak vnitřním, tak vnějším, a proto má ho poslouchati ve všem. Avšak poddaní nejsou poddáni svým představeným ve všem, nýbrž v některých vymezených, a v těch jsou prostřed mezi Bohem a poddanými; avšak v jiných jsou poddáni bezprostředně Bohu, od něhož jsou poučováni zákonem přirozeným nebo psaným.

K třetímu se musí říci, že řeholníci slibují poslušnost co do řeholních pravidel, podle nichž jsou poddáni svým, představeným. A proto pouze v těch jsou povinni poslouchati, která se mohou týkati řeholních pravidel. A to je poslušnost, dostatečná ke spáse. Kdyby však chtěli i v jiných poslouchati, to bude patřiti k dovršování dokonalosti, pokud ovšem ona nejsou proti Bohu nebo proti řeholní profesi, poněvadž taková poslušnost by byla nedovolená. Tak tedy lze rozlišovati trojí poslušnost: jednu dostačující ke spáse, která totiž poslouchá v těch, k nimž je zavázána, jinou dokonalou, která poslouchá ve všech dovolených; jinou nerozvážnou, která poslouchá také v nedovolených.

CIV.6. Zda křesťané jsou vázáni poslouchati světských mocí.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že křesťané nejsou vázáni poslouchati světských mocí. Neboť, k onomu Mat. 17, ‚Tedy svobodní jsou synové', praví Glossa: "Jestli v každém království synové onoho krále, který je nad oním královstvím, jsou svobodní, pak synové onoho krále, jemuž jsou poddána všechna království, v každém království musí býti svobodní." Ale křesťané věrou se stali syny Božími, podle onoho Jan 1: "Dal jim moc státi se syny Božími, těm, kteří věří v jeho jménu." Tedy nejsou vázáni poslouchati světských mocí.

Mimo to, Řím. 7, se praví: "Umrtveni jste zákonu skrze tělo Kristovo," a mluví o božském zákonu Staré Úmluvy. Ale menší než božský zákon Staré Úmluvy je lidský zákon skrze který jsou lidé poddáni světským mocnostem. Tedy tím spí se lidé tím, že se stali údy těla Kristova, jsou osvobozeni od zákona poddanství, jímž byli zavázáni světským knížatům.

Mimo to lidé nejsou povinni poslouchati lupiče, kteří násilím utlačují. Ale Augustin, ve IV. O Městě Bož., praví.: "Odstraní-li se spravedlnost, co jsou království, ne-li velká loupežení?" Ježto tedy panování světských knížat mnohdy je vykonáváno nespravedlivě, anebo počátek vzalo z nějakého nespravedlivého uchvácení, zdá se, že křesťané nemají poslouchati světských 'knížat.

Avšak proti jest, co se praví Tit. 3: "Napomeň je, aby byli poddáni knížatům a mocím;" a I. Petr. 2: "Buďte poddáni každému lidskému tvoru pro Boha, jak králi, jakožto předčícímu, tak vůdcům, jakožto od něho posланým."

Odpovídám: Musí se říci, že víra Kristova je původ a příčina spravedlnosti, podle onoho Řím. 3: "Spravedlnost

per omnia, intelligendum est quantum ad illa quae pertinent ad ius patriae vel dominativae potestatis.

II-II q. 104 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod Deo subiicitur homo simpliciter quantum ad omnia, et interiora et exteriora, et ideo in omnibus ei obedire tenetur. Subditi autem non subiiciuntur suis superioribus quantum ad omnia, sed quantum ad aliqua determinate. Et quantum ad illa, medii sunt inter Deum et subditos. Quantum ad alia vero, immediate subduntur Deo, a quo instruuntur per legem naturalem vel scriptam.

II-II q. 104 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod religiosi obedientiam profitentur quantum ad regularem conversationem, secundum quam suis praelatis subduntur. Et ideo quantum ad illa sola obedire tenentur quae possunt ad regularem conversationem pertinere. Et haec est obedientia sufficiens ad salutem. Si autem etiam in aliis obedire voluerint, hoc pertinebit ad cumulum perfectionis, dum tamen illa non sint contra Deum, aut contra professionem regulae; quia talis obedientia esset illicita. Sic ergo potest triplex obedientia distingui, una sufficiens ad salutem, quae scilicet obedit in his ad quae obligatur; alia perfecta, quae obedit in omnibus licitis; alia indiscreta, quae etiam in illicitis obedit.

6. Utrum fideles teneantur potestatibus saecularibus obedire.

II-II q. 104 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod Christiani non teneantur saecularibus potestatibus obedire. Quia super illud Matth. XVII, ergo liberi sunt filii, dicit Glossa, *si in quolibet regno filii illius regis qui regno illi praefertur sunt liberi, tunc filii regis cui omnia regna subduntur, in quolibet regno liberi esse debent*. Sed Christiani per fidem Christi facti sunt filii Dei, secundum illud Ioan. I, *dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius*. Ergo non tenentur potestatibus saecularibus obedire.

II-II q. 104 a. 6 arg. 2

Praeterea, Rom. VII dicitur, *mortificati estis legi per corpus Christi*, et loquitur de lege divina veteris testamenti. Sed minor est lex humana, per quam homines potestatibus saecularibus subduntur, quam lex divina veteris testamenti. Ergo multo magis homines, per hoc quod sunt facti membra corporis Christi, liberantur a lege subiectionis qua saecularibus principibus adstringebantur.

II-II q. 104 a. 6 arg. 3

Praeterea, latronibus, qui per violentiam opprimunt, homines obedire non tenentur. Sed Augustinus dicit, IV de Civ. Dei, *remota iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia?* Cum igitur dominia saecularia principum plerumque cum iniustitia exerceantur, vel ab aliqua iniusta usurpatione principium sumpserint, videtur quod non sit principibus saecularibus obediendum a Christianis.

II-II q. 104 a. 6 s. c.

Sed contra est quod dicitur Tit. III, *admone illos principibus et potestatibus subditos esse*; et I Pet. II, *subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum, sive regi, quasi praecellenti; sive ducibus, tanquam ab eo Missis*.

II-II q. 104 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod fides Christi est iustitiae

Boží skrze víru Ježíše Krista," a proto věrou Kristovou neodstraňuje se řád spravedlnosti, nýbrž spíše upevňuje. Avšak řád spravedlnosti vyžaduje, aby nižší poslouchali svých představených, neboť jinak by nemohl býti zachován stav lidských záležitostí. A proto z víry Kristovy křesťané nemají omluvy pro neposlušnost světských vládců.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak bylo shora řečeno, služebnost, kterou je člověk poddán člověku, patří k tělu, ne k duši, která zůstává svobodná. Nyní však, ve stavu tohoto života, milostí Kristovou jsme osvobozováni od nedostatků duše, ne však od nedostatků těla, jak je patrné z Apoštola, Řím. 7, jenž ‚praví o sobě, že "myslí slouží zákonu Božímu, tělem však zákonu hříchu". A proto ti, kteří se stávají syny Božími skrze milost, jsou svobodní od duchovního sloužení hříchu, ne však od služebnosti tělesné, jíž jsou zavázáni časným pánům, jak praví Glossa, k onomu I. Tim. 6, ‚Kdokoli jsou pod jhem otroci', atd.

K druhému se musí říci, že Starý zákon byl předobrazem Nové Úmluvy, a proto musil přestati příchodem pravdy. Avšak není podobné se zákonem lidským, jímž je člověk poddán člověku. A přece i ze zákona božského člověk je povinen poslouchati člověka.

K třetímu se musí říci, že člověk je potud povinen poslouchati světských vládců, pokud vyžaduje řád spravedlnosti. A proto, nemají-li spravedlivě vládu, nýbrž uchvácenou, nebo poručí-li nespravedlivá, poddaní nejsou povinni jich poslouchati, leč snad případkově, aby se zabránilo pohoršení nebo nebezpečí.

CV. O neposlušnosti.

Předmluva

Dělí se na dva články.

Potom se má uvažovati o neposlušnosti. A o tom jsou dvě otázky.

1. Zda je hřích smrtelný.

2. Zda je nejtěžší hřích.

CV.1. Zda neposlušnost je smrtelný hřích.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že neposlušnost není smrtelný hřích. Neboť každý hřích je neposlušnost, jak je patrné z výměru Ambrožova shora udaného. Kdyby tedy neposlušnost byla smrtelný hřích, byl by každý hřích smrtelný.

Mimo to Řehoř, XXX. Moral., praví, že neposlušnost vzniká z marné slávy. Ale marná sláva není smrtelný hřích. Tedy ani neposlušnost.

Mimo to někdo tehdy sluje neposlušný, když neplní rozkaz představeného. Ale představení mnohokráte množí rozkazy, které sotva nebo nikdy všechny' nelze vyplniti. Kdyby tedy neposlušnost byla smrtelný hřích, následovalo by, že člověk se nemůže vystříhati smrtelného hříchu, což je nevhodné. Tedy neposlušnost není smrtelný hřích.

Respondeo dicendum quod recompensatio beneficii potest ad tres virtutes pertinere, scilicet ad iustitiam, ad gratiam, et ad amicitiam. Ad iustitiam quidem pertinet quando recompensatio habet rationem debiti legalis, sicut in mutuo et in aliis huiusmodi. Et in tali recompensatio debet attendi secundum quantitatem dati. Ad amicitiam autem pertinet recompensatio beneficii, et similiter ad virtutem gratiae, secundum quod habet rationem debiti moralis, aliter tamen et aliter. Nam in recompensatione amicitiae oportet respectum haberi ad amicitiae causam. Unde in amicitia utilis debet recompensatio fieri secundum utilitatem quam quis est ex beneficio consecutus. In amicitia autem honesti debet in recompensatione haberi respectus ad electionem, sive ad affectum dantis, quia hoc praecipue requiritur ad virtutem, ut dicitur in VIII Ethic. Et similiter, quia gratia respicit beneficium secundum quod est gratis impensum, quod quidem pertinet ad affectum; ideo etiam gratiae recompensatio attendit magis affectum dantis quam effectum.

II-II q. 106 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod omnis actus moralis ex voluntate dependet. Unde beneficium, secundum quod est laudabile, prout ei gratiae recompensatio debetur, materialiter quidem consistit in effectu, sed formaliter et principaliter in voluntate. Unde Seneca dicit, in I de Benefic., *beneficium non in eo quod fit aut datur consistit, sed in ipso dantis aut facientis animo*.

II-II q. 106 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod gratia est pars iustitiae, non quidem sicut species generis, sed per quandam reductionem ad genus iustitiae, ut supra dictum est. Unde non oportet quod eadem ratio debiti attendatur in utraque virtute.

II-II q. 106 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod affectum hominis per se quidem solus Deus videt, sed secundum quod per aliqua signa manifestatur, potest etiam ipsum homo cognoscere. Et hoc modo affectus beneficiantis cognoscitur ex ipso modo quo beneficium tribuitur, puta quia gaudenter et prompte aliquis beneficium impendit.

6. Utrum oporteat aliquid maius rependere.

II-II q. 106 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod non oporteat aliquem plus exhibere in recompensatione quam susceperit in beneficio. Quibusdam enim, sicut parentibus, nec etiam aequalis recompensatio fieri potest, sicut philosophus dicit, in VIII Ethic. Sed virtus non conatur ad impossibile. Non ergo gratiae recompensatio tendit ad aliquid maius.

II-II q. 106 a. 6 arg. 2

Praeterea, si aliquis plus recompensat quam in beneficio acceperit, ex hoc ipso quasi aliquid de novo dat. Sed ad beneficium de novo datum tenetur homo gratiam recompensare. Ergo ille qui primo beneficium dederat

poněvadž "nekonečné odnímá přirozenost dobra", jak se praví v II. Metafys. Tedy splacení dobrodiní nemá přesahovati přijaté dobrodiní.

Mimo to spravedlnost pozůstává v rovnosti. Ale větší jest nějaké přesahování rovnosti. Poněvadž tedy v kterékoliv ctnosti přesahování je neřestné, zdá se, že splatiti něco většího, nad přijaté dobrodiní, je neřestné a proti spravedlnosti.

Avšak proti jest, co praví Filosof, v V. Ethic.: "Třeba od složení tomu, kdo učinil milost, a znovu sám začíti," což se děje, když se něco většího splatí. Tedy splácení má tíhnouti k tomu, aby učinilo něco většího.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, splácení vděčnosti přihlíží k dobrodiní podle vůle dobrodincovy. Toho pak se zdá především to doporučovati, že zdarma udělil dobrodiní, k němuž nebyl vázán. A proto, kdo dobrodiní přijal, je k tomu vázán z povinnosti počestnosti, aby podobně zdarma něco vynaložil. Avšak nezdá se něco zdarma vynakládati, nepřekroči-li velikost přijatého dobrodiní: poněvadž, pokud splácí menším nebo stejným, nezdá se konati zdarma, nýbrž vraceti, co přijal. A proto splácení vděčnosti vždy tíhne ke splacení něčeho většího dle své možnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak bylo řečeno, při splácení dobrodiní více jest uvážiti cit než čin. Uvážíme-li tedy čin dobrodiní, jež syn přijal od rodičů, totiž bytí a žití, nic rovného nemůže syn splatiti, jak praví Filosof, VIII. kn. Ethic. Přihlédneme-li však k samé vůli dávajícího a vracejícího, tak může syn otci splatiti něco většího, jak praví Seneka, v III. O dobrod. Kdyby však nemohl, stačila by k vděčnosti vůle splatiti.

K druhému se musí říci, že povinnost vděčnosti plyne z lásky, která je tím povinnější, čím více se dává podle onoho Řím. 13: "Nebuďte nic nikomu dlužni, než abyste se navzájem milovali." A proto není nevhodné, je-li závaznost vděčnosti neomezená.

K třetímu se musí říci, že, jako ve spravedlnosti, která je základní ctnost, dbá se rovnosti věcí, tak ve vděčnosti se dbá rovnosti vůli, aby totiž, jako z ochoty vůle dobrodinec vynaložil něco, k čemu nebyl vázán, tak také ten, kdo přijal dobrodiní, něčím nad povinné splatil.

CVII. O nevděčnosti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o nevděčnosti. A o tom jsou čtyři otázky:

1. Zda nevděčnost je vždy hřích.

2, Zda nevděčnost je zvláštní hřích.

tenebitur aliquid maius recompensare, et sic procederet in infinitum. Sed virtus non conatur ad infinitum, quia infinitum aufert naturam boni, ut dicitur in II Metaphys. Ergo gratiae recompensatio non debet excedere acceptum beneficium.

II-II q. 106 a. 6 arg. 3

Praeterea, iustitia in aequalitate consistit. Sed maius est quidam aequalitatis excessus. Cum ergo in qualibet virtute excessus sit vitiosus, videtur quod recompensare aliquid maius accepto beneficio sit vitiosum, et iustitiae oppositum.

II-II q. 106 a. 6 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in V Ethic., *refamulari oportet ei qui gratiam fecit, et rursum ipsum incipere*. Quod quidem fit dum aliquid maius retribuitur. Ergo recompensatio debet tendere ad hoc quod aliquid maius faciat.

II-II q. 106 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, recompensatio gratiae respicit beneficium secundum voluntatem beneficiantis. In quo quidem praecipue hoc commendabile videtur quod gratis beneficium contulit ad quod non tenebatur. Et ideo qui beneficium accepit ad hoc obligatur, ex debito honestatis, ut similiter gratis aliquid impendat. Non autem videtur gratis aliquid impendere nisi excedat quantitatem accepti beneficii, quia quandiu recompensat minus vel aequale, non videtur facere gratis, sed reddere quod accepit. Et ideo gratiae recompensatio semper tendit ut, pro suo posse, aliquid maius retribuat.

II-II q. 106 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut dictum est, in recompensatione beneficii magis est considerandus affectus benefici quam effectus. Si ergo consideremus effectum beneficii quod filius a parentibus accepit, scilicet esse et vivere, nihil aequale filius recompensare potest, ut philosophus dicit. Si autem attendamus ad ipsam voluntatem dantis et retribuentis, sic potest filius aliquid maius patri retribuere, ut Seneca dicit, in III de Benefic. Si tamen non posset, sufficeret ad gratitudinem recompensandi voluntas.

II-II q. 106 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod debitum gratitudinis ex caritate derivatur, quae, quanto plus solvitur, tanto magis debetur, secundum illud Rom. XIII, *nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis*. Et ideo non est inconveniens si obligatio gratitudinis interminabilis sit.

II-II q. 106 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod sicut in iustitia quae est virtus cardinalis, attenditur aequalitas rerum, ita in gratitudine attenditur aequalitas voluntatum, ut scilicet sicut ex promptitudine voluntatis beneficus aliquid exhibuit ad quod non tenebatur, ita etiam ille qui suscepit beneficium aliquid supra debitum recompenset.

107. De ingratitudine.

Prooemium

II-II q. 107 pr.

Deinde considerandum est de ingratitudine. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum ingratitudo semper sit peccatum. Secundo, utrum ingratitudo sit peccatum speciale. Tertio, utrum omnis ingratitudo sit peccatum

3, Zda každá nevděčnost je smrtelný hřích.

4. Zda nevděčným mají býti dobrodiní odepřena.

CVII.1. Zda nevděčnost je vždy hřích.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že nevděčnost není vždy hřích. Praví totiž Seneka, v III. O dobrod., že "nevděčný je, kdo nesplácí dobrodiní". Ale někdy není někomu možné splatiti dobrodiní, leč hříchem, třebas, když pomohl člověku ke hříchu. Ježto tedy zdržovati se hříchu není hřích, zdá se, že nevděčnost není vždy hřích.

Mimo to každý hřích je v moci hřešícího, poněvadž podle Augustina, III. kn. O svobod. rozh., "nikdo nehřeší v tom, čemu nemůže vyhnouti". Ale někdy není v moci hřešícího vyhnouti nevděčnosti, třebas, když nemá, z čeho splaceti; také zapomenutí není v naší moci, a přece Seneka praví, v III. O dobrod., že "nejnevděčnější ze všech jest, kdo zapomněl". Tedy nevděčnost není vždy hřích.

Mimo to se nezdá hřešiti, kdo nechce býti něco dlužen, podle onoho Apoštolova, Řím. 1.3: "Nikomu nebuďte nic dlužni." Ale "kdo je nerad dlužen, je nevděčný", jak praví Seneka, ve IV. O dobrod. Tedy nevděčnost není vždy hřích.

Avšak proti jest, že II. Tim. 3 nevděčnost se počítá k ostatním hříchům, když se praví: "Rodičů neposlouchajíce, nevděční, zločinní," atd.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, povinnost vděčnosti je povinnost počestnosti, kterou vyžaduje ctnost. Z toho však něco je hřích, že odporuje ctnosti. Z čehož je zjevné, že každá nevděčnost je hřích.

K prvnímu se tedy musí říci, že vděčnost přihlíží k dobrodiní; kdo však někomu pomáhá ke hříchu, nedělá mu dobrodiní, nýbrž spíše škodu, a proto jemu není povinné vzdávati díky, leč snad pro dobrou vůli, byl- li oklamán, když myslil, že pomáhá k dobru, a pomohl ke hříchu. A tehdy není povinné takové splácení, kterým by se pomáhalo ke hříchu, poněvadž by to nebylo splacení dobrem, nýbrž zlem, což je proti vděčnosti.

K druhému se musí říci, že pro nemožnost spláceti nikdo není omluven od nevděčnosti, poněvadž na vykonání povinné vděčnosti stačí pouhá vůle, jak bylo řečeno. Zapomenutí pak dobrodiní patří k nevděčnosti, ne sice to, které pochází z přirozeného nedostatku, který nepodléhá vůli, nýbrž ono, které pochází z nedbalosti. Neboť, jak praví Seneka, v III. O dobrod., "zjevně nemyslil často na splácení, koho překvapilo zapomenutí".

K třetímu se musí říci, že povinnost vděčnosti plyne z povinnosti lásky, od které nikdo nemá chtíti osvobození. Proto, že někdo nerad dluží tuto povinnost, zdá se pocházeti z nedostatku lásky k tomu, kdo dal dobrodiní.

mortale. Quarto, utrum ingrato sint beneficia subtrahenda.

1. Utrum ingratitudo sit peccatum.

II-II q. 107 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod ingratitudo non semper sit peccatum. Dicit enim Seneca, in III de Benefic., quod *ingratus est qui non reddit beneficium*. Sed quandoque non posset aliquis recompensare beneficium nisi peccando, puta si aliquis auxiliatus est homini ad peccandum. Cum ergo abstinere a peccato non sit peccatum, videtur quod ingratitudo non semper sit peccatum.

II-II q. 107 a. 1 arg. 2

Praeterea, omne peccatum est in potestate peccantis, quia secundum Augustinum, *nullus peccat in eo quod vitare non potest*. Sed quandoque non est in potestate peccantis ingratitudinem vitare, puta cum non habet unde reddat. Oblivio etiam non est in potestate nostra, cum tamen Seneca dicat, in III de Benefic., quod *ingratissimus omnium est qui oblitus est*. Ergo ingratitudo non semper est peccatum.

II-II q. 107 a. 1 arg. 3

Praeterea, non videtur peccare qui non vult aliquid debere, secundum illud apostoli, Rom. XIII, *nemini quidquam debeatis*. Sed qui invitus debet ingratus est, ut Seneca dicit, in IV de Benefic. Ergo non semper ingratitudo est peccatum.

II-II q. 107 a. 1 s. c.

Sed contra est quod II ad Tim. III, ingratitudo connumeratur aliis peccatis, cum dicitur, *parentibus non obedientes, ingrati, scelesti*.

II-II q. 107 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, debitum gratitudinis est quoddam debitum honestatis quam virtus requirit. Ex hoc autem aliquid est peccatum quod repugnat virtuti. Unde manifestum est quod omnis ingratitudo est peccatum.

II-II q. 107 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod gratitudo respicit beneficium. Ille autem qui alicui auxiliatur ad peccandum non confert beneficium, sed magis nocumentum. Et ideo non debetur ei gratiarum actio, nisi forte propter voluntatem, si sit deceptus, dum credidit adiuvare ad bonum, adiuvit ad peccandum. Sed tunc non debetur recompensatio talis ut adiuvetur ad peccandum, quia hoc non esset recompensare bonum, sed malum, quod contrariatur gratitudini.

II-II q. 107 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod nullus propter impotentiam reddendi ab ingratitudine excusatur, ex quo ad debitum gratitudinis reddendum sufficit sola voluntas, ut dictum est. Oblivio autem beneficii ad ingratitudinem pertinet, non quidem illa quae provenit ex naturali defectu, quae non subiacet voluntati; sed illa quae ex negligentia provenit. Ut enim dicit Seneca, in III de Benefic., *apparet illum non saepe de reddendo cogitasse cui obrepsit oblivio*.

II-II q. 107 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod debitum gratitudinis ex debito amoris derivatur, a quo nullus debet velle absolvi. Unde quod aliquis invitus hoc debitum debeat, videtur provenire

CVII.2. Zda nevděčnost je zvláštní hřích.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že nevděčnost není zvláštní hřích. Neboť, kdokoli hřeší, jedná proti Bohu, který je největší dobrodinec. Ale to patří k nevděčnosti. Tedy nevděčnost není zvláštní hřích.

Mimo to žádný zvláštní hřích není obsažen pod různými rody hříchů. Ale někdo může býti nevděčný různými rody hříchů, třebas, kdo nactiutrhá dobrodinci, kdo okrádá, nebo něco takového proti němu spáchá. Tedy nevděčnost není zvláštní hřích.

Mimo to praví Seneka v III. O dobrod.: "Nevděčný je, kdo zapírá, nevděčný je, kdo nesplácí, a nejnevděčnější ze všech, kdo zapomněl." Ale tato se nezdají patřiti k jednomu druhu hříchu. Tedy nevděčnost není zvláštní hřích.

Avšak proti jest, že nevděčnost je protilehlá vděčnosti nebo vděku, což je zvláštní ctnost. Tedy je zvláštní hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že každá nešest je pojmenována z nedostatku ctnosti, že je více protilehlá ctnosti: jako skoupost je více proti štědrosti než marnotratnost. Avšak ctnosti vděčnosti může býti protilehlá některá nešest nadbytkem, třebas, děje-li se splácení buď zač se nemá, nebo dříve, než má, jak je patrné z řečeného. Ale vděčnosti více je protilehlá nešest, která je z nedostatku, poněvadž ctnost vděčnosti, jak jsme měli shora, tíhne k něčemu většímu. A proto nevděčnost je vlastně pojmenována od nedostatku vděčnosti. Avšak každý nedostatek nebo postrádání nabývá druhu podle protilehlé zběhlosti: slepota a hluchost se totiž liší podle odlišnosti zraku a sluchu. Pročež, jako vděčnost nebo vděk jest jedna zvláštní ctnost, tak i nevděčnost jest jeden zvláštní hřích.

Má však různé stupně, podle pořadu těch, která se vyžadují ku vděčnosti. U níž první jest, aby člověk uznal přijaté dobrodiní; druhé jest, aby chválil a vzdal díky; třetí jest, aby splatil místně a včasně dle své možnosti. Ale, poněvadž co je poslední ve vzniku, je první v rozkladu, proto první stupeň nevděčnosti jest, že člověk nesplácí dobrodiní; druhý jest, že zapírá, ježto neukazuje, že přijal dobrodiní; třetí a nejtěžší jest, že neuznává, bud zapomenutím, nebo jakýmkoliv jiným způsobem. A poněvadž v protilehlém tvrzení rozumí se zápor, proto k prvnímu stupni nevděčnosti patří, že někdo splácí zlem za dobro; k druhému, že dobrodiní haní; k třetímu, že dobrodiní pokládá za ublížení.

K prvnímu se tedy musí říci, že v každém hříchu je látková nevděčnost k Bohu, pokud totiž člověk něco činí, co může náležeti k nevděčnosti. Avšak tvarově je nevděčnost; když skutkově se pohrdá dobrodiním. A to je zvláštní hřích.

K druhému se musí říci, že nic nepřekáží, aby tvarový ráz nějakého zvláštního hříchu nacházel se látkově ve více ex defectu amoris ad eum qui beneficium dedit.

2. Utrum sit peccatum speciale.

II-II q. 107 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod ingratitudo non sit speciale peccatum. Quicumque enim peccat, contra Deum agit, qui est summus benefactor. Sed hoc pertinet ad ingratitudinem. Ergo ingratitudo non est speciale peccatum.

II-II q. 107 a. 2 arg. 2

Praeterea, nullum speciale peccatum sub diversis generibus peccatorum continetur. Sed diversis peccatorum generibus potest aliquis esse ingratus, puta si quis benefactori detrahat, si quis furetur, vel aliquid aliud huiusmodi contra eum committat. Ergo ingratitudo non est speciale peccatum.

II-II q. 107 a. 2 arg. 3

Praeterea, Seneca dicit, in III de Benefic., *ingratus est qui dissimulat; ingratus qui non reddit; ingratissimus omnium qui oblitus est*. Sed ista non videntur ad unam peccati speciem pertinere. Ergo ingratitudo non est speciale peccatum.

II-II q. 107 a. 2 s. c.

Sed contra est quod ingratitudo opponitur gratitudini sive gratiae, quae est specialis virtus. Ergo est speciale peccatum.

II-II q. 107 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod omne vitium ex defectu virtutis nominatur quod magis virtuti opponitur, sicut illiberalitas magis opponitur liberalitati quam prodigalitas. Potest autem virtuti gratitudinis aliquod vitium opponi per excessum, puta si recompensatio beneficii fiat vel pro quibus non debet, vel citius quam debet, ut ex dictis patet. Sed magis opponitur gratitudini vitium quod est per defectum, quia virtus gratitudinis, ut supra habitum est, in aliquid amplius tendit. Et ideo proprie ingratitudo nominatur ex gratitudinis defectu. Omnis autem defectus seu privatio speciem sortitur secundum habitum oppositum, differunt enim caecitas et surditas secundum differentiam visus et auditus. Unde sicut gratitudo vel gratia est una specialis virtus, ita etiam ingratitudo est unum speciale peccatum. Habet tamen diversos gradus, secundum ordinem eorum quae ad gratitudinem requiruntur. In qua primum est quod homo beneficium acceptum recognoscat; secundum est quod laudet et gratias agat; tertium est quod retribuat, pro loco et tempore, secundum suam facultatem. Sed quia quod est ultimum in generatione est primum in resolutione, ideo primus ingratitudinis gradus est ut homo beneficium non retribuat; secundus est ut dissimulet, quasi non demonstrans se beneficium accepisse; tertium, et gravissimum est quod non recognoscat, sive per oblivionem, sive quocumque alio modo. Et quia in affirmatione opposita intelligitur negatio, ideo ad primum ingratitudinis gradum pertinet quod aliquis retribuat mala pro bonis; ad secundum, quod beneficium vituperet; ad tertium, quod beneficium quasi maleficium reputet.

II-II q. 107 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in quolibet peccato est materialis ingratitudo ad Deum, inquantum scilicet facit homo aliquid quod potest ad ingratitudinem pertinere. Formalis autem ingratitudo est quando actualiter beneficium contemnitur. Et hoc est speciale peccatum.

II-II q. 107 a. 2 ad 2

rodech hříchů. A podle toho v mnohých rodech hříchů nachází se ráz nevděčnosti.

K třetímu se musí říci, že ona tři nejsou zvláštní druhy, ale různé stupně jednoho zvláštního hříchu.

CVII.3. aa

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že nevděčnost je vždycky smrtelný hřích. Neboť Bohu má býti někdo nejvíce vděčný. Ale člověk všedním hříchem není nevděčný Bohu; jinak všichni lidé by byli nevděční. Tedy žádná nevděčnost není všední hřích.

Mimo to z toho je něco smrtelný hřích, že odporuje lásce, jak bylo řečeno shora. Ale nevděčnost odporuje lásce, z níž vychází povinnost vděčnosti, jak bylo řečeno shora. Tedy nevděčnost je vždycky smrtelný hřích.

Mimo to praví Seneka, v II. O dobrod.: "To je zákon dobrodiní mezi dvěma: jeden má hned zapomenouti dané, druhý přijaté nikdy." Ale, jak se zdá, proto má zapomenouti, aby mu zůstal skryt hřích přijímajícího, kdyby byl náhodou nevděčný; čehož by nebylo. třeba, kdyby nevděčnost byla lehký hřích. Tedy nevděčnost je vždycky hřích smrtelný.

Avšak proti jest, že nikomu se nemá otvírati cesta ke smrtelnému hřichu. Ale, jak praví Seneka tamtéž, "někdy třeba oklamati i toho, komu se pomáhá, aby měl, aniž ví, odkud přijal", což se zdá poskytnouti přijímajícímu cestu nevděčnosti. Tedy nevděčnost není vždy smrtelný hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak je patrné ze shora řečeného, někdo sluje nevděčný dvojmo: jedním způsobem z pouhého opominutí, třebas, když neuznává nebo nechválí nebo vzájemně nesplácí přijaté dobrodiní; a to není vždy smrtelný hřích. Poněvadž, jak bylo shora řečeno, povinností vděčnosti jest, aby člověk štědře něco udělil, k čemu není vázán. A proto, opomine-li to, nehřeší smrtelně; je však všední hřích, protože to pochází z jakési nedbalosti anebo z nějaké neuzpůsobenosti člověka pro ctnost. Může se však přihoditi, že také taková nevděčnost je smrtelný hřích; buď pro vnitřní pohrdání, nebo také pro povahu toho, co se odpírá, že pro nutnost je povinno dobrodinci, buď jednoduše, nebo v nějakém případě nutnosti. Jiným způsobem sluje někdo nevděčný, poněvadž nejenom opomíjí vyplniti povinnost vděčnosti, nýbrž také činí opak; a to také, podle povahy toho, co dělá, někdy je hřích smrtelný, někdy všední. Je však věděti, že nevděčnost, která pochází ze smrtelného hřichu, má dokonalý ráz nevděčnosti; ta však, která pochází ze hřichu všedního, nedokonalý.

K prvnímu se tedy musí říci, že pro všední hřích není někdo Bohu nevděčný podle dokonalého pojmu nevděčnosti. Má však něco nevděčnosti, pokud všední hřích zamezí nějaký úkon ctnosti, jímž člověk slouží

Ad secundum dicendum quod nihil prohibet formalem rationem alicuius specialis peccati in pluribus peccatorum generibus materialiter inveniri. Et secundum hoc, in multis generibus peccatorum invenitur ingratitudinis ratio.

II-II q. 107 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod illa tria non sunt diversae species, sed diversi gradus unius specialis peccati.

3. Utrum omnis ingratitudo sit peccatum mortale.

II-II q. 107 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod ingratitudo semper sit peccatum mortale. Deo enim maxime debet aliquis esse gratus. Sed peccando venialiter homo non est ingratus Deo, alioquin omnes essent ingrati. Ergo nulla ingratitudo est veniale peccatum.

II-II q. 107 a. 3 arg. 2

Praeterea, ex hoc aliquod peccatum est mortale quod contrariatur caritati, ut supra dictum est. Sed ingratitudo contrariatur caritati, ex qua procedit debitum gratitudinis, ut supra dictum est. Ergo ingratitudo semper est peccatum mortale.

II-II q. 107 a. 3 arg. 3

Praeterea, Seneca dicit, in II de Benefic., *haec beneficii lex est, alter statim oblivisci debet dati, alter memor esse accepti*. Sed propter hoc, ut videtur, debet oblivisci, ut lateat eum peccatum recipientis, si contingat eum esse ingratum. Quod non oporteret si ingratitudo esset leve peccatum. Ergo ingratitudo semper est mortale peccatum.

II-II q. 107 a. 3 s. c.

Sed contra est quod nulli est danda via peccandi mortaliter. Sed sicut Seneca dicit, ibidem, interdum *qui iuvatur fallendus est, ut habeat, nec a quo acceperit sciat*, quod videtur viam ingratitudinis recipienti praebere. Ergo ingratitudo non semper est peccatum mortale.

II-II q. 107 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut ex dictis patet, ingratus dicitur aliquis dupliciter. Uno modo, per solam omissionem, puta quia non recognoscit, vel non laudat, vel non retribuit vices pro beneficio accepto. Et hoc non semper est peccatum mortale. Quia, ut supra dictum est, debitum gratitudinis est ut homo aliquid etiam liberaliter tribuat ad quod non tenetur, et ideo, si illud praetermittit, non peccat mortaliter. Est tamen peccatum veniale, quia hoc provenit ex negligentia quadam, aut ex aliqua indispositione hominis ad virtutem. Potest tamen contingere quod etiam talis ingratitudo sit mortale peccatum, vel propter interiorem contemptum; vel etiam propter conditionem eius quod subtrahitur, quod ex necessitate debetur benefico, sive simpliciter sive in aliquo necessitatis casu. Alio modo dicitur aliquis ingratus, quia non solum praetermittit implere gratitudinis debitum, sed etiam contrarium agit. Et hoc etiam, secundum conditionem eius quod agitur, quandoque est peccatum mortale, quandoque veniale. Sciendum tamen quod ingratitudo quae provenit ex peccato mortali habet perfectam ingratitudinis rationem, illa vero quae provenit ex peccato veniali, imperfectam.

II-II q. 107 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod per peccatum veniale non est aliquis ingratus Deo secundum perfectam ingratitudinis rationem. Habet tamen aliquid ingratitudinis, inquantum

Bohu.

K druhému se musí říci, že nevděčnost, která je se všedním hřichem, není protivou lásky, nýbrž je mimo ni; poněvadž neodnímá pohotovosti lásky, nýbrž vylučuje některý její úkon.

K třetímu se musí říci, že týž Seneka praví, v VII. O dobrod.: "Mýlí se, kdo se domnívá, že mu zaháníme vzpomínku na věc především přečestnou, když pravíme, že ten, kdo dal dobrodiní, má zapomenouti. Když tedy pravíme ‚Nemá. pamatovati, tak chceme chápáno: Rozhlašovati nemá, ani se vychloubati."

Ke čtvrtému se musí říci, že ten, kdo nezná dobrodiní, není nevděčný, nesplácí-li dobrodiní, jen když jest ochoten splatiti, kdyby poznal. Někdy je však chvalné, aby neznal dobrodiní ten, jemuž je opatřeno, jak pro uniknutí marné slávě, jako blažený Mikuláš; házeje kradmo do domu zlato, chtěl ujíti lidské přízni; tak také proto, že ještě tím zvětšené dobrodiní prokazuje, že vyhovuje ostychu toho, který dobrodiní přijímá.

CVII.4. Zda nevděčným mají býti dobrodiní odepřena.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že nevděčným mají býti dobrodiní odepřena. Praví se totiž Moudr. 16: "Naděje nevděčného roztaje jako zimní led." Avšak nezmizela by jeho naděje, kdyby mu nemělo býti odepřeno dobrodiní. Tedy nevděčným mají býti dobrodiní odepřena.

Mimo to nikdo nemá druhému dávati příležitost hřešiti

Ale nevděčný, přijímající dobrodiní, bere příležitost nevděčnosti. Tedy nevděčnému nemá býti dáváno dobrodiní.

Mimo to "proti čemu kdo hřeší, tím jest i trýzněn", jak se praví Moudr. 11. Ale ten, kdo je nevděčný, přijav dobrodiní, hřeší proti dobrodiní. Tedy dobrodiní má mu býti odňato.

Avšak proti jest, co se praví Luk. 6, že "Nejvyšší je dobrotivý na nevděčné a zlé". Ale skrze připodobnění jemu máme býti jeho ditkami, jak se praví tamtéž. Tedy nemáme nevděčným odpírati dobrodiní.

Odpovídám: Musí se říci, že o nevděčném třeba uvážiti dvě věci: a to, nejprve, co jest, co on je hoden trpěti. A tak je jisté, že zasluhuje odepření dobrodiní. Jiným způsobem jest uvážiti, co má činiti dobrodinec. Neboť nejprve nemá snadno souditi na nevděčnost, poněvadž, jak praví Seneka, III. kn. O dobrod., "často někdo, kdo neplatil, vděčný jest", poněvadž snad buď se mu nenaskytuje možnost nebo patřičná příhodnost splatiti. Za druhé má tíhnouti k tomu, aby z nevděčného učinil vděčného; a nemůže-li to učiniti prvním dobrodiním, snad učiní druhým. Jestliže však zmnohonásobením dobrodiní zvětšuje nevděčnost a stává se horším, má ustati v poskytování dobrodiní.

peccatum veniale tollit aliquem actum virtutis, per quem homo Deo obsequitur.

II-II q. 107 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod ingratitudo quae est cum peccato veniali non est contraria caritati, sed est praeter ipsam, quia non tollit habitum caritatis, sed aliquem actum ipsius excludit.

II-II q. 107 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod idem Seneca dicit, in VII de Benefic., *errat si quis aestimat, cum dicimus eum qui beneficium dedit oblivisci oportere, excutere nos illi memoriam rei, praesertim honestissimae. Cum ergo dicimus, meminisse non debet, hoc volumus intelligi, praedicare non debet, nec iactare*.

II-II q. 107 a. 3 ad 4

Ad quartum dicendum quod ille qui ignorat beneficium non est ingratus si beneficium non recompenset, dummodo sit paratus recompensare si noscet. Est autem laudabile quandoque ut ille cui providetur beneficium ignoret, tum propter inanis gloriae vitationem, sicut beatus Nicolaus, aurum furtim in domum proiiciens, vitare voluit humanum favorem; tum etiam quia in hoc ipso amplius beneficium facit quod consulit verecundiae eius qui beneficium accipit.

4. Utrum ingratis sint beneficia subtrahenda.

II-II q. 107 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod ingratis sint beneficia subtrahenda. Dicitur enim Sap. XVI, *ingratis spes tanquam hibernalis glacies tabescet*. Non autem eius spes tabesceret si non esset ei beneficium subtrahendum. Ergo sunt subtrahenda beneficia ingratis.

II-II q. 107 a. 4 arg. 2

Praeterea, nullus debet alteri praebere occasionem peccandi. Sed ingratus beneficium recipiens sumit ingratitudinis occasionem ergo non est ingrato beneficium dandum.

II-II q. 107 a. 4 arg. 3

Praeterea, in quo quis peccat, per hoc et torquetur, ut dicitur Sap. XI. Sed ille qui ingratus est beneficio accepto, peccat contra beneficium. Ergo est beneficio privandus.

II-II q. 107 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicitur Luc. VI, quod *altissimus benignus est super ingratos et malos*. Sed eius per imitationem nos filios esse oportet, ut ibidem dicitur. Ergo non debemus beneficia ingratis subtrahere.

II-II q. 107 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod circa ingratum duo consideranda sunt. Primo quidem, quid ipse dignus sit pati. Et sic certum est quod meretur beneficii subtractionem. Alio modo, considerandum est quid oporteat beneficum facere. Primo namque, debet non esse facilis ad ingratitudinem iudicandam, quia frequenter aliquis, ut Seneca dicit, qui non reddidit, gratus est; quia forte non occurrit ei facultas aut debita opportunitas reddendi. Secundo, debet tendere ad hoc quod de ingrato gratum faciat, quod si non potest primo beneficio facere, forte faciet secundo. Si vero ex beneficiis multiplicatis ingratitudinem augeat et peior fiat, debet a beneficiorum exhibitione cessare.

K prvnímu se tedy musí říci, že onen výrok mluví o tom, co nevděčný je hoden trpěti.

K druhému se musí říci, že ten, kdo prokazuje nevděčnému dobrodiní, nedává mu příležitost hřešiti, nýbrž spíše vděčnosti a lásky. Jestliže však ten, kdo přijímá, bere odtud příležitost nevděčnosti, nelze přičítati dávajícímu.

K třetímu se musí říci, že ten, kdo dává dobrodiní, nemá se hned ukazovati mstitelem nevděčnosti, nýbrž nejprve laskavým lékařem, aby totiž opakováním dobrodiní nevděčnost uzdravil.

CVIII. O mstivosti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o mstivosti. A o tom jsou čtyři otázky:

1. Zdali je mstivost dovolená. 2. Zda je zvláštní ctnost.

3. O způsobu mstivosti.

4. Vůči komu se má mstivost uplatňovati.

CVIII.1. Zda mstivost je dovolená.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že mstivost není dovolená. Kdokoli si totiž osobuje, co je Božího, hřeší. Ale msta náleží Bohu. Praví se totiž Deut. 32, podle jiného čtení: "Má msta a já odplatím." Tedy každá mstivost je nedovolená.

Mimo to není snášen ten, na němž se koná msta. Ale zlí mají býti snášeni, protože k onomu Písně 2, ‚Jako lilie mezi trním, praví Glossa: "Nebyl dobrý, kdo nemohl snášeti špatné". Tedy na zlých se nemá konati msta.

Mimo to msta se děje tresty, kterými se působí otrocká bázeň. Ale Nový zákon není zákon bázně, nýbrž lásky, jak praví Augustin proti Adamantiovi. Tedy aspoň v Novém zákoně nemá býti msta.

Mimo to pravíme, že se mstí, kdo mstí svá bezpráví. Ale, jak se zdá, není dovoleno ani soudci trestati proti němu provinilé. Praví totiž Zlatoústý, K Mat.: "Učme se příkladem Kristovým svá bezpráví velkodušně snášeti; nesnášeti však ani vyslechnutí bezpráví Božích." Tedy se zdá, že mstivost je nedovolená.

Mimo to hřích množství více škodí než hřích toliko jednoho. Praví se totiž Eccli. 26: "Trojího se obávalo mé srdce: městských klepů, shluku lidu, a lživé pomluvy." Ale za hřích množství se nemá konati msta, protože k onomu Mat. 13, ‚Abyste snad nevytrhali pšenici, nechte růsti obojí, praví Glossa, že množství nemá býti vyobcováno, ani vládce. Tedy ani jiná mstivost není dovolena.

Avšak proti, nic se nemá očekávati od Boha, leč co je dobré a dovolené. Ale pomstu na nepřátelích jest očekávati od Boha. Praví se totiž Luk. 18: "Bůh nevykoná

II-II q. 107 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod auctoritas illa loquitur quantum ad id quod ingratus dignus est pati.

II-II q. 107 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod ille qui ingrato beneficium exhibet non dat ei occasionem peccandi, sed magis gratitudinis et amoris. Si vero ille qui accipit ingratitudinis exinde occasionem sumat, non est danti imputandum.

II-II q. 107 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod ille qui beneficium dat non statim debet se exhibere punitorem ingratitudinis, sed prius pium medicum, ut scilicet iteratis beneficiis ingratitudinem sanet.

108. De vindicatione.

Prooemium

II-II q. 108 pr.

Deinde considerandum est de vindicatione. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum vindicatio sit licita. Secundo, utrum sit specialis virtus. Tertio, de modo vindicandi. Quarto, in quos sit vindicta exercenda.

1. Utrum vindicatio sit licita.

II-II q. 108 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod vindicatio non sit licita. Quicumque enim usurpat sibi quod Dei est, peccat. Sed vindicta pertinet ad Deum, dicitur enim Deut. XXXII, secundum aliam litteram, *mihi vindictam, et ego retribuam*. Ergo omnis vindicatio est illicita.

II-II q. 108 a. 1 arg. 2

Praeterea, ille de quo vindicta sumitur, non toleratur. Sed mali sunt tolerandi, quia super illud Cant. II, sicut lilium inter spinas, dicit Glossa, *non fuit bonus qui malos tolerare non potuit*. Ergo vindicta non est sumenda de malis.

II-II q. 108 a. 1 arg. 3

Praeterea, vindicta per poenas fit, ex quibus causatur timor servilis. Sed lex nova non est lex timoris, sed amoris, ut Augustinus dicit, contra Adamantum. Ergo, ad minus in novo testamento, vindicta fieri non debet.

II-II q. 108 a. 1 arg. 4

Praeterea, ille dicitur se vindicare qui iniurias suas ulciscitur. Sed, ut videtur, non licet etiam iudici in se delinquentes punire, dicit enim Chrysostomus, super Matth., *discamus exemplo Christi nostras iniurias magnanimiter sustinere, Dei autem iniurias nec usque ad auditum sufferre*. Ergo vindicatio videtur esse illicita.

II-II q. 108 a. 1 arg. 5

Praeterea, peccatum multitudinis magis est nocivum quam peccatum unius tantum, dicitur enim Eccli. XXVI, *a tribus timuit cor meum, zelaturam civitatis, et collectionem populi*. Sed de peccato multitudinis non est vindicta sumenda, quia super illud Matth. XIII, *sinite utraque crescere, ne forte eradicetis triticum*, dicit Glossa quod multitudo non est excommunicanda, nec princeps. Ergo nec alia vindicatio est licita.

II-II q. 108 a. 1 s. c.

Sed contra, nihil est expectandum a Deo nisi quod est bonum et licitum. Sed vindicta de hostibus est expectanda a mstu svým vyvoleným, volajícím k němu ve dne v noci?" Jako by pravil: Jistě vykoná. Tedy mstivost není o sobě zlá a nedovolená.

Odpovídám: Musí se říci, že mstivost se děje skrze nějaké trestné zlo, uložené hřešícímu. Je tedy při mstivosti uvážiti ducha mstitelova. Jestliže jeho úmysl se nese hlavně ke zlu onoho, na němž koná mstu, a tam zůstane, je zcela nedovoleno, protože potěšení ze zla druhého náleží k nenávisti, která odporuje lásce, kterou musíme milovati všechny lidi. A není někdo omluven, jestli zamýšlí zlo toho, kdo mu nespravedlivě způsobil zlo, jako není někdo omluven tím, že nenávidí jej nenávidícího. Nesmí totiž člověk hřešiti proti jinému proto, že onen dříve zhřešil proti němu; neboť to je přemožení od zla, což zakazuje Apoštol, Řím. 12, řka: "Nebuď přemožen od zla, nýbrž přemáhej zlé dobrým."

Jestliže však úmysl mstitelův se nese hlavně k nějakému dobru, k němuž se dospěje potrestáním hřešícího, třebas k polepšení hřešícího nebo alespoň k jeho zkrocení a pokoji druhých a k zachování spravedlnosti a ke cti Boží, může býti mstivost dovolena, jsou-li zachovány jiné příslušné okolnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že ten, kdo podle stupně svého řádu koná mstu na zlých, neosobuje si, co je Božího; nýbrž užívá moci, dané mu Bohem. Praví se totiž. Řím. 13 o knížeti pozemském, že "Boží služebník je mstitelem hněvu na tom, kdo páše zlé". Jestliže však někdo vykonává mstu mimo řád Bohem ustanovený, uchvacuje si, co je Božího, a proto hřeší.

K druhému se musí říci, že zlí jsou snášeni od dobrých v tom, že od nich trpělivě přijmou vlastní bezpráví, pokud je třeba; nesnáší je však, že by strpěli bezpráví Boží a bližních. Praví totiž Zlatoústý, K Mat.: "Ve vlastních bezprávích býti trpělivým, je každému chvalné; nedbati však bezpráví Bohu, je příliš bezbožné."

K třetímu se musí říci, že zákon evangelia je zákon lásky. A proto těm, kteří konají dobro z lásky, a pouze oni jsou vlastně v evangeliu, nemá se nahánět bázně tresty, nýbrž pouze těm, kteří nejsou vedeni k dobru z lásky, kteří ač jsou číselně v Církvi, nikoli však zaslouženě.

Ke čtvrtému se musí říci, že bezpráví, které se působí nějaké osobě, někdy přechází na Boha a na Církev. A tehdy se musí vlastní bezpráví pomstiti, jak je patrné u Eliáše, který způsobil spadnutí ohně na ty, kteří ho přišli lapiti, jak se čte IV. Král. 1. A podobně zlořečil Elizeus chlapcům, posmívajícím se mu, jak máme IV. Král. 2; a papež Silvestr vyobcoval ty, kteří ho poslali do vyhnanství, jak máme XXIII, ot. IV. - Pokud však bezpráví někomu způsobené, patří jeho osobě, má je trpělivě snášeti, je-li záhodno. Neboť takové příkazy trpělivosti jest rozuměti podle přípravy duše, jak praví Augustin, v I. knize O řeči Páně na hoře.

K pátému se musí říci, že když celé množství hřeší, má se na něm vykonati msta, buď na celém množství, jako Egypťané byli utopeni v Rudém moři, pronásledujíce Deo, dicitur enim Luc. XVIII, *Deus non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se* die ac nocte? Quasi diceret, immo faciet. Ergo vindicatio non est per se mala et illicita.

II-II q. 108 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod vindicatio fit per aliquod poenale malum inflictum peccanti. Est ergo in vindicatione considerandus vindicantis animus. Si enim eius intentio feratur principaliter in malum illius de quo vindictam sumit, et ibi quiescat, est omnino illicitum, quia delectari in malo alterius pertinet ad odium, quod caritati repugnat, qua omnes homines debemus diligere. Nec aliquis excusatur si malum intendat illius qui sibi iniuste intulit malum, sicut non excusatur aliquis per hoc quod odit se odientem. Non enim debet homo in alium peccare, propter hoc quod ille peccavit prius in ipsum, hoc enim est vinci a malo, quod apostolus prohibet, Rom. XII, dicens, *noli vinci a malo, sed vince in bono malum*. Si vero intentio vindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum, ad quod pervenitur per poenam peccantis, puta ad emendationem peccantis, vel saltem ad cohibitionem eius et quietem aliorum, et ad iustitiae conservationem et Dei honorem, potest esse vindicatio licita, aliis debitis circumstantiis servatis.

II-II q. 108 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ille qui secundum gradum sui ordinis vindictam exercet in malos, non usurpat sibi quod Dei est, sed utitur potestate sibi divinitus concessa, dicitur enim Rom. XIII, de principe terreno, quod *Dei minister est, vindex in iram ei qui male agit*. Si autem praeter ordinem divinae institutionis aliquis vindictam exerceat, usurpat sibi quod Dei est, et ideo peccat.

II-II q. 108 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod mali tolerantur a bonis in hoc quod ab eis proprias iniurias patienter sustinent, secundum quod oportet, non autem tolerant eos ut sustineant iniurias Dei et proximorum. Dicit enim Chrysostomus, super Matth., *in propriis iniuriis esse quempiam patientem, laudabile est, iniurias autem Dei dissimulare nimis est impium*.

II-II q. 108 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod lex Evangelii est lex amoris. Ideo illis qui ex amore bonum operantur, qui soli proprie ad Evangelium pertinent, non est timor incutiendus per poenas, sed solum illis qui ex amore non moventur ad bonum, qui, etsi numero sint de Ecclesia, non tamen merito.

II-II q. 108 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod iniuria quae infertur personae alicui quandoque redundat in Deum et in Ecclesiam, et tunc debet aliquis propriam iniuriam ulcisci. Sicut patet de Elia, qui fecit ignem descendere super eos qui venerant ad ipsum capiendum, ut legitur IV Reg. I. Et similiter Elisaeus maledixit pueris eum irridentibus, ut habetur IV Reg. II. Et Silvester Papa excommunicavit eos qui eum in exilium miserunt, ut habetur XXIII, qu. IV. Inquantum vero iniuria in aliquem illata ad eius personam pertinet, debet eam tolerare patienter, si expediat. Huiusmodi enim praecepta patientiae intelligenda sunt secundum praeparationem animi, ut Augustinus dicit, in libro de Serm. Dom. in monte.

II-II q. 108 a. 1 ad 5

Ad quintum dicendum quod quando tota multitudo peccat, syny israelské, jak máme Exod. 14, a jak Sodomští všichni zahynuli; nebo na veliké části množství, jak je patrné Exod. 32 na trestu těch, kteří se klaněli teleti. Někdy však, doufá-li se polepšení mnohých, musí se přísnost pomsty provésti na několika málo hlavních, aby potrestání jich ostatní zastrašilo, jako Num. 25 Pán přikázal pověsit předáky lidu za hřích množství. - Jestliže však nezhřešilo celé množství, nýbrž z části, tehdy, lze-li oddělit zlé od dobrých, má se na nich. provésti msta; avšak, lze-li to učiniti bez pohoršení jiných; jinak jest ušetřiti množství a ubrati přísnosti. A týž důvod je u vládce, kterého následuje množství. Musí se totiž jeho hřích snášeti, kdyby se nemohl potrestati bez pohoršení množství; leč by snad hřích vládců byl takový, že by škodil množství buď časně nebo duchovně více než pohoršení, jehož je z toho obava.

CVIII.2. Zda mstivost je zvláštní ctnost, odlišná od jiných.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že mstivost není zvláštní ctnost, odlišná od jiných. Jako totiž jsou odměňování dobří za to, co konají dobře, tak jsou trestáni zlí za to, co konají špatně. Ale odměna dobrých nepatří k nějaké zvláštní ctnosti, nýbrž je úkonem spravedlnosti směrné. Tedy z téhož důvodu mstivost se nemá stanoviti za zvláštní ctnost.

Mimo to se nemá zařizovati zvláštní ctnost k tomu skutku, k němuž je člověk dostatečně uzpůsoben jinými ctnostmi. Ale k pomstění zla je člověk dostatečně uzpůsoben ze ctnosti statečnosti a z horlivosti. Nemá se tedy udávati mstivost jako zvláštní ctnost.

Mimo to každé zvláštní ctnosti je protilehlá zvláštní nešest. Ale mstivosti se nezdá protilehlou nějaká zvláštní nešest. Tedy není zvláštní ctnost.

Avšak proti jest, že Tullius ji stanoví za část spravedlnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak praví Filosof, ve II. Ethic., schopnost ctnosti je v nás od přirozenosti, ač naplnění ctnosti je z návyku nebo z nějaké jiné příčiny. Z čehož je patrné, že ctnosti nás zdokonalují k náležitému. způsobu sledování přirozených sklonů, které patří do přirozeného práva. A proto ke každému určitému sklonu přirozenému je zařízena nějaká zvláštní ctnost. Je pak nějaký zvláštní sklon přirozenosti k odstraňování překážek; pročež i zvířatům je dána síla náhlivá oddělené od síly dychtivé. Odráží však člověk překážky tím, že se hájí proti bezpráví, aby mu nebyla způsobena, nebo mstí bezpráví již způsobená, nikoliv v úmyslu škoditi, nýbrž v úmyslu odstraniti škody. To však náleží mstivosti. Praví totiž Tullius, ve své Retorice, že "mstivost je, kterou násilí nebo bezpráví a vůbec cokoliv je temného", to jest potupného, "hájením nebo mstou se odráží".

K prvnímu se tedy musí říci, že, jako splnění zákonité

est de ea vindicta sumenda vel quantum ad totam multitudinem, sicut Aegyptii submersi sunt in mari rubro persequentes filios Israel, ut habetur Exod. XIV, et sicut Sodomitae universaliter perierunt, vel quantum ad magnam multitudinis partem, sicut patet Exod. XXXII, in poena eorum qui vitulum adoraverunt. Quandoque vero, si speretur multorum correctio, debet severitas vindictae exerceri in aliquos paucos principaliores, quibus punitis ceteri terreantur, sicut dominus, Num. XXV, mandavit suspendi principes populi pro peccato multitudinis. Si autem non tota multitudo peccavit, sed pro parte, tunc, si possunt mali secerni a bonis, debet in eos vindicta exerceri, si tamen hoc fieri possit sine scandalo aliorum. Alioquin, parcendum est multitudini, et detrahendum severitati. Et eadem ratio est de principe, quem sequitur multitudo. Tolerandum enim est peccatum eius, si sine scandalo multitudinis puniri non posset, nisi forte esset tale peccatum principis quod magis noceret multitudini, vel spiritualiter vel temporaliter, quam scandalum quod exinde timeretur.

2. Utrum sit specialis virtus.

II-II q. 108 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod vindicatio non sit specialis virtus ab aliis distincta. Sicut enim remunerantur boni pro his quae bene agunt, ita puniuntur mali pro his quae male agunt. Sed remuneratio bonorum non pertinet ad aliquam specialem virtutem, sed est actus commutativae iustitiae. Ergo, pari ratione, et vindicatio non debet poni specialis virtus.

II-II q. 108 a. 2 arg. 2

Praeterea, ad actum illum non debet ordinari specialis virtus ad quem homo sufficienter disponitur per alias virtutes. Sed ad vindicandum mala sufficienter disponitur homo per virtutem fortitudinis et per zelum. Non ergo vindicatio debet poni specialis virtus.

II-II q. 108 a. 2 arg. 3

Praeterea, cuilibet speciali virtuti aliquod speciale vitium opponitur. Sed vindicationi non videtur opponi aliquod speciale vitium. Ergo non est specialis virtus.

II-II q. 108 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Tullius ponit eam partem iustitiae.

II-II q. 108 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut philosophus dicit, in II Ethic., aptitudo ad virtutem inest nobis a natura, licet complementum virtutis sit per assuetudinem vel per aliquam aliam causam. Unde patet quod virtutes perficiunt nos ad prosequendum debito modo inclinationes naturales, quae pertinent ad ius naturale. Et ideo ad quamlibet inclinationem naturalem determinatam ordinatur aliqua specialis virtus. Est autem quaedam specialis inclinatio naturae ad removendum nocumenta, unde et animalibus datur vis irascibilis separatim a vi concupiscibili. Repellit autem homo nocumenta per hoc quod se defendit contra iniurias, ne ei inferantur, vel iam illatas iniurias ulciscitur, non intentione nocendi, sed intentione removendi nocumenta. Hoc autem pertinet ad vindicationem, dicit enim Tullius, in sua rhetorica, quod *vindicatio est per quam vis aut iniuria, et omnino quidquid obscurum est*, idest ignominiosum, *defendendo aut ulciscendo propulsatur*. Unde vindicatio est specialis virtus.

II-II q. 108 a. 2 ad 1

povinnosti náleží do spravedlnosti směnné, splnění však mravní povinnosti, která vzniká z prokázání zvláštního dobrodiní, náleží do ctnosti vděčnosti, tak také trestání hříšníků, pokud náleží do veřejné spravedlnosti, jest úkon spravedlnosti směnné; pokud však náleží k zabezpečení nějaké jednotlivé osoby, od které se odráží bezpráví, naleží do ctnosti mstivosti.

K druhému se musí říci, že statečnost uzpůsobuje k pomstě, odstraňujíc překážku, totiž obavu hrozícího nebezpečí. Horlivost pak, pokud obnáší žár lásky, obnáší první kořen mstivosti, pokud někdo mstí bezpráví Bohu nebo bližním, která pro lásku považuje za svá. Úkon však každé ctnosti vychází z kořene lásky, protože, jak praví Řehoř v kterési homilii, žádnou zeleň nemá ratolest dobrého skutku, nevychází-li z kořene lásky."

K třetímu se musí říci, že mstivosti jsou protilehlé dvě nerůsti. A to, jedna z nadbytku, totiž hříchkrutosti nebo surovosti, který přesahuje míru v trestání; jiná pak je nerůst, která záleží v nedostatku, jako když někdo je příliš chabý v trestání. Pročež se praví Přísl. 13: "Kdo šetří metly, nenávidí svého syna." Ctnost pak mstivosti záleží v tom, že člověk podle všech okolností zachovává náležitou míru v pomstě.

CVIII.3. Zda se má mstivost díti tresty, obvyklými u lidí.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že mstivost se nemá díti tresty, obvyklými u lidí. Neboť zabití člověka je jakési vykořenění jeho. Ale Pán přikázal, Mat. 13, že plevel, kterou jsou naznačeni synové zlí, nemá býti vykořeněna, Tedy hříšníci nemají býti zabíjeni.

Mimo to, kteří smrtelně hřeší, zdají se hodni téhož trestu. Jestliže tedy někteří, smrtelně zhřešivše, jsou trestáni smrtí, zdá se, že všichni takoví by měli býti trestáni smrtí, což je patrně nesprávné.

Mimo to, když je někdo za hřích potrestán zjevně, je tím jeho hřích zjeven, což se zdá škoditi množství, které z příkladu hříchu béře příležitost hřešiti. Tedy se zdá, že se nemá uvaliti trest smrti za nějaký hřích.

Avšak proti jest, že v Božím zákoně jsou určovány takové tresty, jak je patrné ze shora řečeného.

Odpovídám: Musí se říci, že mstivost je potud dovolená a ctnostná, pokud směřuje k omezování zlých. Někteří však, kteří nemají cit pro ctnost, jsou omezováni ve hříchu tím, že se bojí ztratiti některá, jež více milují než ta, kterých získávají hříchem, jinak by bázeň nezamezila hřích. A proto jest vykonati mstu odnětím všech, která člověk nejvíce miluje. To pak jsou, která člověk nejvíce miluje: život, neporušenost těla, svou svobodu a vnější dobra, třebas bohatství, vlast a slávu. A proto, jak

Ad primum ergo dicendum quod sicut recompensatio debiti legalis pertinet ad iustitiam commutativam, recompensatio autem debiti moralis quod nascitur ex particulari beneficio exhibito, pertinet ad virtutem gratiae; ita etiam punitio peccatorum, secundum quod pertinet ad publicam iustitiam, est actus commutativae iustitiae; secundum autem quod pertinet ad immunitatem alicuius personae singularis, a qua iniuria propulsatur, pertinet ad virtutem vindicationis.

II-II q. 108 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod fortitudo disponit ad vindictam removendo prohibens, scilicet timorem periculi imminentis. Zelus autem, secundum quod importat fervorem amoris, importat primam radicem vindicationis, prout aliquis vindicat iniurias Dei vel proximorum, quas ex caritate reputat quasi suas. Cuiuslibet autem virtutis actus ex radice caritatis procedit, quia, ut Gregorius dicit, in quadam homilia, *nihil habet viriditatis ramus boni operis, si non procedat ex radice caritatis*.

II-II q. 108 a. 2 ad 3

periculosius est et onerosius aliis, quod aliquis existimet vel iactet se habere quod non habet, quam quod non existimet, vel dicat se non habere quod habet.

II-II q. 109 a. 4 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

110. De mendacio quod est vitium veritati oppositum.

Prooemium

II-II q. 110 pr.

Deinde considerandum est de vitiis oppositis veritati. Et primo, de mendacio; secundo, de simulatione sive hypocrisi; tertio, de iactantia et opposito vitio. Circa mendacium quaeruntur quatuor. Primo, utrum mendacium semper opponatur veritati, quasi continens falsitatem. Secundo, de speciebus mendacii. Tertio, utrum mendacium semper sit peccatum. Quarto, utrum semper sit peccatum mortale.

1. Utrum mendacium semper opponatur veritati quasi continens falsitatem.

II-II q. 110 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod mendacium non semper opponatur veritati. Opposita enim non possunt esse simul. Sed mendacium simul potest esse cum veritate, qui enim verum loquitur quod falsum esse credit, mentitur, ut Augustinus dicit, in libro contra mendacium. Ergo mendacium non opponitur veritati.

II-II q. 110 a. 1 arg. 2

Praeterea, virtus veritatis non solum consistit in verbis, sed etiam in factis, quia secundum philosophum, in IV Ethic., secundum hanc virtutem aliquis verum dicit et in sermone et in vita. Sed mendacium consistit solum in verbis, dicitur enim quod mendacium est falsa vocis significatio. Ergo videtur quod mendacium non directe opponatur virtuti veritatis.

II-II q. 110 a. 1 arg. 3

Praeterea, Augustinus dicit, in libro contra mendacium, quod *culpa mentientis est fallendi cupiditas*. Sed hoc non opponitur veritati, sed magis benevolentiae vel iustitiae. Ergo mendacium non opponitur veritati.

II-II q. 110 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro contra mendacium, *nemo dubitet mentiri eum qui falsum enuntiat causa fallendi. Quapropter enuntiationem falsi cum voluntate ad fallendum prolatam, manifestum est esse mendacium*. Sed hoc opponitur veritati. Ergo mendacium veritati opponitur.

II-II q. 110 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod actus moralis ex duobus speciem sortitur, scilicet ex obiecto, et ex fine. Nam finis est obiectum voluntatis, quae est primum movens in moralibus actibus. Potentia autem a voluntate mota habet suum obiectum, quod est proximum obiectum voluntarii actus, et se habet in actu voluntatis ad finem sicut materiale ad formale, ut ex supra dictis patet. Dictum est autem quod virtus veritatis, et per consequens opposita vitia, in manifestatione consistit, quae fit per aliqua signa. Quae

jakémsi srovnávání, které rozumu náleží vlastně. Proto, ačkoli použí živočichové něco zjevují, přece nezamýšlejí zjevování, nýbrž konají něco přirozeným pudem, z čehož následuje zjevování. Pokud však takové zjevování nebo vyjádření je úkon mravní, musí býti dobro volné a závislé na úmyslu vůle. Vlastní pak předmět zjevování či vyjádření je pravdivo nebo nepravdivo. Úmysl pak nezřízené vůle může směřovati ke dvojímu: z nichž jedno jest, aby bylo vyjádřeno nepravdivo; druhé jest vlastní účinek nepravdivého vyjádření, aby totiž někdo byl oklamán. Jestliže tedy tato tři se sejdou, totiž že je nepravdivé, to co se vyjadřuje a že se chce vyjádřiti nepravdivé a ještě se zamýšlí oklamání, tu je nepravdivost látkově, protože se říká nepravda; i tvarově, pro vůli říci nepravdu, i účinně pro vůli vtisknouti nepravdu. Avšak ráz lži se bere od tvarového klamu, z toho totiž, že někdo má vůli vyjádřiti nepravdivé. Proto také se jmenuje lež od toho, že je řečena proti mysli.

A proto, vysloví-li někdo nepravdivé, mysle, že je pravdivé, je to sice nepravdivé látkově, ale nikoliv tvarově, protože nepravdivost je bez úmyslu mluvícího; pročež nemá dokonalý ráz lži. To totiž, co je bez úmyslu mluvícího, je případkově, pročež nemůže býti druhovou odlišností. Jestliže však někdo řekne nepravdivo tvarově, maje vůli říci nepravdivo, ač je pravda to, co se praví, pokud však takový úkon je dobrovolný a mravní, má nepravdivost o sobě a případkově pravdu, pročež náleží k druhu lži. Že však někdo zamýšlí uložiti nepravdu v mínění druhého, klamaje jej, nenáleží k druhu lži, nýbrž k jakési její dokonalosti; jako v přírodních věcech něco nabývá druhu, jestliže má tvar, i když schází účinek tvaru, jak je patrné na těžkém, které je násilím udržováno nahoře, aby nespadlo podle požadavku svého tvaru. Tak tedy je patrné, že lež je přímo a tvarově protilehlá ctnosti pravdivosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že věc se spíše posuzuje podle toho, co je v ní tvarově a o sobě, než podle toho, co je v ní látkově a případkově. A proto více je protilehlé pravdivosti, pokud je ctností mravní, že někdo řekne pravdivé, zamýšleje říci nepravdivé, než že řekne nepravdivé, zamýšleje říci pravdivé.

K druhému se musí říci, že, jak Augustin praví, ve II. O nauce křesťanské, hlasy mají hlavní místo mezi jinými znameními. A proto, když se praví, že lež je nepravdivé naznačování hlasem, jménem hlasu se rozumí každé znamení. Proto ten, kdo by zamýšlel naznačiti posunky něco nepravdivého, nebyl by prost lži.

K třetímu se musí říci, že chtivost klamati náleží k dokonalosti lži, nikoli však k jejímu druhu, jako ani nějaký účinek nenáleží k druhu své příčiny.

CX.2. Zda se dostatečně dělí lež na lež užitkovou, žertovnou a škodlivou.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že nedostatečně se dělí lež na lež užitkovou, žertovnou a škodlivou. Rozdělení se totiž udává podle těch, která o sobě náležejí

quidem manifestatio, sive enuntiatio, est rationis actus conferentis signum ad signatum, omnis enim repraesentatio consistit in quadam collatione, quae proprie pertinet ad rationem; unde etsi bruta animalia aliquid manifestent, non tamen manifestationem intendunt, sed naturali instinctu aliquid agunt ad quod manifestatio sequitur. Inquantum tamen huiusmodi manifestatio sive enuntiatio est actus moralis, oportet quod sit voluntarius et ex intentione voluntatis dependens. Obiectum autem proprium manifestationis sive enuntiationis est verum vel falsum. Intentio vero voluntatis inordinatae potest ad duo ferri, quorum unum est ut falsum enuntietur; aliud quidem est effectus proprius falsae enuntiationis, ut scilicet aliquis fallatur. Si ergo ista tria concurrant, scilicet quod falsum sit id quod enuntiatur, et quod adsit voluntas falsum enuntiandi, et iterum intentio fallendi, tunc est falsitas materialiter, quia falsum dicitur; et formaliter, propter voluntatem falsum dicendi; et effective, propter voluntatem falsitatem imprimendi. Sed tamen ratio mendacii sumitur a formali falsitate, ex hoc scilicet quod aliquis habet voluntatem falsum enuntiandi. Unde et mendacium nominatur ex eo quod contra mentem dicitur. Et ideo si quis falsum enuntiet credens illud verum esse, est quidem falsum materialiter, sed non formaliter, quia falsitas est praeter intentionem dicentis. Unde non habet perfectam rationem mendacii, id enim quod praeter intentionem est, per accidens est; unde non potest esse specifica differentia. Si vero formaliter aliquis falsum dicat, habens voluntatem falsum dicendi, licet sit verum id quod dicitur, inquantum tamen huiusmodi actus est voluntarius et moralis, habet per se falsitatem, et per accidens veritatem. Unde ad speciem mendacii pertingit. Quod autem aliquis intendat falsitatem in opinione alterius constituere fallendo ipsum, non pertinet ad speciem mendacii, sed ad quandam perfectionem ipsius, sicut et in rebus naturalibus aliquid speciem sortitur si formam habeat, etiam si desit formae effectus; sicut patet in gravi quod violenter sursum detinetur, ne descendat secundum exigentiam suae formae. Sic ergo patet quod mendacium directe et formaliter opponitur virtuti veritatis.

II-II q. 110 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod unumquodque magis iudicatur secundum id quod est in eo formaliter et per se, quam secundum id quod est in eo materialiter et per accidens. Et ideo magis opponitur veritati, inquantum est virtus moralis, quod aliquis dicat verum intendens dicere falsum, quam quod dicat falsum intendens dicere verum.

II-II q. 110 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut Augustinus dicit, in II de Doctr. Christ., voces praecipuum locum tenent inter alia signa. Et ideo cum dicitur quod mendacium est falsa vocis significatio, nomine vocis intelligitur omne signum. Unde ille qui aliquod falsum nutibus significare intenderet, non esset a mendacio immunis.

II-II q. 110 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod cupiditas fallendi pertinet ad perfectionem mendacii, non autem ad speciem ipsius, sicut nec aliquis effectus pertinet ad speciem suae causae.

2. De speciebus mendacii.

II-II q. 110 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod insufficienter mendacium dividatur per mendacium officiosum, iocosum

věci, jak je patrné z Filosofa, v VII. Metafys. Ale úmysl účinku je mimo druh skutku mravního a má se k němu případkově, jak se zdá; pročež i nekonečně účinků může následovat z jednoho skutku. Toto rozdělení však se dává podle úmyslu účinku, neboť lež žertovná je, která se děje k vůli hře; lež pak užitková je, která se děje z důvodu užitečnosti; lež pak škodlivá je, která se děje z důvodu poškození. Tedy nevhodně se tímto způsobem rozděluje lež.

Mimo to Augustin, v knize Proti lži, rozděluje lež na osm částí. Z nichž první je v náboženské nauce; druhá je když nikomu neprospívá a někomu škodí; třetí je, když prospívá jednomu tak, že druhému škodí; čtvrtá je, když nastává pouhou zálibou lháti a klamati; pátá je, když nastává chtivostí obliby; šestá je, když nikomu neškodí a prospívá někomu k zachování peněz; sedmá je, když nikomu neškodí a někomu prospívá k uniknutí smrti; osmá je, když nikomu neškodí a prospívá někomu k uniknutí tělesné nečistotě. Tedy se zdá, že první rozdělení lži je nedostatečné.

Mimo to Filosof, ve IV. Ethic., rozděluje lež na vychloubavost, která přesahuje pravdu v řeči, a ironii, která nedosahuje pravdy pro méně; kterézto dvě nejsou pod žádným jmenovaným členem. Tedy se zdá, že řečené rozdělení lži je nepřípadné.

Avšak proti jest, co k onomu Žalm. „Zničíš všechny, kteří mluví lež, praví Glossa, že "jsou tři druhy lži. Některé totiž jsou na něčí záchranu a výhodu; je také jiný rod lži, která se děje žertem; třetí pak rod lži je, který se děje ze zloby." První však z těchto tří sluje užitková, druhá žertovná, třetí škodlivá. Tedy lež se dělí na tři řečené.

Odpovídám: Musí se říci, že lež lze trojmo rozdělovati. Jedním způsobem podle samého pojmu lži, což je rozdělení lži vlastní a o sobě. A podle něho se dělí lež na dvě, totiž na lež, která přesahuje pravdu k více, což náleží k vychloubavosti; a na lež, která nedosahuje pravdy pro méně, což náleží ironii, jak je patrné z Filosofa, ve IV. Ethic. Toto pak dělení proto o sobě náleží samé lži, protože lež, jako taková, je protilehlá pravdě, jak bylo řečeno. Pravda je však jakási rovnost, které o sobě odporuje méně a více.

Jiným způsobem lze děliti lež, pokud má ráz viny, podle těch, která ztěžují nebo zmenšují vinu lži se strany zamýšleného cíle. Ztěžuje pak vinu lži, jestliže někdo lží zamýšlí někoho poškoditi, což se nazývá lež škodlivá. Zmenšuje se však vina lži, jestliže je zařízena k nějakému dobru, buď těšícímu, a tak je lež žertovná, nebo užitečnému a tak je lež užitková, kterou se zamýšlí pomoci druhému nebo zameziti škodu. A podle toho se dělí lež na tři řečené.

Třetím způsobem se dělí lež všeobecněji, podle zařízení k cíli, ať se tím přidává či ubírá vině lži, nebo ne. A podle toho rozdělení je osmičlenně, jak bylo řečeno. - V něm pak první tři členy jsou obsaženy pod lží škodlivou. Ta se pak děje buď proti Bohu, a sem patří první lež, která je v nauce náboženství; nebo je proti člověku, buď pouhým

et perniciosum. Divisio enim est danda secundum ea quae per se conveniunt rei, ut patet per philosophum, in VII Metaphys. Sed intentio effectus est praeter speciem actus moralis, et per accidens se habet ad illum, ut videtur, unde et infiniti effectus possunt consequi ex uno actu. Haec autem divisio datur secundum intentionem effectus, nam mendacium iocosum est quod fit causa ludi; mendacium autem officiosum, quod fit causa utilitatis; mendacium autem perniciosum, quod fit causa nocumenti. Ergo inconvenienter hoc modo dividitur mendacium.

II-II q. 110 a. 2 arg. 2

Praeterea, Augustinus, in libro contra mendacium, dividit mendacium in octo partes. Quorum primum est in doctrina religionis; secundum est ut nulli prosit et obsit alicui; tertium est quod prodest uni ita ut alteri obsit; quartum est quod fit sola mentiendi fallendique libidine; quintum est quod fit placendi cupiditate; sextum est quod nulli obest, et prodest alicui ad conservandam pecuniam; septimum est quod nulli obest, et prodest alicui ad vitandum mortem; octavum quod nulli obest, et prodest alicui ad vitandum immunditiam corporalem. Ergo videtur quod prima divisio mendacii sit insufficiens.

II-II q. 110 a. 2 arg. 3

Praeterea, philosophus, in IV Ethic., dividit mendacium in iactantiam, quae verum excedit in dicendo, et ironiam, quae deficit a vero in minus. Quae duo sub nullo praedictorum membrorum continentur. Ergo videtur quod praedicta divisio mendacii sit incompetens.

II-II q. 110 a. 2 s. c.

Sed contra est quod super illud Psalm., *perdes omnes qui loquuntur mendacium*, dicit Glossa quod *sunt tria genera mendaciorum. Quaedam enim sunt pro salute et commodo alicuius; est etiam aliud genus mendacii, quod fit ioco; tertium vero mendacii genus est quod fit ex malignitate*. Primum autem horum dicitur officiosum; secundum, iocosum; tertium, perniciosum. Ergo mendacium in tria praedicta dividitur.

II-II q. 110 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod mendacium tripliciter dividi potest. Uno modo, secundum ipsam mendacii rationem, quae est propria et per se mendacii divisio. Et secundum hoc, mendacium in duo dividitur, scilicet in mendacium quod transcendit veritatem in maius, quod pertinet ad iactantiam; et in mendacium quod deficit a veritate in minus, quod pertinet ad ironiam; ut patet per philosophum, in IV Ethic. Haec autem divisio ideo per se est ipsius mendacii, quia mendacium, inquantum huiusmodi, opponitur veritati, ut dictum est, veritas autem aequalitas quaedam est, cui per se opponitur maius et minus. Alio modo potest dividi mendacium inquantum habet rationem culpae, secundum ea quae aggravant vel diminuunt culpam mendacii ex parte finis intenti. Aggravat autem culpam mendacii si aliquis per mendacium intendat alterius nocumentum, quod vocatur mendacium perniciosum. Diminuitur autem culpa mendacii si ordinetur ad aliquod bonum, vel delectabile et sic est mendacium iocosum; vel, utile, et sic est mendacium officiosum, sive quo intenditur iuvamentum alterius vel remotio nocumenti. Et secundum hoc, dividitur mendacium in tria praedicta. Tertio modo dividitur mendacium universalius secundum ordinem ad finem, sive ex hoc addatur vel diminuatur ad culpam mendacii, sive non. Et secundum hoc, est divisio octo

úmyslem škoditi, a tak je lež druhá, která totiž nikomu neprospívá a někomu škodí: nebo také v poškození jednoho se zamýšlí užitek druhého, a to je třetí lež, která jednomu prospívá a druhému škodí. Z těch pak tří první je nejtěžší, protože vždy hříchy proti Bohu jsou těžší, jak bylo shora řečeno. Druhá pak je těžší než třetí, která je zmenšována z úmyslu prospěti druhému.

Po těchto pak třech, které přidávají k tíži viny lži, klade se čtvrtá, která má vlastní velikost bez přidání nebo ubírání. A to je lež, která se děje z pouhé záliby lháti, což vychází ze zběhlosti; pročež i Filosof praví, ve IV. Ethic., že lháři tím, že jest jim ze zběhlosti, sama lež je radostí. Čtyři však následující způsoby zmenšují vinu lži. Neboť pátá je lež žertovná, která se děje z chtivosti obliby. Ostatní pak tři jsou obsaženy ve lži užitkové, ve které se zamýšlí, co je druhému užitečné: buď ve věcech vnějších, a tak je šestá lež, která prospívá někomu k zachování peněz; nebo je užitečná tělu, a to je sedmá lež, kterou se zabraňuje smrti člověka; nebo také je užitečná k počestnosti ctnosti, a to je osmá lež, ve které se zabraňuje nedovolenému tělesnému poskvrnění. Je pak patrné, že, čím zamýšlené dobro je lepší, tím více je zmenšována vina lži. A proto, uvažuje-li kdo pečlivě, v pořadu řečeného výčtu je pořad velikosti viny v těchto lžích; neboť dobro užitečné předčí dobro těšící, a život tělesný předčí peníze, počestnost pak též tělesný život.

A z toho je patrná odpověď na námitky.

CX.3. Zda každá lež je hřích.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že není každá lež hřích. Neboť jest jasné, že evangelisté, píšíce evangelium, nehřešili. Zdá se však, že řekli něco nepravdivého, protože slova Kristova, a také jiných, často jeden sděluje jinak než druhý, pročež se zdá, že jeden z nich řekl nepravdivé. Není tedy každá lež hřích.

Mimo to nikdo není odměňován od Boha za hřích. Ale pomocnice egyptské byly odměněny od Boha za lež. Praví se totiž Ex. 1, že Bůh jim vystavěl domy. Tedy lež není hřích.

Mimo to skutky svatých jsou vypravovány v Písmě svatém k úpravě lidského života. Ale o některých nejsvětějších mužích čteme, že lhali; jako Gen. 13 a 20, že Abraham řekl o své manželce, že jest jako sestra; také Jakub lhal, říkaje, že je Esau, a přece dosáhl požehnání, jak máme Gen. 27; také Judit se chválí, Judit 15, ačkoli Holofernovi lhala. Není tedy každá lež hřích.

Mimo to se musí voliti menší zlo, aby se uhnulo většímu zlu; jako lékař odejme úd, aby se neporušilo celé tělo. Ale menší poškození je, aby někdo způsobil nepravdivou

membrorum quae dicta est. In qua quidem tria prima membra continentur sub mendacio pernicioso. Quod quidem fit vel contra Deum, et ad hoc pertinet primum mendacium, quod est in doctrina religionis. Vel est contra hominem, sive sola intentione nocendi alicui, et sic est secundum mendacium, quod scilicet nulli prodest et obest alicui; sive etiam intendatur in nocumento unius utilitas alterius, et hoc est tertium mendacium, quod uni prodest et alteri obest. Inter quae tria primum est gravissimum, quia semper peccata contra Deum sunt graviora, ut supra dictum est. Secundum autem est gravius tertio, quod diminuitur ex intentione utilitatis alterius. Post haec autem tria quae superaddunt ad gravitatem culpae mendacii, ponitur quartum, quod habet propriam quantitatem sine additione vel diminutione. Et hoc est mendacium quod fit ex sola mentiendi libidine, quod procedit ex habitu, unde et philosophus dicit, in IV Ethic., quod *mendax, eo quod talis est secundum habitum, ipso mendacio gaudet*. Quatuor vero subsequentes modi diminuunt de culpa mendacii. Nam quintum est mendacium iocosum, quod fit placendi cupiditate. Alia vero tria continentur sub mendacio officioso. In quo intenditur quod est alteri utile vel quantum ad res exteriores, et sic est sextum mendacium, quod prodest alicui ad pecuniam conservandam; vel est utile corpori, et hoc est septimum mendacium, quo impeditur mors hominis; vel est utile etiam ad honestatem virtutis, et hoc est octavum mendacium, in quo impeditur illicita pollutio corporalis. Patet autem quod quanto bonum intentum est melius, tanto magis minuitur culpa mendacii. Et ideo, si quis diligenter consideret, secundum ordinem praedictae enumerationis est ordo gravitatis culpae in istis mendaciis, nam bonum utile praefertur delectabili; et vita corporalis praefertur pecuniae; honestas autem etiam ipsi corporali vitae.

II-II q. 110 a. 2 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

3. Utrum mendacium semper sit peccatum.

II-II q. 110 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod non omne mendacium sit peccatum. Manifestum est enim quod Evangelistae scribendo Evangelium non peccaverunt. Videntur tamen aliquid falsum dixisse, quia verba Christi, et etiam aliorum, frequenter aliter unus et aliter retulit alius; unde videtur quod alter eorum dixerit falsum. Non ergo omne mendacium est peccatum.

II-II q. 110 a. 3 arg. 2

Praeterea, nullus remuneratur a Deo pro peccato. Sed obstetrices Aegypti remuneratae sunt a Deo propter mendacium, dicitur enim Exod. I, quod *aedificavit illis Deus domos*. Ergo mendacium non est peccatum.

II-II q. 110 a. 3 arg. 3

Praeterea, gesta sanctorum narrantur in sacra Scriptura ad informationem vitae humanae. Sed de quibusdam sanctissimis viris legitur quod sunt mentiti, sicut legitur Gen. XII et XX quod Abraham dixit de uxore sua quod soror sua esset. Iacob etiam mentitus est dicens se Esau, tamen benedictionem adeptus est, ut habetur Gen. XXVII. Iudith etiam commendatur, quae tamen Holoferni mentita est. Non ergo omne mendacium est peccatum.

II-II q. 110 a. 3 arg. 4

Praeterea, minus malum est eligendum ut vitetur maius domněnku v duši druhého, než aby někdo zabil nebo byl zabit. Tedy dovoleně může člověk lháti, aby jednoho uchoval od vraždění a druhého uchoval od smrti.

Mimo to lež je, nesplní-li kdo, co přislíbil. Ale ne každé přislíbení třeba splniti; praví totiž Isidor: "ve špatných přislíbeních poruš věrnost". Tedy každá lež není hřích.

Mimo to se zdá lež hříchem proto, že jí člověk podvádí bližního; pročež Augustin praví, v knize Proti lži: "Kdokoliv se domnívá, že je nějaký druh lži, který není hříchem, hanebně se zklame, když se bude považovati za počestného podváděče druhých." Ale každá lež není na podvádění, protože žertovnou lži není nikdo podváděn. Neříkají se totiž takové lži na to, aby se jim věřilo, nýbrž pouze pro potěšení. Proto také mnohdy v Písmě svatém se nalézají hyperbolická rčení. Není tedy každá lež hřích.

Avšak proti jest, co se praví Eccli. 7: "Nechtěj lháti žádnou lží."

Odpovídám: Musí se říci, že to, co je v sobě zlo ze svého rodu, žádným způsobem nemůže býti dobré a dovolené, protože k tomu, aby něco bylo dobré, vyžaduje se, aby se vše správně shodovalo. Neboť dobro je z celistvé příčiny, zlo však z jednotlivých nedostatků, jak praví Diviš, ve IV. hl. O Bož. Jmén. Lež je však zlo z rodu, neboť je úkon, zasahující nenáležitou látku. Ježto totiž slova jsou přirozeně znamení rozuměných, je nepřirozené a nenáležité, aby někdo slovem naznačoval to, co nemá v mysli. Pročež ‚praví Filosof, ve IV. Ethic., že lež jest o sobě špatná a nepřípustná, kdežto pravda je dobrá a chvalná. Pročež každá lež je hřích, jak také dotvrzuje Augustin, v knize Proti lži.

K prvnímu se tedy musí říci, že ani v evangeliu, ani v žádném kanonickém Písmě nelze nic považovati za nepravdivé tvrzení, ani za lež řečenou pisateli jich, poněvadž tak by přestala jistota víry, která se opírá o vážnost Písma svatého. V tom však není lež, když v evangeliu nebo v jiných svatých Písmech slova některých jsou různě povědčna. Pročež praví Augustin, ve II. kn. O souhlase evangelistů: "Žádným způsobem neshledá nesnáz, kdo opatrně rozumí, že samy myšlenky jsou nutné pro poznání pravdy, ať jsou vyjádřeny jakýmikoliv slovy." A v tom je patrné, jak tamtéž dodává, že "nemáme se domnívati, že někdo lže, když více připomíná věc, kterou slyšeli nebo viděli, a neoznačují věc týmž způsobem a týmiž slovy."

K druhému se musí říci, že pomocnice nebyly odměněny za lež, nýbrž za báze Boha a blahovůli, z níž vzešla lež. Proto se výslovně, praví Exod. 1: "A poněvadž se pomocnice bály Boha, vystavěl jim domy." Lež však potom následující nebyla záslužná.

malum, sicut medicus praecidit membrum ne corrumpatur totum corpus. Sed minus nocumentum est quod aliquis generet falsam opinionem in animo alicuius quam quod aliquis occidat vel occidatur. Ergo licite potest homo mentiri ut unum praeservet ab homicidio, et alium praeservet a morte.

II-II q. 110 a. 3 arg. 5

Praeterea, mendacium est si quis non impleat quod promisit. Sed non omnia promissa sunt implenda, dicit enim Isidorus, in malis promissis rescinde fidem. Ergo non omne mendacium est vitandum.

II-II q. 110 a. 3 arg. 6

Praeterea, mendacium ob hoc videtur esse peccatum quia per ipsum homo decipit proximum, unde Augustinus dicit, in libro contra mendacium, *quisquis esse aliquod genus mendacii quod peccatum non sit, putaverit, decipiet seipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitretur aliorum*. Sed non omne mendacium est deceptionis causa, quia per mendacium iocosum nullus decipitur. Non enim ad hoc dicuntur huiusmodi mendacia ut credantur, sed propter delectationem solam, unde et hyperbolicae locutiones quandoque etiam in sacra Scriptura inveniuntur. Non ergo omne mendacium est peccatum.

II-II q. 110 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur Eccli. VII, *noli velle mentiri omne mendacium*.

II-II q. 110 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod illud quod est secundum se malum ex genere, nullo modo potest esse bonum et licitum, quia ad hoc quod aliquid sit bonum, requiritur quod omnia recte concurrant; bonum enim est ex integra causa, malum autem est ex singularibus defectibus, ut Dionysius dicit, IV cap. de Div. Nom. Mendacium autem est malum ex genere. Est enim actus cadens super indebitam materiam, cum enim voces sint signa naturaliter intellectuum, innaturale est et indebitum quod aliquis voce significet id quod non habet in mente. Unde philosophus dicit, in IV Ethic., quod *mendacium est per se pravum et fugiendum, verum autem et bonum et laudabile*. Unde omne mendacium est peccatum, sicut etiam Augustinus asserit, in libro contra mendacium.

II-II q. 110 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod nec in Evangelio, nec in aliqua Scriptura canonica fas est opinari aliquod falsum asseri, nec quod scriptores earum mendacium dixerunt, quia periret fidei certitudo, quae auctoritati sacrae Scripturae innititur. In hoc vero quod in Evangelio, et in aliis Scripturis sacris, verba aliquorum diversimode recitantur, non est mendacium. Unde Augustinus dicit, in libro de consensu Evangelist., *nullo modo laborandum esse iudicat qui prudenter intelligit ipsas sententias esse necessarias cognoscendae veritati, quibuslibet verbis fuerint explicatae. Et in hoc apparet*, ut ibidem subdit, *non debere nos arbitrari mentiri quemquam si, pluribus reminiscentibus rem quam audierunt vel viderunt, non eodem modo atque eisdem verbis eadem res fuerit indicata*.

II-II q. 110 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod obstetrices non sunt remuneratae pro mendacio, sed pro timore Dei et benevolentia, ex qua processit mendacium. Unde signanter dicitur Exod. I, *et quia timuerunt obstetrices Deum, aedificavit illis domos*. Mendacium vero postea sequens non fuit meritorium.

II-II q. 110 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod in sacra Scriptura, sicut Augustinus dicit, inducuntur aliquorum gesta quasi exempla perfectae virtutis, de quibus non est aestimandum eos fuisse mentitos. Si qua tamen in eorum dictis appareant quae mendacia videantur, intelligendum est ea figuraliter et prophetice dicta esse. Unde Augustinus dicit, in libro contra mendacium, *credendum est illos homines qui propheticis temporibus digni auctoritate fuisse commemorantur, omnia quae scripta sunt de illis prophetice gessisse atque dixisse*. Abraham tamen, ut Augustinus dicit, in quaest. Genes. Dicens Saram esse suam sororem, veritatem voluit celari, non mendacium dici, soror enim dicitur quia filia fratris erat. Unde et ipse Abraham dicit, Gen. XX, *vere soror mea est, filia patris mei, et non matris meae filia*, quia scilicet ex parte patris ei attinebat. Iacob vero mystice dixit se esse Esau, primogenitum Isaac, quia videlicet primogenita illius de iure ei debebantur. Usus autem est hoc modo loquendi per spiritum prophetiae, ad designandum mysterium, quia videlicet minor populus, scilicet gentilium, substituendus erat in locum primogeniti, scilicet in locum Iudaeorum. Quidam vero commendantur in Scriptura non propter perfectam virtutem, sed propter quandam virtutis indolem, quia scilicet apparebat in eis aliquis laudabilis affectus, ex quo movebantur ad quaedam indebita facienda. Et hoc modo Iudith laudatur, non quia mentita est Holoferni, sed propter affectum quem habuit ad salutem populi, pro qua periculis se exposuit. Quamvis etiam dici possit quod verba eius veritatem habent secundum aliquem mysticum intellectum.

II-II q. 110 a. 3 ad 4

Ad quartum dicendum quod mendacium non solum habet rationem peccati ex damno quod infert proximo, sed ex sua inordinatione, ut dictum est. Non licet autem aliqua illicita inordinatione uti ad impediendum nocumenta et defectus aliorum, sicut non licet furari ad hoc quod homo eleemosynam faciat (nisi forte in casu necessitatis, in quo omnia sunt communia). Et ideo non est licitum mendacium dicere ad hoc quod aliquis alium a quocumque periculo liberet. Licet tamen veritatem occultare prudenter sub aliqua dissimulatione, ut Augustinus dicit, contra mendacium.

II-II q. 110 a. 3 ad 5

Ad quintum dicendum quod ille qui aliquid promittit, si habeat animum faciendi quod promittit, non mentitur, quia non loquitur contra id quod gerit in mente. Si vero non faciat quod promisit, tunc videtur infideliter agere per hoc quod animum mutat. Potest tamen excusari ex duobus. Uno modo, si promisit id quod est manifeste illicitum, quia promittendo peccavit, mutando autem propositum bene facit. Alio modo, si sint mutatae conditiones personarum et negotiorum. Ut enim Seneca dicit, in libro de Benefic., ad hoc quod homo teneatur facere quod promisit, requiritur quod omnia immutata permaneant, alioquin nec fuit mendax in promittendo, quia promisit quod habebat in mente, subintellectis debitis conditionibus; nec etiam est infidelis non implendo quod promisit, quia eaedem conditiones non extant. Unde et apostolus non est mentitus, qui non ivit Corinthum, quo se iturum esse promiserat, ut dicitur II Cor. I, et hoc propter impedimenta quae supervenerant.

K třetímu se musí říci, že v Písmě svatém, jak praví Augustin, uvádějí se činy některých, jako příklady dokonalé ctnosti; a o těch se nesmíme domnívati, že lhali. Jestliže však se v jejich skutcích jeví, co se zdá lež, je to rozuměti jako obrazná a prorocká řeč. Pročež praví Augustin, v knize Proti lži: "Jest věřiti, že oni lidé, kteří v dobách prorockých se připomínají jakožto hodní vážnosti, vše, co jest o nich napsáno, konali a mluvili prorocky." - Abraham pak, jak praví Augustin, v Otázkách ke Gen., říkaje, že Sára jest jeho sestra, chtěl zakrýti pravdu a nikoli říci lež; sestrou totiž sluje, protože byla dcera otce. Proto i sám Abraham praví, Gen. 20: "Vpravdě je má sestra, dcera mého otce, ne však dcera mé matky," protože totiž se strany otcovy byla příbuzná. - Jakub pak mysticky řekl, že je Esau, prvorozený Isákův, poněvadž totiž jeho prvorozenství dle práva náleželo jemu. Užil pak tohoto způsobu mluvy z ducha prorockého, na označení tajemství, že totiž menší lid, totiž pohanský, měl přijíti na místo prvorozeného, totiž na místo Židů. - Někteří pak jsou v Písmě doporučeni, nikoli pro dokonalou ctnost, nýbrž pro nějakou ctnostnou vlohu: že se totiž u nich jevil nějaký chvalný cit, kterým byli pohnuti vykonati něco nenáležitého. A tím způsobem je chválena Judit, ne že lhala Holofernovi, nýbrž pro cit, který měla k záchraně lidu, pro kterou se vystavila nebezpečím. Ačkoliv také lze říci, že její slova mají pravdu v nějakém mystickém smyslu.

Ke čtvrtému se musí říci, že lež nejen má ráz hříchu ze škody, která se působí bližnímu, nýbrž ze své nezřízenosti, jak bylo řečeno. Není však dovoleno užívati nějaké nedovolené nezřízenosti k zabránění škodě a nedostatkům druhých, jako není dovoleno krásti na to, aby člověk uděloval almužnu, leda snad v případě nutnosti, ve kterém je vše společné. A proto není dovoleno říci lež na to, aby někdo jiného z jakéhokoliv nebezpečí vysvobodil. Je však dovoleno pravdu opatrně zakrýti nějakým odvracením pozornosti, jak praví Augustin, v knize Proti lži.

K pátému se musí říci, že ten, kdo něco přislíbí, má-li úmysl učiniti, co přislíbil, nelže, protože nemluví proti tomu, co má na mysli. Jestliže však neučiní, co přislíbil, tu se zdá jednati věrolomně tím, že mění mysl. Může však býti omluven z dvojího: jedním způsobem, jestliže přislíbil to, co je zjevně nedovolené, protože přislíbením hřešil, změnou rozhodnutí však činí dobře. Jiným způsobem, jestliže se změnily podmínky osob a záležitostí. Jak totiž Seneka praví, v knize O povin., k tomu, aby člověk byl vázán učiniti, co přislíbil, vyžaduje se, aby vše zůstalo nezměněno, jinak ani nebyl lhářem v přislibování, protože slíbil, co měl na mysli, předpokládaje náležité podmínky; ani také není věrolomný neplně, co přislíbil, protože tytéž podmínky nejsou. Pročež i Apoštol nelhal, když nešel do Korintu, kam přijíti přislíbil, jak se praví II. Kor. 1, a to pro překážky, které nadešly.

K šestému se musí říci, že nějaký čin lze pozorovati dvojmo: jedním způsobem v sobě, jiným způsobem se strany činitelovy. Tedy lež žertovná ze samého rodu činu má. ráz podvádění, ač z úmyslu mluvícího nepraví se na podvádění, ani nepodvádí ze způsobu řeči. A není podoby s hyperbolickými nebo jakýmikoli obraznými řečmi, které se nalézají v Písmě svatém, protože, jak praví Augustin, v knize Proti lži, "cokoli se obrazně děje nebo praví, není lež; každé totiž vyjádření jest vztahovati na to, co vyjadřuje; každé však obrazně učiněné nebo řečené vyjadřuje to, že naznačuje těm, jejichž porozumění bylo proneseno."

CX.4. Zda každá lež je smrtelný hřích.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že každá lež je smrtelný hřích. Praví se totiž v Žalmu: "Zahubíš všechny, kteří mluví lež." A Moudr. 1: "Ústa, která lhou, zabíjejí duši." Ale záhuba a smrt duše není nežli z hříchu smrtelného. Tedy každá lež je smrtelný hřích.

Mimo to, co je proti příkazu Desatera, vše je smrtelný hřích. Ale lež je proti tomuto příkazu Desatera: "Nepromluviš křivého svědectví." Tedy každá lež je smrtelný hřích.

Mimo to Augustin praví, v I. O křesť. nauce: "Žádný lhář v tom, co lže, nezachovává věrnost; neboť to zajisté chce, aby mu důvěřoval ten, jemuž lže, což však lhaním mu nedává. Každý však věrolomný činí nepravost." Nemluví se však o věrolomnosti nebo nepravosti pro všední hřích. Tedy žádná lež není všední hřích.

Mimo to věčná odměna se neztrácí než pro hřích smrtelný. Ale pro lež se ztrácí věčná odměna přeměnou v časnou. Praví totiž Řehoř, XVIII. Moral., "na odměně pomocnic se poznává, co zasluhuje vina lži; neboť odměna jejich dobrotivosti, která jim mohla býti poskytnuta ve věčném životě za spáchanou vinu lži, byla obrácena v odměnu pozemskou". Tedy také lež užitková, jako byla pomocnic, která se zdá býti nejmenší, je hřích smrtelný.

Mimo to praví Augustin v knize Proti lži, že "dokonalým je přikázáno nejen nelhati, nýbrž vůbec ani nechtíti lháti". Ale jednati proti příkazu je smrtelný hřích. Tedy každá lež dokonalých je smrtelný hřích. Ze stejného důvodu tedy i všech jiných, jinak by měli horší postavení než jiní.

Avšak proti jest, co praví Augustin, k onomu, "Zahubíš všechny" atd.: "Jsou dva druhy lží, ve kterých není velká vina; ale přece nejsou bez viny: když bud žertujeme, nebo lžeme, pomáhajíce bližnímu. Ale každý hřích smrtelný má těžkou vinu. Tedy lež žertovná a užitková nejsou smrtelné hříchy.

Odpovídám: Musí se říci, že hřích smrtelný je vlastně,

II-II q. 110 a. 3 ad 6

Ad sextum dicendum quod operatio aliqua potest considerari dupliciter, uno modo, secundum seipsam; alio modo, ex parte operantis. Mendacium igitur iocosum ex ipso genere operis habet rationem fallendi, quamvis ex intentione dicentis non dicatur ad fallendum, nec fallat ex modo dicendi. Nec est simile de hyperbolicis aut quibuscumque figurativis locutionibus, quae in sacra Scriptura inveniuntur, quia, sicut Augustinus dicit, in libro contra mendacium, *quidquid figurate fit aut dicitur, non est mendacium. Omnis enim enuntiatio ad id quod enuntiat referenda est, omne autem figurate aut factum aut dictum hoc enuntiat quod significat eis quibus intelligendum prolatum est*.

4. Utrum semper sit peccatum mortale.

II-II q. 110 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod omne mendacium sit peccatum mortale. Dicitur enim in Psalm., *perdes omnes qui loquuntur mendacium*, et Sap. I, *os quod mentitur occidit animam*. Sed perditio et mors animae non est nisi per peccatum mortale. Ergo omne mendacium est peccatum mortale.

II-II q. 110 a. 4 arg. 2

Praeterea, omne quod est contra praeceptum Decalogi est peccatum mortale. Sed mendacium est contra hoc praeceptum Decalogi, non falsum testimonium dices. Ergo omne mendacium est peccatum mortale.

II-II q. 110 a. 4 arg. 3

Praeterea, Augustinus dicit, in I de Doct. Christ., *nemo mentiens, in eo quod mentitur, servat fidem, nam hoc utique vult, ut cui mentitur fidem sibi habeat, quam tamen ei mentiendo non servat. Omnis autem fidei violator vel iniquus propter peccatum veniale*. Ergo nullum mendacium est peccatum veniale.

II-II q. 110 a. 4 arg. 4

Praeterea, merces aeterna non perditur nisi pro peccato mortali. Sed pro mendacio perditur merces aeterna, commutata in temporale, dicit enim Gregorius quod *in remuneratione obstetricum cognoscitur quid mendacii culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces, quae eis potuit in aeterna vita tribui, praemissa culpa mendacii, in terrenam est remunerationem declinata*. Ergo etiam mendacium officiosum, quale fuit obstetricum, quod videtur esse levissimum, est peccatum mortale.

II-II q. 110 a. 4 arg. 5

Praeterea, Augustinus dicit, in libro contra mendacium, quod *perfectorum praeceptum est omnino non solum non mentiri, sed nec velle mentiri*. Sed facere contra praeceptum est peccatum mortale. Ergo omne mendacium perfectorum est peccatum mortale. Pari ergo ratione et quorumlibet aliorum, alioquin essent peioris conditionis.

II-II q. 110 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in V Psalm., *duo sunt genera mendaciorum in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut iocamur, aut proximo consulendo mentimur*. Sed omne peccatum mortale habet gravem culpam. Ergo mendacium iocosum et officiosum non sunt peccata mortalia.

II-II q. 110 a. 4 co.

který odporuje lásce, skrze kterou duše žije spojena s Bohem, jak bylo řečeno. Lež pak může odporovati lásce trojmo: jedním způsobem v sobě; jiným způsobem podle zamýšleného cíle; třetím způsobem případkově.

V sobě pak odporuje lásce ze samého nepravdivého naznačování. To pak, je-li o věcech Božích, odporuje lásce k Bohu, jehož pravdu někdo takovou lží skrývá nebo porušuje. Proto taková lež nejen odporuje ctnosti lásky, nýbrž i ctnosti víry a nábožnosti; a proto tato lež je nejtěžší a smrtelná. Jestliže však nepravdivé naznačování jest o něčem, co znáti náleží k dobru člověka, třebas, co patří k dokonalosti vědění a úpravě mravů, taková lež, pokud působí škodu nesprávného mínění bližnímu, odporuje lásce co do milování bližního, pročež je smrtelný hřích. - Jestliže však ze lži způsobené nesprávné mínění jest o něčem, u čeho nezáleží, zda se tak nebo jinak pozná, tehdy z takové lži není bližní poškozen; jako když někdo je oklamán v některých jednotlivých nahodilých, jeho se netýkajících. Proto taková lež sama sebou není smrtelný hřích.

Z důvodu pak zamýšleného cíle odporuje nějaká lež lásce, třebas když se řekne buď na bezpráví Bohu, což je vždy smrtelný hřích, jakožto odporující nábožnosti, nebo na škodu bližního, co do osoby, bohatství nebo pověsti. A to je také smrtelný hřích, ježto škoditi bližnímu je smrtelný hřích. Z pouhého pak záměru smrtelného hříchu někdo smrtelně hřeší. Jestli však zamýšlený cíl neodporuje lásce, ani lež z tohoto důvodu nebude smrtelný hřích; jak je patrné na lži žertovné, ve které se zamýšlí nějaké lehké potěšení; a na lži užitkové, ve které se zamýšlí také prospěch bližního.

Případkově pak může odporovati lásce k vůli pohoršení nebo jakémukoli škodlivému následku. A tak bude také smrtelný hřích, když totiž někdo přes pohoršení se neostýchá veřejně lháti.

K prvnímu se tedy musí říci, že ony výroky se rozumějí o lži škodlivé, jak vykládá Glossa k onomu Žalmu, ‚Zahubíš všechny, kdo mluví lež'.

K druhému se musí říci, že, ježto všechna přikázání Desatera jsou zařízena k milování Boha a bližního, jak bylo shora řečeno, potud je lež proti přikázání Desatera, pokud je proti milování Boha a bližního. Proto významně se zakazuje proti bližnímu křivé svědectví.

K třetímu se musí říci, že také všední hřích širokým způsobem lze nazvati nepravost, pokud je mimo pravost spravedlnosti. Proto se praví I. Jan 3: "Každý hřích je nepravost;" a tím způsobem mluví Augustin.

Ke čtvrtému se musí říci, že lež pomocnic lze pozorovati dvojmo. Jedním způsobem, co do citu blahovůle k Židům a co do uctivé bázně Boží, což v nich doporučuje ctnostné vlohy; a tak jim náleží odměna věčná. Pročež Jeronym vykládá, že Bůh jim vystavěl domy duchovní. - Jiným způsobem lze pozorovati co do samého vnějšího úkonu lži, jímž sice nemohli zasloužiti věčnou odměnu, ale snad nějakou odměnu časnou, jíž zasloužení neodporovala ošklivost oné lži, jako odporovala zásluze věčné odměny.

Respondeo dicendum quod peccatum mortale proprie est quod repugnat caritati, per quam anima vivit Deo coniuncta, ut dictum est. Potest autem mendacium contrariari caritati tripliciter, uno modo, secundum se; alio modo, secundum finem intentum; tertio modo, per accidens. Secundum se quidem contrariatur caritati ex ipsa falsa significatione. Quae quidem si sit circa res divinas, contrariatur caritati Dei, cuius veritatem aliquis tali mendacio occultat vel corrumpit. Unde huiusmodi mendacium non solum opponitur virtuti veritatis, sed etiam virtuti fidei et religionis. Et ideo hoc mendacium est gravissimum, et mortale. Si vero falsa significatio sit circa aliquid cuius cognitio pertineat ad hominis bonum, puta quae pertinent ad perfectionem scientiae et informationem morum, tale mendacium, inquantum infert damnum falsae opinionis proximo, contrariatur caritati quantum ad dilectionem proximi. Unde est peccatum mortale. Si vero sit falsa opinio ex mendacio generata circa aliquid de quo non referat utrum sic vel aliter cognoscatur, tunc ex tali mendacio non damnificatur proximus, sicut si aliquis fallatur in aliquibus particularibus contingentibus ad se non pertinentibus. Unde tale mendacium secundum se non est peccatum mortale. Ratione vero finis intenti, aliquod mendacium contrariatur caritati, puta quod dicitur aut in iniuriam Dei, quod semper est peccatum mortale, utpote religioni contrarium; aut in nocumentum proximi, quantum ad personam, divitias vel famam. Et hoc etiam est peccatum mortale, cum nocere proximo sit peccatum mortale; ex sola autem intentione peccati mortalis, aliquis mortaliter peccat. Si vero finis intentus non sit contrarium caritati, nec mendacium secundum hanc rationem erit peccatum mortale, sicut apparet in mendacio iocoso, in quo intenditur aliqua levis delectatio; et in mendacio officioso, in quo intenditur etiam utilitas proximi. Per accidens autem potest contrariari caritati ratione scandali, vel cuiuscumque damni consequentis. Et sic erit etiam peccatum mortale, dum scilicet aliquis non veretur propter scandalum publice mentiri.

II-II q. 110 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod auctoritates illae intelliguntur de mendacio pernicioso, ut Glossa exponit, super illud Psalm., *perdes omnes qui loquuntur mendacium*.

II-II q. 110 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod, cum omnia praecepta Decalogi ordinentur ad dilectionem Dei et proximi, sicut supra dictum est, intantum mendacium est contra praeceptum Decalogi inquantum est contra dilectionem Dei et proximi. Unde signanter prohibetur contra proximum falsum testimonium.

II-II q. 110 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod etiam peccatum veniale largo modo potest dici iniquitas, inquantum est praeter aequitatem iustitiae. Unde dicitur I Ioan. III, omne peccatum est iniquitas. Et hoc modo loquitur Augustinus.

II-II q. 110 a. 4 ad 4

Ad quartum dicendum quod mendacium obstetricum potest dupliciter considerari. Uno modo, quantum ad effectum benevolentiae in Iudaeos, et quantum ad reverentiam divini timoris, ex quibus commendatur in eis indoles virtutis. Et sic debetur eis remuneratio aeterna. Unde Hieronymus exponit quod Deus aedificavit illis domos spirituales. Alio modo potest considerari quantum ad ipsum exteriorem

A tak jest rozuměti slovům Řehořovým, ne že tou lží zasloužili ztratiti věčnou odměnu, kterou již z předcházejícího citu zasloužili, jak postupovala námitka.

K pátému se musí říci, že někteří praví, že každá lež dokonalých mužů je smrtelný hřích. Ale to praví nerozumně. Žádná totiž okolnost neztěžuje do nekonečna, leč která přenáší do jiného druhu. Okolnost však osoby nepřenáší do jiného druhu, leda snad následkem něčeho připojeného, třebas je-li proti jejímu slibu, což nelze říci o lži užitkové nebo žertovné. A proto lež žertovná nebo užitková není smrtelný hřích u dokonalých mužů, leda snad případkově, k vůli pohoršení. A na to lze vztahovati, co praví Augustin, že dokonalým je přikázáno nejen nelhati, nýbrž ani nechtíti lháti. Ačkoli to Augustin nepraví rozhodně, nýbrž s pochybností; předesílá totiž: "Leda snad tak, jako dokonalým," atd. - A nevadí, že oni mají stav zachovávání pravdy, protože jsou vázáni zachovávati pravdu ze svého úkolu v úsudku nebo nauce, a když proti těm Ihou, bude lež, která je smrtelný hřích. V jiných však nemusí lhaním hřešiti smrtelně.

CXI. O předstírání a pokrytectví.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o předstírání a pokrytectví. A o tom jsou čtyři otázky:

1. Zda každé předstírání je hřích.
2. Zda pokrytectví je předstírání.
3. Zda je protilehlé pravdivosti.
4. Zda je smrtelný hřích.

CXI.1. Zda každé předstírání je hřích.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že každé předstírání není hřích. Praví se totiž, Luk. posl., že "Pán dělal, že jde dále". A Ambrož praví o Abrahamovi, v knize O Praotcích, že "záludně mluvil s čeládkou, když řekl, Gen. 22, "Já a hoch můj, tam až došedše, po klanění vrátíme. se k vám". Dělati se však a záludně mluviti náleží k předstírání. Ale nelze říci, že v Kristu a v Abrahamovi byl hřích. Tedy není každé předstírání hřích.

Mimo to žádný hřích není užitečný. Ale, jak praví Jeronym, k onomu Gal. 2, ‚Když Petr přišel', že "užitečností a občasnému užívání předstírání nechť nás učí příklad Jehu, krále israelského, který zabil kněze Baalovy, dělaje, že chce uctíti modly", jak máme IV. Král. 10; a David "změnil svou tvář před Achisem, králem Gethským", jak máme I. Král. 21. Tedy není každé předstírání hřích.

Mimo to dobro je protiva zlu. Jestli tedy předstírati dobro je zlo, tedy předstírati zlo bude dobro.

actum mendacii. Quo quidem non potuerunt aeternam remunerationem mereri, sed forte aliquam remunerationem temporalem, cuius merito non repugnabat deformitas illius mendacii, sicut repugnabat merito remunerationis aeternae. Et sic intelligenda sunt verba Gregorii, non quod per illud mendacium mererentur amittere remunerationem aeternam quam iam ex praecedenti affectu meruerant, sicut ratio procedebat.

II-II q. 110 a. 4 ad 5

Ad quintum dicendum quod quidam dicunt quod perfectis viris omne mendacium est peccatum mortale. Sed hoc irrationabiliter dicitur. Nulla enim circumstantia aggravat in infinitum nisi quae transfert in aliam speciem. Circumstantia autem personae non trahit in aliam speciem, nisi forte ratione alicuius annexi, puta si sit contra votum ipsius; quod non potest dici de mendacio officioso vel iocoso. Et ideo mendacium officiosum vel iocosum non est peccatum mortale in viris perfectis, nisi forte per accidens, ratione scandali. Et ad hoc potest referri quod Augustinus dicit, *perfectis esse praeceptum non solum non mentiri, sed nec velle mentiri*. Quamvis hoc Augustinus non assertive, sed sub dubitatione dicat, praemittit enim, nisi forte ita ut perfectorum et cetera. Nec obstat quod ipsi ponuntur in statu conservandae veritatis qui ad veritatem tenentur ex suo officio in iudicio vel doctrina. Contra quae si mentiantur, erit mendacium quod est peccatum mortale. In aliis autem non oportet quod mortaliter peccent mentiendo.

111. De simulatione et hypocrisi.

Prooemium

II-II q. 111 pr.

Deinde considerandum est de simulatione et hypocrisi. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum omnis simulatio sit peccatum. Secundo, utrum hypocrisis sit simulatio. Tertio, utrum opponatur veritati. Quarto, utrum sit peccatum mortale.

1. Utrum omnis simulatio sit peccatum mortale.

II-II q. 111 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non omnis simulatio sit peccatum. Dicitur enim Luc. ult., quod dominus se finxit longius ire. Et Ambrosius dicit de Abraham, in libro de patriarchis, quod captiose loquebatur cum servulis cum dixit, Gen. XXII, *ego et puer, illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos*. Fingere autem et captiose loqui ad simulationem pertinet. Non est autem dicendum quod in Christo et in Abraham fuerit peccatum. Ergo non omnis simulatio est peccatum.

II-II q. 111 a. 1 arg. 2

Praeterea, nullum peccatum est utile. Sed sicut Hieronymus dicit, *utilem simulationem, et in tempore assumendam, Iehu, regis Israel, nos doceat exemplum, qui interfecit sacerdotes Baal fingens se* idola colere velle, ut habetur IV Reg. X. *Et David immutavit faciem suam coram Achis, rege Geth*, ut habetur I Reg. XXI. Ergo non omnis simulatio est peccatum.

II-II q. 111 a. 1 arg. 3

Praeterea, bonum malo est contrarium. Si ergo simulare bonum est malum, simulare malum erit bonum.

Mimo to Isai. 3 se praví proti kterýmsi: "Hřích svůj jako Sodoma hlásali a nezakrývali." Ale zakrývati hřích náleží k předstírání. Tedy neužití předstírání je někdy hanlivé. Avšak vyhýbati hříchu není nikdy hanlivé. Tedy předstírání není vždy hříchem.

Avšak proti jest, co k onomu Isai. 16, ‚Ve třech letech', atd., praví Glossa: "Při srovnání dvojího zla lehčí je zjevně hřešiti, než předstírati satovk". Ale zjevně hřešiti je vždy hřích. Tedy předstírání je vždy hřích.

Respondeo dicendum quod hoc quod aliqui minora de se dicant, potest contingere dupliciter. Uno modo, salva veritate, dum scilicet maiora quae sunt in seipsis, reticent; quaedam vero minora detegunt et de se proferunt, quae tamen in se esse recognoscunt. Et sic minora de se dicere non pertinet ad ironiam, nec est peccatum secundum genus suum, nisi per alicuius circumstantiae corruptionem. Alio modo aliquis dicit minora a veritate declinans, puta cum asserit de se aliquid vile quod in se non recognoscit; aut cum negat de se aliquid magnum quod tamen percipit in seipso esse. Et sic pertinet ad ironiam, et est semper peccatum.

II-II q. 113 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod duplex est sapientia, et duplex stultitia. Est enim quaedam sapientia secundum Deum, quae humanam vel mundanam stultitiam habet adiunctam, secundum illud 1 ad Cor. III, *si quis inter vos sapiens videtur esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens*. Alia vero est sapientia mundana, quae, ut ibidem subditur. Stultitia est apud Deum. Ille ergo qui a Deo confortatur. Confitetur se esse stultissimum secundum reputationem humanam, quia scilicet mundana contemnit, quae hominum sapientia quaerit. Unde et ibidem subditur, et sapientia hominum non est mecum, et postea subdit, et novi sanctorum scientiam. Vel potest dici sapientia hominum esse quae humana ratione acquiritur, sapientia vero sanctorum quae ex divina inspiratione habetur. Amos autem negavit se esse prophetam origine, quia scilicet non erat de genere prophetarum. Unde et ibidem subdit, nec filius prophetae.

K druhému se musí říci, že k dobrotě mysli patří, aby člověk spěl k dokonalé spravedlnosti. A proto považuje za vinu nejen když chybuje ve spravedlnosti obecné, což je opravdu vina, ale i když chybuje proti dokonalosti spravedlnosti, což mnohdy není vina. Nenazývá však vinou, co za vinu neuznává, což by patřilo ke lži ironie.

K třetímu se musí říci, že člověk nemá konati jeden hřích, aby se varoval jiného. A proto nemá jakkoliv hřešiti, aby se varoval pýchy. Proto praví Augustin, K Jan.: "Netřeba se tak střežiti domýšlivosti, že se opustí pravda." A Řehoř praví, XXXVI. Moral., že ,,neobezřetně jsou pokorní, kteří, uvíznou ve lži".

CXIII.2. Zda ironie je menší hřích než vychloubavost.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že ironie není menší hřích než vychloubavost. Neboť obojí je hřích, pokud se uchyluje od pravdy, která je jakási rovnost. Ale, kdo přidává, neuchyluje se více od rovnosti, než kdo ubírá. Tedy ironie není menší hřích než vychloubavost.

Mimo to, podle Filosofa, IV. Ethic., ironie je mnohdy vychloubavost. Avšak vychloubavost není ironie. Tedy ironie není menší hřích než vychloubavost.

Mimo to Přísl. 26 se praví: "Bude-li tlumiti hlas, nevěř mu, neboť sedmero špatnosti má v srdci." Ale tlumiti hlas patří k ironii. Tedy v ní je mnohonásobná špatnost.

Avšak proti jest, co praví Filosof, ve IV. Ethic., že "ironici a říkající méně zdají se milejší podle mravů".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, jedna leží je těžší druhé, a to někdy pro látku, o níž jest, jako leží, která se děje v učení náboženském, je nejtěžší. Jindy však z pohnutky hříchu, jako leží záhubná je těžší než úslužná a žertovná. Avšak ironie a vychloubavost lhou o témže buď slovy nebo kterýmikoliv vnějšími znameními, totiž o stavu osoby. Tedy v tom jsou si rovny. Ale nejčastěji vychloubavost pochodí z hanebnější pohnutky, totiž ze žádosti zisku nebo cti. Ironie však z toho, že se varuje, ač nezřízeně, vynášením býti druhým na obtíž. A podle toho praví Filosof, že "vychloubavost je těžší hřích než ironie". Avšak stává se někdy, že někdo o sobě předstírá menší z jiné pohnutky, třebas, aby lstivě oklamal. A tehdy jest ironie těžší.

K prvnímu se tedy musí říci, že onen důvod platí o ironii a vychloubavosti, pokud se tíže lže uvažuje buď z ní samé nebo z její látky. Tak bylo totiž řečeno, že jsou stejné.

II-II q. 113 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod ad bonitatem mentis pertinet ut homo ad iustitiae perfectionem tendat. Et ideo in culpam reputat non solum si deficiat a communi iustitia, quod vere culpa est, sed etiam si deficiat a iustitiae perfectione, quod quandoque culpa non est. Non autem culpam dicit quod pro culpa non recognoscit, quod ad ironiae mendacium pertineret.

II-II q. 113 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod homo non debet unum peccatum facere ut aliud vitet. Et ideo non debet mentiri qualitercumque ut vitet superbiam. Unde Augustinus dicit, super Ioan., *non ita caveatur arrogantia ut veritas relinquatur*. Et Gregorius dicit quod *incaute sunt humiles qui se mentiendo illaqueant*.

2. Utrum sit minus peccatum quam iactantia.

II-II q. 113 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod ironia non sit minus peccatum quam iactantia. Utrumque enim est peccatum inquantum declinat a veritate, quae est aequalitas quaedam. Sed ab aequalitate non magis declinat qui excedit quam qui diminuit. Ergo ironia non est minus peccatum quam iactantia.

II-II q. 113 a. 2 arg. 2

Praeterea, secundum philosophum, ironia quandoque iactantia est. Iactantia autem non est ironia. Ergo ironia est gravius peccatum quam iactantia.

II-II q. 113 a. 2 arg. 3

Praeterea, Prov. XXVI dicitur, *quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitiae sunt in corde illius*. Sed submittere vocem pertinet ad ironiam. Ergo in ea est multiplex nequitia.

II-II q. 113 a. 2 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in IV Ethic., quod *irones et minus dicentes gratiores secundum mores videntur*.

II-II q. 113 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, unum mendacium est gravius altero, quandoque quidem ex materia de qua est, sicut mendacium quod fit in doctrina religionis est gravissimum, quandoque autem ex motivo ad peccandum, sicut mendacium perniciosum est gravius quam officiosum vel iocosum. Ironia autem et iactantia circa idem mentiuntur, vel verbis vel quibuscumque exterioribus signis, scilicet circa conditionem personae. Unde quantum ad hoc aequalia sunt. Sed ut plurimum iactantia ex turpiori motivo procedit, scilicet ex appetitu lucri vel honoris, ironia vero ex hoc quod fugit, licet inordinate, per elationem aliis gravis esse. Et secundum hoc philosophus dicit quod iactantia est gravius peccatum quam ironia. Contingit tamen quandoque quod aliquis minora de se fingit ex aliquo alio motivo, puta ad dolose decipiendum. Et tunc ironia est gravior.

II-II q. 113 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa procedit de ironia et iactantia secundum quod mendacii gravitas consideratur ex seipso, vel ex materia eius. Sic enim dictum est quod aequalitatem habent.

K druhému se musí říci, že je dvojí vynikání: a to jedno v časných věcech, jiné pak v duchovních. Avšak někdy se přihází, že někdo vnějšími slovy nebo znameními předstírá sice nedostatek ve vnějších věcech, třebas nějakým opovrženým šatem nebo něčím podobným, a tím zamýšlí ukázati nějaké duchovní vynikání; jako, Mat. 6, Pán praví o některých, že "zohyzďují svůj obličej, aby lidem zjevili svůj půst". Proto tito zároveň upadají do neřesti ironie a vychloubavosti, avšak v různých, a proto hřeší tíže. Proto i Filosof praví, ve IV. Ethic., že, "i přebytku i značného nedostatku použijí vychloubaví". Pročež se o Augustinovi též čte, že nechtěl míti šaty ani příliš vzácné ani příliš opovržené, poněvadž v obojím hledají lidé svou slávu.

K třetímu se musí říci, že, jak se praví Eccli. 19, "jest, kdo se nesprávně pokořuje, a jeho nitro je plné lsti". A podle toho Šalomoun mluví o tom, kdo ze lstivé pokory tlumí svůj hlas.

CXIV. O přátelství, které se nazývá přívětivost.

Předmluva

Dělí se na dva články.

Potom se má uvažovati o přátelství, která se nazývá přívětivost, a o protilehlých nešestech, které jsou lichocení a svár.

O přátelství pak, či o přívětivosti, jsou dvě otázky:

1. Zda je zvláštní ctnost.

2. Zda je částí spravedlnosti.

CXIV.1. Zda přátelství je zvláštní ctnost.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že přátelství není zvláštní ctnost. Neboť Filosof, v VIII. Ethic., praví, že "ono přátelství je dokonalé, které je k vůli ctnosti". Avšak kterákoliv ctnost je příčinou přátelství, poněvadž "dobro je všem milé", jak praví Diviš, ve IV. hl. O Bož. Jmén. Tedy přátelství není zvláštní ctnost, nýbrž následek každé ctnosti.

Mimo to Filosof, ve IV. Ethic., praví o takovém příteli, že "přijímá jednotlivá, jak náleží, nikoli dle lásky nebo nepřátelství". Ale že někdo ukazuje známky přátelství těm., které nemiluje, zdá se patřiti k přetvářce, která odporuje ctnosti. Tedy takové přátelství není ctnost.

Mimo to ctnost "zůstává ve středu, jak moudrý určí", jak se praví II. Ethic. Ale Eccli. 7 se praví: "Srdce moudrých, kde smutek, a srdce pošetilých, kde veselí." Proto "ctnostnému náleží velmi se vystříhati potěšení", jak se praví v II. Ethic. Toto však přátelství "o sobě touží potěšiti, zarmoutiti však váhá", jak praví Filosof, ve IV. Ethic. Tedy takové přátelství není ctnost.

Avšak proti, nařízení zákona jsou dávána o úkonech ctností. Ale Eccli. 4 se praví: "Čiň se přívětivým ke shromáždění chudých." Tedy přívětivost, která zde sluje

II-II q. 113 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod duplex est excellentia, una quidem in temporalibus rebus; alia vero in spiritualibus. Contingit autem quandoque quod aliquis per exteriora signa vel per verba praetendit quidem defectum in exterioribus rebus, puta per aliquam vestem abiectam aut per aliquid huiusmodi, et per hoc ipsum intendit ostentare aliquam excellentiam spiritualem, sicut dominus de quibusdam dicit, Matth. VI, quod *exterminant facies suas ut appareant hominibus ieiunantes*. Unde isti simul incurrunt vitium ironiae et iactantiae (tamen secundum diversa), et propter hoc gravius peccant. Unde et philosophus dicit, in IV Ethic., quod *et superabundantia et valde defectus iactantium est*. Propter quod et de Augustino legitur quod neque vestes nimis pretiosas, neque nimis abiectas habere volebat, quia in utroque homines suam gloriam quaerunt.

II-II q. 113 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut dicitur Eccli. XIX, *est qui nequiter se humiliat, et interiora eius plena sunt dolo*. Et secundum hoc, Salomon loquitur de eo qui ex dolosa humilitate vocem suam submittit.

114. De amicitia quae affabilitas dicitur.

Prooemium

II-II q. 114 pr.

Deinde considerandum est de amicitia quae affabilitas dicitur; et de vitiis oppositis, quae sunt adulatio et litigium. Circa amicitiam autem seu affabilitatem quaeruntur duo. Primo, utrum sit specialis virtus. Secundo, utrum sit pars iustitiae.

1. Utrum sit specialis virtus.

II-II q. 114 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod amicitia non sit specialis virtus. Dicit enim philosophus, in VIII Ethic., quod *amicitia perfecta est quae est propter virtutem*. Quaelibet autem virtus est amicitiae causa, quia bonum omnibus est amabile, ut Dionysius dicit, IV cap. de Div. Nom. Ergo amicitia non est specialis virtus, sed consequens omnem virtutem.

II-II q. 114 a. 1 arg. 2

Praeterea, philosophus dicit, in IV Ethic., de tali amico, quod *non in amando vel inimicando recipit singula ut oportet*. Sed quod aliquis signa amicitiae ostendat ad eos quos non amat, videtur pertinere ad simulationem, quae repugnat virtuti. Ergo huiusmodi amicitia non est virtus.

II-II q. 114 a. 1 arg. 3

Praeterea, virtus in medietate constituitur prout sapiens determinabit, sicut dicitur in II Ethic. Sed Eccle. VII dicitur, *cor sapientum ubi tristitia, et cor stultorum ubi laetitia*, unde ad virtuosum pertinet maxime a delectatione sibi cavere, ut dicitur II Ethic. *Haec autem amicitia per se quidem desiderat condelectare, contristare autem reveretur*, ut philosophus dicit, in IV Ethic. Ergo huiusmodi amicitia non est virtus.

II-II q. 114 a. 1 s. c.

Sed contra, praecepta legis dantur de actibus virtutum. Sed Eccli. IV dicitur, *congregationi pauperum affabilem te*

přátelství, je nějaká zvláštní ctnost.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, ježto ctnost je zařízena k dobru, kde se vyskytne zvláštní ráz dobra, tam je třeba zvláštního rázu ctnosti. Dobro však spočívá v řádu, jak bylo řečeno shora. Člověk pak musí býti vhodně zařízen k jiným lidem ve společném obcování, jak ve skutcích, tak ve slovech, aby se totiž ke každému měl, jak se sluší. A proto je třeba, aby byla zvláštní ctnost, která by zachovávala tento vhodný řád. A tato ctnost se nazývá přátelství nebo přívětivost.

K prvnímu se tedy musí říci, že Filosof mluví o dvojím přátelství. Z nichž jedno záleží hlavně v citu, jímž miluje jeden druhého, a může provázeti kteroukoli ctnost. O těch pak, která patří k tomuto přátelství, bylo již řečeno shora o lásce. Stanoví pak jiné přátelství, které spočívá v pouhých vnějších slovech nebo skutcích. Toto pak nemá dokonalého rázu přátelství, ale jakousi podobnost, pokud se má totiž někdo slušně k jiným, s nimiž obcuje.

K druhému se musí říci, že každý člověk je přirozeně přítelem každému člověku jakousi povšechnou láskou, jak se také praví v Eccli. 13, že "každý živočich miluje sobě podobného". A tuto lásku znázorňují znamení přátelství, která někdo zevně ukazuje slovy nebo činy, i cizím a neznámým. Pročež není tam přetvářka. Neboť neukazuje jim známky dokonalého přátelství, poněvadž se nemá stejně důvěrně k cizím, jako k těm, kteří jsou s ním spojeni zvláštním přátelstvím.

K třetímu se musí říci, že se praví, že srdce moudrých je tam, kde je smutek, ne že sám působí bližnímu smutek; neboť Apoštol, Řím. 14, praví: "Je-li tvůj bratr zarmoucen k vůli pokrmu, již nechodíš podle lásky;" nýbrž, aby smutným poskytli útěchy, podle onoho Eccli. 7, "Neodpírej plačícím útěchy, a choď s lkajícími". Srdce však pošetilých je, kde veselí, ne sice aby sami jiné obveselili, nýbrž aby sami užili veselí jiných. Tedy moudrému náleží, aby potěšení přinesl těm, s nimiž obcuje, ne sice nevázané, jehož se ctnost střeží, ale počestné, podle onoho Žalmu 132: "Jak se dobré a příjemné přebývání bratří v jednotě." Někdy však, na dosažení nějakého dobra, nebo na zabránění nějakému zlu, nebude ctnostný váhati zarmoutiti ty, s nimiž žije. Proto i Apoštol praví, II. Kor. 7: "Zarmoutil-li jsem vás v listě, nemrzí mě;" a potom: "Raduji se, ne že jste byli zarmouceni, ale že jste byli zarmouceni ku pokání." A proto těm, kteří jsou nakloněni ke hříchu, nemáme ukazovati veselou tvář na potěšení jich, abychom se nezdáli souhlasiti s jejich hříchem a jaksi dodávati odvahy ke hřešení. Proto se praví, Eccli. 7: "Máš dcery? Opatruj jejich tělo a neukazuj jim veselou tvář."

facito. Ergo affabilitas, quae hic amicitia dicitur, est quaedam specialis virtus.

II-II q. 114 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, cum virtus ordinetur ad bonum, ubi occurrit specialis ratio boni, ibi oportet esse specialem rationem virtutis. Bonum autem in ordine consistit, sicut supra dictum est. Oportet autem hominem convenienter ad alios homines ordinari in communi conversatione, tam in factis quam in dictis, ut scilicet ad unumquemque se habeat secundum quod decet. Et ideo oportet esse quandam specialem virtutem quae hanc convenientiam ordinis observet. Et haec vocatur amicitia sive affabilitas.

II-II q. 114 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod philosophus in libro Ethicorum de duplici amicitia loquitur. Quarum una consistit principaliter in affectu quo unus alium diligit. Et haec potest consequi quamcumque virtutem. Quae autem ad hanc amicitiam pertinent, supra de caritate dicta sunt. Aliam vero amicitiam ponit quae consistit in solis exterioribus verbis vel factis. Quae quidem non habet perfectam rationem amicitiae, sed quandam eius similitudinem, inquantum scilicet quis decenter se habet ad illos cum quibus conversatur.

II-II q. 114 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod omnis homo naturaliter omni homini est amicus quodam generali amore, sicut etiam dicitur Eccli. XIII, quod omne animal diligit simile sibi. Et hunc amorem repraesentant signa amicitiae quae quis exterius ostendit in verbis vel factis etiam extraneis et ignotis. Unde non est ibi simulatio. Non enim ostendit eis signa perfectae amicitiae, quia non eodem modo se habet familiariter ad extraneos sicut ad eos qui sunt sibi speciali amicitia iuncti.

II-II q. 114 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod cor sapientum dicitur esse ubi tristitia non quidem ut ipse proximo tristitiam inferat, dicit enim apostolus, *si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum caritatem ambulas*, sed ut contristantibus consolationem ferat, secundum illud Eccli. VII, *non desis plorantibus in consolationem, et cum lugentibus ambula*. Cor autem stultorum est ubi laetitia, non quidem ut ipsi alios laetificent, sed ut ipsi aliorum laetitia perfruantur. Pertinet ergo ad sapientem ut condelectationem afferat his cum quibus conversatur, non quidem lascivam, quam virtus cavet, sed honestam; secundum illud Psalm., *ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum*. Quandoque tamen, propter aliquod bonum consequens vel propter aliquod malum excludendum, non refugiet virtuosus eos quibus convivit contristare, ut philosophus dicit, IV Ethic. Unde et apostolus dicit, II ad Cor. VII, *si contristavi vos in epistola, non me poenitet*, et postea, *gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam*. Et ideo his qui sunt proni ad peccandum non debemus hilarem vultum ostendere ad eos delectandum, ne videamur eorum peccato consentire et quodammodo peccandi audaciam ministrare. Unde dicitur Eccli. VII, *filiae tibi sunt, serva corpus illarum, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas*.

CXIV.2. Zda takové přátelství je částí spravedlnosti.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že takové přátelství není částí spravedlnosti. Neboť spravedlnosti náleží dávati druhému povinné. Ale to nenáleží této ctnosti, nýbrž toliko mile spolužiti s druhými. Tedy taková ctnost není částí spravedlnosti.

Mimo to, podle Filosofa, ve IV. Ethic., taková ctnost pracuje v potěšení a smutku, které jsou ve spolužití. Ale říditi největší potěšení patří mírnosti, jak bylo řečeno shora. Tedy tato ctnost je více částí mírnosti než spravedlnosti.

Mimo to stejné prokazovati nestejným je proti spravedlnosti, jak bylo řečeno shora. Ale, jak praví Filosof, ve IV. Ethic., tato ctnost "stejně jedná se známými a neznámými, s blízkými a vzdálenými". Tedy tato ctnost není částí spravedlnosti, nýbrž je spíše proti ní.

Avšak proti jest, že Makrobius udává přátelství za část spravedlnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že tato ctnost je částí spravedlnosti, pokud se k ní připojuje jako k hlavní ctnosti. Neboť se spravedlností shoduje se v tom, že je k druhému, jako též spravedlnost. Nemá však úplný ráz spravedlnosti, poněvadž nemá plný ráz povinného, jak někdo je druhému zavázán buď povinným zákonným, které splniti nutí zákon, nebo také nějakým povinným, pocházejícím z přijetí nějakého dobrodiní; toliko však dbá nějaké povinnosti čestné, která je spíše se strany samého ctnostného než se strany druhého, aby totiž činil druhému, co se sluší jemu činiti.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak bylo řečeno shora, poněvadž člověk je přirozeně živočich společenský, je povinen z jakési čestnosti zjevovati pravdu jiným lidem, bez čehož by nemohla trvati lidská společnost. Avšak jako by člověk nemohl žíti ve společnosti bez pravdy, tak ani bez potěšení, poněvadž, jak praví Filosof, v VIII. Ethic., "nikdo nemůže ani den prodlíti se smutným, ani s neutěšeným". A proto člověk je vázán z nějaké přirozeně čestné povinnosti spolužiti s jinými mile, není-li někdy třeba pro nějakou příčinu jiné užitečné zarmoutiti.

K druhému se musí říci, že mírnosti náleží brzditi smyslná potěšení. Ale tato ctnost se týká potěšení ve spolužití, která vycházejí z rozumu, pokud se někdo chová slušně k druhému. A není třeba tato potěšení brzditi jako škodlivá.

K třetímu se musí říci, že ono slovo Filosofovo nemá se rozuměti, že někdo má týmž způsobem mluviti a žíti se známými i neznámými, poněvadž, jak sám tamtéž připojuje, "nehodí se, blízké i vzdálené stejně šetřiti nebo zarmucovati". Ale podobnost je v tom, že všem třeba činiti, co se sluší.

2. Utrum sit pars iustitiae.

II-II q. 114 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod huiusmodi amicitia non sit pars iustitiae. Ad iustitiam enim pertinet reddere debitum alteri. Sed hoc non pertinet ad hanc virtutem, sed solum delectabiliter aliis convivere. Ergo huiusmodi virtus non est pars iustitiae.

II-II q. 114 a. 2 arg. 2

Praeterea, secundum philosophum, in IV Ethic., *huiusmodi virtus consistit circa delectationem vel tristitiam quae est in convictu*. Sed moderari maximas delectationes pertinet ad temperantiam, ut supra habitum est. Ergo haec virtus magis est pars temperantiae quam iustitiae.

II-II q. 114 a. 2 arg. 3

Praeterea, aequalia inaequalibus exhibere contra iustitiam est, ut supra habitum est. Sed sicut philosophus dicit, in IV Ethic., *haec virtus similiter ad ignotos et notos, et consuetos et inconsuetos operatur*. Ergo haec virtus non est pars iustitiae, sed magis ei contrariatur.

II-II q. 114 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Macrobius ponit amicitiam partem iustitiae.

II-II q. 114 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod haec virtus est pars iustitiae, inquantum adiungitur ei sicut principali virtuti. Convenit enim cum iustitia in hoc quod ad alterum est, sicut et iustitia. Deficit autem a ratione iustitiae, quia non habet plenam debiti rationem, prout aliquis alteri obligatur vel debito legali, ad cuius solutionem lex cogit, vel etiam aliquo debito proveniente ex aliquo beneficio suscepto, sed solum attendit quoddam debitum honestatis, quod magis est ex parte ipsius virtuosi quam ex parte alterius, ut scilicet faciat alteri quod decet eum facere.

II-II q. 114 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut supra dictum est, quia homo naturaliter est animal sociale, debet ex quadam honestate veritatis manifestationem aliis hominibus, sine qua societas hominum durare non posset. Sicut autem non posset vivere homo in societate sine veritate, ita nec sine delectatione, quia sicut philosophus dicit, in VIII Ethic., *nullus potest per diem morari cum tristi, neque cum non delectabili*. Et ideo homo tenetur ex quodam debito naturali honestatis ut homo aliis delectabiliter convivat, nisi propter aliquam causam necesse sit aliquando alios utiliter contristare.

II-II q. 114 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod ad temperantiam pertinet refrenare delectationes sensibiles. Sed haec virtus consistit circa delectationes in convictu, quae ex ratione proveniunt, inquantum unus ad alterum decenter se habet. Et has delectationes non oportet refrenare tanquam noxias.

II-II q. 114 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod verbum illud philosophi non est intelligendum quod aliquis eodem modo debeat colloqui et convivere notis et ignotis, quia, ut ipse ibidem subdit, *non similiter convenit consuetos et extraneos curare aut contristare*. Sed in hoc attenditur similitudo, quod ad omnes oportet facere quod decet.

CXV. O lichocení.

Předmluva

Dělí se na dva články.

Potom se má uvažovati o neřestech, protilehlých řečené ctnosti. A nejprve o. lichocení. Za druhé o svárlivosti.

O lichocení jsou dvě otázky.

1. Zda lichocení je hřích.

2. Zda je smrtelný hřích.

CXV.1. Zda lichocení je hřích.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že lichocení není hřích. Neboť lichocení pozůstává v jakési pochvalné řeči, činěné druhému z úmyslu zalíbiti se. Ale chváliti někoho není hřích, podle onoho Přísl. posl.: "Vzrůstají její synové a vyhlašují ji za velmi šťastnou, i muž její chválí ji." Podobně také chtíti se líbiti druhým není zlo, podle onoho I. Kor. 10: "Ve všem se všem líbím." Tedy lichocení není hřích.

Mimo to zlo je protivou dobru, a podobně kárání protivou chvály. Ale kárati zlo není hřích. Tedy ani chváliti dobro, což se zdá náležeti k lichocení. Tedy lichocení není hřích.

Mimo to protivou lichocení je nactiutrhání. Pročež Řehoř, XXII. Moral.,, praví, že prostředek proti lichocení je nactiutrhání: "Třeba věděti, že, aby nás nemírné chvály nevynášely, leckdy podivuhodné řízení našeho vůdce dopouští drásání nactiutrháním, aby vynášené hlasem chválícího pokořil jazyk nactiutrhajícího." Ale nactiutrhání je zlo, jak bylo řečeno. Tedy lichocení je dobro.

Avšak proti jest, že k onomu Ezech. 13: ‚Běda těm, kteří šijí podušky pod každý kloub ruky,' praví Glossa: "To jest milé lichocení." Tedy lichocení je hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno shora, jmenované přátelství či přívětivost, ač hlavně zamýšlí potěšiti ty, s nimiž žije, přece neváhá zarmoutiti, kde je třeba pro vykonání nějakého dobra nebo zamezení zla. Kdyby tedy někdo chtěl ve všem mluviti druhému pro potěšení, překročuje míru potěšení, a tedy hřeší nadbytkem. A to, činí-li to z pouhého úmyslu, aby působil radost, nazývá se líbivý, podle Filosofa, IV. Ethic. Činí-li to však, zamýšleje dosáhnouti nějaký zisk, nazývá se pochlebník nebo lichotník. Avšak všeobecně dává se jméno lichotných všem, kteří nad povinnou míru chtějí potěšiti jiné slovy nebo skutky ve společném obcování.

K prvnímu se tedy musí říci, že chváliti někoho bývá i dobré i špatné, pokud totiž jsou zachovávány nebo opomíjeny povinné okolnosti. Chce-li totiž někdo někoho potěšiti: chválou, aby měl z toho útěchu, by v trápeních neklesal, nebo by se snažil prospívati v dobrém, zachovávaje jiné povinné okolnosti, bude to náležeti k řečené ctnosti přátelství. Avšak k lichocení patří, chce-li někdo jiného chváliti, v čem ho nelze chváliti; buď, že snad je zlem, podle onoho Žalmu 9: "Hříšník je chválen za touhy své duše;" nebo že nejsou jistá, podle onoho

115. De adulatione.

Prooemium

II-II q. 115 pr.

Deinde considerandum est de vitiis oppositis praedictae virtuti. Et primo, de adulatione; secundo, de litigio. Circa adulationem quaeruntur duo. Primo, utrum adulatio sit peccatum. Secundo, utrum sit peccatum mortale.

1. Utrum adulatio sit peccatum.

II-II q. 115 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod adulatio non sit peccatum. Adulatio enim consistit in quodam sermone laudis alteri exhibito intentione placendi. Sed laudare aliquem non est malum, secundum illud Prov. ult., *surrexerunt filii eius et beatissimam praedicaverunt, vir eius, et laudavit eam*. Similiter etiam velle placere aliis non est malum, secundum illud I ad Cor. X, *per omnia omnibus placeo*. Ergo adulatio non est peccatum.

II-II q. 115 a. 1 arg. 2

Praeterea, bono malum est contrarium, et similiter vituperium laudi. Sed vituperare malum non est peccatum. Ergo neque laudare bonum, quod videtur ad adulationem pertinere. Ergo adulatio non est peccatum.

II-II q. 115 a. 1 arg. 3

Praeterea, adulationi detractio contrariatur. Unde Gregorius dicit quod remedium contra adulationem est detractio. *Sciendum est, inquit, quod ne immoderatis laudibus elevemur, plerumque nostri rectoris moderamine detractionibus lacerari permittimur, ut quos vox laudantis elevat, lingua detrahentis humiliet*. Sed detractio est malum, ut supra habitum est. Ergo adulatio est bonum.

II-II q. 115 a. 1 s. c.

Sed contra est quod super illud Ezech. XIII, *vae, qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus*, dicit Glossa, idest, suavem adulationem. Ergo adulatio est peccatum.

II-II q. 115 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, amicitia praedicta, vel affabilitas, etsi principaliter delectare intendat eos quibus convivit, tamen, ubi necesse est propter aliquod bonum exequendum vel malum vitandum, non veretur contristare. Si ergo aliquis in omnibus velit ad delectationem alteri loqui, excedit modum in delectando, et ideo peccat per excessum. Et si quidem hoc faciat sola intentione delectandi, vocatur placidus, secundum philosophum, si autem hoc faciat intentione alicuius lucri consequendi, vocatur blanditor sive adulator. Communiter tamen nomen adulationis solet attribui omnibus qui supra debitum modum virtutis volunt alios verbis vel factis delectare in communi conversatione.

II-II q. 115 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod laudare aliquem contingit et bene et male, prout scilicet debitae circumstantiae vel servantur vel praetermittuntur. Si enim aliquis aliquem velit delectare laudando ut ex hoc eum consoletur ne in tribulationibus deficiat, vel etiam ut in bono proficere studeat, aliis debitis circumstantiis observatis, pertinebit hoc ad praedictam virtutem amicitiae. Pertinet autem ad adulationem si aliquis velit aliquem laudare in quibus non est laudandus, quia forte mala sunt, secundum illud, Eccli. 27: "Před řečí nechval muže," a opět Eccli. 11: "Nechval muže pro jeho vzhled;" nebo také, je-li možná ohava, že lidská chvála přivede do marné slávy; pročež se praví Eccli. 11: "Před smrtí nechval člověka." Podobně také chtíti zalíbeni lidí pro živení lásky, aby v ní mohl člověk duchovně prospívati, je chvalné. Kdyby však někdo chtěl zalíbení lidí pro marnou slávu nebo pro zisk nebo také za zlo, to by byl hřích, podle onoho Žalmu 102: "Bůh rozmetal kosti těch, kteří se líbí lidem;" a Gal. 1 praví Apoštol: "Kdybych se chtěl ještě zalíbiti lidem, nebyl bych služebník Kristův."

K druhému se musí říci, že také kárati zlo, nepoužije-li se povinných okolností, je neřestné, a podobně chváliti dobro.

K třetímu se musí říci, že nic nevadí, aby dvě neřesti byly protivami. A proto, jako nactiutrhání je zlo, tak i lichocení, které jest mu protivou k tomu, co se říká, ne však přímo co do cíle; poněvadž lichotník hledá potěšení toho, komu lichotí, nactiutrhač však nehledá jeho zarmoucení, ježto někdy tajně nactiutrhá, ale spíše hledá jeho bezectnost.

CXV.2. Zda lichocení je smrtelný hřích.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že lichocení je smrtelný hřích, poněvadž podle Augustina, v Enchirid., "zlo se říká, poněvadž škodí". Ale lichocení velmi škodí, podle onoho Žalmu 9: "Poněvadž je chválen hříšník v touhách své duše a nešlechetníku je žehnáno; hříšník roztrpčil Pána." A proto Jeronym praví, že "nic není, co by tak snadno porušilo mysli. lidí jako lichocení"; a k onomu Žalmu 69, ‚Nechť se studem hned obrátí, říkající mně: hoj, hoj, praví Glossa: "Více škodí jazyk lichotníkův než meč pronásledovatelův." Tedy lichocení je velmi těžký hřích.

Mimo to kdokoliv škodí slovy, neméně škodí sobě než jiným. Proto se praví v Žalmu 36: "Meč jejich ať vejde do jejich srdcí." Ale ten, kdo druhému lichotí, uvádí ho do smrtelného hříchu. Proto k onomu Žalm. 140, ‚Olej hříšníka nesmočí mou hlavu', praví Glossa: "Falešná chvála lichotníka změkčuje mysli z přísnosti pravdy na škodlivá." Tedy více hřeší smrtelně lichotník proti sobě.

Mimo to v Dekretech se píše: "Duchovní, který je usvědčen z pěstování lichocení a zrádcovství, budiž zbaven úřadu." Ale takový trest se nedává než za smrtelný hřích. Tedy lichocení je smrtelný hřích.

Avšak proti jest, že Augustin vypočítává v Řeči o očistci mezi menšími hříchy: "chce-li kdo lichotiti nějaké vyšší osobě buď svévolně nebo z nutnosti".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno shora, hřích smrtelný je, který je protivou lásky. Avšak lichocení je sice někdy protivou lásky, jindy zase ne. Je pak protivou lásky trojmo: jedním způsobem v samé látce, třebas, chválí-li kdo něčí hřích; neboť toto je proti milování Boha, proti jehož spravedlnosti člověk mluví, i proti *laudatur peccator in desideriis animae suae*; vel quia non sunt certa, secundum illud Eccli. XXVII, *ante sermonem ne laudes virum*, et iterum Eccli. XI, *non laudes virum in specie sua*; vel etiam si timeri possit ne humana laude ad inanem gloriam provocetur, unde dicitur Eccli. XI, *ante mortem ne laudes hominem*. Similiter etiam velle placere hominibus propter caritatem nutriendam, et ut in eis homo spiritualiter proficere possit, laudabile est. Quod autem aliquis velit placere hominibus propter inanem gloriam vel propter lucrum, vel etiam in malis, hoc esset peccatum, secundum illud Psalm., *Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent*. Et apostolus dicit, ad Galat. I, *si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem*.

II-II q. 115 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod etiam vituperare malum, si non adhibeantur debitae circumstantiae, est vitiosum. Et similiter laudare bonum.

II-II q. 115 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod nihil prohibet duo vitia esse contraria. Et ideo sicut detractio est malum, ita et adulatio. Quae ei contrariatur quantum ad ea quae dicuntur, non autem directe quantum ad finem, quia adulator quaerit delectationem eius cui adulatur; detractor autem non quaerit eius contristationem, cum aliquando occulte detrahat, sed magis quaerit eius infamiam.

2. Utrum sit peccatum mortale.

II-II q. 115 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod adulatio sit peccatum mortale. Quia secundum Augustinum, in Enchirid., malum dicitur quia nocet. Sed adulatio maxime nocet, secundum illud Psalm., *quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae, et iniquus benedicitur, exacerbavit dominum peccator*. Et Hieronymus dicit quod nihil est quod tam facile corrumpat mentes hominum quam adulatio. Et super illud Psalm., *convertantur statim erubescentes*, dicit Glossa, *plus nocet lingua adulatoris quam gladius persecutoris*. Ergo adulatio est gravissimum peccatum.

II-II q. 115 a. 2 arg. 2

Praeterea, quicumque verbis alii nocet, non minus nocet sibi quam aliis, unde dicitur in Psalm., gladius eorum intret in corda ipsorum. Sed ille qui alteri adulatur, inducit eum ad peccandum mortaliter, unde super illud Psalm., oleum peccatoris non impinguet caput meum, dicit Glossa, *falsa laus adulatoris mentes a rigore veritatis emollit ad noxia*. Ergo multo magis adulator in se mortaliter peccat.

II-II q. 115 a. 2 arg. 3

Praeterea, in decretis scribitur, dist. XLVI, *clericus qui adulationibus et proditionibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio*. Sed talis poena non infligitur nisi pro peccato mortali. Ergo adulatio est peccatum mortale.

II-II q. 115 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Augustinus, in Serm. de Purgat., inter peccata minuta numerat, si quis cuiquam maiori personae, *aut ex voluntate aut ex necessitate, adulari voluerit*.

II-II q. 115 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, peccatum mortale est quod contrariatur caritati. Adulatio autem quandoque quidem caritati contrariatur, quandoque autem non. Contrariatur siquidem caritati tripliciter. Uno

milování bližního, jehož ve hříchu podporuje. Proto je smrtelný hřích, podle onoho Isai. 5: "Běda vám, kteří nazýváte zlé dobrým." Jiným způsobem pro úmysl, když někdo někomu lichotí proto, aby mu lstivě škodil buď tělesně nebo duchovně; a to je také smrtelný hřích. A o tom je v Přísl. 27: "Lepší jsou rány milujícího než lstivé polibky nenávidějícího." Třetím způsobem skrze příležitost, jako když chvála lichotníka jest druhému příležitostí ke hříchu, i bez úmyslu lichotníkova. A v tom třeba uvážiti, zda je příležitost daná nebo vzatá a jaký pád následuje; jak lze vidětí z toho, co bylo shora řečeno o pohoršení. Jestli však kdo lichotí někomu z pouhé choutky těšiti jiné nebo také na uniknutí nějakému zlu, nebo na dosažení něčeho v nutnosti, není proti lásce. Proto není hřích smrtelný, nýbrž všední.

K prvnímu se tedy musí říci, že ony autority mluví o lichotníku, který chválí něčí hřích. Neboť o takovém lichocení se praví, že škodí více než meč pronásledovatelův, poněvadž škodí ve větších dobrech, totiž v duchovních. Avšak neškodí tak účinně, poněvadž meč pronásledovatelův zabíjí skutečně, jakožto dostatečná příčina smrti. Avšak žádný lichotník nemůže býti druhému dostatečnou příčinou hříchu, jak je patrné ze shora řečených.

K druhému se musí říci, že onen důvod platí o tom, kdo lichotí z úmyslu škoditi. Neboť tento více škodí sobě než jiným, poněvadž sobě škodí jako dostatečná příčina hříchu, jiným však pouze příležitostně.

K třetímu se musí říci, že ona autorita mluví o tom, kdo jinému lichotí zrádně, aby ho oklamal.

CXVI. O sváru.

Dělí se na dva články.

Potom se má uvažovati o sváru. A o tom jsou dvě otázky:

1. Zda je proti ctnosti přátelství.

2. O jeho poměru k lichocení.

CXVI.1. Zda svár je proti ctnosti přátelství či přívětivosti.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že svár není proti ctnosti přátelství či přívětivosti. Neboť se zdá, že svár patří k nesvornosti, jakož i rozepře. Ale nesvornost je proti lásce, jak bylo řečeno. Tedy také svár.

Mimo to Přísl. 26 se praví: "Člověk hněvivý rozněcuje spor." Ale hněvivost je protilehlá vlídnosti. Tedy i spor nebo svár.

Mimo to Jak. 4 se praví: "Odkud jsou ve vás války a spory? Ne-li z vašich dychtivostí, které bojují ve vašich údech?" Ale následovati dychtivosti zdá se býti proti mírnosti. Tedy svár zdá se protilehlý mírnosti, nikoli přátelství.

modo, ratione ipsius materiae, puta cum aliquis laudat alicuius peccatum. Hoc enim contrariatur dilectioni Dei, contra cuius iustitiam homo loquitur, et contra dilectionem proximi, quem in peccato fovet. Unde est peccatum mortale, secundum illud Isaiae V, *vae, qui dicunt malum bonum*. Alio modo, ratione intentionis, puta cum aliquis adulatur alicui ad hoc quod fraudulenter ei noceat, vel corporaliter vel spiritualiter. Et hoc etiam est peccatum mortale. Et de hoc habetur Prov. XXVII, *meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta odientis oscula*. Tertio modo, per occasionem, sicut cum laus adulatoris fit alteri occasio peccandi, et praeter adulatoris intentionem. Et in hoc considerare oportet utrum sit occasio data vel accepta, et qualis ruina subsequatur, sicut potest patere ex his quae supra de scandalo dicta sunt. Si autem aliquis ex sola aviditate delectandi alios, vel etiam ad evitandum aliquod malum vel consequendum aliquid in necessitate, alicui adulatus fuerit, non est contra caritatem. Unde non est peccatum mortale, sed veniale.

II-II q. 115 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod auctoritates illae loquuntur de adulatore qui laudat peccatum alicuius. Talis enim adulatio dicitur plus nocere quam gladius persecutoris, quia in potioribus bonis nocet, scilicet in spiritualibus. Non enim nocet ita efficaciter, quia gladius persecutoris effective occidit, quasi sufficiens causa mortis; nullus autem potest esse alteri sufficiens causa peccandi, ut ex supra dictis patet.

II-II q. 115 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit de eo qui adulatur intentione nocendi. Ille enim plus nocet sibi quam aliis, quia sibi nocet tanquam sufficiens causa peccandi, aliis autem occasionaliter tantum.

II-II q. 115 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod auctoritas illa loquitur de eo qui proditorie alteri adulatur ut eum decipiat.

116. De litigio.

Prooemium

II-II q. 116 pr.

Deinde considerandum est de litigio. Et circa hoc quaeruntur duo. Primo, utrum opponatur virtuti amicitiae. Secundo, de comparatione eius ad adulationem.

1. Utrum opponatur virtuti amicitiae.

II-II q. 116 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod litigium non opponatur virtuti amicitiae vel affabilitatis. Litigium enim ad discordiam pertinere videtur, sicut et contentio. Sed discordia opponitur caritati, sicut dictum est. Ergo et litigium.

II-II q. 116 a. 1 arg. 2

Praeterea, Prov. XXVI dicitur, *homo iracundus incendit litem*. Sed iracundia opponitur mansuetudini. Ergo et lis, sive litigium.

II-II q. 116 a. 1 arg. 3

Praeterea, Iac. IV dicitur, *unde bella et lites in vobis? Nonne ex concupiscentiis vestris, quae militant in membris vestris?* Sed sequi concupiscentias videtur opponi temperantiae. Ergo videtur quod litigium non opponatur

Avšak proti jest., že Filosof, ve IV. Ethic., klade svár proti přátelství.

Odpovídám: Musí se říci, že svár vlastně záleží ve slovech, když totiž jeden odporuje slovům druhého. A v tomto odporu lze viděti dvojí: někdy se totiž přihází odpor k vůli osobě mluvícího, jemuž odporující odpírá souhlas pro nedostatek lásky, spojující duše. A toto zdá se patřiti k nesvornosti, protilehlé lásce. Někdy však vzniká odpor pro osobu, kterou někdo neváhá zarmoutit. A takto vzniká svár, který je proti řečenému přátelství nebo přívětivosti, k níž patří milé spolužití s jinými. Proto Filosof, ve IV. Ethic., praví, že ti, "kteří odporují při všem, k vůli tomu, aby zarmoutili, aniž kohokoliv dbají, slují nevrlí nebo svárliví".

K prvnímu se tedy musí říci, že spor vlastně více patří k odporu nesvornosti. Avšak svár k odporu, který se děje z úmyslu zarmoutiti.

K druhému se musí říci, že přímá protilehlost neřestí ctnostem neběře se podle příčin, poněvadž se stává, že jedna neřest vzniká z různých příčin, ale běře se podle druhu úkonu. Avšak, třebaže někdy svár vzniká z hněvu, přece může vzniknouti také z mnoha jiných příčin. Proto není třeba, aby byl přímo proti vlídnosti.

K třetímu se musí říci, že Jakub tam mluví o dychtivosti, pokud je všeobecné zlo, z něhož vznikají všechny neřesti, jak praví Glossa, Řím. 7: "Dobrý je zákon, který, když brání dychtivosti, brání všemu zlu."

CXVI.2. Zda svár je těžší hřích než lichocení.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že svár je menší hřích než protilehlá neřest, totiž líbivost a lichocení. Neboť čím některý hřích více škodí, tím horší se zdá býti. Ale lichocení škodí více než svár: praví se totiž Isai. 3: "Lide můj, kdo tě blahosklavý, klamou té, a cestu, po níž máš kráčeti, kazí." Tedy lichocení je větší hřích než svár.

Mimo to zdá se, že v lichocení je jakási lstivost, poněvadž lichotník jiné praví ústy a jiné má v srdci, svárlivý však není lstivý, poněvadž zjevně odporuje. Ten však, kdo hřeší ze lstivosti, je hanlivější, jak praví Filosof, v VII. Ethic. Tedy lichocení je těžší hřích než svár.

Mimo to stud je bázeň před hanlivým, jak je patrné z Filosofa, IV. Ethic. Ale člověk se více ostýchá býti lichotník než svárlivý. Tedy svár je menší hřích než lichocení.

Avšak proti jest, že některý hřích zdá se býti tím těžší, čím více odporuje duchovnímu stavu. Ale svár zdá se více odporovati duchovnímu stavu, neboť se praví, I. Tim. 3, že "biskup nesmí býti svárlivý", a II. Tim. 2: amicitiae, sed temperantiae.

II-II q. 116 a. 1 s. c.

Sed contra est quod philosophus, in IV Ethic., litigium opponit amicitiae.

II-II q. 116 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod proprie litigium in verbis consistit, cum scilicet unus verbis alterius contradicit. In qua quidem contradictione duo possunt attendi. Quandoque enim contingit contradictio propter personam dicentis cui contradicens consentire recusat propter defectum amoris animos unientis. Et hoc videtur ad discordiam pertinere, caritati contrariam. Quandoque vero contradictio oritur ratione personae quam aliquis contristare non veretur. Et sic fit litigium, quod praedictae amicitiae vel affabilitati opponitur, ad quam pertinet delectabiliter aliis convivere. Unde philosophus dicit, in IV Ethic., quod *illi qui ad omnia contrariantur causa eius quod est contristare, neque quodcumque curantes, discoli et litigiosi vocantur*.

II-II q. 116 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod contentio magis proprie pertinet ad contradictionem discordiae, litigium autem ad contradictionem quae fit intentione contristandi.

II-II q. 116 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod directa oppositio vitiorum ad virtutes non attenditur secundum causas, cum contingat unum vitium ex diversis causis oriri, sed attenditur secundum speciem actus. Licet autem quandoque litigium ex ira oriatur, potest tamen ex multis aliis causis oriri. Unde non oportet quod directe opponatur mansuetudini.

II-II q. 116 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod Iacobus loquitur ibi de concupiscentia secundum quod est generale malum, ex quo omnia vitia oriuntur, prout dicit Glossa Rom. VII, *bona est lex, quae, dum concupiscentiam prohibet, omne malum prohibet*.

2. Utrum sit maius peccatum quam adulatio.

II-II q. 116 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod litigium sit minus peccatum quam contrarium vitium, scilicet placiditatis vel adulationis. Quanto enim aliquod peccatum plus nocet, tanto peius esse videtur. Sed adulatio plus nocet quam litigium, dicitur enim Isaiae III, *populo meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, et viam gressuum tuorum dissipant*. Ergo adulatio est gravius peccatum quam litigium.

II-II q. 116 a. 2 arg. 2

Praeterea, in adulatione videtur esse quaedam dolositas, quia aliud adulator dicit ore, aliud habet in corde. Litigiosus autem caret dolo, quia manifeste contradicit. Ille autem qui cum dolo peccat, turpior est, ut philosophus dicit, in VII Ethic. Ergo gravius peccatum est adulatio quam litigium.

II-II q. 116 a. 2 arg. 3

Praeterea, verecundia est timor de turpi, ut patet per philosophum, in IV Ethic. Sed magis verecundatur homo esse adulator quam litigiosus. Ergo litigium est minus peccatum quam adulatio.

II-II q. 116 a. 2 s. c.

Sed contra est quod tanto aliquod peccatum videtur esse gravius quanto spirituali statui magis repugnat. Sed litigium

"Služebník Boží nesmí míti svárů." Tedy svár se zdá býti těžší hřích než lichocení.

Odpovídám: Musí se říci, že o obou těchto hříších můžeme mluviti dvojmo: Jedním způsobem, pozorujíce druh každého hříchu, a podle toho tím těžší je nějaká nešest, čím více odporuje protilehlé ctnosti. Avšak ctnost přátelství především chce potěšiti, nikoli zarmoutiti. A proto svárlivec, který zbytečně zarmucuje, tíží hřeší než líbivý nebo lichotník, který nadbytečně působí potěšení. Jiným způsobem lze pozorovati podle některých vnějších pohnutek. A podle toho lichocení je někdy těžší, třebas když zamýšlí oklamáním dosáhnouti nepatřičné cti nebo zisku. Někdy zase svár je těžší, třebas, když člověk zamýšlí buď napadnouti pravdu, nebo mluvícího učiniti pohrdaným.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jako lichotník může škoditi skrytým oklamáním, tak svárlivý může leckdy škoditi zjevným napadením. Avšak těžší jest, při ostatním stejném, zjevně někomu škoditi, jakoby násilím, než tajně. Pročež loupež je těžší hřích než krádež, jak bylo řečeno shora.

K druhému se musí říci, že v úkonech lidských není vždy těžší to, co je hanlivější. Neboť krása člověka je z rozumu. A proto hanlivější jsou hříchy tělesné, jimiž tělo panuje rozumu, ač duchovní hříchy jsou těžší, poněvadž pocházejí z většího pohrdání. Podobně hříchy, které vznikají ze lsti, jsou hanlivější, pokud se zdají vycházeti z jakési slabosti a z jakési nesprávnosti rozumu, ačkoli někdy zjevné hříchy jsou z většího pohrdání. A proto lichocení, jakožto jsoucí se lstí, zdá se býti hanlivější. Ale svár, jakožto vycházející z většího pohrdání, zdá se těžší.

K třetímu se musí říci, že, jak bylo řečeno, stud přihlíží k hanebnosti hříchu. Proto člověk nestydí se vždy více za těžší hřích, nýbrž za hanebnější hřích. A odtud je, že člověk se více stydí za lichocení než za svár, ačkoliv svár je těžší.

CXVII. O štědrost.

Předmluva

Dělí se na šest článků.

Potom se má uvažovati o štědrosti a protilehlých nešestech, totiž o lakomství a marnotratnosti.

O štědrosti je pak šest otázek:

1. Zda štědrost je ctnost.

2. Co jest její látkou.

3. O jejím úkonu.

4. Zda jí spíše náleží dávati než přijímati.

5. Zda štědrost je část spravedlnosti.

6. O srovnání jí s jinými ctnostmi.

magis repugnare videtur spirituali, dicitur enim I ad Tim. III, quod *oportet episcopum non litigiosum esse*; et II ad Tim. II, *servum domini non oportet litigare*. Ergo litigium videtur esse gravius peccatum.

II-II q. 116 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod de utroque istorum peccatorum loqui possumus dupliciter. Uno modo, considerando speciem utriusque peccati. Et secundum hoc, tanto aliquod vitium est gravius quanto magis repugnat oppositae virtuti. Virtus autem amicitiae principalius tendit ad delectandum quam ad contristandum. Et ideo litigiosus, qui superabundat in contristando, gravius peccat quam placidus vel adulator, qui superabundat in delectando. Alio modo possunt considerari secundum aliqua exteriora motiva. Et secundum hoc, quandoque adulatio est gravior, puta quando intendit per deceptionem indebite honorem vel lucrum acquirere. Quandoque vero litigium est gravius, puta quando homo intendit vel veritatem impugnare, vel dicentem in contemptum adducere.

II-II q. 116 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod sicut adulator potest nocere occulte decipiendo, ita litigiosus potest interdum nocere manifeste impugnando. Gravius autem est, ceteris paribus, manifeste alicui nocere, quasi per violentiam, quam occulte, unde rapina est gravius peccatum quam furtum, ut supra dictum est.

II-II q. 116 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod non semper in actibus humanis illud est gravius quod est turpius. Decor enim hominis est ex ratione, et ideo turpiora sunt peccata carnalia, quibus caro dominatur rationi, quamvis peccata spiritualia sint graviora, quia procedunt ex maiori contemptu. Et similiter peccata quae fiunt ex dolo sunt turpiora, inquantum videntur ex quadam infirmitate procedere, et ex quadam falsitate rationis, cum tamen peccata manifesta quandoque sint ex maiori contemptu. Et ideo adulatio, quasi cum dolo existens videtur esse turpior, sed litigium, quasi ex maiori contemptu procedens, videtur esse gravius.

II-II q. 116 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut dictum est, verecundia respicit turpitudinem peccati. Unde non semper magis verecundatur homo de graviori peccato, sed de magis turpi peccato. Et inde est quod magis verecundatur homo de adulatione quam de litigio, quamvis litigium sit gravius.

117. De liberalitate.

Prooemium

II-II q. 117 pr.

Deinde considerandum est de liberalitate, et vitiis oppositis, scilicet avaritia et prodigalitate. Circa liberalitatem quaeruntur sex. Primo, utrum liberalitas sit virtus. Secundo, quae sit materia eius. Tertio, de actu ipsius. Quarto, utrum magis ad eum pertineat dare quam recipere. Quinto, utrum liberalitas sit pars iustitiae. Sexto, de comparatione eius ad alias virtutes.

CXVII.1. Zda štědrost je ctnost.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že štědrost není ctnost. Neboť žádná ctnost není proti přirozenému sklonu. Avšak přirozený sklon je na to, aby někdo více opatřil sebe než jiné; a protiva toho patří štědrému, poněvadž, jak praví Filosof, ve IV. Ethic., "štědrého není přihlížeti k sobě, takže sobě ponechává menší". Tedy štědrost není ctnost.

K druhému se musí říci, že ve hněvu nebo jiných látkách nemá pozoruhodnou nesnadnost leč ono, co je největší, a pouze o tom může býti ctnost. Jiný je však důvod o bohatství a ctech, které jsou věci jsoucí mimo duši.

esse perfectio potentiae, ad cuius ultimum pertinet, ut patet in I de caelo. Perfectio autem potentiae non attenditur in qualicumque operatione, sed in operatione quae habet aliquam magnitudinem aut difficultatem, quaelibet enim potentia, quantumcumque imperfecta, potest in aliquam operationem modicam et debilem. Et ideo ad rationem virtutis pertinet ut sic circa difficile et bonum, ut dicitur in II Ethic. Difficile autem et magnum, quae ad idem pertinent, in actu virtutis potest attendi dupliciter. Uno modo, ex parte rationis, inquantum scilicet difficile est medium rationis adinvenire et in aliqua materia statuere. Et ista difficultas sola inventur in actu virtutum intellectualium, et etiam in actu iustitiae. Alia autem est difficultas ex parte materiae, quae de se repugnantiam habere potest ad modum rationis qui est circa eam ponendus. Et ista difficultas praecipue attenditur in aliis virtutibus moralibus, quae sunt circa passiones, quia passiones pugnant contra rationem, ut Dionysius dicit, IV cap. de Div. Nom. Circa quas considerandum est quod quaedam passiones sunt quae habent magnam vim resistendi rationi principaliter ex parte passionis, quaedam vero principaliter ex parte rerum quae sunt obiecta passionum. Passiones autem non habent magnam vim repugnandi rationi nisi fuerint vehementes, eo quod appetitus sensitivus, in quo sunt passiones, naturaliter subditur rationi. Et ideo virtutes quae sunt circa huiusmodi passiones non ponuntur nisi circa id quod est magnum in ipsis passionibus, sicut fortitudo est circa maximos timores et audacias, temperantia est circa maximarum delectationum concupiscentias, et similiter mansuetudo est circa maximas iras. Passiones autem quaedam habent magnam vim repugnandi rationi ex ipsis rebus exterioribus quae sunt passionum obiecta, sicut amor vel cupiditas pecuniae seu honoris. Et in istis oportet esse virtutem non solum circa id quod est maximum in eis, sed etiam circa mediocria vel minora, quia res exterius existentes, etiam si sint parvae, sunt multum appetibiles, utpote necessariae ad hominis vitam. Et ideo circa appetitum pecuniarum sunt duae virtutes, una quidem circa mediocres et moderatas, scilicet liberalitas; alia autem circa magnas pecunias, scilicet magnificentia. Similiter etiam et circa honores sunt duae virtutes. Una quidem circa mediocres honores, quae innominata est, nominatur tamen ex suis extremis, quae sunt philotimia, idest amor honoris, et aphilotimia, idest sine amore honoris; laudatur enim quandoque qui amat honorem, quandoque autem qui non curat de honore, prout scilicet utrumque moderate fieri potest. Circa magnos autem honores est magnanimitas. Et ideo dicendum est quod propria materia magnanimitatis est magnus honor, et ad ea tendit magnanimus quae sunt magno honore digna.

II-II q. 129 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod magnum et parvum per accidens se habent ad honorem secundum se consideratum, sed magnam differentiam faciunt secundum quod comparantur ad rationem, cuius modum in usu honoris observari oportet, qui multo difficilius observatur in magnis honoribus quam in parvis.

II-II q. 129 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod in ira et in aliis materiis non habet difficultatem notabilem nisi illud quod est maximum, circa quod solum oportet esse virtutem. Alia

K třetímu se musí říci, že ten, kdo dobře užívá velkých, mnohem spíše může dobře užívati malých. Velkodušný tedy zamýšlí velké cti, jakožto jich hoden, nebo také menší těch, kterých je hoden, poněvadž totiž nemůže býti dosti poctěna od člověka ctnost, jíž náleží čest od Boha. Pročež se nevynáší z velikých pocť, poněvadž je nepovažuje nad sebe, nýbrž spíše jimi pohrdá, a mnohem spíše skromnými a malými. A podobně také není zlomen neuctěními, nýbrž jimi pohrdá, poněvadž je považuje za nezaslouženě utrpěná.

CXXIX.3. Zda velkodušnost je ctnost.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že velkodušnost není ctnost. Neboť každá mravní ctnost pozůstává ve středu. Ale velkodušnost nepozůstává ve středu, ale v největším, poněvadž velkodušný "pokládá se za hodna největších", jak se praví ve IV. Ethic. Tedy velkodušnost není ctnost.

Mimo to, kdo má jednu ctnost, má všechny, jak jsme měli shora. Ale někdo může míti některou ctnost, aniž má velkodušnost. Neboť Filosof praví ve IV. Ethic., že "kdo je hoden malých a jimi se zhodnocuje, je mírný, ne však velkodušný". Tedy velkodušnost není ctnost.

Mimo to ctnost je "dobrá jakost mysli", jak jsme měli shora. Ale velkodušnost má některá tělesná uzpůsobení; Filosof totiž praví ve IV. Ethic., že "se zdá, že velkodušného se jeví pomalý pohyb, vážný hlas a ustálená mluva". Tedy velkodušnost není ctnost.

Mimo to žádná ctnost není proti jiné ctnosti. Ale velkodušnost je proti pokoře, neboť "velkodušný se pokládá za hodna velkých a jinými pohrdá", jak se praví ve IV. Ethic. Tedy velkodušnost není ctnost.

Mimo to vlastnosti kterékoliv ctnosti jsou chvalné. Ale velkodušnost má některé vlastnosti hanlivé: a to nejprve, že velkodušný není pamětliv dobrodiní; za druhé, že je zahálčivý a zdlouhavý; za třetí, že vůči mnohým užívá ironie; za čtvrté, že nemůže s druhými spolužiti; za páté, že spíše má neplodná než plodná. Tedy velkodušnost není ctnost.

Avšak proti jest, co se praví ke chvále některých v II. Mach. 14: "Nikanor, slyše o zmužilosti i velikosti ducha Judových druhů, kterou měli v bojích za vlast, obával se učiniti rozsudek krví." Avšak chvályhodné jsou jen skutky ctností.

Tedy velkodušnost, k níž patří míti velkého ducha, je ctnost.

Odpovídám: Musí se říci, že k pojmu lidské ctnosti patří, aby ve věcech lidských bylo zachováno dobro rozumu, což je vlastní dobro člověka. Avšak mezi ostatními lidskými věcmi hlavní místo zaujímají vnější cti, jak bylo řečeno. A tedy velkodušnost, která ukládá míru rozumu ohledně velkých ctí, je ctnost.

autem ratio est de divitiis et honoribus, quae sunt res extra animam existentes.

II-II q. 129 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod ille qui bene utitur magnis, multo magis potest bene uti parvis. Magnanimitas ergo attendit magnos honores sicut quibus est dignus, vel etiam sicut minores his quibus est dignus, quia scilicet virtus non potest sufficienter honorari ab homine, cui debetur honor a Deo. Et ideo non extollitur ex magnis honoribus, quia non reputat eos supra se, sed magis eos contemnit. Et multo magis moderatos aut parvos. Et similiter etiam dehonorationibus non frangitur, sed eas contemnit, utpote quas reputat sibi indigne afferri.

3. Utrum sit virtus.

II-II q. 129 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod magnanimitas non sit virtus. Omnis enim virtus moralis in medio consistit. Sed magnanimitas non consistit in medio, sed in maximo, quia maximis dignificat seipsum, ut dicitur in IV Ethic. Ergo magnanimitas non est virtus.

II-II q. 129 a. 3 arg. 2

Praeterea, qui habet unam virtutem, habet omnes, ut supra habitum est. Sed aliquis potest habere aliquam virtutem non habens magnanimitatem, dicit enim philosophus, in IV Ethic., quod *qui est parvis dignus, et his dignificat seipsum, temperatus est, magnanimus autem non*. Ergo magnanimitas non est virtus.

II-II q. 129 a. 3 arg. 3

Praeterea, virtus est bona qualitas mentis, ut supra habitum est. Sed magnanimitas habet quasdam corporales dispositiones, dicit enim philosophus, in IV Ethic., quod *motus lentus magnanimi videtur, et vox gravis, et locutio stabilis*. Ergo magnanimitas non est virtus.

II-II q. 129 a. 3 arg. 4

Praeterea, nulla virtus opponitur alteri virtuti. Sed magnanimitas opponitur humilitati, nam magnanimus dignum se reputat magnis, et alios contemnit, ut dicitur in IV Ethic. Ergo magnanimitas non est virtus.

II-II q. 129 a. 3 arg. 5

Praeterea, cuiuslibet virtutis proprietates sunt laudabiles. Sed magnanimitas habet quasdam proprietates vituperabiles, primo quidem, quod non est memor benefactorum; secundo, quod est otiosus et tardus; tertio, quod utitur ironia ad multos; quarto, quod non potest alii convivere; quinto, quod magis possidet infructuosa quam fructuosa. Ergo magnanimitas non est virtus.

II-II q. 129 a. 3 s. c.

Sed contra est quod in laudem quorundam dicitur, II Machab. XIV, *Nicanor audiens virtutem comitum Iudae, et animi magnitudinem quam pro patriae certaminibus habebant,* et cetera. Laudabilia autem sunt solum virtutum opera. Ergo magnanimitas, ad quam pertinet magnum animum habere, est virtus.

II-II q. 129 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod ad rationem virtutis humanae pertinet ut in rebus humanis bonum rationis servetur, quod est proprium hominis bonum. Inter ceteras autem res humanas exteriores, honores praecipuum locum tenent, sicut dictum est. Et inde magnanimitas, quae modum rationis ponit circa magnos honores, est virtus.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak také praví Filosof ve IV. Ethic., "velkodušný je sice velikostí krajní", pokud totiž tíhne k největším, "tím však, co je náležitost, střední", že totiž k těm, která jsou největší, tíhne podle rozumu; "neboť má se za hodna toho, čeho zasluhuje", jak se praví tamtéž, poněvadž totiž nesahá po větších než je hoden.

K druhému se musí říci, že spojitost ctností nelze rozuměti podle úkonů, že totiž každému příslušelo míti úkony všech ctností. Pročež úkon velkodušnosti nepřísluší každému ctnostnému, nýbrž pouze velikým. Ale podle původů ctností, což jsou opatrnost a milost, všechny ctnosti jsou spojité podle pohotovostí, jsoucích zároveň v duši buď v uskutečnění nebo v blízkém uzpůsobení. A tak někdo, kdo nemá úkon velkodušnosti, může míti pohotovost velkodušnosti, jíž totiž jest uzpůsobován k vykonání takového úkonu, kdyby mu příslušel dle jeho stavu.

K třetímu se musí říci, že tělesná hnutí se různí podle různých postřehů a citů duše. A podle toho se přihází, že velkodušnost sledují některé určité případky v tělesných hnutích. Rychlost totiž hnutí pochází odtud, že člověk zamýšlí mnohá, která chvátá uskutečniti. Ale velkodušný zamýšlí pouze veliká, jichž je málo, a která chvátá uskutečniti. Ale velkodušný zamýšlí pouze veliká, jichž je málo, a která vyžadují také veliké pozornosti, a proto má pomalý pohyb. Podobně také ostrost hlasu a rychlost především mívají ti, kteří se chtějí o všem přiti, což nepatří velkodušným, kteří se zabývají pouze velikými. A jako řečená uzpůsobení tělesných hnutí přísluší velkodušným podle způsobu jejich cítění, tak také se přirozeně nacházejí takové podmínky v těch, kteří jsou' přirozeně uzpůsobeni k velkodušnosti.

Ke čtvrtému se musí říci, že v člověku se nachází něco velikého, co má z daru Božího, a nějaký nedostatek, který má ze slabosti přirozenosti. Velkodušnost tedy působí, že člověk se pokládá za hodna velkých podle uvážení darů, které má od Boha; jako, má-li velkou sílu ducha, velkodušnost působí, že směřuje k dokonalým skutkům ctnosti. A podobně třeba říci o užívání kteréhokoliv jiného dobra - třebas vědění nebo vnějšího blaha. Pokora však působí, že člověk sebe málo cení, podle uvážení vlastního nedostatku. Podobně také velkodušnost pohrdá jinými, pokud se odchylují od darů Božích, neboť necení jiných tolik, aby pro ně činil něco neslušného.

Ale pokora jiné ctí a považuje za vyšší, pokud na nich spatřuje něco z darů Božích. Proto se praví Žalm. 14 o spravedlivém muži: "V nic byl uveden před jeho tváří zlomyslník," což patří k pohrdání velkodušného. "bojící se pak Pána oslavuje", což patří k uctívaní pokorného. A tak je patrné, že velkodušnost a pokora nejsou proti sobě, ač se zdají směřovati k protivám, poněvadž vycházejí z různých úvah.

K pátému se musí říci, že ony vlastnosti, pokud patří k

II-II q. 129 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut philosophus dicit, in IV Ethic., magnanimus est quidem magnitudine extremus, inquantum scilicet ad maxima tendit, eo autem quod ut oportet, medius, quia videlicet ad ea quae sunt maxima, secundum rationem tendit; eo enim quod secundum dignitatem seipsum dignificat, ut ibidem dicitur, quia scilicet se non extendit ad maiora quam dignus est.

II-II q. 129 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod connexio virtutum non est intelligenda secundum actus, ut scilicet cuilibet competat habere actus omnium virtutum. Unde actus magnanimitatis non competit cuilibet virtuoso, sed solum magnis. Sed secundum principia virtutum, quae sunt prudentia et gratia, omnes virtutes sunt connexae secundum habitus simul in anima existentes, vel in actu vel in propinqua dispositione. Et sic potest aliquis cui non competit actus magnanimitatis, habere magnanimitatis habitum, per quem scilicet disponitur ad talem actum exequendum si sibi secundum statum suum competeret.

II-II q. 129 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod corporales motus diversificantur secundum diversas animae apprehensiones et affectiones. Et secundum hoc contingit quod ad magnanimitatem consequuntur quaedam determinata accidentia circa motus corporales. Velocitas enim motus provenit ex eo quod homo ad multa intendit, quae explere festinat, sed magnanimus intendit solum ad magna, quae pauca sunt, quae etiam indigent magna attentione; et ideo habet motum tardum. Similiter etiam acuitas vocis, et velocitas, praecipue competit his qui de quibuslibet contendere volunt, quod non pertinet ad magnanimos, qui non intromittunt se nisi de magnis. Et sicut praedictae dispositiones corporalium motuum conveniunt magnanimis secundum modum affectionis eorum, ita etiam in his qui sunt naturaliter dispositi ad magnanimitatem tales conditiones naturaliter inveniuntur.

II-II q. 129 a. 3 ad 4

Ad quartum dicendum quod in homine invenitur aliquid magnum, quod ex dono Dei possidet; et aliquis defectus, qui competit ei ex infirmitate naturae. Magnanimitas igitur facit quod homo se magnis dignificet secundum considerationem donorum quae possidet ex Deo, sicut, si habet magnam virtutem animi, magnanimitas facit quod ad perfecta opera virtutis tendat. Et similiter est dicendum de usu cuiuslibet alterius boni, puta scientiae vel exterioris fortunae. Humilitas autem facit quod homo seipsum parvipendat secundum considerationem proprii defectus. Similiter etiam magnanimitas contemnit alios secundum quod deficiunt a donis Dei, non enim tantum alios appretiatur quod pro eis aliquid indecens faciat. Sed humilitas alios honorat, et superiores aestimat, inquantum in eis aliquid inspicit de donis Dei. Unde in Psalmo dicitur de viro iusto, *ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus*, quod pertinet ad contemptum magnanimi; *timentes autem dominum glorificat*, quod pertinet ad honorationem humilis. Et sic patet quod magnanimitas et humilitas non sunt contraria, quamvis in contraria tendere videantur, quia procedunt secundum diversas considerationes.

II-II q. 129 a. 3 ad 5

velkodušnosti, nejsou hanlivé, nýbrž svrchovaně chvalné. Co se totiž nejprve praví, že velkodušný nemá v paměti ty, od nichž dostává dobrodiní, jest rozuměti vzhledem k tomu, že ho netěší, dostává-li od některých dobrodiní, neoplatí-li jim větší. A to patří k dokonalosti vděčnosti, v její- mž úkonu chce vynikati, jako též v úkonech jiných ctností. Podobně se také praví za druhé, že je zahálčivý a zdlouhavý, ne že opomíjí vykonávati ta, která mu náleží, ale poněvadž se nepouští do kterýchkoliv prací, nýbrž toliko do velkých, které se naň sluší. Praví se také za třetí, že užívá ironie, ne pokud je protilehlá pravdě, aby totiž o sobě říkal nějaké nízkostí, které nejsou, nebo popíral některá veliká, která jsou; ale že neukazuje celou svou velikost, nejvíce vůči množství nižších, poněvadž, jak praví tamtéž i Filosof, "velkodušnému náleží býti veliký k těm, kteří mají hodnost a dobra štěstěny, k prostředním pak umírněný". Za čtvrté se také praví, že s j inými nemůže spolužiti, totiž důvěrně, leč s přáteli, poněvadž se vůbec vyhýbá lichocení a přetvářce, které patří k malosti ducha. Spolužije však se všemi, s velikými i malými, jak je třeba, jak bylo řečeno. Za páté se také praví, že spíše chce míti neplodná, ne všechna, nýbrž dobra, to jest, počestná.. Neboť ve všem dává přednost počestným před užitečnými, jakožto větším. Užitečná jsou totiž vyhledávána, aby odpomohla nějakému nedostatku, který odporuje velkodušnosti.

CXXIX.4. Zda velkodušnost je zvláštní ctnost.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že velkodušnost není zvláštní ctnost. Neboť žádná zvláštní ctnost nepůsobí ve všech ctnostech, Ale Filosof praví ve IV, Ethic., že "velkodušnému náleží, co je velikého v kterékoli ctnosti". Tedy velkodušnost není zvláštní ctnost.

Mimo to žádné zvláštní ctnosti nejsou přidělovány úkony různých ctností. Ale velkodušnému jsou přidělovány úkony různých ctností, neboť se praví ve IV. Ethic., že "velkodušnému náleží neutíkati před napomínajícím" (což je úkon opatrnosti), nekonati nespravedlivé" (což je úkon spravedlnosti), a že jest ochoten k dobročinnosti (což je úkon lásky), a "že ochotně poskytuje" (což je úkon štědrosti), a že "je pravdomluvný" (což je úkon pravdivosti), a že "není naříkavý" (což je úkon trpělivosti). Tedy velkodušnost není zvláštní ctnost.

Mimo to kterákoliv ctnost je jakási zvláštní okrasa duše, podle onoho Isai. 61: "Oděl mně Pán šaty spásy"; a potom připojuje: "Jako nevěstu, ozdobenou jejími šperky." Ale velkodušnost je okrasou všech ctnosti, jak se praví ve IV. Ethic. Tedy velkodušnost je všeobecná ctnost.

Avšak proti jest, že Filosof ve II. Ethic. ji odlišuje od ostatních ctností.

Odpovídám: Musí se říci, jak bylo shora řečeno, ke zvláštní ctnosti patří, že klade míru rozumu v určité látce.

Ad quintum dicendum quod proprietates illae, secundum quod ad magnanimum pertinent, non sunt vituperabiles, sed superexcedenter laudabiles. Quod enim primo dicitur, quod magnanimus non habet in memoria a quibus beneficia recipit, intelligendum est quantum ad hoc quod non est sibi delectabile quod ab aliquibus beneficia recipiat, quin sibi maiora recompenset. Quod pertinet ad perfectionem gratitudinis, in cuius actu vult superexcellere, sicut et in actibus aliarum virtutum. Similiter etiam secundo dicitur quod est otiosus et tardus, non quia deficiat ab operando ea quae sibi conveniunt, sed quia non ingerit se quibuscumque operibus sibi convenientibus, sed solum magnis, qualia decent eum. Dicitur etiam tertio quod utitur ironia, non secundum quod opponitur veritati, ut scilicet dicat de se aliqua vilia quae non sunt vel neget aliqua magna quae sunt, sed quia non totam magnitudinem suam monstrat, maxime quantum ad inferiorum multitudinem; quia sicut philosophus ibidem dicit, ad magnanimum pertinet *magnum esse ad eos qui in dignitate et bonis fortunis sunt, ad medios autem moderatum*. Quarto etiam dicitur quod ad alios non potest convivere, scilicet familiariter, nisi ad amicos, quia omnino vitat adulationem et simulationem, quae pertinent ad animi parvitatem. Convivit tamen omnibus, et magnis et parvis, secundum quod oportet, ut dictum est. Quinto etiam dicitur quod vult habere magis infructuosa, non quaecumque, sed bona, idest honesta. Nam in omnibus praeponit honesta utilibus, tanquam maiora, utilia enim quaeruntur ad subveniendum alicui defectui, qui magnanimitati repugnat.

4. Utrum sit specialis virtus.

II-II q. 129 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod magnanimitas non sit specialis virtus. Nulla enim specialis virtus operatur in omnibus virtutibus. Sed philosophus dicit, in IV Ethic., quod ad magnanimum pertinet quod est in unaquaque virtute magnum. Ergo magnanimitas non est specialis virtus.

II-II q. 129 a. 4 arg. 2

Praeterea, nulli speciali virtuti attribuuntur actus virtutum diversarum. Sed magnanimo attribuuntur diversarum virtutum actus, dicitur enim in IV Ethic., quod ad magnanimum pertinet non fugere commonentem, quod est actus prudentiae; neque facere iniusta, quod est actus iustitiae; et quod est promptus ad benefaciendum, quod est actus caritatis; et quod ministrat prompte, quod est actus liberalitatis; et quod est veridicus, quod est actus veritatis; et quod non est planctivus, quod est actus patientiae. Ergo magnanimitas non est virtus specialis.

II-II q. 129 a. 4 arg. 3

Praeterea, quaelibet virtus est quidam spiritualis ornatus animae, secundum illud Isaiae LXI, *induit me dominus vestimentis salutis*; et postea subdit, *quasi sponsam ornatam monilibus suis*. Sed magnanimitas est ornatus omnium virtutum, ut dicitur in IV Ethic. Ergo magnanimitas est generalis virtus.

II-II q. 129 a. 4 s. c.

Sed contra est quod philosophus, in II Ethic., distinguit eam contra alias virtutes.

II-II q. 129 a. 4 co.

Velkodušnost však klade míru rozumu ohledně určité látky, totiž ohledně cti, jak shora bylo řečeno. Čest pak, pozorována o sobě, jest nějaké dobro zvláštní. A podle toho velkodušnost, pozorována o sobě, je nějaká zvláštní ctnost. Ale poněvadž čest je odměna každé ctnosti, jak je patrné ze shora řečených, proto v důsledku, pro svou látku, přihlíží k všem ctnostem.

K prvnímu se tedy musí říci, že velkodušnost není ohledně kterékoliv cti, nýbrž ohledně veliké cti. Jako pak odměna náleží ctnosti, tak i veliká čest náleží velikému ctnostnému dílu. A odtud je, že velkodušný zamýšlí konati veliké v každé ctnosti, pokud totiž tíhne k těm, která jsou hodna velké cti.

K druhému se musí říci, že, poněvadž velkodušný směřuje k velkým, v důsledku toho směřuje hlavně k těm, která obnášejí nějaké vynikání, a těm utíká, která patří k nedostatečnosti. Patří pak k nějakému vynikání, že je někdo dobročinný a že je sdílný a větší oplácí. A proto k těmto projevuje ochotu, pokud mají ráz nějakého vynikání, ne však podle onoho rázu, podle kterého jsou úkony jiných ctností. Patří však k nedostatečnosti, že někdo tolik cení některá vnější dobra nebo zla, že pro ně ustupuje a upouští od spravedlnosti nebo kterékoli ctnosti. Podobně také patří k nedostatečnosti každé zakrývání pravdy, poněvadž se zdá pocházeti ze strachu. K nedostatečnosti také patří, že je někdo naříkavý, poněvadž se tím zdá duch podlehati vnějším zlům. A proto velkodušný se vyhýbá těmto a podobným z nějakého zvláštního důvodu, totiž jako protilehlým vynikání nebo velikosti.

K třetímu se musí říci, že každá ctnost má ze svého druhu nějakou lepost a zdobu, která je vlastní kterékoli ctnosti. Ale přidává se jiná zdoba z velikosti ctnostného skutku z velkodušnosti, která všechny ctnosti činí většími, jak se praví ve IV. Ethic.

CXXIX.5. Zda velkodušnost je část statečnosti.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že velkodušnost není část statečnosti. Neboť totéž není částí sebe. Ale velkodušnost zdá se býti totéž co statečnost, Seneka totiž praví, v knize O čtyřech ctnostech: "Velkodušnost, která sluje též statečnost, je-li ve tvém duchu, s velkou důvěrou budeš žíti." A Tullius, v I. O povin., praví: "Chceme, aby stateční mužové byli též velkodušní, přátelé pravdy, a nikterak klamaví." Tedy velkodušnost není část statečnosti.

Mimo to Filosof praví, ve IV. Ethic., že velkodušný není filokyndinos, to jest milovník nebezpečí. Ale statečnému náleží vystavovati se nebezpečím. Tedy velkodušnost se neshoduje se statečností, aby mohla slouti její částí.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, ad specialem virtutem pertinet quod modum rationis in aliqua determinata materia ponat. Magnanimitas autem ponit modum rationis circa determinatam materiam, scilicet circa honores, ut supra dictum est. Honor autem, secundum se consideratus, est quoddam bonum speciale. Et secundum hoc magnanimitas, secundum se considerata, est quaedam specialis virtus. Sed quia honor est cuiuslibet virtutis praemium, ut ex supra dictis patet; ideo ex consequenti, ratione suae materiae, respicit omnes virtutes.

II-II q. 129 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod magnanimitas non est circa honorem quemcumque, sed circa magnum honorem. Sicut autem honor debetur virtuti, ita etiam magnus honor debetur magno operi virtutis. Et inde est quod magnanimus intendit magna operari in qualibet virtute, inquantum scilicet tendit ad ea quae sunt digna magno honore.

II-II q. 129 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod quia magnanimus tendit ad magna, consequens est quod ad illa praecipue tendat quae important aliquam excellentiam, et illa fugiat quae pertinent ad defectum. Pertinet autem ad quandam excellentiam quod aliquis bene faciat, et quod sit communicativus, et plurium retributivus. Et ideo ad ista promptum se exhibet, inquantum habent rationem cuiusdam excellentiae, non autem secundum eam rationem qua sunt actus aliarum virtutum. Ad defectum autem pertinet quod aliquis intantum magnipendat aliqua exteriora bona vel mala quod pro eis a iustitia vel quacumque virtute declinet. Similiter etiam ad defectum pertinet omnis occultatio veritatis, quia videtur ex timore procedere. Quod etiam aliquis sit planctivus, ad defectum pertinet, quia per hoc videtur animus exterioribus malis succumbere. Et ideo haec et similia vitat magnanimus secundum quandam specialem rationem, scilicet tanquam contraria excellentiae vel magnitudini.

II-II q. 129 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod quaelibet virtus habet quendam decorem sive ornatum ex sua specie, qui est proprius unicuique virtuti. Sed superadditur alius ornatus ex ipsa magnitudine operis virtuosi per magnanimitatem, quae omnes virtutes maiores facit, ut dicitur in IV Ethic.

5. Utrum sit pars fortitudinis.

II-II q. 129 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod magnanimitas non sit pars fortitudinis. Idem enim non est pars sui ipsius. Sed magnanimitas videtur idem esse fortitudini. Dicit enim Seneca, in libro de quatuor Virtut., *magnanimitas, quae et fortitudo dicitur, si insit animo tuo, cum magna fiducia vives*. Et Tullius dicit, in I de Offic., *viros fortes magnanimos esse eosdem volumus, veritatis amicos, minimeque fallaces*. Ergo magnanimitas non est pars fortitudinis.

II-II q. 129 a. 5 arg. 2

Praeterea, philosophus dicit, in IV Ethic., quod magnanimus non est philokindynus, idest amator periculi. Ad fortem autem pertinet exponere se periculis. Ergo magnanimitas non convenit cum fortitudine, ut possit dici

Mimo to velkodušnost přihlíží k velikému v doufání dober, statečnost však přihlíží k velikému v obávaných nebo napadených zlech. Ale dobro je přednější než zlo. Tedy velkodušnost je přednější ctnost než statečnost. Tedy není její částí.

Avšak proti jest, že Makrobius a Andronikus udávají velkodušnost za část statečnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že jak bylo shora řečeno, hlavní ctnost jest, jíž náleží stanoviti. nějaký všeobecný ráz ctnosti v nějaké hlavní látce. Avšak mezi jinými všeobecnými způsoby ctnosti jeden je pevnost ducha, poněvadž "býti pevný vyžaduje se v každé ctnosti", jak se praví v II. Ethic. To se však hlavně chválí ve ctnostech, které směřují k něčemu obtížnému, v nichž je velmi nesnadné zachovati pevnost. A proto, čím je nesnadnější v něčem obtížném býti pevný, tím hlavnější je ctnost, která v tom poskytuje duchu pevnost. Avšak je nesnadnější pevný býti v nebezpečích smrti, v nichž ducha upevňuje statečnost, než v doufání a získávání největších dober, k čemuž upevňuje ducha velkodušnost; poněvadž, jako člověk nejvíce miluje svůj život, tak nejvíce utíká nebezpečím smrti. Tak je tedy patrné, že velkodušnost se shoduje se statečností, pokud upevňuje ducha v něčem obtížném. Avšak nedostihuje jí v tom, že utvrzuje ducha v tom, v čem je snadnější zachovati pevnost. Pročež velkodušnost se stanoví za část statečnosti, poněvadž se jí přidává jako druhotná hlavní.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Filosof v V. Ethic., "nemíti zlo bere se za pojem dobra". Pročež též nebýti přemožen od nějakého těžkého zla, třebas od nebezpečí smrti, bere se jaksi za to, co je dosáhnouti velikého dobra; z čehož první náleží ke statečnosti, ale druhé k velkodušnosti. A podle tohoto lze bráti statečnost a velkodušnost za totéž. Poněvadž však v každém jmenovaném je jiný ráz nesnadnosti, proto Filosof v II. Ethic., vlastně řečeno, udává velkodušnost za jinou ctnost než statečnost.

K druhému se musí říci, že milovníkem nebezpečí sluje, kdo se nelišně vystavuje nebezpečím, což zdá se patřiti tomu, kdo nelišně mnohá považuje za velké, což je proti pojmu velkodušného; neboť nikdo se nevidí vystavovati nebezpečím pro něco; co nepovažuje za veliké. Ale pro ta, která jsou opravdu veliká, velkodušný se velmi ochotně vystavuje nebezpečím, poněvadž koná veliké v úkonu statečnosti, jako v úkonech jiných ctností. Pročež Filosof též praví tamtéž, že "velkodušný není mikrokindynos", to jest podstupující nebezpečí pro malá, ale "je megalokindynos", to jest podstupující nebezpečí pro veliká. A. Seneka praví v knize O čtyřech ctnostech: "Budeš velkodušný, nebudeš-li nebezpečí žádati jako opovážlivý, ani se hroziti jako bázlivý. Neboť nic nečiní ducha bázlivým kromě vědomí závadného života."

K třetímu se musí říci, že zlu jako takovému třeba utíkati; pars eius.

II-II q. 129 a. 5 arg. 3

Praeterea, magnanimitas respicit magnum in bonis sperandis, fortitudo autem respicit magnum in malis timendis vel audendis. Sed bonum est principalius quam malum. Ergo magnanimitas est principalior virtus quam fortitudo. Non ergo est pars eius.

II-II q. 129 a. 5 s. c.

Sed contra est quod Macrobius et Andronicus ponunt magnanimitatem fortitudinis partem.

II-II q. 129 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, principalis virtus est ad quam pertinet aliquem generalem modum virtutis constituere in aliqua materia principali. Inter alios autem generales modos virtutis unus est firmitas animi, quia firmiter se habere requiritur in omni virtute, ut dicitur in II Ethic. Praecipue tamen hoc laudatur in virtutibus quae in aliquod arduum tendunt, in quibus difficillimum est firmitatem servare. Et ideo quanto difficilius est in aliquo arduo firmiter se habere, tanto principalior est virtus quae circa illud firmitatem praestat animo. Difficilius autem est firmiter se habere in periculis mortis, in quibus confirmat animum fortitudo, quam in maximis bonis sperandis vel adipiscendis, ad quae confirmat animum magnanimitas, quia sicut homo maxime diligit vitam suam, ita maxime refugit mortis pericula. Sic ergo patet quod magnanimitas convenit cum fortitudine inquantum confirmat animum circa aliquid arduum, deficit autem ab ea in hoc quod firmat animum in eo circa quod facilius est firmitatem servare. Unde magnanimitas ponitur pars fortitudinis, quia adiungitur ei sicut secundaria principali.

II-II q. 129 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut philosophus dicit, in V Ethic., *carere malo accipitur in ratione boni*. Unde et non superari ab aliquo gravi malo, puta a periculis mortis, accipitur quodammodo pro eo quod est attingere ad magnum bonum, quorum primum pertinet ad fortitudinem, secundum ad magnanimitatem. Et secundum hoc fortitudo et magnanimitas pro eodem accipi possunt. Quia tamen alia ratio difficultatis est in utroque praedictorum, ideo, proprie loquendo, magnanimitas ab Aristotele ponitur alia virtus a fortitudine.

II-II q. 129 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod amator periculi dicitur qui indifferenter se periculis exponit. Quod videtur pertinere ad eum qui indifferenter multa quasi magna existimat, quod est contra rationem magnanimi, nullus enim videtur pro aliquo se periculis exponere nisi illud magnum existimet. Sed pro his quae vere sunt magna, magnanimus promptissime periculis se exponit, quia operatur magnum in actu fortitudinis, sicut et in actibus aliarum virtutum. Unde et philosophus ibidem dicit quod magnanimus non est microkindynus, idest pro parvis periclitans, sed megalokindynus, idest pro magnis periclitans. Et Seneca dicit, in libro de quatuor Virtut., *eris magnanimus, si pericula nec appetas ut temerarius, nec formides ut timidus, nam nihil timidum facit animum nisi reprehensibilis vitae conscientia*.

II-II q. 129 a. 5 ad 3

že však třeba proti němu vytrvati, je případkové, to jest pokud třeba snášeti zla na zachování dober. Ale dobro jest o sobě žádoucí, a že se mu utíká, je pouze případkové, pokud je totiž považováno za přesahující sehopnost toužícího. Vždy však to, co jest o sobě, je mocnější než to, co je případkově. A proto více odporuje pevnosti ducha obtížné ve zlech, než obtížné v dobrech. A proto hlavnější je ctnost statečnosti než velkodušnosti. Ač totiž dobro jest jednoduše hlavnější než zlo, přece zlo je hlavnější vzhledem k tomuto

CXXIX.6. Zda důvěra patří k velkodušnosti.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že důvěra nepatří k velkodušnosti. Neboť někdo může míti důvěru nejen v sebe, nýbrž také v jiného, podle onoho II. Kor. 3: "Takovou důvěru však máme skrze Ježíše Krista v Boha, ne že jsme dostatečni něco mysliti sami od sebe, jakožto ze sebe." Ale to zdá se býti proti pojmu velkodušnosti. Tedy důvěra nepatří k velkodušnosti.

Mimo to důvěra zdá se býti protilehlá bázni, podle onoho Isai. 12: "Důvěřivě budu jednati a nebudu se báti." Ale nemíti bázně patří více ke statečnosti. Tedy i důvěra patří více ke statečnosti než k velkodušnosti.

Mimo to odměna nepatří než ctnosti. Ale důvěře patří odměna, neboť se praví Žid. 3, že "my jsme dům Kristův, podržíme-li pevnou až do konce důvěru a slavnou naději". Tedy důvěra je jakási ctnost odlišná od velkodušnosti, což se jeví i z toho, že Makrobius ji odděluje od velkodušnosti.

Avšak proti jest, že Tullius ve své Rhetorice zdá se klásti důvěru místo velkodušnosti, jak bylo řečeno shora.

Odpovídám: Musí se říci, že jméno důvěry se zdá vzato od víry. K víře pak patří věřiti něco a někomu. Důvěra však patří k naději, podle onoho Job. 11: "Budeš míti důvěru předloženou tobě naději." A proto se zdá jméno důvěry znamenati hlavně to, že někdo pojme naději z toho, že věří slovům někoho, přislibujícího pomoc. Ale poněvadž víra také sluje silná domněnka, a nastává silná domněnka nejen z toho, že bylo od jiného řečeno, nýbrž také proto, co bylo pozorováno na jiném, odtud je, že důvěrou může také slouti, když někdo pojme naději některé věci z pozorování něčeho. A to, někdy na sobě, třebas, když někdo, vida se zdráv, důvěřuje ve dlouhý život; jindy pak na jiném, třebas, když někdo, pozoruje, že jiný je jeho přítelem a mocný, má důvěru v jeho pomoc. Bylo však shora řečeno, že velkodušnost vlastně jest ohledně naděje něčeho obtížného. A proto, poněvadž důvěra obnáší nějakou sílu naděje, pocházející z nějakého pozorování, které působí mocnou domněnku o dosažení dobra, odtud je, že důvěra patří k velkodušnosti.

Ad tertium dicendum quod malum, inquantum huiusmodi, fugiendum est, quod autem sit contra ipsum persistendum, est per accidens, inquantum scilicet oportet sustinere mala ad conservationem bonorum. Sed bonum de se est appetendum, et quod ab eo refugiatur, non est nisi per accidens, inquantum scilicet existimatur excedere facultatem desiderantis. Semper autem quod est per se potius est quam id quod est per accidens. Et ideo magis repugnat firmitati animi arduum in malis quam arduum in bonis. Et ideo principalior est virtus fortitudinis quam magnanimitatis, licet enim bonum sit simpliciter principalius quam malum, malum tamen est principalius quantum ad hoc.

6. Quomodo se habeat ad fiduciam.

II-II q. 129 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod fiducia non pertineat ad magnanimitatem. Potest enim aliquis habere fiduciam non solum de seipso, sed etiam de alio, secundum illud II ad Cor. III, *fiduciam autem habemus per Iesum Christum ad Deum, non quod sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis*. Sed hoc videtur esse contra rationem magnanimitatis. Ergo fiducia ad magnanimitatem non pertinet.

II-II q. 129 a. 6 arg. 2

Praeterea, fiducia videtur timori esse opposita, secundum illud Isaiae XII, *fiducialiter agam, et non timebo*. Sed carere timore magis pertinet ad fortitudinem. Ergo et fiducia magis ad fortitudinem pertinet quam ad magnanimitatem.

II-II q. 129 a. 6 arg. 3

Praeterea, praemium non debetur nisi virtuti. Sed fiduciae debetur praemium, dicitur enim Heb. III, quod *nos sumus domus Christi, si fiduciam et gloriam spei usque in finem firmam retineamus*. Ergo fiducia est quaedam virtus distincta a magnanimitate. Quod etiam videtur per hoc quod Macrobius eam magnanimitati condividit.

II-II q. 129 a. 6 s. c.

Sed contra est quod Tullius, in sua rhetorica, videtur ponere fiduciam loco magnanimitatis, ut supra dictum est.

II-II q. 129 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod nomen fiduciae ex fide assumptum esse videtur. Ad fidem autem pertinet aliquid et alicui credere. Pertinet autem fiducia ad spem, secundum illud Iob XI, *habebis fiduciam, proposita tibi spe*. Et ideo nomen fiduciae hoc principaliter significare videtur, quod aliquis spem concipiat ex hoc quod credit verbis alicuius auxilium promittentis. Sed quia fides dicitur etiam opinio vehemens; contingit autem aliquid vehementer opinari non solum ex eo quod est ab alio dictum, sed etiam ex eo quod in alio consideratur, inde est quod fiducia etiam potest dici qua aliquis spem alicuius rei concipit ex aliquo considerato; quandoque quidem in seipso, puta cum aliquis, videns se sanum, confidit se diu victurum; quandoque autem in alio, puta cum aliquis, considerans alium amicum suum esse et potentem, fiduciam habet adiuvari ab eo. Dictum est autem supra quod magnanimitas proprie est circa spem alicuius ardui. Et ideo, quia fiducia importat quoddam robur spei proveniens ex aliqua consideratione quae facit vehementem opinionem de bono assequendo, inde est quod fiducia ad magnanimitatem pertinet.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Filosof ve IV. Ethic., "velkodušnému patří ničeho nepotřebovati" poněvadž toto je nedostatečného. To však třeba rozuměti podle lidského způsobu, pročež přidává, "nebo sotva". Neboť to je nad člověka, aby vůbec ničeho nepotřeboval. Neboť každý člověk potřebuje nejprve božské pomoci, za druhé také lidské pomoci, poněvadž člověk má přirozenost živočicha společenského, poněvadž si nedostačuje k žití. Pokud tedy potřebuje jiných, tak patří velkodušnému, aby měl důvěru v jiné, poněvadž také to patří k vynikání člověka, aby měl jiné pohotově, aby mu mohli pomáhati. Pokud však sám něco může, potud patří k velkodušnosti důvěra, kterou má v sebe.

K druhému se musí říci, že, jak bylo shora řečeno, když se jednalo o vášních, naděje je sice přímo protilehlá zoufalství, které je ohledně téhož předmětu, totiž ohledně dobra; ale podle protivy předmětů je protilehlá bázni, jejímž předmětem je zlo. Důvěra však obnáší nějakou sílu naděje a proto je protilehlá bázni, jakož i naděje. Ale poněvadž statečnost vlastně upevňuje člověka vůči zlům, velkodušnost však ve sledování dober, odtud je, že důvěra více vlastně patří k velkodušnosti než ke statečnosti. Ale poněvadž naděje působí odvahu, která patří ke statečnosti, z toho jest, že důvěra v důsledku patří ke statečnosti.

K třetímu se musí říci, že důvěra, jak bylo řečeno, obnáší jakýsi způsob naděje, neboť důvěra je naděje zesílená z nějaké pevné domněnky. Způsob pak, daný nějakému citu, může náležeti k doporučení samého úkonu, aby byl proto záslužný; avšak z toho není určen na druh ctnosti, nýbrž z látky. A proto, vlastně řečeno, nemůže tvořiti nějakou ctnost, nýbrž může tvořiti nějakou podmínku ctnosti. A proto je počítána mezi části statečnosti, ne jako ctnost připojená, leč bere-li se podle Tullia za velkodušnost, nýbrž jako část doplňková, jak bylo řečeno.

CXXIX.7. Zda bezpečnost patří k velkodušnosti.

Při sedmé se postupuje takto: Zdá se, že bezpečnost nepatří k velkodušnosti. Neboť bezpečnost, jak jsme měli shora, obnáší jakýsi pokoj od zneklidňování bázní. Ale to nejvíce činí statečnost. Tedy zdá se, že bezpečnost je totéž, co statečnost. Ale statečnost nepatří k velkodušnosti, nýbrž spíše obráceně. Tedy ani bezpečnost nepatří k velkodušnosti.

Mimo to Isidor praví v X. Etymol., že "bezpečný sluje jako bez péče". Ale to se zdá býti proti ctnosti, která má péči o čestné věci, podle onoho Apoštolova, II. Tim. 2: "Bedlivě pečuj představiti se Bohu osvědčený." Tedy bezpečnost nepatří k velkodušnosti, která koná velké ve všech ctnostech.

Mimo to není totéž ctnost a odměna ctnosti. Ale

II-II q. 129 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut philosophus dicit, in IV Ethic., ad magnanimum pertinet nullo indigere, quia hoc deficientis est, hoc tamen debet intelligi secundum modum humanum; unde addit, vel vix. Hoc enim est supra hominem, ut omnino nullo indigeat. Indiget enim omnis homo, primo quidem, divino auxilio, secundario autem etiam auxilio humano, quia homo est naturaliter animal sociale, eo quod sibi non sufficit ad vitam. Inquantum ergo indiget aliis, sic ad magnanimum pertinet ut habeat fiduciam de aliis, quia hoc etiam ad excellentiam hominis pertinet, quod habeat alios in promptu qui eum possint iuvare. Inquantum autem ipse aliquid potest, intantum ad magnanimitatem pertinet fiducia quam habet de seipso.

II-II q. 129 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut supra dictum est, cum de passionibus ageretur, spes quidem directe opponitur desperationi, quae est circa idem obiectum, scilicet circa bonum, sed secundum contrarietatem obiectorum opponitur timori, cuius obiectum est malum. Fiducia autem quoddam robur spei importat. Et ideo opponitur timori, sicut et spes. Sed quia fortitudo proprie firmat hominem contra mala, magnanimitas autem circa prosecutionem bonorum; inde est quod fiducia magis proprie pertinet ad magnanimitatem quam ad fortitudinem. Sed quia spes causat audaciam, quae pertinet ad fortitudinem, inde est quod fiducia ad fortitudinem ex consequenti pertinet.

II-II q. 129 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod fiducia, sicut dictum est, importat quendam modum spei, est enim fiducia spes roborata ex aliqua firma opinione. Modus autem adhibitus alicui affectioni potest pertinere ad commendationem ipsius actus, ut ex hoc sit meritorius, non tamen ex hoc determinatur ad speciem virtutis, sed ex materia. Et ideo fiducia non potest, proprie loquendo, nominare aliquam virtutem, sed potest nominare conditionem virtutis. Et propter hoc numeratur inter partes fortitudinis, non quasi virtus adiuncta (nisi secundum quod accipitur pro magnanimitate a Tullio), sed sicut pars integralis, ut dictum est.

7. Quomodo se habeat ad securitatem.

II-II q. 129 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod securitas ad magnanimitatem non pertineat. Securitas enim, ut supra habitum est, importat quietem quandam a perturbatione timoris. Sed hoc maxime facit fortitudo. Ergo securitas videtur idem esse quod fortitudo. Sed fortitudo non pertinet ad magnanimitatem, sed potius e converso. Ergo neque securitas ad magnanimitatem pertinet.

II-II q. 129 a. 7 arg. 2

Praeterea, Isidorus dicit, in libro Etymol., quod *securus dicitur quasi sine cura*. Sed hoc videtur esse contra virtutem, quae curam habet de rebus honestis, secundum illud apostoli, II ad Tim. II, *sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo*. Ergo securitas non pertinet ad magnanimitatem, quae operatur magnum in omnibus virtutibus.

II-II q. 129 a. 7 arg. 3

bezpečnost se udává za odměnu ctnosti, jak je patrné Job. 11: "Odklidíš-li hřích, jenž je na tvé ruce, zahrabán bezpečně budeš spáti." Tedy bezpečnost nepatří k velkodušnosti, ani k jiné ctnosti jako její část.

Avšak proti jest, co Tullius praví, v I. O povin., že "k velkodušnosti patří nepodléhati ani pobouření ducha, ani člověku, ani štěstěně". Ale v tom pozůstává bezpečnost člověka. Tedy bezpečnost patří k velkodušnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak praví Filosof, v II. kn. své Rhetoriky, "bázeň činí lidi poradnými", pokud totiž mají péči uniknouti těm, kterých se bojí. Bezpečnost se však říká od vzdálení této péče, kterou přivádí bázeň. A proto bezpečnost obnáší nějaký dokonalý pokoj ducha od bázně, jako důvěra obnáší nějakou sílu naděje. Jako pak naděje patří přímo k velkodušnosti, tak bázeň patří přímo ke statečnosti. A proto, jako důvěra patří bezprostředně k velkodušnosti, tak bezpečnost patří bezprostředně ke statečnosti. Jest však uvážiti, že, jako naděje je příčinou odvahy, tak bázeň je příčinou zoufalství, jak jsme měli shora, když se jednalo o vášních. A proto, jako naděje patří v důsledku ke statečnosti, tak i bezpečnost patří v důsledku k velkodušnosti, pokud zahání zoufalství.

K prvnímu se tedy musí říci, že statečnost se nechváli především za to, že se nebojí, což patří k bezpečnosti, nýbrž pokud obnáší j akousi pevnost vůči vášním. Pročež bezpečnost není totéž, co statečnost, ale jest nějakou její podmínkou.

K druhému se musí říci, že ne kterákoliv bezpečnost je chvalná, nýbrž když někdo odloží péči jak náleží, a kde se nemá báti. A tímto způsobem je podmínkou statečnosti a velkodušnosti.

K třetímu se musí říci, že ve ctnostech je jakási podoba a účastnost budoucí blaženosti, jak jsme měli shora. A proto nic nepřekáží, aby nějaká bezpečnost byla podmínkou některé ctnosti, ačkoliv dokonalá bezpečnost patří k odměně ctnosti.

CXXIX.8. Zda dobra štěstěny přispívají k velkodušnosti.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že dobra štěstěny nepřispívají k velkodušnosti, poněvadž, jak Seneka praví, v I. kn. O hněvu, "ctnost si sama dostačí". Ale velkodušnost činí všechny ctnosti velikými, jak bylo řečeno. Tedy dobra štěstěny nepřispívají k velkodušnosti.

Mimo to žádný ctnostný nepohrdá těmi, která mu pomáhají. Ale velkodušný pohrdá těmi, která patří k vnější štěstěně, neboť Tullius praví, v I. kn. O povin., že "veliký duch se doporučuje z pohrdání vnějšími věcmi". Tedy velkodušnosti nepomáhají dobra štěstěny.

Praeterea, non est idem virtus et virtutis praemium. Sed securitas ponitur praemium virtutis, ut patet Iob XI, *si iniquitatem quae est in manu tua abstuleris, defossus securus dormies*. Ergo securitas non pertinet ad magnanimitatem, neque ad aliam virtutem, sicut pars eius.

II-II q. 129 a. 7 s. c.

Sed contra est quod Tullius dicit, in I de Offic., quod *ad magnanimum pertinet neque perturbationi animi, neque homini, neque fortunae succumbere*. Sed in hoc consistit hominis securitas. Ergo securitas ad magnanimitatem pertinet.

II-II q. 129 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod, sicut philosophus dicit, in II suae rhetoricae, timor facit homines consiliativos, inquantum scilicet curam habent qualiter possint ea evadere quae timent. Securitas autem dicitur per remotionem huius curae quam timor ingerit. Et ideo securitas importat quandam perfectam quietem animi a timore, sicut fiducia importat quoddam robur spei. Sicut autem spes directe pertinet ad magnanimitatem, ita timor directe pertinet ad fortitudinem. Et ideo, sicut fiducia immediate pertinet ad magnanimitatem, ita securitas immediate pertinet ad fortitudinem. Considerandum tamen est quod, sicut spes est causa audaciae, ita timor est causa desperationis, ut supra habitum est, cum de passionibus ageretur. Et ideo, sicut fiducia ex consequenti pertinet ad fortitudinem, inquantum utitur audacia; ita et securitas ex consequenti pertinet ad magnanimitatem, inquantum repellit desperationem.

II-II q. 129 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod fortitudo non praecipue laudatur ex hoc quod non timeat, quod pertinet ad securitatem, sed inquantum importat firmitatem quandam in passionibus. Unde securitas non est idem quod fortitudo, sed est quaedam conditio eius.

II-II q. 129 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod non quaelibet securitas est laudabilis, sed quando deponit aliquis curam prout debet, et in quibus timere non oportet. Et hoc modo est conditio fortitudinis et magnanimitatis.

II-II q. 129 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod in virtutibus est quaedam similitudo et participatio futurae beatitudinis, ut supra habitum est. Et ideo nihil prohibet securitatem quandam esse conditionem alicuius virtutis, quamvis perfecta securitas ad praemium virtutis pertineat.

8. Quomodo se habeat ad bona fortunae.

II-II q. 129 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod bona fortunae non conferant ad magnanimitatem. Quia ut Seneca dicit, in libro de ira, virtus sibi sufficiens est. Sed magnanimitas facit omnes virtutes magnas, ut dictum est. Ergo bona fortunae non conferunt ad magnanimitatem.

II-II q. 129 a. 8 arg. 2

Praeterea, nullus virtuosus contemnit ea quibus iuvatur. Sed magnanimus contemnit ea quae pertinent ad exteriorem fortunam, dicit enim Tullius, in I de Offic., quod *magnus animus in externarum rerum despicientia commendatur*. Ergo magnanimitas non adiuvatur a bonis fortunae.

Mimo to Tullius tamtéž dodává, že "k velikému duchu patří tak snášeti ta, která se zdají hořká, že nic neustupuje od stavu přirozenosti, ani od důstojnosti moudrého". A Aristoteles praví ve IV. Ethic., že "velkodušný není smutný v nehodách". Ale hořkosti a nehody jsou protilehlé dobrům štěstěny, neboť každý se rmoutí z odnětí těch, jimiž je podporován. Tedy vnější dobra štěstěny nepřispívají k velkodušnosti.

Avšak proti jest, co praví Filosof ve IV. Ethic., že "dobra štěstěny zdají se přispívati k velkodušnosti".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak je patrné ze shora řečených, velkodušnost přihlíží ke dvojímu: a to ke cti, jako k látce, a k nějakému velikému dílu jako k cíli. K tomu pak obojímu spolupůsobí dobra štěstěny. Poněvadž totiž čest vzdává se ctnostným nejen od moudrých, nýbrž také od množství, které pokládá tato vnější dobra štěstěny za největší, v důsledku nastává, že vnější čest vzdávají těm, kteří mají dobra štěstěny. Podobně dobra štěstěny slouží organicky či nástrojově úkonům ctnosti, poněvadž bohatstvím, mocí a přáteli dává se nám možnost vykonání. A proto je zjevné, že dobra štěstěny přispívají k velkodušnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že ctnost sluje dostačující sobě, poněvadž může býti i bez těchto vnějších dober. Potřebuje však těchto vnějších dober k tomu, aby lehčeji jednala.

K druhému se musí říci, že velkodušný pohrdá vnějšími dobry, pokud je nepokládá za veliká dobra, aby k vůli nim konal něco neslušného. Avšak nepohrdá jimi tak, že by je nepokládal za užitečná k vykonání ctnostného díla.

nesprávným, co je protivou úcty Boha, podle onoho Ezech. 28: "Pozdvihlo se tvé srdce a řekl jsi: Bůh jsem já"; a I. Kor. 4: "Co máš, co jsi nedostal? Jestliže jsi však dostal, proč se chlubíš, jako bys byl nedostal?" Nebo také, když někdo před Bohem dává přednost časnému dobru, jímž se chlubí, což se zakazuje Jer. 9: "Nechlub se moudrý svou moudrostí, ani silný svou silou, ani bohatý svým bohatstvím; ale v tom se chlub, kdo se chlubí, že poznal a zná mně". Nebo také když někdo dává přednost lidskému svědectví před svědectvím Boha, jak se praví proti některým Jan 12: "Kteří milovali více slávu lidí než Boha."

Jiným způsobem se strany vychloubače, který vztahuje svůj úmysl ke slávě, jakožto k poslednímu cíli, k němuž totiž zařizuje také skutky ctnosti, a k jehož dosažení neopomine konati ani ta, která jsou proti Bohu. A tak je smrtelný hřích. Proto Augustin praví v V. O Městě Božím, že "tato neřest", totiž milování marné slávy, "tak je nepřátelská zbožné víře, je-li chtivost lidské slávy v srdci větší než bázeň Boží nebo láska, že řekl Pán: "Jak můžete věřiti, očekávajíce jeden od druhého slávu, a nehledajíce slávy, která jest od jediného Boha?" Jestliže však milování lidské slávy, ačkoliv je marné, přece neodporuje lásce, ani v tom, o čem je sláva, ani v úmyslu hledajícího slávu, není smrtelný hřích, nýbrž všední.

K prvnímu se tedy musí říci, že nikdo hříchem nezasluhuje život věčný. Pročež ctnostný skutek ztrácí sílu záslužnou života věčného, děje-li se pro marnou slávu, třebaže ona marná sláva není smrtelný hřích; ale když někdo jednoduše ztrácí věčnou odměnu pro marnou slávu, a ne pouze při jednom úkonu, tu marná sláva je smrtelný hřích.

K druhému se musí říci, že ne každý, kdo je chtivý marné slávy, žádá si oné vznešenosti, která přísluší jedině Bohu. Neboť jiná je sláva, která patří jedině Bohu, a jiná, která patří člověku ctnostnému nebo bohatému.

K třetímu se musí říci, že marná sláva nazývá se nebezpečný hřích nejen pro svou tíhu, ale také pro to, že je uzpůsobením k těžkým hříchům, pokud totiž marnou slávou stává se člověk opovážlivý a příliš k sobě důvěřivý. A tak poznenáhlu také uzpůsobuje k tomu, že člověk je zbavován vnitřních dober.

CXXXII.4. Zda marná sláva je hlavní neřest.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že marná sláva není hlavní neřest. Neboť neřest, která vždy vzniká z jiné, nezdá se býti hlavní neřest. Ale marná sláva vždy se rodí z pýchy. Tedy marná sláva není hlavní neřest.

Mimo to čest se zdá býti něco přednějšího než sláva, která je jejím účinkem. Ale ctižádost, která je nezřízená žádost cti, není hlavní neřest. Tedy ani žádost marné slávy.

dilectionem proximi. Quantum autem ad dilectionem Dei, potest contrariari caritati dupliciter. Uno modo, ratione materiae de qua quis gloriatur. Puta cum quis gloriatur de aliquo falso quod contrariatur divinae reverentiae, secundum illud Ezech. XXVIII, *elevatum est cor tuum, et dixisti, Deus ego sum*; et I ad Cor. IV, *quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quare gloriaris quasi non acceperis?* Vel etiam cum quis bonum temporale de quo gloriatur, praefert Deo, quod prohibetur Ierem. IX, *non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec dives in divitiis suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire et nosse me*. Aut etiam cum quis praefert testimonium hominum testimonio Dei, sicut contra quosdam dicitur Ioan. XII, *qui dilexerunt magis gloriam hominum quam Dei*. Alio modo, ex parte ipsius gloriantis, qui intentionem suam refert ad gloriam tanquam ad ultimum finem, ad quem scilicet ordinet etiam virtutis opera, et pro quo consequendo non praetermittat facere etiam ea quae sunt contra Deum. Et sic est peccatum mortale. Unde Augustinus dicit, in V de Civ. Dei, quod hoc vitium, scilicet amor humanae laudis, *tam inimicum est piae fidei, si maior in corde sit cupiditas gloriae quam Dei timor vel amor, ut dominus diceret* (Ioan. V), *quomodo potestis credere, gloriam ab invicem expectantes, et gloriam quae a solo Deo est non quaerentes?* Si autem amor humanae gloriae, quamvis sit inanis, non tamen repugnet caritati, neque quantum ad id de quo est gloria, neque quantum ad intentionem gloriam quaerentis, non est peccatum mortale, sed veniale.

II-II q. 132 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod nullus peccando meretur vitam aeternam. Unde opus virtuosum amittit vim merendi vitam aeternam si propter inanem gloriam fiat, etiam si illa inanis gloria non sit peccatum mortale. Sed quando aliquis simpliciter amittit aeternam mercedem propter inanem gloriam, et non solum quantum ad unum actum, tunc inanis gloria est peccatum mortale.

II-II q. 132 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod non omnis qui est inanis gloriae cupidus, appetit sibi illam excellentiam quae competit soli Deo. Alia enim est gloria quae debetur soli Deo, et alia quae debetur homini virtuoso vel diviti.

II-II q. 132 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod inanis gloria dicitur esse periculosum peccatum non tam propter gravitatem sui, quam etiam propter hoc quod est dispositio ad gravia peccata, inquantum scilicet per inanem gloriam redditur homo praesumptuosus et nimis de se ipso confidens. Et sic etiam paulatim disponit ad hoc quod homo privetur interioribus bonis.

4. Utrum sit vitium capitale.

II-II q. 132 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod inanis gloria non sit vitium capitale. Vitium enim quod semper ex altero oritur, non videtur esse capitale. Sed inanis gloria semper ex superbia nascitur. Ergo inanis gloria non est vitium capitale.

II-II q. 132 a. 4 arg. 2

Praeterea, honor videtur esse aliquid principalius quam gloria, quae est eius effectus. Sed ambitio, quae est inordinatus appetitus honoris, non est vitium capitale.

Mimo to hlavní nešest je nějak přední. Ale zdá se, že marná sláva není nějak přední ani co do povahy hříchu, poněvadž není vždy smrtelný hřích, ani také co do povahy dobra žádoucího, poněvadž lidská sláva zdá se býti něco křehkého a mimo člověka. Tedy marná sláva není hlavní nešest.

Avšak proti jest, že Řehoř, XXXI. Moral., počítá marnou slávu mezi sedm hlavních neřestí.

Odpovídám: Musí se říci, že o hlavních nešestech někteří mluví dvojmo: někteří totiž udávají pýchu za jednu z hlavních neřestí a tito nekladou marnou slávu mezi hlavní neřesti. Řehoř však udává pýchu za královnu všech neřestí, a marnou slávu; která z ní bezprostředně vzniká, udává za hlavní nešest. A to důvodně. Neboť pýcha, jak se níže řekne, obnáší nezřízenou žádost vynikání. Avšak z každého dobra, jež člověk žádá, dosahuje nějak dokonalost a vynikání. A proto cíle všech neřestí jsou zařízeny k cíli pýchy. A proto se zdá, že má jakousi všeobecnou příčinnost vůči jiným nešestem, a nemá se počítati mezi zvláštní původy neřesti, což jsou hlavní nešesti. Avšak mezi dobry, z nichž člověk dosahuje vynikání, zdá se k tomu především přispívati sláva, pokud obnáší vyjevení něčí dobroty. Neboť všichni přirozeně milují a cti dobro. A proto; jako ze slávy, která jest u Boha, dosahuje člověk vynikání ve věcech božských, tak také slávou lidskou dosahuje člověk vynikání ve věcech lidských. A proto pro blízkost k vynikání, po němž lidé nejvíce touží, v důsledku je velmi žádoucí. A poněvadž z nezřízeného žádání ji vzniká mnoho neřestí, proto marná sláva je hlavní nešest.

K prvnímu se tedy musí říci, že vznikání některé neřesti z pýchy neodporuje tomu, že je hlavní neřestí, poněvadž, jak bylo řečeno, pýcha je královnou a matkou všech neřestí.

K druhému se musí říci, že chvála a čest se přirovnávají ke slávě, jak bylo řečeno shora, jako příčiny, z nichž následuje sláva; proto sláva se k nim přirovnává jako cíl. Neboť proto někdo miluje ctění a chválení, pokud z toho někdo soudí, že bude přeskvělý ve známosti jiných.

K třetímu se musí říci. že marná sláva má přednostní ráz žádoucího, z důvodu již řečeného; a to stačí na pojem hlavní neřesti. Avšak nevyžaduje se, aby hlavní nešest byla smrtelný hřích, poněvadž také ze všedního hříchu může vzniknouti smrtelný, pokud totiž všední uzpůsobuje ke smrtelnému.

Ergo etiam neque appetitus inanis gloriae.

II-II q. 132 a. 4 arg. 3

Praeterea, vitium capitale habet aliquam principalitatem. Sed inanis gloria non videtur habere aliquam principalitatem, neque quantum ad rationem peccati, quia non semper est peccatum mortale; neque etiam quantum ad rationem boni appetibilis, quia gloria humana videtur esse quiddam fragile et extra hominem existens. Ergo inanis gloria non est vitium capitale.

II-II q. 132 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Gregorius, XXXI Moral., numerat inanem gloriam inter septem vitia capitalia.

II-II q. 132 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod de vitiis capitalibus dupliciter aliqui loquuntur. Quidam enim ponunt superbiam unum de vitiis capitalibus. Et hi non ponunt inanem gloriam inter vitia capitalia. Gregorius autem, in XXXI Moral., superbiam ponit reginam omnium vitiorum, et inanem gloriam, quae immediate ab ipsa oritur, ponit vitium capitale. Et hoc rationabiliter. Superbia enim, ut infra dicetur, importat inordinatum appetitum excellentiae. Ex omni autem bono quod quis appetit, quandam perfectionem et excellentiam consequitur. Et ideo fines omnium vitiorum ordinantur in finem superbiae. Et propter hoc videtur quod habeat quandam generalem causalitatem super alia vitia, et non debeat computari inter specialia vitiorum principia, quae sunt vitia capitalia. Inter bona autem per quae excellentiam homo consequitur, praecipue ad hoc operari videtur gloria, inquantum importat manifestationem bonitatis alicuius, nam bonum naturaliter amatur et honoratur ab omnibus. Et ideo sicut per gloriam quae est apud Deum, consequitur homo excellentiam in rebus divinis; ita etiam per gloriam hominum consequitur homo excellentiam in rebus humanis. Et ideo, propter propinquitatem ad excellentiam, quam homines maxime desiderant, consequens est quod sit multum appetibilis, et quod ex eius inordinato appetitu multa vitia oriantur. Et ita inanis gloria est vitium capitale.

II-II q. 132 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod aliquod vitium oriri ex superbia non repugnat ei quod est esse vitium capitale, eo quod, sicut supra dictum est, superbia est regina et mater omnium vitiorum.

II-II q. 132 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod laus et honor comparantur ad gloriam, ut supra dictum est, sicut causae ex quibus gloria sequitur. Unde gloria comparatur ad ea sicut finis, propter hoc enim aliquis amat honorari et laudari, inquantum per hoc aliquis aestimat se in aliorum notitia fore praeclarum.

II-II q. 132 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod inanis gloria habet principalem rationem appetibilis, ratione iam dicta, et hoc sufficit ad rationem vitii capitalis. Non autem requiritur quod vitium capitale semper sit peccatum mortale, quia etiam ex veniali peccato potest mortale oriri, inquantum scilicet veniale disponit ad mortale.

CXXXII.5. Zda se vhodně nazývají dcerami marné slávy neposlušnost, chlubivost pokrytectví, hádka, zarputilost, nesvornost a novotářská opovážlivost.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že se nevhodně nazývají dcerami marné slávy neposlušnost, chlubivost, pokrytectví, hádka, zarputilost, nesvornost a novotářská opovážlivost. Neboť chlubivost podle Řehoře, XXIII. Moral., klade se mezi druhy pýchy. Pýcha však nevzniká z marné slávy, nýbrž spíše naopak, jak praví Řehoř, XXXI. Moral. Tedy chlubivost není dcera marné slávy.

Mimo to zdá se, že hádky a nesvornosti vznikají nejvíce z hněvu. Ale hněv je hlavní nešest, oddělená od slávy. Tedy zdá se, že není dcera marné slávy.

Mimo to Zlatoústý praví, K Mat., že marná sláva je všude zlo, ale nejvíce ve filanthropii, to jest v milosrdenství, které však není nic nového, nýbrž jest u lidí obvyklé. Tedy novotářská opovážlivost nemá se udávati za zvláštní, dceru marné slávy.

Avšak proti jest autorita Řehoře, který označuje řečené dcery marné slávy v XXXI. Moral.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, ony neřesti, které ze sebe jsou zařízeny k cíli nějaké hlavní neřesti, slují její dcery. Cílem pak marné slávy je zjevení vlastního vynikání, jak je patrné ze shora řečených. K tomu však může člověk tíhnouti dvojmo: jedním způsobem přímo, buď slovy, a tak je chlubivost; nebo skutky; a takto, jsou-li pravdivé a mají cosi obdivuhodného, je novotářská opovážlivost, kterou lidé obvykle více obdivují; jsou-li však nepravdivé, tak jest pokrytectví. Jiným způsobem usiluje někdo zjeviti své vynikání nepřímo, ukazuje, že není menší než jiný, a to čtverým. A to, nejprve vzhledem k rozumu a tak je zarputilost, jíž se někdo příliš opírá o své mínění, nechtěje věřiti lepšímu mínění. Za druhé vzhledem k vůli, když nechce ustoupiti od vlastní vůle, aby se s jinými shodl, a tak je nesvornost. Za třetí vzhledem k mluvení, a tak je hádka, když se někdo s křikem přes druhým. Za čtvrté vzhledem k činu, a tak je neposlušnost, když totiž někdo nechce vykonati příkaz představeného.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak bylo shora řečeno. chlubivost se udává za druh pýchy vzhledem k její vnitřní příčině, kterou je zpupnost, kdežto sama vnější chlubivost, jak praví ve IV. Ethic., někdy je sice zařízena k zisku, ale častěji ke slávě a cti, a tak vzniká z marné slávy.

K druhému se musí říci, že hněv není příčinou nesvornosti a hádky, leč ve spojení s marnou slávou; tím totiž, že někdo si pokládá za slavné, že neustupuje vůli nebo slovům jiných.

5. De filiabus eius: quot et quae sint.

II-II q. 132 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter dicantur filiae inanis gloriae esse *inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, novitatum praesumptio*. Iactantia enim, secundum Gregorium, XXIII Moral., ponitur inter species superbiae. Superbia autem non oritur ex inani gloria, sed potius e converso, ut Gregorius dicit, XXXI Moral. Ergo iactantia non debet poni filia inanis gloriae.

II-II q. 132 a. 5 arg. 2

Praeterea, contentiones et discordiae videntur ex ira maxime provenire. Sed ira est capitale vitium inani gloriae condivisum. Ergo videtur quod non sint filiae inanis gloriae.

II-II q. 132 a. 5 arg. 3

Praeterea, Chrysostomus dicit, super Matth., quod *ubique vana gloria malum est, sed maxime in philanthropia*, idest in misericordia. Quae tamen non est aliquid novum, sed in consuetudine hominum existit. Ergo praesumptio novitatum non debet specialiter poni filia inanis gloriae.

II-II q. 132 a. 5 s. c.

Sed contra est auctoritas Gregorii, in XXXI Moral., ubi praedictas filias inani gloriae assignat.

II-II q. 132 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, illa vitia quae de se nata sunt ordinari ad finem alicuius vitii capitalis, dicuntur filiae eius. Finis autem inanis gloriae est manifestatio propriae excellentiae, ut ex supra dictis patet. Ad quod potest homo tendere dupliciter. Uno modo, directe, sive per verba, et sic est iactantia; sive per facta, et sic, si sint vera, habentia aliquam admirationem, est praesumptio novitatum, quas homines solent magis admirari; si autem per ficta sit, sic est hypocrisis. Alio autem modo nititur aliquis manifestare suam excellentiam indirecte, ostendendo se non esse alio minorem. Et hoc quadrupliciter. Primo quidem, quantum ad intellectum, et sic est pertinacia, per quam homo nimis innititur suae sententiae, nolens credere sententiae meliori. Secundo, quantum ad voluntatem, et sic est discordia, dum non vult a propria voluntate discedere ut aliis concordet. Tertio, quantum ad locutionem, et sic est contentio, dum aliquis verbis clamose contra alium litigat. Quarto, quantum ad factum, et sic est inobedientia, dum scilicet aliquis non vult exequi superioris praeceptum.

II-II q. 132 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut supra dictum est, iactantia ponitur species superbiae quantum ad interiorem causam eius, quae est arrogantia. Ipsa autem iactantia exterior. Ut dicitur in IV Ethic., ordinatur quandoque quidem ad lucrum, sed frequentius ad gloriam vel honorem. Et sic oritur ex inani gloria.

II-II q. 132 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod ira non causat discordiam et contentionem nisi cum adiunctione inanis gloriae, per hoc scilicet quod aliquis sibi gloriosum reputat quod non cedat voluntati vel verbis aliorum.

K třetímu se musí říci, že marná sláva je haněna při almužně pro nedostatek lásky, který zdá se býti v tom, kdo dává přednost marné slávě před prospěchem bližního, když toto činí pro ono. Avšak není nikdo haněn proto, že se opovažuje dávati almužnu, jako by něco nového.

CXXXIII. O malomyslnosti.

Předmluva

Dělí se na dva články. Pak jest uvažovati o malomyslnosti. A o tom jsou dvě otázky:

1. Zda malomyslnost je hřích.

2. Které ctnosti je protilehlá.

CXXXIII.1. Zda malomyslnost je hřích.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že malomyslnost není hřích. Z každého hříchu totiž se stává někdo špatný, jako z každé ctnosti se někdo stává dobrý. Ale malomyslný není špatný, jak praví Filosof ve IV. Ethic. Tedy malomyslnost není hřích.

Mimo to praví Filosof tamtéž, že nejvíce zdá se býti malomyslný, kdo je hodný velkých dober a přece se jimi nehodnotí. Ale nikdo není hoden velkých dober, leč ctnostný, protože, jak praví tamtéž Filosof, podle pravdy pouze dobrého je cíti. Tedy malomyslný je ctnostný. Není tedy malomyslnost hřích.

Mimo to "začátek každého hříchu je pýcha", jak se praví Eccli. 10. Ale malomyslnost nevychází z pýchy, protože pyšný se vyvyšuje nad to, co jest, malomyslný však se vzdaluje těch, kterých je hoden. Tedy malomyslnost není hřích.

Mimo to praví Filosof ve IV. Ethic., že kdo se hodnotí menšími než je hoden, sluje malomyslný. Ale mnohdy svatí mužové se méně hodnotí, než jsou hodni, jak je patrné u Mojžíše a Jeremiáše, kteří byli hodni služby, k níž byli vzati od Boha, kterou však oba odmítali pokorně, jak máme Exod. 3, a Jerem. 1. Není tedy malomyslnost hřích.

Avšak proti jest, že ničeho se v lidských mravech není varovati než hříchu. Ale malomyslnosti je se varovati. Praví se totiž Kolos. 3: "Otcové, nepopouzejte k hněvu svých dítek, aby se nestaly malomyslnými." Tedy malomyslnost je hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že všechno to, co odporuje přirozenému sklonu, je hřích, protože odporuje přirozenému zákonu. Má však každá věc přirozený sklon k vykonání skutku, přiměřeného její mohutnosti, jak je patrné ve všech přirozených věcech, jak oduševnělých, tak bezduchých. Jako však opovážlivostí překročuje někdo poměr své mohoucnosti, když usiluje o větší, než může, tak malomyslný také vypadá z poměru své mohoucnosti, když se zdráhá tíhnouti k tomu, co je jeho mohoucnosti

II-II q. 132 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod inanis gloria vituperatur circa eleemosynam propter defectum caritatis, qui videtur esse in eo qui praefert inanem gloriam utilitati proximi, dum hoc propter illud facit. Non autem vituperatur aliquis ex hoc quod praesumat eleemosynam facere quasi aliquid novum.

133. De pusillanimitate quae opponitur magnanimitati secundum defectum.

Prooemium

II-II q. 133 pr.

Deinde considerandum est de pusillanimitate. Et circa hoc quaeruntur duo. Primo, utrum pusillanimitas sit peccatum. Secundo, cui virtuti opponatur.

1. Utrum sit peccatum.

II-II q. 133 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod pusillanimitas non sit peccatum. Ex omni enim peccato aliquis efficitur malus, sicut ex omni virtute aliquis efficitur bonus. *Sed pusillanimus non est malus*, ut philosophus dicit, in IV Ethic. Ergo pusillanimitas non est peccatum.

II-II q. 133 a. 1 arg. 2

Praeterea, philosophus dicit, ibidem, quod *maxime videtur pusillanimus esse qui magnis bonis dignus existit, et tamen his non dignificat seipsum*. Sed nullus est dignus magnis bonis nisi virtuosus, quia, ut ibidem philosophus dicit, *secundum veritatem solus bonus est honorandus*. Ergo pusillanimus est virtuosus. Non ergo pusillanimitas est peccatum.

II-II q. 133 a. 1 arg. 3

Praeterea, initium omnis peccati est superbia, ut dicitur Eccli. X. Sed pusillanimitas non procedit ex superbia, quia superbus extollit se supra id quod est; pusillanimus autem subtrahit se ab his quibus est dignus. Ergo pusillanimitas non est peccatum.

II-II q. 133 a. 1 arg. 4

Praeterea, philosophus dicit, in IV Ethic., quod qui dignificat se minoribus quam sit dignus, dicitur pusillanimus. Sed quandoque sancti viri dignificant seipsos minoribus quam sint digni, sicut patet de Moyse et Ieremia, qui digni erant officio ad quod assumebantur a Deo, quod tamen uterque eorum humiliter recusabat, ut habetur Exod. III et Ierem. I. Non ergo pusillanimitas est peccatum.

II-II q. 133 a. 1 s. c.

Sed contra, nihil in moribus hominum est vitandum nisi peccatum. Sed pusillanimitas est vitanda, dicitur enim ad Coloss. III, *patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant*. Ergo pusillanimitas est peccatum.

II-II q. 133 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod omne illud quod contrariatur naturali inclinationi est peccatum, quia contrariatur legi naturae. Inest autem unicuique rei naturalis inclinatio ad exequendam actionem commensuratam suae potentiae, ut patet in omnibus rebus naturalibus, tam animatis quam inanimatis. Sicut autem per praesumptionem aliquis excedit proportionem suae potentiae, dum nititur ad

přiměřené. A proto, jako je hřích opovážlivost, tak i malomyslnost. A odtud je, že služebník, jenž. přijaté peníze svého pána zakopal do země a netěžil z nich pro jakousi bázeň malomyslnou, je trestán od pána, jak máme Mat. 25. a Luk. 19.

K prvnímu se tedy musí říci, že Filosof nazývá špatnými ony, kteří působí bližním škody. A podle toho se praví, že malomyslný není špatný, protože nikomu nepůsobí škodu, leč případkově pokud totiž opomíjí úkony, kterými by mohl jiným pomáhati. Praví totiž Řehoř, v Pastýřském, že "ti, kteří opomíjejí užitečnou pomoc bližním v kázání, jsou-li přísně souzeni, nepochybně tolik zavinili, kolik mohli vystoupením na veřejnost prospěti."

K druhému se musí říci, že nic nebrání, aby někdo, mající zběhlost ctnosti, hřešil: a to všedně, když zůstává zběhlost, smrtelně však při zrušení samé zběhlosti ctnosti milosti. A proto se může přihoditi že někdo z ctnosti, kterou má, je hoden konati nějaká velká, která jsou hodna velké pocty. A přece tím, že sám neusiluje své ctnosti užívati, hřeší, někdy sice všedně, někdy však smrtelné. - Nebo se může říci, že malomyslný je hoden velkých podle způsobilosti ke ctnosti, kterou má buď z dobrého uzpůsobení přirozenosti, nebo vědění nebo z vnějšího majetku, a stává se malomyslným, když se zdráhá jich užívati ke ctnosti.

K třetímu se musí říci, že i malomyslnost nějak může vzniknouti z pýchy, když totiž někdo příliš spoléhá na vlastní názor, kterým se domnívá, že je nedostatečný na ta, na která má dostatečnost. Proto se praví Přísl. 26: "Lenivý připadá si moudřejší než sedm mužů, mluvících průpovědi." Nic totiž nevadí, aby se v něčem snižoval a v jiném se na výsost vynášel. Pročež Řehoř v Past. praví o Mojžíšovi, že by snad byl pyšný, kdyby přijal vůdcovství nesčetného lidu bez chvění; a opět by byl pyšný, kdyby se zpěčoval uposlechnouti příkazu Tvůrcova.

Ke čtvrtému se musí říci, že Mojžíš a Jeremiáš byli hodni služby, k níž byli Bohem vyvoleni z Boží milosti. Ale sami odmítali, uvažujíce nedostatečnost vlastní slabosti; ne však tvrdošíjně, aby neupadli v pýchu.

CXXXIII.2. Zda malomyslnost je protilehlá velkodušnosti.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že malomyslnost není protilehlá velkodušnosti. Praví totiž Filosof, ve IV. Ethic., že "malomyslný nezná sebe; žádal by totiž dobra, kterých je hoden, kdyby se znal". Ale neznalost sebe zdá se protilehlá opatrnosti. Tedy malomyslnost je protilehlá opatrnosti.

Mimo to Mat. 25 služebníka, jenž z malomyslnosti odepřel užíti peněz, nazývá Pán nešlechetným a lenivým. Filosof maiora quam possit; ita etiam pusillanimus deficit a proportione suae potentiae, dum recusat in id tendere quod est suae potentiae commensuratum. Et ideo, sicut praesumptio est peccatum, ita et pusillanimitas. Et inde est quod servus qui acceptam pecuniam domini sui fodit in terram, nec est operatus ex ea, propter quendam pusillanimitatis timorem, punitur a domino, ut habetur Matth. XXV et Luc. XIX.

II-II q. 133 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod philosophus illos nominat malos qui proximis inferunt nocumenta. Et secundum hoc, pusillanimus dicitur non esse malus, quia nulli infert nocumentum, nisi per accidens, inquantum scilicet deficit ab operationibus quibus posset alios iuvare. Dicit enim Gregorius, in pastorali, quod *illi qui prodesse utilitati proximorum in praedicatione refugiunt, si districte iudicentur, ex tantis rei sunt ex quantis venientes ad publicum prodesse potuerunt*.

II-II q. 133 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod nihil prohibet aliquem habentem habitum virtutis peccare, venialiter quidem, etiam ipso habitu remanente; mortaliter autem, cum corruptione ipsius habitus virtutis gratuitae. Et ideo potest contingere quod aliquis ex virtute quam habet sit dignus ad aliqua magna facienda, quae sunt digna magno honore; et tamen, per hoc quod ipse non attentat sua virtute uti, peccat, quandoque quidem venialiter, quandoque autem mortaliter. Vel potest dici quod pusillanimus est dignus magnis secundum habilitatem ad virtutem quae inest ei, vel ex bona dispositione naturae, vel ex scientia, vel ex exteriori fortuna, quibus dum recusat uti ad virtutem, pusillanimus redditur.

II-II q. 133 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod etiam pusillanimitas aliquo modo ex superbia potest oriri, dum scilicet aliquis nimis proprio sensui innititur, quo reputat se insufficientem ad ea respectu quorum sufficientiam habet. Unde dicitur Prov. XXVI, *sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias*. Nihil enim prohibet quod se quantum ad aliqua deiiciat, et quantum ad alia se in sublime extollat. Unde Gregorius, in pastorali, de Moyse dicit quod *superbus fortasse esset si ducatum plebis suae sine trepidatione susciperet, et rursum superbus existeret si auctoris imperio obedire recusaret*.

II-II q. 133 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod Moyses et Ieremias digni erant officio ad quod divinitus eligebantur, ex divina gratia. Sed ipsi considerantes propriae infirmitatis insufficientiam, recusabant, non tamen pertinaciter, ne in superbiam laberentur.

2. Cui vinuti opponatur.

II-II q. 133 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod pusillanimitas non opponatur magnanimitati. Dicit enim philosophus, in IV Ethic., quod *pusillanimus ignorat seipsum, appeteret enim bona quibus dignus est, si se cognosceret*. Sed ignorantia sui videtur opponi prudentiae. Ergo pusillanimitas opponitur prudentiae.

II-II q. 133 a. 2 arg. 2

Praeterea, Matth. XXV, servum qui propter

také praví ve IV. Ethic., že malomyslní se zdají býti leniví. Ale lenost je protilehlá starostlivosti, která je úkonem opatrnosti, jak jsme měli shora. Tedy malomyslnost není protilehlá velkodušnosti.

Mimo to malomyslnost zdá se vycházeti z nezřízené bázně; pročež se praví Isai. 35: "Rcete malomyslným: Vzmužte se a nebojte se!" Zdá se také vycházeti z nezřízeného hněvu, podle onoho Kolos. 3: "Otcové, nepopouzejte k hněvu své děti, aby se nestaly malomyslnými." Ale nezřízenost bázně je protilehlá statečnosti, nezřízenost pak hněvu tichosti. Tedy malomyslnost není protilehlá velkodušnosti.

Mimo to neřest, která je protilehlá nějaké ctnosti, je tím těžší, čím je ctnosti nepodobnější. Ale malomyslnost je více nepodobná velkodušnosti než opovážlivost. Tedy, kdyby malomyslnost byla protilehlá velkodušnosti, následovalo by, že by byla větším hříchem než opovážlivost, což je proti onomu Eccli. 37: "Ó nejšpatnější opovážlivosti, odkud ses zrodila?" Není tedy malomyslnost protilehlá velkodušnosti.

Avšak proti jest, že malomyslnost a velkodušnost liší se podle velikosti a malosti ducha, jak je patrné ze samých jmen. Ale veliké a malé jsou protilehlá. Tedy malomyslnost je protilehlá velkodušnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že malomyslnost lze pozorovati. trojmo: jedním způsobem samu o sobě. A tak je patrné, že podle vlastního pojmu je protilehlá velkodušnosti, od níž se liší podle rozdílu velikosti a malosti. ohledně téhož; neboť jako velkodušný z velikosti duše směřuje k velkým, tak malomyslný z malosti. duše se vzdaluje velkých.

Jiným způsobem lze pozorovati se strany její příčiny, kterou se strany rozumu je neznalost vlastního stavu, se strany pak žádostivosti je bázeň pochybení v těch, o kterých mysli, že přesahují jeho schopnost.

Třetím způsobem lze pozorovati vzhledem k účinku, kterým jest vzdalovati se velikých, jichž je hoden. Ale, jak bylo shora řečeno, protilehlost neřesti k ctnosti se bere více podle vlastního druhu než podle příčiny a účinku. A proto malomyslnost je přímo protilehlá velkodušnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že onen důvod platí o malomyslnosti se strany příčiny, kterou má v rozumu. A přece nevlastně lze říci, že je protilehlá opatrnosti i podle své příčiny, protože taková nevědomost nepochází z nemoudrosti, nýbrž spíše z lenosti pozorovati svou schopnost, jak se praví ve IV. Ethic., nebo vykonati, co podléhá jeho moci.

K druhému se musí říci, že onen důvod platí o malomyslnosti se strany účinku.

K třetímu se musí říci, že onen důvod platí se strany příčiny. Přece však bázeň, příčina malomyslnosti, není vždy bázeň nebezpečí smrti. Proto i s této strany nemusí býti protilehlá statečnosti. - Hněv pak podle svého rázu pusillanimitatem pecunia uti recusavit, vocat dominus malum et pigrum. Philosophus etiam dicit, in IV Ethic., quod pusillanimi videntur pigri. Sed pigritia opponitur sollicitudini, quae est actus prudentiae, ut supra habitum est. Ergo pusillanimitas non opponitur magnanimitati.

II-II q. 133 a. 2 arg. 3

Praeterea, pusillanimitas videtur ex inordinato timore procedere, unde dicitur Isaiae XXXV, *dicite, pusillanimes, confortamini et nolite timere*. Videtur etiam procedere ex inordinata ira, secundum illud Coloss. III, *patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant*. Sed inordinatio timoris opponitur fortitudini, inordinatio autem irae mansuetudini. Ergo pusillanimitas non opponitur magnanimitati.

II-II q. 133 a. 2 arg. 4

Praeterea, vitium quod opponitur alicui virtuti, tanto gravius est quanto magis est virtuti dissimile. Sed pusillanimitas magis est dissimilis magnanimitati quam praesumptio. Ergo, si pusillanimitas opponeretur magnanimitati, sequeretur quod esset gravius peccatum quam praesumptio. Quod est contra id quod dicitur Eccli. XXXVII, *o praesumptio nequissima, unde creata es?* Non ergo pusillanimitas magnanimitati opponitur.

II-II q. 133 a. 2 s. c.

Sed contra est quod pusillanimitas et magnanimitas differunt secundum magnitudinem et parvitatem animi, ut ex ipsis nominibus apparet. Sed magnum et parvum sunt opposita. Ergo pusillanimitas opponitur magnanimitati.

II-II q. 133 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod pusillanimitas potest tripliciter considerari. Uno modo, secundum seipsam. Et sic manifestum est quod secundum propriam rationem opponitur magnanimitati, a qua differt secundum differentiam magnitudinis et parvitatis circa idem, nam sicut magnanimus ex animi magnitudine tendit ad magna, ita pusillanimus ex animi parvitate se retrahit a magnis. Alio modo potest considerari ex parte suae causae, quae ex parte intellectus, est ignorantia propriae conditionis; ex parte autem appetitus, est timor deficiendi in his quae falso aestimat excedere suam facultatem. Tertio modo potest considerari quantum ad effectum, qui est retrahere se a magnis quibus est dignus. Sed sicut supra dictum est, oppositio vitii ad virtutem attenditur magis secundum propriam speciem quam secundum causam vel effectum. Et ideo pusillanimitas directe magnanimitati opponitur.

II-II q. 133 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa procedit de pusillanimitate ex parte causae quam habet in intellectu. Et tamen non proprie potest dici quod opponatur prudentiae etiam secundum causam suam, quia talis ignorantia non procedit ex insipientia, sed magis ex pigritia considerandi suam facultatem, ut dicitur in IV Ethic., vel exequendi quod suae subiacet potestati.

II-II q. 133 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit de pusillanimitate ex parte effectus.

II-II q. 133 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit ex parte causae. Nec tamen timor causans pusillanimitatem semper est timor periculorum mortis. Unde etiam ex hac

vlastního pohybu, kterým je někdo unášen k pomstě, není příčinou malomyslnosti, která sráží ducha, nýbrž spíše ji odklízí. Vede však k malomyslnosti k vůli příčinám hněvu, kterými jsou bezpráví utrpěná, jimiž je srážen duch trpícího.

Ke čtvrtému se musí říci, že malomyslnost je podle vlastního druhu větší hřích než opovážlivost, protože skrze ni člověk ustupuje od dober, což je nejhorší, jak praví Filosof ve IV. Ethic. Ale opovážlivost sluje nejšpatnější k vůli pýše, z níž vychází.

CXXXIV. O velkorysosti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Pak jest uvažovati o velkorysosti a neřestech protilehlých. O velkorysosti jsou pak čtyři otázky:

1. Zda velkorysost je ctnost.
2. Zda je ctnost zvláštní.
3. Jaká jest její látka.
4. Zda je části statečnosti.

CXXXIV.1. Zda velkorysost je ctnost.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že velkorysost není ctnost. Kdo totiž má jednu ctnost, má všechny, jak jsme měli shora. Ale někdo může míti jiné ctnosti bez velkorysosti. Praví totiž Filosof ve IV. Ethic., že "ne každý štědrý je velkorysý". Tedy velkorysost není ctnost.

Mimo to mravní ctnost spočívá ve středu, jak je patrné v II. Ethic. Ale velkorysost nezdá se spočívati ve středu, neboť přesahuje štědrost velikostí; veliké však je protilehlé malému jako krajnost a jejich střed je rovno, jak se praví v X. Metafys. A tak velkorysost není ve středu, nýbrž v krajnosti. Tedy není ctnost.

Mimo to žádná ctnost neodporuje přirozenému sklonu, nýbrž spíše jej zdokonaluje, jak jsme měli shora. Ale, jak praví Filosof ve IV. Ethic., velkorysý "není nákladný na sebe", což je proti přirozenému sklonu, kterým každý nejvíce obstarává sebe. Tedy velkorysost není ctnost.

Mimo to, podle Fiilosofa ve IV. Ethic., umění je "správný pojem dělaných". Ale velkorysost jest o dělaných, jak je patrné ze samého jména. Tedy je spíše umění než ctnost.

Avšak proti jest, že lidská ctnost je jakýsi podíl ctnosti Boží. Ale velkorysost náleží k ctnosti Boží, podle onoho Žalmu 67: "Velkorysost jeho a síla jeho v oblacích." Tedy velkorysost je ctnost.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak se praví v I. O nebi, ctnost sluje ve srovnání s posledním, co mohoucnost může. Nikoliv ovšem s posledním se strany nedostatku, nýbrž se strany nadbytku, jehož ráz spočívá ve velikosti. A proto parte non oportet quod opponatur fortitudini. Ira autem, secundum rationem proprii motus, quo quis extollitur in vindictam, non causat pusillanimitatem, quae deiicit animum, sed magis tollit eam. Inducit autem ad pusillanimitatem ratione causarum irae, quae sunt iniuriae illatae, ex quibus deiicitur animus patientis.

II-II q. 133 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod pusillanimitas est gravius peccatum, secundum propriam speciem, quam praesumptio, quia per ipsam recedit homo a bonis, quod est pessimum, ut dicitur in IV Ethic. Sed praesumptio dicitur esse nequissima ratione superbiae, ex qua procedit.

134. De magnificentia.

Prooemium

II-II q. 134 pr.

Deinde considerandum est de magnificentia et vitiis oppositis. Circa magnificentiam autem quaeruntur quatuor. Primo, utrum magnificentia sit virtus. Secundo, utrum sit virtus specialis. Tertio, quae sit materia eius. Quarto, utrum sit pars fortitudinis.

1. Utrum magnificentia sit virtus.

II-II q. 134 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod magnificentia non sit virtus. Qui enim habet unam virtutem, habet omnes, ut supra habitum est. Sed aliquis potest habere alias virtutes sine magnificentia, dicit enim philosophus, in IV Ethic., quod *non omnis liberalis est magnificus*. Ergo magnificentia non est virtus.

II-II q. 134 a. 1 arg. 2

Praeterea, virtus moralis consistit in medio, ut in II Ethic. dicitur. Sed magnificentia non videtur consistere in medio. Superexcellit enim liberalitatem magnitudine. Magnum autem opponitur parvo sicut extremum, quorum medium est aequale, ut dicitur X Metaphys. Et sic magnificentia non est in medio, sed in extremo. Ergo non est virtus.

II-II q. 134 a. 1 arg. 3

Praeterea, nulla virtus contrariatur inclinationi naturali, sed magis perficit ipsam, ut supra habitum est. Sed sicut philosophus dicit, in IV Ethic., *magnificus non est sumptuosus in seipsum*, quod est contra inclinationem naturalem, per quam aliquis maxime providet sibi. Ergo magnificentia non est virtus.

II-II q. 134 a. 1 arg. 4

Praeterea, secundum philosophum, in VI Ethic., ars est recta ratio factibilium. Sed magnificentia est circa factibilia, ut ex ipso nomine apparet. Ergo magis est ars quam virtus.

II-II q. 134 a. 1 s. c.

Sed contra, virtus humana est participatio quaedam virtutis divinae. Sed magnificentia pertinet ad virtutem divinam, secundum illud Psalmi, *magnificentia eius et virtus eius in nubibus*. Ergo magnificentia est virtus.

II-II q. 134 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dicitur in I de caelo, *virtus dicitur per comparationem ad ultimum in quod potentia potest*, non quidem ad ultimum ex parte defectus;

konati něco velikého, z čehož se bere jméno velkorysosti, náleží vlastně k pojmu ctnosti. Proto velkorysost je ctnost.

K prvnímu se tedy musí říci, že ne každý štědrý je velkorysý co do skutku, protože se mu nedostává těch, kterých je třeba užívati ke skutku velkorysému. Avšak každý štědrý má pohotovost velkorysosti buď v uskutečnění nebo v blízké přípravě, jak bylo řečeno shora, když se jednalo o spojitosti ctností.

K druhému se musí říci, že velkorysost spočívá sice v krajnosti, uvažuje-li se velikost toho, co činí. Spočívá však ve středu, uvažuje-li se pravidlo rozumu, od něhož se neuchyluje, ani je nepřesahuje, jak bylo také řečeno o velkodušnosti.

K třetímu se musí říci, že k velkorysosti náleží konati něco velikého. Co však náleží k osobě každého, je něco malého ve srovnání s tím, co náleží věcem božským nebo věcem společným. A proto velkorysý neusiluje hlavně vynakládati na to, co náleží k jeho vlastní osobě, ne že nehledá svého dobra. nýbrž proto, že není veliké. Jestliže však něco v těch, které náležejí jemu, je veliké, to velkorysý také velkoryse sleduje jako ta, která se dějí jen jednou, jako svatba, nebo něco jiného takového, nebo také ta, která jsou trvalá; jako náleží velkorysému připraviti vhodné bydlení, jak se praví ve IV. Ethic.

Ke čtvrtému se musí říci, že, jak praví Filosof v VI. Ethic.. "musí býti nějaká ctnost umění; totiž mravní", kterou by totiž žádost byla nakloněna správně užívati pojmu umění. A to náleží velkorysosti. Proto není umění, nýbrž ctnost.

CXXXIV.2. Zda velkorysost je zvláštní ctnost.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že velkorysost není zvláštní ctnost. Velkorysosti totiž zdá se náleželi konání něčeho velikého. Ale konati něco velikého může náležeti kterékoli ctnosti, je-li veliká; jako, kdo má velikou ctnost mírnosti, koná veliké dílo mírnosti. Tedy velkorysost není nějaká zvláštní ctnost, nýbrž znamená dokonalý stav kterékoli ctnosti.

Mimo to se zdá témuž náležeti konati něco a tíhnouti k tomu. Ale tíhnouti k něčemu velikému náleží velkodušnosti, jak bylo shora řečeno. Tedy též konati něco velikého náleží velkodušnosti. Není tedy velkorysost ctnost rozdílná od velkodušnosti.

Mimo to se zdá velkorysost náležeti ke svatosti. Praví se totiž Exod. 15: "Velkorysý ve svatosti." A v Žalmu 95: "Svatost a velkorysost v jeho posvěcování." Ale svatost je totéž, co nábožnost, jak jsme měli shora. Tedy se zdá velkorysost býti totéž, co nábožnost. Není tedy ctnost zvláštní, odlišná od jiných.

sed ex parte excessus, cuius ratio consistit in magnitudine. Et ideo operari aliquid magnum, ex quo sumitur nomen magnificentiae, proprie pertinet ad rationem virtutis. Unde magnificentia nominat virtutem.

II-II q. 134 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod non omnis liberalis est magnificus quantum ad actum, quia desunt sibi ea quibus uti necesse est ad actum magnificum. Tamen omnis liberalis habet habitum magnificentiae, vel actu vel in propinqua dispositione, ut supra dictum est, cum de connexione virtutum ageretur.

II-II q. 134 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod magnificentia consistit quidem in extremo, considerata quantitate eius quod facit. Sed tamen in medio consistit, considerata regula rationis, a qua non deficit nec eam excedit, sicut et de magnanimitate dictum est.

II-II q. 134 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod ad magnificentiam pertinet facere aliquid magnum. Quod autem pertinet ad personam uniuscuiusque, est aliquid parvum in comparatione ad id quod convenit rebus divinis vel rebus communibus. Et ideo magnificus non principaliter intendit sumptus facere in his quae pertinent ad personam propriam, non quia bonum suum non quaerat, sed quia non est magnum. Si quid tamen in his quae ad ipsum pertinent magnitudinem habeat, hoc etiam magnifice magnificus prosequitur, sicut ea quae semel fiunt, ut nuptiae vel aliquid aliud huiusmodi; vel etiam ea quae permanentia sunt, sicut ad magnificum pertinet praeparare convenientem habitationem, ut dicitur in IV Ethic.

II-II q. 134 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod, sicut philosophus dicit, in VI Ethic., oportet artis esse quandam virtutem, scilicet moralem, per quam scilicet appetitus inclinetur ad recte utendum ratione artis. Et hoc pertinet ad magnificentiam. Unde non est ars, sed virtus.

2. Utrum sit virtus specialis.

II-II q. 134 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod magnificentia non sit specialis virtus. Ad magnificentiam enim videtur pertinere facere aliquid magnum. Sed facere aliquid magnum potest convenire cuilibet virtuti, si sit magna, sicut qui habet magnam virtutem temperantiae, facit magnum temperantiae opus. Ergo magnificentia non est aliqua specialis virtus, sed significat statum perfectum cuiuslibet virtutis.

II-II q. 134 a. 2 arg. 2

Praeterea, eiusdem videtur facere aliquid et tendere in illud. Sed tendere in aliquid magnum pertinet ad magnanimitatem, ut supra dictum est. Ergo et facere aliquid magnum pertinet ad magnanimitatem. Non ergo magnificentia est virtus distincta a magnanimitate.

II-II q. 134 a. 2 arg. 3

Praeterea, magnificentia videtur ad sanctitatem pertinere, dicitur enim Exod. XV, *magnificus in sanctitate*; et in Psalmo, *sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius*. Sed sanctitas idem est religioni, ut supra habitum est. Ergo magnificentia videtur esse idem religioni. Non ergo est virtus specialis ab aliis distincta.

Avšak proti jest, že Filosof v II. Ethic. ji vypočítává s jinými zvláštními. ctnostmi.

Odpovídám: Musí se říci, že velkorysosti náleží konati něco velikého, jak je patrné ze samého jména. Konání však lze bráti dvojmo: jedním způsobem vlastně, jiným způsobem obecně. Vlastně pak konati se říká činiti něco ve vnější látce, jako udělati dům nebo něco jiného takového. Obecně pak se říká konání jakékoli činnosti, ať přechází ve vnější látku, jako páliti nebo sekati, nebo zůstává v samém konajícím, jako rozuměti a chtíti. Jestliže se tedy velkorysost bere, pokud obnáší konání něčeho velikého, pokud se říká konání vlastně, tak je velkorysost zvláštní ctnost. Dílo konané totiž provádí umění. V jeho pak užívání lze viděti jeden zvláštní důvod dobroty, že samo dílo vykonané uměním je veliké, totiž v rozsahu, cennosti nebo hodnotě, což činí velkorysost. A podle toho je velkorysost zvláštní ctnost. - Jestliže však se bere jméno velkorysosti od toho, že znamená konaní velikého, pokud konati se bere obecně, pak velkorysost není zvláštní ctnost.

K prvnímu se tedy musí říci, že každé dokonalé ctnosti náleží konati veliké ve svém rodu, pokud konati se bere obecně; nikoli však, pokud se bere vlastně, neboť to je vlastní velkorysosti.

K druhému se musí říci, že velkodušnosti náleží nejen tíhnouti k velikému, nýbrž také ve všech ctnostech konati veliké, buď vykonáváním, nebo jakoukoliv činností, jak se praví ve IV. Ethic. Avšak tak, že velkodušnost při tom přihlíží pouze k rázu velikého, jiné pak ctnosti, které veliké konají, jsou-li dokonalé, neřídí hlavně svůj zřetel k velikému, nýbrž k tomu, co je vlastní každé ctnosti. Velikost pak následuje z velikosti ctnosti. Velkorysosti však náleží nejen konati veliké, pokud konati se bere vlastně, nýbrž také tíhnou ti duchem ke konaní velikého. Proto praví Tullius ve své Retor., že velkorysost je "vyhledávání a obstarávání věcí velikých a vynikajících, s nějakým obsáhlým a skvělým předsevzetím ducha", kdež vyhledávání se vztahuje na vnitřní úmysl, obstarávání pak má vnější provádění. Pročež, jako velkodušnost zamýšlí něco, velikého v každé látce, tak mu í i velkorysost v nějakém výtvoru děláném.

K třetímu se musí říci, že velkorysost zamýšlí vykonati veliké dílo. Díla pak konaná lidmi jsou zařízena k nějakému cíli. Žádný však cíl lidských skutků není tak veliký, jako čest Boží. A proto velkorysost koná veliké dílo hlavně v zařízení ke cti Boží. Pročež praví Filosof ve IV. Ethic., "nejvíce čestné náklady jsou, které se týkají božských obětí," a o ty nejvíce pečuje velkorysý. A proto velkorysost se pojí se svatostí, protože přední její účinek je zařízen k nábožnosti čili ke svatosti.

II-II q. 134 a. 2 s. c.

Sed contra est quod philosophus connumerat eam aliis virtutibus specialibus.

II-II q. 134 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod ad magnificentiam pertinet facere aliquid magnum, sicut ex ipso nomine apparet. Facere autem dupliciter potest accipi, uno modo, proprie; alio modo, communiter. Proprie autem facere dicitur operari aliquid in exteriori materia, sicut facere domum vel aliquid aliud huiusmodi. Communiter autem dicitur facere pro quacumque actione, sive transeat in exteriorem materiam, sicut urere et secare; sive maneat in ipso agente, sicut intelligere et velle. Si igitur magnificentia accipiatur secundum quod importat factionem alicuius magni prout factio proprie dicitur, sic magnificentia est specialis virtus. Opus enim factibile producitur ab arte. In cuius quidem usu potest attendi una specialis ratio bonitatis quod ipsum opus factum per artem sit magnum, scilicet in quantitate, pretiositate vel dignitate, quod facit magnificentia. Et secundum hoc magnificentia est specialis virtus. Si vero nomen magnificentiae accipiatur ab eo quod est facere magnum secundum quod facere communiter sumitur, sic magnificentia non est specialis virtus.

II-II q. 134 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ad quamlibet virtutem perfectam pertinet magnum facere in suo genere, secundum quod facere communiter sumitur, non autem secundum quod sumitur proprie, sed hoc est proprium magnificentiae.

II-II q. 134 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod ad magnanimitatem pertinet non solum tendere in magnum, sed etiam in omnibus virtutibus magnum operari, vel faciendo vel qualitercumque agendo, ut dicitur in IV Ethic., ita tamen quod magnanimitas circa hoc respicit solam rationem magni. Aliae autem virtutes, quae, si sint perfectae, magnum operantur, non principaliter dirigunt intentionem suam ad magnum, sed ad id quod est proprium unicuique virtuti, magnitudo autem consequitur ex quantitate virtutis. Ad magnificentiam vero pertinet non solum facere magnum secundum quod facere proprie sumitur, sed etiam ad magnum faciendum tendere animo, unde Tullius dicit, in sua rhetorica, quod *magnificentia est rerum magnarum et excelsarum, cum animi quadam ampla et splendida propositione, cogitatio atque administratio*; ut cogitatio referatur ad interiorem intentionem, administratio ad exteriorem executionem. Unde oportet quod sicut magnanimitas intendit aliquod magnum in omni materia, ita magnificentia in aliquo opere factibili.

II-II q. 134 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod magnificentia intendit opus magnum facere. Opera autem ab hominibus facta ad aliquem finem ordinantur. Nullus autem finis humanorum operum est adeo magnus sicut honor Dei. Et ideo magnificentia praecipue magnum opus facit in ordine ad honorem Dei. Unde philosophus dicit, in IV Ethic., quod *honorabiles sumptus sunt maxime qui pertinent ad divina sacrificia, et circa hoc maxime studet magnificus*. Et ideo magnificentia coniungitur sanctitati, quia praecipue eius effectus ad religionem, sive ad sanctitatem, ordinatur.

CXXXIV.3. Zda látka velkorysosti 'jsou veliké náklady.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že látka velkorysosti nejsou veliké náklady. Neboť ohledně téže látky nejsou dvě ctnosti. Ale ohledně nákladů je štědrost, jak jsme měli shora. Tedy velkorysost není ohledně nákladů.

Mimo to každý velkorysý je štědrý, jak se praví ve IV. Ethic. Ale štědrost je více ohledně darů než ohledně nákladů. Tedy ani velkorysost není hlavně ohledně nákladů, nýbrž spíše ohledně darů.

Mimo to velkorysosti náleží vykonati nějaký vnější skutek. Neděje se však jakýmikoliv náklady nějaký vnější skutek, i když jsou náklady veliké; třebas když někdo mnoho vynaloží na poslání xenií. Tedy náklady nejsou vlastní látka velkorysosti.

Mimo to veliké náklady nemohou konati než bohatí. Ale všechny ctnosti mohou míti také chudí, protože ctnosti nepotřebují nutně vnější zámožnosti, nýbrž samy sobě dostačují, jak praví Seneka, v I. kn. O hněvu. Tedy velkorysost není ohledně velkých nákladů.

Avšak proti jest, co praví Filosof ve IV. Ethic., že "velkorysost se nevztahuje na všechny úkony, které jsou s penězi, jako štědrost, nýbrž pouze na nákladné, ve kterých vyniká nad štědrost velikostí." Tedy je pouze ohledně velkých vydání.

Mimo to duchovní potěšení jsou větší než tělesná, jak jsme měli shora, když se jednalo o vášních. Ale někdy pro dychtivost duchovních potěšení ustupují někteří od zákonů Božích a od stavu ctnosti, jako pro zvědavost vědění; pročež též prvnímu člověku ďábel slíbil vědění, řka, Gen. 3: "Budete jako bohové, znajíce dobro i zlo." Tedy není mírnost pouze ohledně potěšení dotyku.

Mimo to, kdyby potěšení z dotyku byla vlastní látkou mírnosti, musila by mírnost býti o všech potěšeních dotyku. Není však ohledně všech, třebas ohledně těch, která jsou při hrách. Tedy potěšení dotyku nejsou vlastní látkou mírnosti.

Avšak proti jest, co praví Filosof, ve III. Ethic., že "mírnost vlastně jest ohledně dychtivostí a potěšení dotyku".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, tak je mírnost ohledně dychtivostí a potěšení, jako je statečnost ohledně bázní a odvážností. Statečnost však je ohledně bázní a odvážností vůči největším zlům, kterými sama přirozenost zaniká, což jsou nebezpečí smrti. Pročež podobně mírnost musí býti ohledně dychtivosti největších potěšení. A poněvadž potěšení následuje činnost přirozenou, tím jsou některá potěšení prudší, čím přirozenější činnosti následují. Nejvíce pak přirozené živočichům jsou činnosti, kterými se zachovává přirozenost jednotlivce pokrmem a nápojem. a přirozenost

4. Utrum sit solum circa delectationes tactus.

II-II q. 141 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod temperantia non solum sit circa concupiscentias et delectationes tactus. Dicit enim Augustinus, in libro de moribus Eccle., quod *munus temperantiae est in coercendis sedandisque cupiditatibus, quibus inhiamus in ea quae nos avertunt a legibus Dei et a fructu bonitatis eius*. Et post pauca subdit quod *officium temperantiae est contemnere omnes corporeas illecebras, laudemque popularem*. Sed non solum cupiditates delectationum tactus avertunt nos a legibus Dei, sed etiam concupiscentiae delectationum aliorum sensuum, quae etiam pertinent ad illecebras corporales, et similiter cupiditates divitiarum, vel etiam mundanae gloriae, unde dicitur, I ad Tim. ult., quod *radix omnium malorum est cupiditas*. Ergo temperantia non est solum circa concupiscentias delectationum tactus.

II-II q. 141 a. 4 arg. 2

Praeterea, philosophus dicit, in IV Ethic., quod *ille qui est parvis dignus et his dignificat seipsum, est temperatus, non autem magnanimus*. Sed honores parvi vel magni, de quibus ibi loquitur, non sunt delectabiles secundum tactum, sed secundum apprehensionem animalem. Ergo temperantia non est solum circa concupiscentias delectationum tactus.

II-II q. 141 a. 4 arg. 3

Praeterea, ea quae sunt unius generis, videntur eadem ratione pertinere ad materiam alicuius virtutis. Sed omnes delectationes sensuum videntur esse unius generis. Ergo pari ratione pertinent ad materiam temperantiae.

II-II q. 141 a. 4 arg. 4

Praeterea, delectationes spirituales sunt maiores quam corporales, ut supra habitum est, cum de passionibus ageretur. Sed quandoque propter concupiscentias delectationum spiritualium aliqui discedunt a legibus Dei et a statu virtutis, sicut propter curiositatem scientiae. Unde et primo homini Diabolus scientiam promisit, Gen. III, dicens, *eritis sicut dii, scientes bonum et malum*. Ergo non solum est temperantia circa delectationes tactus.

II-II q. 141 a. 4 arg. 5

Praeterea, si delectationes tactus essent propria materia temperantiae, oporteret quod circa omnes delectationes tactus temperantia esset. Non autem est circa omnes, puta circa eas quae sunt in ludis. Ergo delectationes tactus non sunt propria materia temperantiae.

II-II q. 141 a. 4 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in III Ethic., quod temperantia proprie est circa concupiscentias et delectationes tactus.

II-II q. 141 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, ita est temperantia circa concupiscentias et delectationes sicut fortitudo circa timores et audacias. Fortitudo autem est circa timores et audacias respectu maximorum malorum, quibus ipsa natura extinguitur, quae sunt pericula mortis. Unde similiter temperantia oportet quod sit circa concupiscentias maximarum delectationum. Et quia delectatio consequitur operationem connaturalem, tanto aliquae delectationes sunt vehementiores quanto

druhu spojením muže a ženy. A proto vlastně je mírnost ohledně potěšení pokrmů a nápojů a ohledně potěšení pohlavních. Tato potěšení však sledují smysl dotyku. Pročež zbývá, že mírnost je ohledně potěšení dotyku.

K prvnímu se tedy musí říci, že Augustin se tam zdá brát mírnost nikoli, pokud je ctnost zvláštní, mající vymezenou látku, nýbrž pokud jí náleží řízení rozumu v kterékoli látce, což náleží k povšechné podmínce ctnosti. Ačkoliv by se také mohlo říci, že ten, kdo může zadržovati největší potěšení, také mnohem spíše může zadržovati menší potěšení. A proto mírnosti, hlavně sice a vlastně, náleží říditi dychtivosti potěšení dotyku, druhotně však jiné dychtivosti.

K druhému se musí říci, že Filosof tam vztahuje jméno mírnosti k řízení vnějších věcí, když totiž někdo tíhne k některým sobě přiměřeným; ne však, pokud se vztahuje k řízení citů duše, které náležejí k ctnosti mírnosti.

K třetímu se musí říci, že potěšení jiných smyslů jinak se mají u lidí a jinak u jiných živočichů. U jiných totiž živočichů z jiných smyslů nevznikají potěšení, leč ve vztahu k předmětům dotyku, jako lva těší spatření jelena, nebo slyšení jeho hlasu, k vůli potravě. Člověk však se těší podle jiných smyslů, nejen pro toto, nýbrž také pro lahodnost smyslovou. A tak ohledně potěšení jiných smyslů. pokud se vztahují k potěšení dotyku, není mírnost hlavně, nýbrž v důsledku. Pokud však předměty jiných smyslů těší pro svou vhodnost, jako když těší člověka zvuk dobře zladěný, toto potěšení nenáleží k zachování přirozenosti. A proto nemají takové vášně takovou důležitost, aby o nich platila antonomasticky.

Ke čtvrtému se musí říci, že duchovní potěšení, ač podle své povah jsou větší než potěšení tělesná, nejsou přece tak pociťována smysly, a v důsledku nejímají tak prudce. smyslovou žádost, proti jejíž prudkosti se zachovává dobro rozumu mravní ctností. Nebo se musí říci, že duchovní potěšení, o sobě řečeno, jsou podle rozumu; pročež nemusejí býti zadržována, leda případkově, pokud totiž jedno duchovní potěšení odvádí od druhého, vyššího a náležitějšího.

K pátému se musí říci, že nenáležejí všechna potěšení dotyku k zachování přirozenosti. A proto mírnost nemusí býti ohledně všech potěšení dotyku.

consequuntur operationes magis naturales. Maxime autem naturales animalibus sunt operationes quibus conservatur natura individui per cibum et potum, et natura speciei per coniunctionem maris et feminae. Et ideo circa delectationes ciborum et potuum, et circa delectationes venereorum, est proprie temperantia. Huiusmodi autem delectationes consequuntur sensum tactus. Unde relinquitur quod temperantia sit circa delectationes tactus.

II-II q. 141 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Augustinus ibi videtur accipere temperantiam non secundum quod est specialis virtus habens determinatam materiam, sed secundum quod ad eam pertinet moderatio rationis in quacumque materia, quod pertinet ad generalem conditionem virtutis. Quamvis etiam dici possit quod ille qui potest refrenare maximas delectationes, multo etiam magis potest refrenare minores delectationes. Et ideo ad temperantiam principaliter quidem et proprie pertinet moderari concupiscentias delectationum tactus, secundario autem, alias concupiscentias.

II-II q. 141 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod philosophus ibi refert nomen temperantiae ad moderationem exteriorum rerum, dum scilicet aliquis tendit in aliqua sibi commensurata, non autem prout refertur ad moderationem affectionum animae, quae pertinet ad virtutem temperantiae.

II-II q. 141 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod delectationes aliorum sensuum aliter se habent in hominibus, et aliter in aliis animalibus. In aliis enim animalibus ex aliis sensibus non causantur delectationes nisi in ordine ad sensibilia tactus, sicut leo delectatur videns cervum vel audiens vocem eius, propter cibum. Homo autem delectatur secundum alios sensus non solum propter hoc, sed etiam propter convenientiam sensibilium. Et sic circa delectationes aliorum sensuum, inquantum referuntur ad delectationes tactus, est temperantia, non principaliter, sed ex consequenti. Inquantum autem sensibilia aliorum sensuum sunt delectabilia propter sui convenientiam, sicut cum delectatur homo in sono bene harmonizato, ista delectatio non pertinet ad conservationem naturae. Unde non habent huiusmodi passiones illam principalitatem ut circa eas antonomastice temperantia dicatur.

II-II q. 141 a. 4 ad 4

Ad quartum dicendum quod delectationes spirituales, etsi secundum suam naturam sint maiores delectationibus corporalibus, tamen non ita percipiuntur sensu. Et per consequens non ita vehementer afficiunt appetitum sensitivum, contra cuius impetum bonum rationis conservatur per moralem virtutem. Vel dicendum quod delectationes spirituales, per se loquendo, sunt secundum rationem. Unde non sunt refrenandae, nisi per accidens, inquantum scilicet una delectatio spiritualis retrahit ab alia potiori et magis debita.

II-II q. 141 a. 4 ad 5

Ad quintum dicendum quod non omnes delectationes tactus pertinent ad naturae conservationem. Et ideo non oportet quod circa omnes delectationes tactus sit temperantia.

CXLI.5. Zda ohledně vlastních potěšení chuti je mírnost.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že ohledně vlastních potěšení chuti je mírnost. Potěšení chuti totiž jsou v pokrmech a nápojích, které jsou více nutné k životu člověka než potěšení pohlavní, která náležejí dotyku. Ale podle řečeného mírnost je ohledně potěšení z těch, která jsou nutná k životu člověka. Tedy mírnost je více ohledně vlastních potěšení chuti, než ohledně vlastních potěšení dotyku.

Mimo to mírnost je více ohledně vášní než ohledně samých věcí. Ale, jak se praví ve II. O duši, "dotyk zdá se býti smyslem výživy, co do samé podstaty výživy. Chutnost však, která je vlastním předmětem chuti, je jako těšení pokrmů". Tedy mírnost je více ohledně chuti než ohledně dotyku.

Mimo to, jak se praví v VII. Ethic., "ohledně týchž je mírnost a nemírnost, zdrželivost a nezdrželivost, vytrvalost a změkčilost", ke které náleží blahobytnost. Ale k blahobytnosti zdá se náležeti potěšení, které je v chutnosti, která náleží chuti. Tedy mírnost je ohledně potěšení vlastních chuti.

Avšak proti jest, co praví Filosof ve III. Ethic., že "mírnost a nemírnost zdají se málo nebo nic užívati chuti".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, mírnost se týká význačných potěšení, která nejvíce patří k zachování lidského života, buď v druhu, nebo v jednotlivci; v nich pak se pozoruje něco hlavně a něco druhotně. A to hlavně samo užívání nutných, třeba buď ženy, která je nutná k zachování druhu, nebo pokrmu a nápoje, které jsou nutné k zachování jednotlivce; a samo užívání těchto nutných má připojeno jisté bytnostné potěšení. - Druhotně pak se pozoruje při obojím užívání něco, co působí k tomu, aby užívání více těšilo, jako krása a ozdoby ženy, a těšící chutnost v pokrmu, a také vůně. A proto hlavně je mírnost ohledně potěšení dotyku, které o sobě doprovází samo užívání nutných věcí, jichž každé užívání je s dotýkáním. Ohledně potěšení chuti však nebo čichu nebo zraku je mírnost a nemírnost druhotně, pokud předměty těchto smyslů přispívají k těšícímu užívání nutných věcí, které náležejí dotyku. Poněvadž však chuť je bližší než jiné smysly, proto mírnost je více ohledně chuti než ohledně jiných smyslů.

K prvnímu se tedy musí říci, že také samo užívání pokrmů a potěšení, bytnostně je doprovázející, náležejí dotyku. Proto praví Filosof ve II. O duši, že "dotyk je smyslem výživy". Živíme se totiž teplým a studeným, vlhkým a suchým. Ale chuti náleží rozlišování chutností, které působí potěšení z jídla, pokud jsou znameními vhodné

5. Utrum sit circa delectationes gustus in quantum est gustus vel solum in quantum est tactus quidam.

II-II q. 141 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod circa proprias delectationes gustus sit temperantia. Delectationes enim gustus sunt in cibis et potibus, qui sunt magis necessarii ad vitam hominis quam delectationes venereorum, quae pertinent ad tactum. Sed secundum praedicta, temperantia est circa delectationes eorum quae sunt necessaria ad vitam hominis. Ergo temperantia est magis circa proprias delectationes gustus quam circa proprias delectationes tactus.

II-II q. 141 a. 5 arg. 2

Praeterea, temperantia est circa passiones magis quam circa res ipsas. Sed sicut dicitur in II de anima, tactus videtur esse sensus alimenti, quantum ad ipsam substantiam alimenti, sapor autem, qui est proprie obiectum gustus, est sicut delectamentum alimentorum. Ergo temperantia magis est circa gustum quam circa tactum.

II-II q. 141 a. 5 arg. 3

Praeterea, sicut dicitur in VII Ethic., *circa eadem sunt temperantia et intemperantia, continentia et incontinentia, perseverantia et mollities*, ad quam pertinent deliciae. Sed ad delicias videtur pertinere delectatio quae est in saporibus, qui pertinent ad gustum. Ergo temperantia est circa delectationes proprias gustus.

II-II q. 141 a. 5 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit quod temperantia et intemperantia videntur gustu parum vel nihil uti.

II-II q. 141 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, temperantia consistit circa praecipuas delectationes, quae maxime pertinent ad conservationem humanae vitae, vel in specie vel in individuo. In quibus aliquid consideratur principaliter, aliquid autem secundario. Principaliter quidem ipse usus rei necessariae, puta vel feminae, quae est necessaria ad conservationem speciei; vel cibi vel potus, quae sunt necessaria ad conservationem individui. Et ipse usus horum necessariorum habet quandam essentialem delectationem adiunctam. Secundario autem consideratur circa utrumque usum aliquid quod facit ad hoc quod usus sit magis delectabilis, sicut pulchritudo et ornatus feminae, et sapor delectabilis in cibo, et etiam odor. Et ideo principaliter temperantia est circa delectationem tactus, quae per se consequitur ipsum usum rerum necessariarum, quarum omnis usus est in tangendo. Circa delectationes autem vel gustus vel olfactus vel visus, est temperantia et intemperantia secundario, inquantum sensibilia horum sensuum conferunt ad delectabilem usum rerum necessariarum, qui pertinet ad tactum. Quia tamen gustus propinquior est tactui quam alii sensus, ideo temperantia magis est circa gustum quam circa alios sensus.

II-II q. 141 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod etiam ipse usus ciborum, et delectatio essentialiter ipsum consequens, ad tactum pertinet, unde philosophus dicit, in II de anima, quod *tactus est sensus alimenti, nutrimur enim calido et frigido, humido et sicco*. Sed ad gustum pertinet discretio

výživy.

K druhému se musí říci, že potěšení chutnosti je jako přidané, kdežto potěšení dotyku o sobě doprovází užívání pokrmu a nápoje.

K třetímu se musí říci, že blahobytnost hlavně sice spočívá v samé podstatě výživy, ale druhotně ve vybrané chutnosti a přípravě pokrmů.

CXLI.6. Zda pravidlo mírnosti je bráti podle nutnosti přítomného života.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že pravidlo mírnosti se nemá bráti podle nutnosti přítomného života. Vyšší se totiž neřídí nižším. Ale mírnost, která je ctnost duše, je vyšší než nutnost tělesná, Tedy pravidlo mírnosti se nesmí bráti podle nutnosti tělesné.

Mimo to, kdokoli překročí pravidlo, hřeší. Kdyby tedy tělesná nutnost byla pravidlem mírnosti, kdokoli by užíval jiného potěšení nad nutnost přírodní, která se spokojuje velmi málem, hřešil by proti mírnosti, což se zdá nevhodné.

Mimo to nikdo, vyhovuje pravidlu, nehřeší. Kdyby tedy nutnost tělesná byla pravidlem mírnosti, kdokoli by užíval nějakého potěšení pro nutnost tělesnou, třebas pro zdraví, byl by prost hříchu. To však se zdá nesprávné. Tedy tělesná nutnost není pravidlem mírnosti.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v XXI. O mravech Církve: "Má mírný muž ve věcech tohoto života pravidlo, potvrzené obojí Úmluvou, aby z nich nic nemiloval, nic nepokládal za žádoucí o sobě, nýbrž jako nezbytnost tohoto života a jeho povinností, aby, kolik stačí, bral skromností užívajícího, nikoliv cítěním milujícího."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak ze shora řečeného je patrné, dobro mravní ctnosti spočívá především v řádu rozumu. Neboť dobrem člověka je býti podle rozumu, jak praví Diviš, ve IV. O Božích Jménech. Hlavní pak řád rozumu spočívá v tom, že některá zařizuje k cíli. A v tomto řádu nejvíce spočívá dobro rozumu, neboť dobro má ráz cíle a sám cíl je pravidlem těch, která jsou k cíli. Všechna však těšící, která přicházejí v užívání člověka, jsou zařízena k nějaké nutnosti tohoto života, jako k cíli. A proto mírnost přijímá nutnost tohoto života jako pravidlo těšících, kterých užívá, aby jich totiž potud užívala, pokud vyžaduje nutnost tohoto života.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak bylo řečeno, nutnost tohoto života má ráz pravidla, pokud je cílem. Jest však uvážiti, že někdy jiný je cíl činícího a jiný cíl činu, jako je patrné, že cílem stavění je dům, kdežto cílem stavitelovým je někdy zisk. Tak tedy cílem a pravidlem mírnosti samé je blaženost, ale té věci, které užívá, cíl a pravidlo je nutnost saporum, qui conferunt ad delectationem alimenti, inquantum sunt signa convenientis nutrimenti.

II-II q. 141 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod delectatio saporis est quasi superveniens, sed delectatio tactus per se consequitur usum cibi et potus.

II-II q. 141 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod deliciae principaliter quidem consistunt in ipsa substantia alimenti, sed secundario in exquisito sapore et praeparatione ciborum.

6. Quae sit regula temperantiae.

II-II q. 141 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod regula temperantiae non sit sumenda secundum necessitatem praesentis vitae. Superius enim non regulatur ab inferiori. Sed temperantia, cum sit virtus animae, est superior quam necessitas corporalis. Ergo regula temperantiae non debet sumi secundum necessitatem corporalem.

II-II q. 141 a. 6 arg. 2

Praeterea, quicumque excedit regulam, peccat. Si ergo necessitas corporalis esset regula temperantiae, quicumque aliqua delectatione uteretur supra necessitatem naturae, quae valde modicis contenta est, peccaret contra temperantiam. Quod videtur esse inconveniens.

II-II q. 141 a. 6 arg. 3

Praeterea, nullus attingens regulam peccat. Si ergo necessitas corporalis esset regula temperantiae, quicumque uteretur aliqua delectatione propter necessitatem corporalem, puta propter sanitatem, esset immunis a peccato. Hoc autem videtur esse falsum. Ergo necessitas corporalis non est regula temperantiae.

II-II q. 141 a. 6 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro de moribus Eccle., *habet vir temperans in rebus huius vitae regulam utroque testamento firmatam, ut eorum nihil diligat, nihil per se appetendum putet; sed ad vitae huius atque officiorum necessitatem quantum sat est usurpet, utentis modestia, non amantis affectu.*

II-II q. 141 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod, sicut ex praedictis patet, bonum virtutis moralis praecipue consistit in ordine rationis, nam bonum hominis est secundum rationem esse, ut Dionysius dicit, IV cap. de Div. Nom. Praecipuus autem ordo rationis consistit ex hoc quod aliqua in finem ordinat, et in hoc ordine maxime consistit bonum rationis nam bonum habet rationem finis, et ipse finis est regula eorum quae sunt ad finem. Omnia autem delectabilia quae in usum hominis veniunt, ordinantur ad aliquam vitae huius necessitatem sicut ad finem. Et ideo temperantia accipit necessitatem huius vitae sicut regulam delectabilium quibus utitur, ut scilicet tantum eis utatur quantum necessitas huius vitae requirit.

II-II q. 141 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut dictum est, necessitas huius vitae habet rationem regulae inquantum est finis. Considerandum est autem quod quandoque aliud est finis operantis, et aliud finis operis, sicut patet quod aedificationis finis est domus, sed aedificatoris finis

lidského života, pod níž je to, co přichází v užívání života.

K druhému se musí říci, že nutnost lidského života lze bráti dvojmo. Jedním způsobem, pokud sluje nutné to, bez čeho věc žádným způsobem nemůže býti, jako pokrm je nutný živočichu. Jiným způsobem, pokud sluje nutné to, bez čeho nemůže věc vhodně býti. Mírnost však dbá nejenom první nutnosti, nýbrž i druhé. Proto Filosof praví, ve III. Ethic., že "mírný žádá těšící pro zdraví nebo pro dobrý stav". Jiná pak, která k tomu nejsou nutná, mohou se míti dvojmo. Některá totiž jsou překážkami zdraví nebo dobrého stavu, a těch mírný žádným způsobem neužívá. Neboť by to byl hřích proti mírnosti. Některá však jsou, která těmto nepřekážejí, a těch mírně užívá podle místa a času a v ohledu na ty, se kterými žije. A proto tamtéž praví Filosof, že i "mírný žádá takových těšících", která totiž nejsou nutná ke zdraví nebo k dobrému stavu, "nejsoucích překážkami těchto".

K třetímu se musí říci, že, jak bylo řečeno, mírnost přihlíží k nutnosti, co do vhodnosti života. A ta se bere nejen podle vhodnosti tělesné, nýbrž také podle vhodnosti vnějších věcí, jako bohatství a povinností, a mnohem více podle vhodnosti počestnosti. A proto tam Filosof dodává, že "v těšících, kterých mírný užívá, neuvažuje pouze, aby nepřekážela zdraví a dobrému stavu tělesnému, nýbrž také aby nebyla mimo dobro", to jest proti počestnosti, a "aby nebyla nad podstatu", to jest na možnost majetkovou. A Augustin praví, v XXI. O mravech Církve, že "mírný přihlíží nejen k nutnosti tohoto života, nýbrž taká povinnosti".

CXLI.7. Zda mírnost je ctnost základní.

Při sedmé se postupuje takto: Zdá se, že mírnost není ctnost základní. Neboť dobro ctnosti základní závisí na rozumu. Ale mírnost je ohledně těch, která jsou velmi vzdálená od rozumu, totiž ohledně potěšení, která jsou nám společná se zvířaty, jak se praví ve III. Ethic. Tedy se zdá, že mírnost není hlavní ctnost.

Mimo to, čím je něco útočnější, tím se zdá nesnadněji ovladatelné. Ale hněv, jejž ovládá tichost, zdá se útočnější než dychtivost, kterou ovládá mírnost. Praví se totiž Přísl. 27: "Hněv nemá milosrdenství, ani propuknuvší zuřivost. A útok popuzeného ducha kdo může snésti?" Tedy tichost je hlavnější ctnost než mírnost.

Mimo to naděje je hlavnější hnutí duše než touha a dychtivost, jak jsme měli shora. Ale pokora krotí opovážlivost nezřízené naděje. Tedy pokora zdá se býti

quandoque est lucrum. Sic igitur temperantiae ipsius finis et regula est beatitudo, sed eius rei qua utitur, finis et regula est necessitas humanae vitae, infra quam est id quod in usum vitae venit.

II-II q. 141 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod necessitas humanae vitae potest attendi dupliciter, uno modo, secundum quod dicitur necessarium id sine quo res nullo modo potest esse, sicut cibus est necessarius animali; alio modo, secundum quod necessarium dicitur id sine quo res non potest convenienter esse. Temperantia autem non solum attendit primam necessitatem, sed etiam secundam, unde philosophus dicit, in III Ethic., quod *temperatus appetit delectabilia propter sanitatem, vel propter bonam habitudinem*. Alia vero quae ad hoc non sunt necessaria, possunt dupliciter se habere. Quaedam enim sunt impedimenta sanitatis vel bonae habitudinis. Et his nullo modo temperatus utitur, hoc enim esset peccatum contra temperantiam. Quaedam vero sunt quae non sunt his impedimenta. Et his moderate utitur, pro loco et tempore et congruentia eorum quibus convivit. Et ideo ibidem philosophus dicit quod et temperatus appetit alia delectabilia, quae scilicet non sunt necessaria ad sanitatem vel ad bonam habitudinem, non impedimenta his existentia.

II-II q. 141 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut dictum est, temperantia respicit necessitatem quantum ad convenientiam vitae. Quae quidem attenditur non solum secundum convenientiam corporis, sed etiam secundum convenientiam exteriorum rerum, puta divitiarum et officiorum; et multo magis secundum convenientiam honestatis. Et ideo philosophus ibidem subdit quod in delectabilibus quibus temperatus utitur, non solum considerat ut non sint impeditiva sanitatis et bonae habitudinis corporalis, sed etiam ut non sint praeter bonum, idest contra honestatem; et quod non sint supra substantiam, idest supra facultatem divitiarum. Et Augustinus dicit, in libro de moribus Eccle., quod temperatus respicit non solum necessitatem huius vitae, sed etiam officiorum.

7. Utrum sit virtus cardinalis seu principalis.

II-II q. 141 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod temperantia non sit virtus cardinalis. Bonum enim virtutis moralis a ratione dependet. Sed temperantia est circa ea quae magis distant a ratione, scilicet circa delectationes quae sunt nobis et brutis communes, ut dicitur in III Ethic. Ergo temperantia non videtur esse principalis virtus.

II-II q. 141 a. 7 arg. 2

Praeterea, quanto aliquid est magis impetuosum, tanto difficilius videtur esse ad refrenandum. Sed ira, quam refrenat mansuetudo, videtur esse impetuosior quam concupiscentia, quam refrenat temperantia, dicitur enim Prov. XXVII, *ira non habet misericordiam, nec erumpens furor, et impetum concitati spiritus ferre quis poterit?* Ergo mansuetudo est principalior virtus quam temperantia.

II-II q. 141 a. 7 arg. 3

Praeterea, spes est principalior motus animae quam desiderium seu concupiscentia, ut supra habitum est. Sed

hlavnější ctnost než mírnost, která krotí dychtivost.

Avšak proti jest, že Řehoř, ve II. Moral., klade mírnost mezi ctnosti základní.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, ctnost hlavní nebo základní sluje ta, která se hlavněji chválí pro některé z těch, která se obecně vyžadují k pojmu ctnosti. Ovládání však, které se vyžaduje v každé ctnosti, je zvláště chvalné v potěšeních dotyku, ohledně kterých je mírnost, jak proto, že taková potěšení jsou nám více přirozená a proto velmi těžko je se jich odříkati, a jich dychtivost krotiti, tak proto, že jejich předměty jsou více nutné přítomnému životu, jak je patrné z řečeného. A proto mírnost se stanoví za ctnost hlavní čili základní.

K prvnímu se tedy musí říci, že tím větší se jeví síla jednajícího, čím na vzdálenější může svou sílu rozšířiti. A proto z toho samého se jeví větší síla rozumu, že může ovládati i dychtivosti i potěšení nejvíce vzdálená. Pročež to činí mírnost hlavní.

K druhému se musí říci, že útok hněvu je způsobován z nějakého případu, třebas nějaké zarmucující urážky; a proto rychle přejde, třebaže je velmi prudký. Ale útok dychtivosti potěšení dotyku pochází z příčiny přírodní a proto trvá déle a je obecnější; a proto hlavnější ctnosti náleží jej krotiti.

K třetímu se musí říci, že ta, o kterých je naděje, jsou větší než ta, kterých je dychtivost; a proto naděje se udává za hlavní váseň v náhlivé. Ale ta, ohledně kterých je dychtivost a potěšení dotyku, prudčeji hýbají žádostí, protože jsou více přírodní. A proto mírnost, která těmto stanoví míru, je ctnost hlavní.

CXLI.8. Zda mírnost je největší ctnost.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že mírnost je největší ctnost. Praví totiž Ambrož, v I. O povin., že v mírnosti nejvíce se spatřuje a hledá péče o počestnost a dbalost krásy." Ale ctnost je chvalná, pokud je počestná a krásná. Tedy mírnost je největší ctnost.

Mimo to větší ctnosti náleží konati to, co je nesnadnější. Ale nesnadnější je krotiti dychtivosti a potěšení dotyku, než činiti správnými vnější skutky, z čehož první náleží mírnosti, druhé spravedlnosti. Tedy mírnost je větší ctnost než spravedlnost.

Mimo to, čím je něco obecnější, tím se zdá býti potřebnější a lepší. Ale statečnost je ohledně nebezpečí smrti, která se přiházeji řídčeji než potěšení dotyku, která přicházejí každodenně. A tak užívání mírnosti je obecnější než statečnosti. Tedy mírnost je ušlechtilejší ctnost než statečnost.

humilitas refrenat praesumptionem immoderatae spei. Ergo humilitas videtur esse principalior virtus quam temperantia, quae refrenat concupiscentiam.

II-II q. 141 a. 7 s. c.

Sed contra est quod Gregorius, in II Moral., ponit temperantiam inter virtutes principales.

II-II q. 141 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, virtus principalis seu cardinalis dicitur quae principalius laudatur ex aliquo eorum quae communiter requiruntur ad rationem virtutis. Moderatio autem, quae in omni virtute requiritur, praecipue laudabilis est in delectationibus tactus, circa quae est temperantia, tum quia tales delectationes sunt magis nobis naturales, et ideo difficilius est ab eis abstinere et concupiscentias earum refrenare; tum etiam quia earum obiecta magis sunt necessaria praesenti vitae, ut ex dictis patet. Et ideo temperantia ponitur virtus principalis seu cardinalis.

II-II q. 141 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod tanto maior ostenditur agentis virtus, quanto in ea quae sunt magis distantia potest suam operationem extendere. Et ideo ex hoc ipso ostenditur maior virtus rationis quod potest etiam concupiscentias et delectationes maxime distantes moderari. Unde hoc pertinet ad principalitatem temperantiae.

II-II q. 141 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod impetus irae causatur ex quodam accidente, puta ex aliqua laesione contristante, et ideo cito transit, quamvis magnum impetum habeat. Sed impetus concupiscentiae delectabilium tactus procedit ex causa naturali, unde est diuturnior et communior. Et ideo ad principaliorem virtutem pertinet ipsum refrenare.

II-II q. 141 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod ea quorum est spes, sunt altiora his quorum est concupiscentia, et propter hoc spes ponitur passio principalis in irascibili. Sed ea quorum est concupiscentia et delectatio tactus, vehementius movent appetitum, quia sunt magis naturalia. Et ideo temperantia, quae in his modum statuit, est virtus principalis.

8. Utrum sit potissima virtutum.

II-II q. 141 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod temperantia sit maxima virtutum. Dicit enim Ambrosius, in I de Offic., quod *in temperantia maxime honesti cura, decoris consideratio spectatur et quaeritur*. Sed virtus laudabilis est inquantum est honesta et decora. Ergo temperantia est maxima virtutum.

II-II q. 141 a. 8 arg. 2

Praeterea, maioris virtutis est operari id quod est difficilius. Sed difficilius est refrenare concupiscentias et delectationes tactus quam rectificare actiones exteriores, quorum primum pertinet ad temperantiam, secundum ad iustitiam. Ergo temperantia est maior virtus quam iustitia.

II-II q. 141 a. 8 arg. 3

Praeterea, quanto aliquid est communius, tanto magis necessarium videtur esse et melius. Sed fortitudo est circa pericula mortis, quae rarius occurrunt quam delectabilia tactus, quae quotidie occurrunt, et sic usus temperantiae est communior quam fortitudinis. Ergo temperantia est

Avšak proti jest, co praví Filosof, v I. Rhetor., že "největší ctnosti jsou, které jsou jiným nejvíce užitečné, a proto statečné a spravedlivé nejvíce ctíme".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak praví Filosof v I. Ethic., dobro množství je božštější než dobro jednoho. A proto čím nějaká ctnost náleží více k dobru množství, tím je lepší. Spravedlnost však a statečnost náležejí více k dobru množství než mírnost, protože spravedlnost spočívá ve směnách, které jsou k druhému, statečnost pak v nebezpečích válek, která se snášejí pro záchranu obecnou; mírnost však krotí pouze dychtivosti a potěšení těch, která náležejí člověku samému. Z čehož jest jasné, že spravedlnost a statečnost jsou vyšší ctnosti než mírnost; a větší než tyto jsou opatrnost a ctnosti božské.

K prvnímu se tedy musí říci, že počestnost a krása se nejvíce přidělují mírnosti, nikoli pro přednost vlastního dobra, nýbrž pro ošklivost opačného zla, od něhož odvádí, pokud totiž ovládá potěšení, která jsou nám a zvířatům společná.

K druhému se musí říci, že, ježto ctnost je ohledně nesnadného a dobrého, hodnota ctnosti se bere více podle rázu dobra, v němž vyniká spravedlnost, než podle rázu nesnadného v němž vyniká mírnost.

K třetímu se musí říci, že ona obecnost, kterou něco náleží množství lidu, více přispívá k vynikání dobroty, než ona, která se uvažuje podle toho, že se něco často přihází. Z nich pak v první vyniká statečnost, ve druhé mírnost. Proto statečnost jest jednoduše větší, třebaže v něčem lze mírnost nazvati větší nejen nad statečnost, nýbrž také nad spravedlnost.

CXLII. O neřestech, které odporují mírnosti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom se má uvažovati o neřestech protilehlých mírnosti.

A o tom jsou čtyři otázky:

1. Zda necitelnost je hřích.

2. Zda nemírnost je chlapecká neřest.

3. O přirovnání nemírnosti k bázlivosti.

4. Zda neřest nemírnosti je nejhanebnější.

CXLII.1. Zda necitelnost je neřest.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že necitelnost není neřest. Neboť necitelným se nazývá, komu chybí potěšení dotyku. Ale zdá se být chvályhodné a ctnostné těchto naprosto postrádati, neboť praví se Dan. 10: "V těchto dnech já Daniel truchlil jsem tři týdny; žádoucího chleba jsem nepojedl, maso ani víno nevešlo do mých úst, ba mastí jsem se nemazal." Tedy necitelnost není hřích.

nobilior virtus quam fortitudo.

II-II q. 141 a. 8 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in I Rhet., quod *maximae virtutes sunt quae aliis maxime sunt utiles, et propter hoc, fortes et iustos maxime honoramus*.

II-II q. 141 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod, sicut philosophus dicit, in I Ethic., *bonum multitudinis divinius est quam bonum unius*. Et ideo quanto aliqua virtus magis pertinet ad bonum multitudinis tanto melior est. Iustitia autem et fortitudo magis pertinent ad bonum multitudinis quam temperantia, quia iustitia consistit in communicationibus, quae sunt ad alterum; fortitudo autem in periculis bellorum, quae sustinentur pro salute communi; temperantia autem moderatur solum concupiscentias et delectationes eorum quae pertinent ad ipsum hominem. Unde manifestum est quod iustitia et fortitudo sunt excellentiores virtutes quam temperantia, quibus prudentia et virtutes theologicae sunt potiores.

II-II q. 141 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod honestas et decor maxime attribuuntur temperantiae, non propter principalitatem proprii boni, sed propter turpitudinem contrarii mali, a quo retrahit, inquantum scilicet moderatur delectationes quae sunt nobis et brutis communes.

II-II q. 141 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod, cum virtus sit circa difficile et bonum, dignitas virtutis magis attenditur circa rationem boni, in quo excedit iustitia, quam secundum rationem difficilis, in quo excedit temperantia.

II-II q. 141 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod illa communitas qua aliquid pertinet ad multitudinem hominum, magis facit ad excellentiam bonitatis quam illa quae consideratur secundum quod aliquid frequenter occurrit, in quarum prima excedit fortitudo, in secunda temperantia. Unde simpliciter fortitudo est potior, licet quoad aliquid possit dici temperantia potior non solum fortitudine, sed etiam iustitia.

142. De vitiis oppositis temperantiae.

Prooemium

II-II q. 142 pr.

Deinde considerandum est de vitiis oppositis temperantiae. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum insensibilitas sit peccatum. Secundo, utrum intemperantia sit vitium puerile. Tertio, de comparatione intemperantiae ad timiditatem. Quarto, utrum vitium intemperantiae sit maxime opprobriosum.

1. Utrum insensibilitas sit peccatum.

II-II q. 142 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod insensibilitas non sit vitium. Dicuntur enim insensibiles qui deficiunt circa delectationes tactus. Sed in his penitus deficere videtur esse laudabile et virtuosum, dicitur enim Dan. X, *in diebus illis ego, Daniel, lugebam trium hebdomadarum tempus, panem desiderabilem non comedi, et caro et vinum non introierunt in os meum, sed neque unguento unctus sum*. Ergo insensibilitas non est peccatum.

Mimo to "dobrem člověka jest býti podle rozumu" podle Diviše, IV. hl. O Bož. Jmén. Ale zdržovati se všeho příjemného dotyku nejvíce prospívá dobru rozumu člověka, neboť se praví Dan. 1, že "mládencům", kteří se živili zeleninou, "Bůh dal vědění a porozumění pro každou knihu a moudrost". Tedy necitelnost, která všeobecně zahání takové rozkoše, není neřestná.

Mimo to, čím se nejvíce odstupuje od hříchu, to se nezdá býti neřestné. Ale to je nejmocnější prostředek zdržovati se. hříchu, že někdo utíká potěšením, což patří k necitelnosti. Neboť Filosof praví, v II. Ethic., že "odvrhujíce potěšení, méně hřešíme". Tedy necitelnost není něco neřestného.

Avšak proti jest, že nic není protilehlé ctnosti, leč neřest. Ale necitelnost je protilehlá ctnosti mírnosti. jak je patrné z Filosofa v II. Ethic. Tedy necitelnost je neřest.

Odpovídám: Musí se říci, že všecko to, co odporuje přírodnímu řádu, je neřestné. Příroda však přidala potěšení k činnostem nutným lidskému životu. A tedy přírodní řád vyžaduje, aby člověk potud užíval takových potěšení, pokud je nutné lidskému zdraví, jak k zachování jednotlivce, tak k zachování druhu. Kdyby tedy někdo tak utíkal potěšení, že by opomíjel ta, která jsou nutná k zachování přirozenosti, hřešil by, jakožto odporující přírodnímu řádu. A to patří k neřesti necitelnosti.

Třeba však věděti, že odříkání takových potěšení, která provázejí takové činnosti, je někdy chvályhodné, nebo také nutné za nějakým cílem, jako se někteří odříkají některých potěšení pokrmů, nápojů a pohlavních pro tělesné zdraví, nebo také pro vykonávání nějaké povinnosti, jako atleti a vojáci musejí si odříci mnohá potěšení, aby vykonali svou povinnost. A podobně kajícníci užívají odříkání potěšení jako diety, aby nabyli zdraví duše; a lidé, chtějící se oddati rozjímání a božským věcem, musí více odpírati tělesným tužbám. Nic pak z řečených nepatří k neřesti necitelnosti, poněvadž jsou podle správného rozumu.

K prvnímu se tedy musí říci, že Daniel si takto odříkal potěšení, ne že si potěšení o sobě ošklivil jako špatná o sobě, nýbrž za nějakým chvályhodným cílem, aby se totiž odříkáním tělesných potěšení stal schopným hlubokého nazírání. Pročež se tam hned dodává o učiněném zjevení.

K druhému se musí říci, že, poněvadž člověk nemůže užívati rozumu bez smyslových mohutností, které potřebují tělesného ústrojí, jak jsme měli v První, je nutné, aby člověk udržoval tělo na to, aby užíval rozumu. Avšak udržování těla děje se těšícími činnostmi. Pročež nemůže býti dobro rozumu v člověku, zdržuje-li se všech potěšení.

Pokud však člověk ke konání úkonu rozumu více nebo méně potřebuje tělesné síly, podle toho musí více nebo méně užívati tělesných potěšení. A proto lidé, kteří přijali za povinnost oddati se nazírání, a druhým předávati duchovní dobro jako jakýmsi duchovním plozením, chvalně se odříkají mnohých potěšení, jichž se chvalně neodříkají ti, jimž z povinnosti přísluší věnovat se tělesným pracím a tělesnému plození.

K třetímu se musí říci, že potěšení třeba utíkati pro uniknutí hříchu, ne zcela, nýbrž, aby se nevyhledávalo více, než vyžaduje nutnost.

CXLII.2. Zda nemírnost je chlapecká neřest.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že nemírnost není chlapecká neřest. Poněvadž k onomu Mat. 28, 'Neobrátíte-li se, a nebudete-li jako maličtí', atd, praví Jeronym, že "maličký netrvá ve hněvu, urážky nevzpomíná, vida krásnou ženu, nemá potěšení", což je protivou nemírnosti. Tedy nemírnost není chlapecký hřích.

Mimo to chlapci nemají leč dychtivosti přirozené. Ale "ohledně přirozených dychtivostí málokteří hřeší nemírností", jak praví Filosof, v III. Ethic. Tedy nemírnost není chlapecký hřích.

Mimo to chlapci mají býti pěstováni a živeni. Ale dychtivost a potěšení, jichž se týká nemírnost, jest vždy zmenšovati a vyhlazovati, podle onoho Kol. 3: "Umrtvujte své údy na zemi, co je dychtivost," atd. Tedy nemírnost není chlapecký hřích.

Avšak proti jest, co praví Filosof, v III. Ethic., "jméno nemírnosti vztahujeme k chlapeckým hříchům".

Odpovídám: Musí se říci, že něco je nazýváno chlapeckým dvojmo: jedním způsobem, že patří chlapcům. A tak Filosof neříká říci, že hřích nemírnosti je chlapecký hřích. Jiným způsobem podle jakési podobnosti. A tím způsobem některé hříchy slují chlapecké. Neboť hřích nemírnosti je hřích nadbytečné dychtivosti, která se podobá chlapcům v trojím. A to, nejprve v tom, co oba žádají. Jako totiž chlapec, tak i dychtivost touží po něčem hanebném. A důvod toho jest, že krásno v lidských věcech je pojímáno, pokud je něco uspořádáno dle rozumu. Pročež Tullius praví, v I. O povin., že "krásné je, co je shodné s velikostí člověka v tom, v čem se jeho přirozenost liší od ostatních živoucích". Chlapec však nedbá řádu rozumu. A podobně ani dychtivost neposlouchá rozumu, jak se praví v VII. Ethic. Za druhé shodují se co do výsledku. Neboť chlapec, je-li ponechán své vůli, roste ve vlastní vůli. Pročež Eccli. 30 se praví: "Kůň nezkrocený bude tvrdý a syn zanedbaný bude ukvapený." Tak také i dychtivost, hovíš-li se jí, nabývá větší síly. Pročež praví Augustin, v VIII. Vyzn.: "Když se slouží rozkoši, stala se návykem; a když se neodpírá návyku, stal se nutností." Za třetí vzhledem k léku, který autem corporis fit per operationes delectabiles. Unde non potest esse bonum rationis in homine si abstineat ab omnibus delectabilibus. Secundum tamen quod homo in exequendo actum rationis plus vel minus indiget corporali virtute, secundum hoc plus vel minus necesse habet delectabilibus corporalibus uti. Et ideo homines qui hoc officium assumpserunt ut contemplationi vacent, et bonum spirituale quasi quadam spirituali propagatione in alios transmittant, a multis delectabilibus laudabiliter abstinent, a quibus illi quibus ex officio competit operibus corporalibus et generationi carnali vacare, laudabiliter non abstinerent.

II-II q. 142 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod delectatio fugienda est ad vitandum peccatum, non totaliter, sed ut non ultra quaeratur quam necessitas requirat.

2. Utrum intemperantia sit vitium puerile.

II-II q. 142 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod intemperantia non sit puerile peccatum. Quia super illud Matth. XVIII, *nisi conversi fueritis sicut parvuli* etc., dicit Hieronymus quod *parvulus non perseverat in iracundia, laesus non meminit, videns pulchram mulierem non delectatur*, quod contrariatur intemperantiae. Ergo intemperantia non est puerile peccatum.

II-II q. 142 a. 2 arg. 2

Praeterea, pueri non habent nisi concupiscentias naturales. Sed circa naturales concupiscentias parum aliqui peccant per intemperantiam, ut philosophus dicit, in III Ethic. Ergo intemperantia non est peccatum puerile.

II-II q. 142 a. 2 arg. 3

Praeterea, pueri sunt nutriendi et fovendi. Sed concupiscentia et delectatio, circa quae est intemperantia, est semper diminuenda et extirpanda, secundum illud Coloss. III, *mortificate membra vestra super terram, quae sunt concupiscentia*, et cetera. Ergo intemperantia non est puerile peccatum.

II-II q. 142 a. 2 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in III Ethic., quod *nomen intemperantiae ferimus ad puerilia peccata*.

II-II q. 142 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod aliquid dicitur esse puerile dupliciter. Uno modo, quia convenit pueris. Et sic non intendit philosophus dicere quod peccatum intemperantiae sit puerile. Alio modo, secundum quandam similitudinem. Et hoc modo peccata intemperantiae puerilia dicuntur. Peccatum enim intemperantiae est peccatum superfluae concupiscentiae, quae assimilatur puero quantum ad tria primo quidem, quantum ad id quod uterque appetit. Sicut enim puer, ita et concupiscentia appetit aliquid turpe. Cuius ratio est quia pulchrum in rebus humanis attenditur prout aliquid est ordinatum secundum rationem, unde Tullius dicit, in I de Offic., quod *pulchrum est quod consentaneum est hominis excellentiae in eo in quo natura eius a reliquis animantibus differt*. Puer autem non attendit ad ordinem rationis. Et similiter concupiscentia non audit rationem, ut dicitur in VII Ethic. Secundo conveniunt quantum ad eventum. Puer enim, si suae voluntati dimittatur, crescit in propria voluntate, unde dicitur Eccli. XXX, *equus indomitus evadit durus, et filius remissus evadet*

jest oběma dáván. Neboť chlapec je napravován tím, že je krocen. Proto Přísl. 23 se praví: "Nezbavuj chlapce kázně... Metlou ho zmrskáš a jeho duši vysvobodíš z pekla." A podobně, když se odporuje dychtivosti, uvádí se na patřičnou míru počestnosti. A to je to, co praví Augustin, v VI. Hud., že "mysli pozdvižené k duchovním, a tam pevně a zůstávající, zlomí se náraz návyku", totiž tělesné dychtivosti, "a potlačován poznenáhlu, uhasne. Neboť rostl, když jsme za ním šli; když jej krotíme, nezanikne vůbec, ale jistě se menší". A proto Filosof praví, v III. Ethic., že, "jako chlapec má žíti podle příkazu vychovatelova, tak i dychtivost má souhlasiti s rozumem".

K prvnímu se tedy musí říci, že onen důvod platí podle onoho způsobu, jímž chlapeckým se nazývá to, co se u chlapců shledává. Tak se však hříchy nemírnosti nenazývá chlapecký, ale podle podobnosti, jak bylo řečeno.

K druhému se musí říci, že některou dychtivost lze nazývati přirozenou dvojmo: jedním způsobem podle jejího rodu. A tak mírnost a nemírnost jsou ohledně přirozených dychtivostí. Jsou totiž ohledně dychtivosti pokrmů a pohlavních, které jsou zařízeny k zachování přirozenosti. Jiným způsobem může dychtivost slouti přirozená co do druhu toho, co přirozenost vyžaduje k zachování sebe. A tak nebývá mnoho hříchů v přirozených dychtivostech. neboť přirozenost nepožaduje než to, čím se vyhoví nezbytnosti přirozenosti, v jejíž touze se nepřihází hřích, leč pouze v překročení množství. A pouze v tom se hřeší v přirozené dychtivosti, jak praví Filosof, v III. Ethic. Jiná pak, při nichž se nejvíce hřeší, jsou nějaké podněty dychtivosti, které vymýšlí lidská vyběračnost, jako vybraně připravené pokrmy a zdobené ženy. A ačkoli chlapci tato mnoho nevyhledávají, přece nemírnost sluje chlapecký hřích z důvodu již řečeného.

K třetímu se musí říci, že to, co patří k přirozenosti, v chlapcích má býti zvětšováno a pěstěno. Co však v nich patří k nedostatku rozumu, nemá býti pěstováno, nýbrž opravováno, jak bylo řečeno.

CXLII.3. Zda bázlivost je větší neřest než nemírnost.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že bázlivost je větší neřest než nemírnost. Neboť proto je haněna nějaká neřest, že je proti dobru ctnosti. Ale bázlivost je protilehlá statečnosti, která jest ušlechtilejší ctnost než mírnost, jíž je protilehlá nemírnost, jak je patrné ze shora řečeného. Tedy bázlivost je větší neřest než nemírnost.

Mimo to, jak někdo chybuje v tom, co se nesnadněji přemáhá, tak je méně haněn. Pročež Filosof praví v VII. *praeceps*. Ita etiam et concupiscentia, si ei satisfiat, maius robur accipit, unde Augustinus dicit, in VIII Confess., *dum servitur libidini, facta est consuetudo, et dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas*. Tertio, quantum ad remedium quod utrique praebetur. Puer enim emendatur per hoc quod coercetur, unde dicitur Prov. XXIII, *noli subtrahere a puero disciplinam, tu virga percuties eum, et animam eius de Inferno liberabis*. Et similiter, dum concupiscentiae resistitur, reducitur ad debitum honestatis modum. Et hoc est quod Augustinus dicit, in VI musicae, quod, *mente in spiritualia suspensa atque ibi fixa et manente, consuetudinis*, scilicet carnalis concupiscentiae. *Impetus frangitur, et paulatim repressus extinguitur. Maior enim erat cum sequeremur, non omnino nullus, sed certe minor, cum refrenamus*. Et ideo philosophus dicit, in III Ethic., quod *quemadmodum puerum oportet secundum praeceptum paedagogi vivere, sic et concupiscibile consonare rationi*.

II-II q. 142 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa procedit secundum illum modum quo puerile dicitur id quod in pueris invenitur. Sic autem non dicitur peccatum intemperantiae puerile, sed secundum similitudinem, ut dictum est.

II-II q. 142 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod concupiscentia aliqua potest dici naturalis dupliciter. Uno modo, secundum suum genus. Et sic temperantia et intemperantia sunt circa concupiscentias naturales, sunt enim circa concupiscentias ciborum et venereorum, quae ordinantur ad conservationem naturae. Alio modo potest dici concupiscentia naturalis quantum ad speciem eius quod natura ad sui conservationem requirit. Et sic non multum contingit peccare circa naturales concupiscentias. Natura enim non requirit nisi id per quod subveniturnecessitati naturae, in cuius desiderio non contingit esse peccatum, nisi solum secundum quantitatis excessum; et secundum hoc solum peccatur circa naturalem concupiscentiam, ut philosophus dicit, in III Ethic. Alia vero, circa quae plurimum peccatur, sunt quaedam concupiscentiae incitamenta, quae hominum curiositas adinvenit, sicut cibi curiose praeparati, et mulieres ornatae. Et quamvis ista non multum requirant pueri, nihilominus tamen intemperantia dicitur puerile peccatum ratione iam dicta.

II-II q. 142 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod id quod ad naturam pertinet in pueris est augmentandum et fovendum. Quod autem pertinet ad defectum rationis in eis non est fovendum, sed emendandum, ut dictum est.

3. Utrum timiditas sit maius vitium quam intemperantia.

II-II q. 142 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod timiditas sit maius vitium quam intemperantia. Ex hoc enim aliquod vitium vituperatur quod opponitur bono virtutis. Sed timiditas opponitur fortitudini, quae est nobilior virtus quam temperantia, cui opponitur intemperantia, ut ex supra dictis patet. Ergo timiditas est maius vitium quam intemperantia.

II-II q. 142 a. 3 arg. 2

Praeterea, quanto aliquis deficit in eo quod difficilius

Z účinku pak má některé svědectví velikou váhu pro pomoc nebo škodu, z něho pocházející. A proto lidé více touží býti ctěni od těch, kteří jim mohou pomoci, a více se stydí těch, kteří jim mohou škoditi. A odtud také je, že v něčem více se stydíme osob blízkých, s nimiž se budeme vždy stýkati, jako by nám z toho vzešlo stále poškozování; co však pochází od cizinců a přecházejících, jako by rychle přešlo.

K prvnímu se tedy musí říci, že je podobný důvod, proč se stydíme lepších a blízkých, poněvadž, jako svědectví lepších pokládá se za účinnější pro všeobecnou znalost, kterou mají ve věcech, a pro mínění neodchylné od pravdy, tak také svědectví příbuzných osob zdá se býti účinnější proto, že lépe znají jednotlivosti, které jsou na nás.

K druhému se musí říci, že se neobáváme svědectví těch, kteří jsou nám blízcí z podobného hříchu, poněvadž nemyslíme, že by vnímali naši chybu jako něco hanebného.

K třetímu se musí říci, že odhalujících se stydíme pro škodu, z toho vznikající, jíž je rozhlášení u mnohých:

Ke čtvrtému se musí říci, že také těch, mezi nimiž jsme neučinili nic zlého, více se stydíme pro následující škodu, poněvadž totiž tím ztrácíme dobré mínění, které o nás měli, a také proto, že protivy, položeny vedle sebe, zdají se větší. Pročež. když někdo náhle postřehne něco hanebného o někom, jejž pokládal za dobrého, vnímá to jako hanebnější. Těch však, od nichž ponejprv něco žádáme, nebo jejichž nyní ponejprv chceme býti přátelé, více se stydíme pro škodu z toho vznikající, že bude překážka vyplnění prosby a uskutečnění přátelství.

II-II q. 144 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, cum vituperium opponatur honori, sicut honor importat testimonium quoddam de excellentia alicuius, et praecipue quae est secundum virtutem; ita etiam opprobrium, cuius timor est verecundia, importat testimonium de defectu alicuius, et praecipue secundum aliquam culpam. Et ideo quanto testimonium alicuius reputatur maioris ponderis, tanto ab eo aliquis magis verecundatur. Potest autem testimonium aliquod maioris ponderis reputari vel propter eius certitudinem veritatis vel propter effectum. Certitudo autem veritatis adest testimonio alicuius propter duo. Uno quidem modo, propter rectitudinem iudicii, sicut patet de sapientibus et virtuosis, a quibus homo et magis desiderat honorari, et magis verecundatur. Unde a pueris et bestiis nullus verecundatur, propter defectum recti iudicii qui est in eis. Alio modo, propter cognitionem eorum de quibus est testimonium, quia unusquisque bene iudicat quae cognoscit. Et sic magis verecundamur a personis coniunctis, quae magis facta nostra considerant. A peregrinis autem et omnino ignotis, ad quos facta nostra non perveniunt, nullo modo verecundamur. Ex effectu autem est aliquod testimonium magni ponderis propter iuvamentum vel nocumentum ab eo proveniens. Et ideo magis desiderant homines honorari ab his qui possunt eos iuvare, et magis verecundantur ab eis qui possunt nocere. Et inde est etiam quod, quantum ad aliquid, magis verecundamur a personis coniunctis, cum quibus semper sumus conversaturi, quasi ex hoc nobis perpetuum proveniat detrimentum. Quod autem provenit a peregrinis et transeuntibus, quasi cito pertransit.

II-II q. 144 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod similis ratio est propter quam verecundamur de melioribus, et de magis coniunctis. Quia sicut meliorum testimonium reputatur magis efficax propter universalem cognitionem quam habent de rebus, et immutabilem sententiam a veritate; ita etiam familiarium personarum testimonium videtur magis efficax propter hoc quia magis cognoscunt particularia quae circa nos sunt.

II-II q. 144 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod testimonium eorum qui sunt nobis coniuncti in similitudine peccati, non reformidamus, quia non aestimamus quod defectum nostrum apprehendant ut aliquid turpe.

II-II q. 144 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod a propalantibus verecundamur propter nocumentum inde proveniens, quod est diffamatio apud multos.

II-II q. 144 a. 3 ad 4

Ad quartum dicendum quod etiam ab illis inter quos nihil mali fecimus, magis verecundamur, propter nocumentum sequens, quia scilicet per hoc amittimus bonam opinionem quam de nobis habebant. Et etiam quia contraria, iuxta se posita, maiora videntur, unde cum aliquis subito de aliquo quem bonum aestimavit, aliquid turpe percipit, apprehendit hoc ut turpius. Ab illis autem a quibus aliquid de novo postulamus, vel quorum nunc primo volumus esse amici, magis verecundamur, propter nocumentum inde proveniens, quod est impedimentum implendae petitionis et amicitiae consummandae.

CXLIV.4.Zda stydlivost může býti také ve ctnostných lidech.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že i ve ctnostných lidech může býti stydlivost. Neboť protivných jsou protivné účinky. Ale ti, kteří mají nadbytek zloby, nestydí se, podle onoho Jerem. 3: "Čela ženy nevěstčí dostalo se tobě: nechtěla ses rdíti." Tedy ti, kteří jsou ctnostní, více se stydí.

Mimo to Filosof praví v II. Rhetor., že "lidé se nejen rdí za neřesti, nýbrž také za známky neřestí", které se vyskytují také u ctnostných. Tedy ve ctnostných může býti stydlivost.

Mimo to stydlivost je bázeň zneuctění. Ale přihází se zneuctění některých ctnostných, třebas jsou-li nepravdivě rozhlášeni nebo také nezaslouženě trpí pohany. Tedy stydlivost může býti ve ctnostném člověku.

Mimo to stydlivost je část mírnosti, jak bylo řečeno. Avšak část se neodděluje od celku. Poněvadž tedy mírnost je ve ctnostném člověku, zdá se, že také stydlivost.

Avšak proti jest, co praví Filosof ve IV. Ethic., že "stydlivost nemá člověk snaživý".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, stydlivost je bázeň nějaké hanebnosti. Že však nějaké zlo není obáváno, může se přihoditi z dvojího důvodu: jedním způsobem, že není považováno za zlo; jiným způsobem, že si je nepovažuje za možné nebo uniknutí za nesnadně. A podle toho stydlivost chybí někomu dvojmo. Jedním způsobem, poněvadž ta, za něž se třeba styděti, nejsou vnímána jako hanebná. A tímto způsobem postrádají stydlivosti lidé do hříchů ponořeni, jimž se jejich hříchy nehnusí, ale spíše se jimi chlubí. Jiným způsobem, poněvadž nevnímají hanebnost jako možnou sobě, nebo uniknutí jako nesnadně. A tím způsobem staří a ctnostní postrádají stydlivosti. Jsou však uzpůsobeni, by se styděli za to, co by na nich bylo hanebného. Pročež Filosof praví ve IV. Ethic., že "stydlivost je z předpokladu snaživého".

K prvnímu se tedy musí říci, že nedostatek stydlivosti se přihází u nejhorších a nejlepších mužů z různých příčin, jak bylo řečeno. Avšak nachází se v těch, kteří jsou uprostřed, pokud je v nich něco z milování dobra, a přece nejsou úplně prosti zla.

K druhému se musí říci, že ctnostnému náleží nejen se varovati neřestí, nýbrž také těch, která mají zdání neřestí, podle onoho I. Sol. 5: "Všeho zdání zla se zdržujte." A Filosof praví ve IV. Ethic., že "ctnostný má se varovati jak těch, která jsou zla podle pravdy, tak těch, která jsou zlá podle domněnky."

K třetímu se musí říci, že, jak bylo řečeno, ctnostný pohrdá pomluvami a potupami, jako něčím, čeho nezasluhuje. A

4. Quorum sit verecundari.

II-II q. 144 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod etiam in virtuosis hominibus possit esse verecundia. Contrariorum enim contrarii sunt effectus. Sed illi qui sunt superabundantis malitiae non verecundantur, secundum illud Ierem. III, *species meretricis facta est tibi, nescisti erubescere*. Ergo illi qui sunt virtuosi magis verecundantur.

II-II q. 144 a. 4 arg. 2

Praeterea, philosophus dicit, in II Rhet., quod *homines non solum erubescunt vitia, sed etiam signa vitiorum*. Quae quidem contingit etiam esse in virtuosis. Ergo in virtuosis potest esse verecundia.

II-II q. 144 a. 4 arg. 3

Praeterea, verecundia est timor ingloriationis. Sed contingit aliquos virtuosos gloriosos esse, puta si falso infamantur, vel etiam indigne opprobria patiantur. Ergo verecundia potest esse in homine virtuoso.

II-II q. 144 a. 4 arg. 4

Praeterea, verecundia est pars temperantiae, ut dictum est. Pars autem non separatur a toto. Cum igitur temperantia sit in homine virtuoso, videtur quod etiam verecundia.

II-II q. 144 a. 4 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in IV Ethic., quod *verecundia non est hominis studiosi*.

II-II q. 144 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, verecundia est timor alicuius turpitudinis. Quod autem aliquod malum non timeatur, potest duplici ratione contingere, uno modo, quia non aestimatur ut malum; alio modo, quia non aestimatur ut possibile, vel ut difficile vitari. Et secundum hoc, verecundia in aliquo deficit dupliciter. Uno modo, quia ea quae sunt erubescibilia, non apprehenduntur ut turpia. Et hoc modo carent verecundia homines in peccatis profundati, quibus sua peccata non displicent, sed magis de eis gloriantur. Alio modo, quia non apprehendunt turpitudinem ut possibilem sibi, vel quasi non facile vitabilem. Et hoc modo senes et virtuosi verecundia carent. Sunt tamen sic dispositi ut, si in eis esset aliquid turpe, de hoc verecundarentur, unde philosophus dicit, in IV Ethic., quod *verecundia est ex suppositione studiosi*.

II-II q. 144 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod defectus verecundiae contingit in pessimis et optimis viris ex diversis causis, ut dictum est. Invenitur autem in his qui mediocriter se habent, secundum quod est in eis aliquid de amore boni, et tamen non totaliter sunt immunes a malo.

II-II q. 144 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod ad virtuosum pertinet non solum vitare vitia, sed etiam ea quae habent speciem vitiorum, secundum illud I ad Thess. V, *ab omni specie mala abstinete vos*. Et philosophus dicit, in IV Ethic., quod vitanda sunt virtuoso tam ea quae sunt mala secundum veritatem, quam ea quae sunt mala secundum opinionem.

II-II q. 144 a. 4 ad 3

proto se pro ně mnoho nestydí. Je však nějaké hnutí stydlivosti, jakož i ostatních vášní, předbíhající rozum.

Ke čtvrtému se musí říci, že stydlivost není částí mírnosti, jako sahající do její bytnosti, ale jako uzpůsobování k ní. Pročež Ambrož praví, v I. O povin., že "stydlivost klade první základy mírnosti, pokud totiž nahání hrůzu před hanebností".

CXLV. O počestnosti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom se má uvažovati o počestnosti. A o tom jsou čtyři otázky:

1. Jak se má počestné ke ctnosti.
2. Jak se má k půvabu.
3. Jak se má k užitečnému a těšícímu.
4. Zda počestnost je částí mírnosti.

CXLV.1. Zda počestnost je totéž, co ctnost.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že počestné není totéž, co ctnost. Neboť Tullius praví ve své Rhetor., že "počestné je, co je žádáno k vůli sobě". Avšak ctnost není žádána k vůli sobě, nýbrž k vůli blaženosti, neboť Filosof praví, v I. Ethic., že "blaženost je odměna a cíl ctnosti". Tedy počestné není totéž, co ctnost.

Mimo to podle Isidora, v X. Etymol., "počestnost se říká jako čestné postavení". Ale čest náleží mnoha jiným než ctnosti, neboť "ctnosti náleží chvála vlastně", jak se praví v I. Ethic. Tedy počestnost není totéž, co ctnost.

Mimo to hlavní ve ctnosti je vnitřní volba, jak praví Filosof v VIII. Ethic. Počestnost však zdá se více patřiti k vnějšímu chování, podle onoho I. Kor. 14: "Vše děj se počestně a podle řádu" u vás. Tedy počestnost není totéž, co ctnost:

Mimo to počestnost zdá se pozůstávati ve vnějším bohatství, podle onoho Eccli. 11: "Dobra a zla, život a smrt, chudoba a počestnost jsou od Boha." Ale ctnost nepozůstává ve vnějším bohatství. Tedy počestnost není totéž, co ctnost.

Avšak proti jest; co praví Tullius v I. O povin., rozděluje počestné na čtyři hlavní ctnosti, na něž se také dělí ctnost. Tedy počestné je totéž, co ctnost.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak praví Isidor, počestnost se říká jako čestné postavení. Pročež počestným se zdá něco nazýváno proto, že je hodné cti. Avšak čest, jak bylo shora řečeno, náleží vynikání. Vynikání pak člověka nejvíce se pozoruje podle ctnosti, která je, "uzpůsobení dokonalého k nejlepšímu", jak se praví v VII. Fysic. A proto počestné,

Ad tertium dicendum quod infamationes et opprobria virtuosus, ut dictum est, contemnit, quasi ea quibus ipse non est dignus. Et ideo de his nemo multum verecundatur. Est tamen aliquis motus verecundiae praeveniens rationem, sicut et ceterarum passionum.

II-II q. 144 a. 4 ad 4

Ad quartum dicendum quod verecundia non est pars temperantiae quasi intrans essentiam eius, sed quasi dispositive se habens ad ipsam. Unde Ambrosius dicit, in I de Offic., quod *verecundia iacit prima temperantiae fundamenta*, inquantum scilicet incutit horrorem turpitudinis.

145. De honestate quae est pars integralis temperantiae.

Prooemium

II-II q. 145 pr.

Deinde considerandum est de honestate. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, quomodo honestum se habeat ad virtutem. Secundo, quomodo se habeat ad decorem. Tertio, quomodo se habeat ad utile et delectabile. Quarto, utrum honestas sit pars temperantiae.

1. Quomodo honestum se habeat aa virtutem.

II-II q. 145 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod honestum non sit idem virtuti. Dicit enim Tullius, in sua rhetorica honestum esse quod propter se petitur. Virtus autem non petitur propter seipsam, sed propter felicitatem, dicit enim philosophus, in I Ethic., quod felicitas est praemium virtutis et finis. Ergo honestum non est idem virtuti.

II-II q. 145 a. 1 arg. 2

Praeterea, secundum Isidorum, honestas dicitur quasi honoris status. Sed multis aliis debetur honor quam virtuti, nam virtuti proprie debetur laus, ut dicitur in I Ethic. Ergo honestas non est idem virtuti.

II-II q. 145 a. 1 arg. 3

Praeterea, principale virtutis consistit in interiori electione, ut philosophus dicit, in VIII Ethic. Honestas autem magis videtur ad exteriorem conversationem pertinere, secundum illud I ad Cor. XIV, *omnia honeste et secundum ordinem fiant in vobis*. Ergo honestas non est idem virtuti.

II-II q. 145 a. 1 arg. 4

Praeterea, honestas videtur consistere in exterioribus divitiis, secundum illud Eccli. XI, *bona et mala, vita et mors, utraque a Deo sunt*. Sed in exterioribus divitiis non consistit virtus. Ergo honestas non est idem virtuti.

II-II q. 145 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Tullius, in I de Offic. et in II Rhet., dividit honestum in quatuor virtutes principales, in quas etiam dividitur virtus. Ergo honestum est idem virtuti.

II-II q. 145 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut Isidorus dicit, honestas dicitur quasi honoris status. Unde ex hoc videtur aliquid dici honestum, quod est honore dignum. Honor autem, ut supra dictum est, excellentiae debetur. Excellentia autem hominis maxime consideratur secundum virtutem, quia

vlastně řečeno, vychází na totéž, co ctnost.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Filosof v I. Ethic., z těch, která se žádají k vůli sobě, některá se žádají pouze k vůli sobě, a nikdy k vůli jinému, jako blaženost, která je poslední cíl. Jiná však se žádají k vůli sobě, pokud mají v sobě nějaký ráz dobroty, byť nám z nich nepřibývalo žádné jiné dobro; avšak jsou žádoucí k vůli jinému, pokud nás totiž přivádějí k nějakému dobru dokonalejšímu. A tím způsobem jsou ctnosti k vůli sobě žádoucí. Pročež Tullius praví, v II. Rhetor., že "je něco, co nás vábí svou silou, a svou hodnotou táhne, jako ctnost, pravda, vědění", A to stačí na ráz ctnosti.

K druhému se musí říci, že z těch, která kromě ctnosti jsou ctěna, něco vyniká nad ctnost, jako Bůh a blaženost. A taková nám nejsou ze zkušenosti tak známa jako ctnosti, dle nichž každodenně jednáme. A proto ctnost si více vyhrazuje jméno počestného. Jiná však, která jsou pod ctností, jsou ctěna, pokud pomáhají k ctnostnému jednání, jako urozenost, moc a bohatství. Neboť, jak praví Filosof, ve IV. Ethic., "taková jsou ctěna od některých; ale podle pravdy pouze dobrého třeba ctíti". Dobrý pak je někdo podle ctnosti. A proto ctnosti sice náleží chvála, pokud je žádoucí k vůli jinému; čest však, pokud je žádoucí k vůli sobě. A podle toho má ráz počestného.

K třetímu se musí říci, že, jak bylo řečeno, počestno obnáší povinnou čest. Avšak čest je nějaké dosvědčení vynikání někoho, jak bylo řečeno. Svědectví se však nepronáší, leč o věcech známých. Vnitřní však volbu člověk nepozná, leč skrze vnější úkony. A proto vnější chování má ráz počestného, pokud ukazuje vnitřní správnost. A proto kořen počestnosti pozůstává ve vnitřní volbě, projev pak ve vnějším chování.

Ke čtvrtému se musí říci, že, poněvadž podle lidové domněnky vynikání bohatstvím činí člověka hodným cti, je z toho, že někdy jméno počestnosti se přenáší na vnější úspěch.

CXLV.2. Zda počestné je totéž, co půvab.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že počestné není totéž co půvab. Neboť ráz počestného je vzat ze žádosti, neboť počestné je, po čem se baží k vůli sobě. Ale půvab přihlíží spíše k pohledu, jemuž se líbí. Tedy půvab není totéž co počestné.

Mimo to půvab vyžaduje jakousi jasnost, která patří k pojmu slávy. Počestné však přihlíží ke cti. Ježto tedy čest a sláva se liší, jak bylo řečeno shora, zdá se, že také počestné se liší od půvabu.

est dispositio perfecti ad optimum, ut dicitur in VII Physic. Et ideo honestum, proprie loquendo, in idem refertur cum virtute.

II-II q. 145 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut philosophus dicit, in I Ethic., eorum quae propter se appetuntur, quaedam appetuntur solum propter se, et nunquam propter aliud, sicut felicitas, quae est ultimus finis. Quaedam vero appetuntur et propter se, inquantum habent in seipsis aliquam rationem bonitatis, etiam si nihil aliud boni per ea nobis accideret, et tamen sunt appetibilia propter aliud, inquantum scilicet perducunt nos in aliquod bonum perfectius. Et hoc modo virtutes sunt propter se appetendae. Unde Tullius dicit, in II Rhet., quod *quiddam est quod sua vi nos allicit, et sua dignitate trahit*, ut virtus, veritas, scientia. Et hoc sufficit ad rationem honesti.

II-II q. 145 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod eorum quae honorantur praeter virtutem, aliquid est virtute excellentius, scilicet Deus et beatitudo. Et huiusmodi non sunt ita nobis per experientiam nota sicut virtutes, secundum quas quotidie operamur. Et ideo virtus magis sibi vindicat nomen honesti. Alia vero, quae sunt infra virtutem, honorantur inquantum coadiuvant ad operationem virtutis, sicut nobilitas, potentia et divitiae. Ut enim philosophus dicit, in IV Ethic., huiusmodi *honorantur a quibusdam, sed secundum veritatem, solus bonus est honorandus*. Bonus autem est aliquis secundum virtutem. Et ideo virtuti quidem debetur laus, secundum quod est appetibilis propter aliud, honor autem, prout est appetibilis propter seipsam. Et secundum hoc habet rationem honesti.

II-II q. 145 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut dictum est, honestum importat debitum honoris. Honor autem est contestatio quaedam de excellentia alicuius, ut supra dictum est. Testimonium autem non profertur nisi de rebus notis. Interior autem electio non innotescit homini nisi per exteriores actus. Et ideo exterior conversatio habet rationem honesti secundum quod est demonstrativa interioris rectitudinis. Et propter hoc, radicaliter honestas consistit in interiori electione, significative autem in exteriori conversatione.

II-II q. 145 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod quia secundum vulgarem opinionem excellentia divitiarum facit hominem dignum honore, inde est quod quandoque nomen honestatis ad exteriorem prosperitatem transfertur.

2. Quomodo se habeat ad decorem.

II-II q. 145 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod honestum non sit idem quod decorum. Ratio enim honesti sumitur ex appetitu, nam honestum est quod per se appetitur. Sed decorum magis respicit aspectum, cui placet. Ergo decorum non est idem quod honestum.

II-II q. 145 a. 2 arg. 2

Praeterea, decor quandam claritatem requirit, quae pertinet ad rationem gloriae. Honestum autem respicit honorem. Cum igitur honor et gloria differant, ut supra dictum est, videtur quod etiam honestum differat a decoro.

Mimo to počestné je totéž co ctnost, jak bylo řečeno shora. Ale nějaký půvab odporuje ctnosti. Pročež se praví Ezech. 16: "Spoléhajíc na svou krásu, smilnilas na své jméno." Tedy počestné není totéž co slušné.

Avšak proti jest, co praví Apoštol, I. Kor. 12: "Která jsou naše nepočestná, mají větší počestnost; počestná však naše ničeho nepotřebují." Avšak nepočestné údy nazývá tam hanebnými, počestné pak údy krásnými. Tedy zdá se, že počestné a půvabné je totéž.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak lze vzíti ze slov Divišových, IV. hl. O Bož. Jmén., k pojmu krásného čili půvabného sbíhá se i jasnost, i patřičná úměrnost. Praví totiž, že Bůh sluje krásný, jakožto "příčina souladu a jasnosti veškerenstva". Pročež krása těla pozůstává v tom, že člověk má údy těla úměrné, a jakousi jasnost patřičné barvy. A podobně duchovní krása pozůstává v tom, že chování člověka čili jeho jednání je dobře úměrné podle duchovní jasnosti rozumu. To však patří k pojmu počestného, jež jsme prohlásili totožným se ctností, která podle rozumu řídí všechny lidské věci. A proto počestné je totéž s duchovním půvabem. Pročež Augustin, v kn. 83 Otáz., praví: "Počestností nazývám rozumovou krásu, kterou my vlastně nazýváme duchovní." A potom dodává, že "jsou mnohá krásna viditelná, která méně vlastně slují počestná".

K prvnímu se tedy musí říci, že předmětem hýbajícím žádost je vnímané dobro. Co však v samém pojetí jeví se půvabné, bere se jako vhodné a dobré. Pročež Diviš praví,. že "Dobro a krásno je všemi milováno". Pročež i samo počestno, pokud má duchovní půvab, stává se žádoucím. Pročež: i Tullius praví v I. O povin.: "Vidíš sám tvar a jako obličej počestného, který, kdyby byl spatřen očima, vzbudil by podivuhodné milování moudrosti, jak praví Plato."

K druhému se musí říci, že, jak bylo shora řečeno, sláva je účinek cti. Neboť z toho, že někdo je ctěn nebo chválen, stává se slavným v očích jiných. A proto, jako je totéž čestné a slavné, tak také je totéž počestné a půvabné.

K třetímu se musí říci, že ona námitka platí o kráse tělesné, ačkoliv lze říci, že také pro duchovní krásu někdo duchovně smilní, pokud se pyšní samou počestností, podle onoho Ezech. 28: "Vyvýšilo se tvé srdce ze tvého půvabu, ztratilas svou moudrost ve svém půvabu."

CXLV.3. Zda počestné se liší od užitečného a těšícího.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že počestné se neliší od užitečného a těšícího. Neboť počestné sluje, co se žádá k vůli sobě. Ale potěšení se žádá k vůli sobě, "neboť směšné se zdá hledati, proč se kdo chce těšiti", jak praví Filosof v

II-II q. 145 a. 2 arg. 3

Praeterea, honestum est idem virtuti, ut supra dictum est. Sed aliquis decor contrariatur virtuti, unde dicitur Ezech. XVI, *habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo*. Ergo honestum non est idem decoro.

II-II q. 145 a. 2 s. c.

Sed contra est quod apostolus dicit, I ad Cor. XII, *quae inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent, honesta autem nostra nullius egent*. Vocat autem ibi inhonesta, membra turpia; honesta autem, membra pulchra. Ergo honestum et decorum idem esse videntur.

II-II q. 145 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut accipi potest ex verbis Dionysii, IV cap. de Div. Nom., ad rationem pulchri, sive decori, concurrit et claritas et debita proportio, dicit enim quod *Deus dicitur pulcher sicut universorum consonantiae et claritatis causa*. Unde pulchritudo corporis in hoc consistit quod homo habeat membra corporis bene proportionata, cum quadam debiti coloris claritate. Et similiter pulchritudo spiritualis in hoc consistit quod conversatio hominis, sive actio eius, sit bene proportionata secundum spiritualem rationis claritatem. Hoc autem pertinet ad rationem honesti, quod diximus idem esse virtuti, quae secundum rationem moderatur omnes res humanas. Et ideo honestum est idem spirituali decori. Unde Augustinus dicit, in libro octogintatrium quaest., *honestatem voco intelligibilem pulchritudinem, quam spiritualem nos proprie dicimus*. Et postea subdit quod *sunt multa pulchra visibilia, quae minus proprie honesta appellantur*.

II-II q. 145 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod obiectum movens appetitum est bonum apprehensum. Quod autem in ipsa apprehensione apparet decorum, accipitur ut conveniens et bonum, et ideo dicit Dionysius, IV cap. de Div. Nom., quod *omnibus est pulchrum et bonum amabile*. Unde et ipsum honestum, secundum quod habet spiritualem decorem, appetibile redditur. Unde et Tullius dicit, in I de Offic., *formam ipsam, et tanquam faciem honesti vides, quae si oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait Plato, excitaret sapientiae*.

II-II q. 145 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut supra dictum est, gloria est effectus honoris, ex hoc enim quod aliquis honoratur vel laudatur, redditur clarus in oculis aliorum. Et ideo, sicut idem est honorificum et gloriosum, ita etiam idem est honestum et decorum.

II-II q. 145 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod obiectio illa procedit de pulchritudine corporali. Quamvis possit dici quod etiam propter pulchritudinem spiritualem aliquis spiritualiter fornicatur, inquantum de ipsa honestate superbit, secundum illud Ezech. XXVIII, *elevatum est cor tuum in decore tuo, perdidisti sapientiam tuam in decore tuo*.

3. Quomodo se habeat ad utile et delectabile.

II-II q. 145 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod honestum non differat ab utili et delectabili. Dicitur enim honestum quod propter se appetitur. Sed delectatio propter se

X. Ethic. Tedy počestné se neliší od těšícího.

Mimo to bohatství je obsaženo v užitečném dobru. Praví totiž Tullius v II. Rhetor.: "Něco je žádoucí ne pro svou sílu a přirozenost, nýbrž pro ovoce a užitečnost, což jsou peníze." Ale bohatství má ráz počestnosti; neboť se praví Eccli 11: "Chudoba a počestnost," to jest bohatství, "jsou od Boha"; a 13: "Břímě nad sebe nese, kdo s počestnějším," to jest bohatším "má společenství". Tedy počestné se neliší od užitečného.

Mimo to Tullius, v II. O povin., dokazuje, že "nic nemůže být užitečné, co není počestné". A totéž máme u Ambrože v II. O povin. Tedy užitečné se neliší od počestného.

Avšak proti jest, co praví Augustin v knize Osmdesáti tří otáz.: "Počestné sluje, co je k vůli sobě žádoucí; užitečné však, co se má vztahovati k něčemu jinému."

Odpovídám: Musí se říci, že počestné se schází v týž podmět s užitečným a těšícím, liší se však od nich rozumem. Neboť něco sluje počestné, jak bylo řečeno, pokud má nějaký půvab z uspořádání rozumem. Avšak to, co je uspořádáno podle rozumu, přirozeně je vhodné člověku. Všechno pak se přirozeně těší z vhodného sobě. A proto počestné těší člověka přirozené, jak dokazuje Filosof v I. Ethic., o činnosti ctnosti. Ne však každé těšící je počestné, poněvadž také něco může býti vhodné podle smyslu, a ne podle rozumu. Ale toto těšící je mimo rozum člověka, jenž zdokonaluje jeho přirozenost. Také sama ctnost. která jest o sobě počestná, vztahuje se k jinému jakožto k cíli, totiž k blaženosti. A podle toho je téhož podmětu počestné a užitečné a těšící. Ale liší se rozumem, neboť počestné se říká, pokud má něco nějaké vynikání, hodné cti pro duchovní krásu; těšící pak, pokud ukojí žádost; užitečné pak, pokud se vztahuje k jinému. Něco více však je těšící než užitečné a počestné, poněvadž každé užitečné a počestné je nějak těšící, ale ne obráceně, jak se praví v II. Ethic.

K prvnímu se tedy musí říci, že počestné sluje, co je žádáno k vůli sobě rozumovou žádostí, která tíhne k tomu, co je hodné rozumu. Těšící však jest k vůli sobě žádáno žádostí smyslovou.

K druhému se musí říci, že bohatství má jméno počestnosti podle domnění mnohých, kteří bohatství uctívají; nebo pokud jest organicky zařízeno k úkonům ctnosti, jak bylo řečeno.

K třetímu se musí říci, že úmyslem Tulliovým a Ambrožovým je říci, že nic nemůže býti jednoduše a opravdu užitečné, co odporuje počestnosti, poněvadž tak odporuje poslednímu cíli člověka, jímž je dobro podle

appetitur, *ridiculum enim videtur quaerere propter quid aliquis velit delectari*, ut philosophus dicit, in X Ethic. Ergo honestum non differt a delectabili.

II-II q. 145 a. 3 arg. 2

Praeterea, divitiae sub bono utili continentur, dicit enim Tullius, in II Rhet., *est aliquid non propter suam vim et naturam, sed propter fructum et utilitatem petendum, quod pecunia est*. Sed divitiae habent rationem honestatis, dicitur enim Eccli. XI, paupertas et honestas (idest divitiae) a Deo sunt; et XIII, pondus super se tollit qui honestiori (idest ditiori) se communicat. Ergo honestum non differt ab utili.

II-II q. 145 a. 3 arg. 3

Praeterea, Tullius probat, in libro de Offic., quod nihil potest esse utile quod non sit honestum. Et hoc idem habetur per Ambrosium, in libro de Offic. Ergo utile non differt ab honesto.

II-II q. 145 a. 3 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro octogintatrium quaest., *honestum dicitur quod propter seipsum petendum est, utile autem quod ad aliquid aliud referendum est*.

II-II q. 145 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod honestum concurrit in idem subiectum cum utili et delectabili, a quibus tamen differt ratione. Dicitur enim aliquid honestum, sicut dictum est, inquantum habet quendam decorem ex ordinatione rationis. Hoc autem quod est secundum rationem ordinatum, est naturaliter conveniens homini. Unumquodque autem naturaliter delectatur in suo convenienti. Et ideo honestum est naturaliter homini delectabile, sicut de operatione virtutis philosophus probat, in I Ethic. Non tamen omne delectabile est honestum, quia potest etiam aliquid esse conveniens secundum sensum, non secundum rationem; sed hoc delectabile est praeter hominis rationem, quae perficit naturam ipsius. Ipsa etiam virtus, quae secundum se honesta est, refertur ad aliud sicut ad finem, scilicet ad felicitatem. Et secundum hoc, idem subiecto est et honestum et utile et delectabile, sed ratione differunt. Nam honestum dicitur secundum quod aliquid habet quandam excellentiam dignam honore propter spiritualem pulchritudinem; delectabile autem, inquantum quietat appetitum; utile autem, inquantum refertur ad aliud. In pluribus tamen est delectabile quam utile et honestum, quia omne utile et honestum est aliqualiter delectabile, sed non convertitur, ut dicitur in II Ethic.

II-II q. 145 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod honestum dicitur quod propter se appetitur appetitu rationali, qui tendit in id quod est conveniens rationi. Delectabile autem propter se appetitur appetitu sensitivo.

II-II q. 145 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod divitiae vocantur nomine honestatis secundum opinionem multorum, qui divitias honorant, vel inquantum ordinantur organice ad actus virtutum, ut dictum est.

II-II q. 145 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod intentio Tullii et Ambrosii dicere est quod nihil potest esse simpliciter et vere utile quod repugnat honestati, quia oportet quod repugnet rozumu. Ačkoli může snad býti užitečné z části vzhledem k nějakému jednotlivému cíli. Nemíní však říci, že každé užitečné, uvažováno v sobě, dosahuje rázu počestného.

CXLV.4. Zda počestnost se má stanoviti za část mírnosti.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že počestnost se nemá stanoviti za část mírnosti. Neboť není možné, aby totéž vzhledem k témuž bylo částí a celkem. Ale "mírnost je části počestnosti", jak praví Tullius v II. Rhetor. Tedy počestnost není část mírnosti.

Mimo to se praví v III. Esdr. 3, že "víno činí každou hrud počestnou". Ale užívání vína, především nadbytečné, o němž se tam zdá mluviti, více patří k nemírnosti než mírnosti. Tedy počestnost není část mírnosti.

Mimo to počestné sluje co je hodné cti. Ale "spravedliví a stateční jsou nejvíce ctěni", jak praví Filosof v I. Rhetor. Tedy počestnost nepatří k mírnosti, nýbrž spíše ke spravedlnosti a statečnosti. Pročež též Eleazar řekl, jak se praví II. Machab. 6: "Statečně podstoupím počestnou smrt za nejvážnější a nejsvětější zákony."

Avšak proti jest, že Makrobius stanoví počestnost za část mírnosti. Také Ambrož v I. O povin., mírnosti zvláště přiděluje počestnost.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, počestnost jest jakási duchovní krása. Krásnému však protilehlé je hanebné. Avšak protilehlá se nejvíce navzájem zjevují. A proto se zdá k mírnosti zvláště patřiti počestnost, která odpuzuje to, co je člověku nejhanebnější a nejneslušnější, totiž zvířecí rozkoše. Pročež též v samém jméně mírnosti nejvíce se rozumí dobro rozumu, jemuž patří říditi a mírniti špatné dychtivosti. Tak tedy počestnost, pokud se nějakým zvláštním způsobem přiděluje mírnosti, stanoví se za její část, ne sice podmětnou, nebo jako ctnost připojená, nýbrž její doplňkovou část, jako nějaká její podmínka.

K prvnímu se tedy musí říci, že mírnost se udává za podmětnou část počestného, pokud se bere ve své obecnosti. Tak se však neudává za část mírnosti.

K druhému se musí říci, že víno působí v nestřídmých hruď počestnou podle jejich oceňování, poněvadž se jim zdá, že jsou velcí a hodní cti.

K třetímu se musí říci, že spravedlnosti a statečnosti náleží větší čest než mírnosti. pro vynikání větším dobrem. Ale mírnosti náleží větší čest pro zadržování neřestí více potupných, jak je patrné z řečených. A tak počestnost se spíše přiděluje mírnosti, podle pravidla Apoštolova, I. Kor. 12, že "naše nepočestná mají větší počestnost", totiž odstraňující, co je nepočestné.

ultimo fini hominis, quod est bonum secundum rationem, quamvis forte possit esse utile secundum quid, respectu alicuius finis particularis. Non autem intendunt dicere quod omne utile, in se consideratum, pertingat ad rationem honesti.

4. Utrum honestas sit temperantiae pars.

II-II q. 145 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod honestas non debeat poni pars temperantiae. Non enim est possibile quod idem, respectu eiusdem, sit pars et totum. Sed temperantia est pars honesti, ut Tullius dicit, in II Rhet. Ergo honestas non est pars temperantiae.

II-II q. 145 a. 4 arg. 2

Praeterea, III Esdrae dicitur quod *vinum praecordia facit honesta*. Sed usus vini, praecipue superfluus, de quo ibi loqui videtur, magis pertinet ad intemperantiam quam ad temperantiam. Ergo honestas non est pars temperantiae.

II-II q. 145 a. 4 arg. 3

Praeterea, honestum dicitur quod est honore dignum. Sed iusti et fortes maxime honorantur, ut dicit philosophus, in I Rhet. Ergo honestas non pertinet ad temperantiam, sed magis ad iustitiam vel fortitudinem. Unde et Eleazarus dixit, ut dicitur II Machab. VI, *fortiter pro gravissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungor*.

II-II q. 145 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Macrobius honestatem ponit partem temperantiae. Ambrosius etiam, in I de Offic., temperantiae speciliter honestatem attribuit.

II-II q. 145 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, honestas est quaedam spiritualis pulchritudo. Pulchro autem opponitur turpe. Opposita autem maxime se invicem manifestant. Et ideo ad temperantiam specialiter honestas pertinere videtur, quae id quod est homini turpissimum et indecentissimum repellit, scilicet brutales voluptates. Unde et in ipso nomine temperantiae maxime intelligitur bonum rationis, cuius est moderari et temperare concupiscentias pravas. Sic igitur honestas, prout speciali quadam ratione temperantiae attribuitur, ponitur pars eius non quidem subiectiva, vel sicut virtus adiuncta, sed pars integralis ipsius, sicut quaedam eius conditio.

II-II q. 145 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod temperantia ponitur pars subiectiva honesti prout sumitur in sua communitate. Sic autem non ponitur temperantiae pars.

II-II q. 145 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod vinum in ebriis facit praecordia honesta secundum eorum reputationem, quia videtur eis quod sint magni et honorandi.

II-II q. 145 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod iustitiae et fortitudini debetur maior honor quam temperantiae propter maioris boni excellentiam. Sed temperantiae debetur maior honor propter cohibitionem vitiorum magis exprobrabilium, ut ex dictis patet. Et sic honestas magis attribuitur temperantiae, secundum regulam apostoli, I ad Cor. XII, quod *inhonesta nostra maiorem habent honestatem*,

CXLVI. O odříkání.

Předmluva

Dělí se na dva články.

Potom se má uvažovati o podmětných částech mírnosti. A nejprve o těch, která se týkají potěšení pokrmů; za druhé o těch, která se týkají potěšení pohlavních.

Ohledně prvního jest uvažovati o odříkání, které se týká pokrmů a nápojů; a o střízlivosti, která se týká zvláště nápoje. Ohledně pak odříkání jest uvažovati trojí: nejprve 0 odříkání samém; za druhé o jeho úkonu, kterým je půst. Za třetí o protilehlé neřesti, jíž je nestřídmost.

O odříkání jsou dvě otázky.

1. Zda odříkání je ctnost.

2. Zda je zvláštní ctnost.

CXLVI.1.Zda odříkání je ctnost.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že odříkání není ctnost. Neboť Apoštol, I. Kor. 4, praví: "Království Boží není v řeči, nýbrž ve ctnosti." Avšak v odříkání království Boží není pokrm a nápoj;" kdež praví Glossa, že "ani v odříkání ani v požívání není spravedlnost." Tedy odříkání není ctnost.

Mimo to Augustin v X. Vyzn. praví, mluvě k Bohu: "Tomu naučils mne, abych chodil brátí pokrmy jako léky." Ale upravovati léky nepatří ctnosti, nýbrž umění lékařskému. Tedy ze stejného důvodu upravovati pokrmy, což patří k odříkání, není úkon ctnosti, nýbrž umění.

Mimo to každá ctnost pozůstává ve středu, jak máme v II. Ethic. Avšak odříkání nezdá se pozůstávati ve středu, nýbrž v nedostatku, ježto má jméno od odnětí. Tedy odříkání není ctnost.

Mimo to žádná ctnost nevylučuje jinou. Ale odříkání vylučuje trpělivost, neboť Řehoř praví v Pastýřském, že "mysli odříkajících mnohdy vytřásá netrpělivost z klínu pokojnosti". Tamtéž také praví, že "myšlenky odříkajících mnohdy protkne vina píchy", a tak vylučuje pokoru. Tedy odříkání není ctnost.

Avšak proti jest, co se praví II. Petr. I: "Dejte ke své víře ctnost, ke ctnosti pak vědění, k vědění pak odříkání," kde odříkání se vypočítává s jinými ctnostmi. Tedy odříkání je ctnost.

Odpovídám: Musí se říci, že odříkání ze svého jména obnáší odnětí pokrmů. Tedy jméno odříkání lze brátí dvojmo: jedním způsobem, pokud označuje naprostě odnětí pokrmů. A tím způsobem odříkání neznamená ani ctnost, ani úkon ctnosti, nýbrž cosi nelišného. Jiným způsobem lze brátí, pokud je řízena rozumem, a tehdy znamená buď pohotovost nebo úkon ctnosti. A to naznačuje uvedený

scilicet removentem quod inhonestum est.

146. De abstinentia quae est pars subiectiva temperantiae.

Prooemium

II-II q. 146 pr.

Deinde considerandum est de partibus subiectivis temperantiae. Et primo, de his quae sunt circa delectationes ciborum; secundo, de his quae sunt circa delectationes venereorum. Circa primum, considerandum est de abstinentia, quae est circa cibos et potus; et de sobrietate, quae est specialiter circa potum. Circa abstinentiam autem consideranda sunt tria, primo, de ipsa abstinentia; secundo, de actu eius, qui est ieiunium; tertio, de vitio opposito, quod est gula. Circa abstinentiam autem quaeruntur duo. Primo, utrum abstinentia sit virtus. Secundo, utrum sit virtus specialis.

1. Utrum abstinentia sit virtus.

II-II q. 146 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod abstinentia non sit virtus. Dicit enim apostolus, I ad Cor. IV, *non est regnum Dei in sermone, sed in virtute*. In abstinentia autem non consistit regnum Dei, dicit enim apostolus, Rom. XIV, *non est regnum Dei esca et potus*; ubi dicit Glossa *nec in abstinendo nec in manducando esse iustitiam*. Ergo abstinentia non est virtus.

II-II q. 146 a. 1 arg. 2

Praeterea, Augustinus dicit, in X Confess., *ad Deum loquens, hoc me docuisti, ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam*. Sed medicamenta moderari non pertinet ad virtutem, sed ad artem medicinae. Ergo, pari ratione, moderari alimenta, quod pertinet ad abstinentiam, non est actus virtutis, sed artis.

II-II q. 146 a. 1 arg. 3

Praeterea, omnis virtus in medio consistit, ut habetur in II Ethic. Abstinentia autem non videtur in medio consistere, sed in defectu, cum ex subtractione nominetur. Ergo abstinentia non est virtus.

II-II q. 146 a. 1 arg. 4

Praeterea, nulla virtus excludit aliam. Sed abstinentia excludit patientiam, dicit enim Gregorius, in pastorali, quod *mentes abstinentium plerumque impatientia excutit a sinu tranquillitatis*. Ibidem etiam dicit quod *cogitationes abstinentium nonnunquam superbiae culpa transfigit*, et ita excludit humilitatem. Ergo abstinentia non est virtus.

II-II q. 146 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dicitur II Pet. I, *ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam*, ubi abstinentia aliis virtutibus connumeratur. Ergo abstinentia est virtus.

II-II q. 146 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod abstinentia ex suo nomine importat subtractionem ciborum. Dupliciter ergo nomen abstinentiae accipi potest. Uno modo, secundum quod absolute ciborum subtractionem designat. Et hoc modo abstinentia non designat neque virtutem neque actum virtutis, sed quiddam indifferens. Alio modo potest accipi

výrok Petrův, kde se praví, že k poznání se má dáti odříkání, aby si totiž člověk odříkal pokrmy, jak vyžaduje shodnost s lidmi, s nimiž žije, a jeho osoba a požadavky jeho zdraví.

K prvnímu se tedy musí říci, že užívání pokrmů a odříkání se jich, uvažovaná v sobě, nepatří ke království Božímu, neboť Apoštol praví v I. Kor. 8: "Jídlo nás nedoporučuje Bohu, neboť ani nebudeme míti nedostatek, nebudeme-li jísti, ani budeme-li jísti nebudeme oplývati, totiž duchovně." Avšak to obojí, pokud se děje rozumně z víry a milování Boha, patří ke království Božímu.

K druhému se musí říci, že upravování pokrmu podle množství a jakosti patří umění lékařskému ve srovnání se zdravím těla. Ale podle vnitřních citů, ve srovnání s dobrem rozumu, patří k odříkání. Pročež Augustin, v II. kn. O otáz. evang., praví: "Vůbec nezáleží, totiž pro ctnost. jaké pokrmy nebo kolik kdo bere, dokud to koná podle shodnosti s lidmi, s nimiž žije, a se svou osobou a pro požadavky svého zdraví, nýbrž s jakou snadností a jasností mysli jich postrádá, když je třeba nebo je nutné postrádati."

K třetímu se musí říci, že mírnosti patří krotiti potěšení; která k sobě příliš vábí ducha, jako statečnosti patří upevniti ducha proti bázním, odpuzujícím od dobra rozumu. A proto, jako chvála statečnosti záleží v nějakém nadbytku, a z toho jsou jmenovány všechny části statečnosti, tak také chvála mírnosti záleží v nějakém nedostatku, a z toho je pojmenována sama a všechny její části. Pročež též odříkání, poněvadž je částí mírnosti, je pojmenováno od nedostatku. A přece pozůstává ve středu, pokud je podle správného rozumu.

Ke čtvrtému se musí říci, že ony neřesti pocházejí z odříkání, pokud není podle správného rozumu. Neboť správný rozum působí odříkání jak je třeba, totiž s veselou myslí; i proč je třeba, totiž pro slávu Boží, nikoli pro slávu svou.

CXLVI.2.Zda odříkání je zvláštní ctnost.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že odříkání není zvláštní ctnost. Neboť každá ctnost je chvalná ze sebe. Ale odříkání není chvalné ze sebe; praví totiž Řehoř v Pastýř., že "ctnost odříkání má doporučení jenom z jiných ctností". Tedy odříkání není zvláštní ctnost.

Mimo to Augustin praví, že "Svatí si odříkají pokrm a nápoj, ne že nějaký tvor Loží je špatný, nýbrž pro pouhé ukáznění těla." To však patří k čistotě. Tedy odříkání není zvláštní ctnost, odlišná od čistoty.

secundum quod est ratione regulata. Et tunc significat vel habitum virtutis, vel actum. Et hoc significatur in praemissa auctoritate Petri, ubi dicitur in scientia abstinentiam ministrandam, ut scilicet homo a cibis abstineat prout oportet, *pro congruentia hominum cum quibus vivit et personae suae, et pro valetudinis suae necessitate*.

II-II q. 146 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod et usus ciborum et eorum abstinentia secundum se considerata, non pertinent ad regnum Dei, dicit enim apostolus, I ad Cor. VIII, *esca nos non commendat Deo. Neque enim, si non manducaverimus, deficiemus, neque, si manducabimus, abundabimus*, scilicet spiritualiter. Utrumque autem eorum secundum quod fit rationabiliter ex fide et dilectione Dei, pertinet ad regnum Dei.

II-II q. 146 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod moderatio ciborum secundum quantitatem et qualitatem pertinet ad artem medicinae in comparatione ad valetudinem corporis, sed secundum interiores affectiones, in comparatione ad bonum rationis, pertinet ad abstinentiam. Unde Augustinus dicit, in libro de quaest. Evang., non interest omnino, scilicet ad virtutem, *quid alimentorum vel quantum quis accipiat, dummodo id faciat pro congruentia hominum cum quibus vivit et personae suae, et pro valetudinis suae necessitate, sed quanta facilitate et serenitate animi his valeat, cum oportet vel necesse est, carere*.

II-II q. 146 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod ad temperantiam pertinet refrenare delectationes quae nimis animum ad se alliciunt, sicut ad fortitudinem pertinet firmare animum contra timores a bono rationis repellentes. Et ideo sicut laus fortitudinis consistit in quodam excessu, et ex hoc denominantur omnes partes fortitudinis; ita etiam laus temperantiae consistit in quodam defectu, et ex hoc ipsa et omnes partes eius denominantur. Unde et abstinentia, quia pars est temperantiae, denominatur a defectu. Et tamen consistit in medio, inquantum est secundum rationem rectam.

II-II q. 146 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod illa vitia proveniunt ex abstinentia prout non est secundum rationem rectam. Ratio enim recta facit abstinere sicut oportet, scilicet cum hilaritate mentis; et propter quod oportet, scilicet propter gloriam Dei, non propter gloriam suam.

2. Utrum sit virtus specialis.

II-II q. 146 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod abstinentia non sit specialis virtus. Omnis enim virtus secundum seipsam est laudabilis. Sed abstinentia non est secundum se laudabilis, dicit enim Gregorius, in pastorali, quod *virtus abstinentiae non nisi ex aliis virtutibus commendatur*. Ergo abstinentia non est specialis virtus.

II-II q. 146 a. 2 arg. 2

Praeterea, Augustinus dicit, de fide ad Petrum, quod abstinentia sanctorum est a cibo et potu, non quia aliqua creatura Dei sit mala, sed pro sola corporis castigatione. Hoc autem pertinet ad castitatem, ut ex ipso nomine apparet. Ergo abstinentia non est virtus specialis a

Mimo to, jako člověk má býti spokojen skromným pokrmem, tak i skromným šatem, podle onoho I. Tim. posl.: "Majíce pokrmy a čím se odívati, těmi buďme spokojeni." Ale na skromnost oděvu není nějaká zvláštní ctnost. Tedy ani odříkání, které je skromnost v pokrmech.

Avšak proti jest, že Makrobius udává odříkání za zvláštní část mírnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, mravní ctnost zachovává dobro rozumu proti útokům vášní. A proto, kde se nachází zvláštní způsob, kterým vášeň odvrací od dobra rozumu, tam musí býti zvláštní ctnost. Avšak potěšení pokrmů svou povahou odvracejí člověka od dobra rozumu, jak pro svou velikost, tak také pro nutnost pokrmů, jichž člověk potřebuje k zachování života, po němž člověk nejvíce touží. Pročež odříkání je zvláštní ctnost.

K prvnímu se tedy musí říci, že ctnosti musejí býti spojité, jak bylo shora řečeno. A proto jedna ctnost má pomoc a doporučení z jiné, jako spravedlnost ze statečnosti. A tím způsobem také ctnost odříkání má doporučení z jiných ctností.

K druhému se musí říci, že odříkáním je tělo ukázněno nejen proti léčkám smilstva, nýbrž také proti léčkám nestřídmosti; poněvadž člověk odříkáním stává se silnějším na přemožení útoků nestřídmosti, které jsou tím mocnější, čím více jim člověk povoluje. A přece, že odříkání přispívá k čistotě, to nebrání, aby bylo zvláštní ctnost, poněvadž jedna ctnost dopomáhá druhé.

K třetímu se musí říci, že užívání oděvu bylo zavedeno uměním, užívání však pokrmů od přírody. A proto spíše musí býti zvláštní ctnost na skromnost pokrmů než na skromnost oděvu.

CXLVII.O postu.

Předmluva

Dělí se na osm článků.

Potom se má uvažovati o postu. A o tom jest osm otázek.

1. Zda půst jest úkon ctnosti.
2. Které ctnosti jest úkonem.
3. Zda spadá pod přikázání.
4. Zda jsou někteří omluveni od zachovávání tohoto přikázání.
5. O době postu.
6. Zda jednou jísti vyžaduje se k postu.
7. O hodině jídla postících se.
8. O pokrmech, jichž se mají odříkati.

castitate distincta.

II-II q. 146 a. 2 arg. 3

Praeterea, sicut homo debet esse contentus moderato cibo, ita et moderata veste, secundum illud I ad Tim. ult., *habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti simus*. In moderatione autem vestium non est aliqua specialis virtus. Ergo neque abstinentia, quae est moderativa alimentorum.

II-II q. 146 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Macrobius ponit abstinentiam specialem partem temperantiae.

II-II q. 146 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, virtus moralis conservat bonum rationis contra impetus passionum, et ideo ubi invenitur specialis ratio qua passio abstrahat a bono rationis, ibi necesse est esse specialem virtutem. Delectationes autem ciborum natae sunt abstrahere hominem a bono rationis, tum propter earum magnitudinem; tum etiam propter necessitatem ciborum, quibus homo indiget ad vitae conservationem, quam maxime homo desiderat. Et ideo abstinentia est specialis virtus.

II-II q. 146 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod virtutes oportet esse connexas, ut supra dictum est. Et ideo una virtus adiuvatur et commendatur ex alia, sicut iustitia a fortitudine. Et per hunc etiam modum virtus abstinentiae commendatur ex aliis virtutibus.

II-II q. 146 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod per abstinentiam corpus castigatur non solum contra illecebram luxuriae, sed etiam contra illecebras gulae, quia dum homo abstinet, magis redditur fortis ad impugnationes gulae vincendas, quae tanto fortiores sunt quanto homo eis magis cedit. Et tamen non prohibetur abstinentiam esse specialem virtutem per hoc quod ad castitatem valet, quia una virtus ad aliam iuvat.

II-II q. 146 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod usus vestimentorum est introductus ab arte, usus autem ciborum a natura. Et ideo magis debet esse virtus specialis circa moderationem ciborum quam circa moderationem vestimentorum.

147. De ieiunio quod est actus abstinentiae.

Prooemium

II-II q. 147 pr.

Deinde considerandum est de ieiunio. Et circa hoc quaeruntur octo. Primo, utrum ieiunium sit actus virtutis. Secundo, cuius virtutis sit actus. Tertio, utrum cadat sub praecepto. Quarto, utrum aliqui excusentur ab observatione huius praecepti. Quinto, de tempore ieiunii. Sexto, utrum semel comedere requiratur ad ieiunium. Septimo, de hora comestionis ieiunantium. Octavo, de cibis a quibus debent abstinere.

CXLVII.1. Zda půst je úkon ctnosti.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že půst není úkon ctnosti. Neboť každý úkon ctnosti je Bohu milý. Ale půst není vždy Bohu milý, podle onoho Isai 58: "Proč jsme se postili, a neshlédl jsi?" Tedy půst není úkon ctnosti.

Mimo to žádný úkon ctnosti neustupuje od středu ctnosti. Ale půst ustupuje od středu ctnosti; a ten se u ctnosti odříkání bere podle toho, aby se přispělo požadavku přirozenosti, jíž se postem něco odnímá; jinak by nepostící se neměli ctnost odříkání. Tedy půst není úkon ctnosti.

Mimo to, co obecně přísluší, jak dobrým tak zlým, není úkon ctnosti. Ale takový je půst, neboť kdokoliv, dříve než jí, posti se. Tedy půst není úkon ctnosti.

Avšak proti jest, že se počítá s jinými úkony ctností v II. Kor. 6, kde Apoštol praví: "V postech, ve vědění, v čistotě," atd.

Odpovídám: Musí se říci, že z toho je některý úkon ctnostný, že rozumem je zařízen k nějakému počestnému dobru. To však přísluší postu, neboť se bere hlavně na trojí. A `o nejprve na potlačení dychtivosti těla; pročež Apoštol praví v uvedeném výroku: "V postech, v čistotě," poněvadž posty je uchovávána čistota. Neboť, jak praví Jeronym, II. kn. Proti Jovin., "bez Cerery a Baccha je studená Venuše". to jest odříkáním pokrmu a nápoje chladne smyslnost. Za druhé se bere na to, aby se mysl svobodněji vznesla k nazírání výšin; pročež se praví Dan. 10, že po postu tří dnů obdržel od Boha zjevení. Za třetí na zadostučinění za hříchy; pročež se praví Joel. 2 :"Obraťte se ke mně z celého svého srdce, v postu, v pláči a nářku." A to je, co praví Augustin v kterési řeči O modlitbě a postu: "Půst čistí duši, povznáší mysl, vlastní tělo podrobuje duchu, srdce činí zkrouženým a pokorným, mraky dychtivosti rozptyluje, žáry prostopášností hasí, rozžíhá pravé světlo čistoty." Z čehož je patrné, že půst jest úkon ctnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že se přihází, že některý úkon, který ze svého rodu je ctnostný. z nějakých připojených okolností stává se neřestným, pročež se tamtéž praví: Hle, ve dnech vašeho postu nalézá se vaše vůle; a záhy potom se dodává: Za svárů a hádek se postíte a bezbožně tepete pěstí. Což Řehoř vykládaje v Pastýř., praví: "Vůle patří k radosti, pěst ke hněvu. Nadarmo je tedy tělo odříkáním potíráno, jestliže nespořádaným hnutím ponechaná mysl nařestmi je zmítána." A Augustin v řečené řeči praví, že "půst nemiluje mnohomluvnost, bohatství považuje za zbytečnost, pohrdá pýchou, doporučuje pokoru, dává člověku poznati v sobě, co je slabé a křehké".

K druhému se musí říci, že střed ctnosti se nebere podle

1. Utrum ieiunium sit actus virtuos.

II-II q. 147 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod ieiunium non sit actus virtutis. Omnis enim virtutis actus est Deo acceptus. Sed ieiunium non semper est Deo acceptum, secundum illud Isaiae LVIII, *quare ieiunavimus, et non aspexisti?* Ergo ieiunium non est actus virtutis.

II-II q. 147 a. 1 arg. 2

Praeterea, nullus actus virtutis recedit a medio virtutis. Sed ieiunium recedit a medio virtutis, quod quidem in virtute abstinentiae accipitur secundum hoc, ut subveniatur necessitati naturae, cui per ieiunium aliquid subtrahitur; alioquin non ieiunantes non haberent virtutem abstinentiae. Ergo ieiunium non est actus virtutis.

II-II q. 147 a. 1 arg. 3

Praeterea, illud quod communiter omnibus convenit, et bonis et malis, non est actus virtutis. Sed ieiunium est huiusmodi, quilibet enim, antequam comedat, ieiunus est. Ergo ieiunium non est actus virtutis.

II-II q. 147 a. 1 s. c.

Sed contra est quod connumeratur aliis virtutum actibus, II ad Cor. VI, ubi apostolus dicit, *in ieiuniis, in scientia, in castitate,* et cetera.

II-II q. 147 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod ex hoc aliquis actus est virtuosus, quod per rationem ordinatur ad aliquod bonum honestum. Hoc autem convenit ieiunio. Assumitur enim ieiunium principaliter ad tria. Primo quidem, ad concupiscentias carnis comprimendas. Unde apostolus dicit, in auctoritate inducta, in ieiuniis, in castitate, quia per ieiunia castitas conservatur. Ut enim Hieronymus dicit, *sine Cerere et Baccho friget Venus*, idest, per abstinentiam cibi et potus tepescit luxuria. Secundo, assumitur ad hoc quod mens liberius elevetur ad sublimia contemplanda. Unde dicitur Dan. X, quod post ieiunium trium hebdomadarum, revelationem accepit a Deo. Tertio, ad satisfaciendum pro peccatis. Unde dicitur Ioel II, *convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio et fletu et planctu*. Et hoc est quod Augustinus dicit, in quodam sermone de Orat. et Ieiun., *ieiunium purgat mentem, sublevat sensum, carnem spiritui subiicit, cor facit contritum et humiliatum, concupiscentiae nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis vero lumen accendit*. Unde patet quod ieiunium est actus virtutis.

II-II q. 147 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod contingit quod aliquis actus qui ex genere suo est virtuosus, ex aliquibus circumstantiis adiunctis redditur vitiosus. Unde ibidem dicitur, *ecce in diebus ieiunii vestri invenitur voluntas vestra*; et paulo post subditur, *ad lites et contentiones ieiunatis, et percutitis pugno impie*. Quod exponens Gregorius, in pastorali, dicit, *voluntas ad laetitiam pertinet, pugnus ad iram. Incassum ergo per abstinentiam corpus atteritur, si inordinatis motibus dimissa mens vitiis dissipatur*. Et Augustinus, in praedicto sermone, dicit quod *ieiunium verbositatem non amat, divitias superfluitatem iudicat, superbiam spernit, humilitatem commendat, praestat homini seipsum intelligere, quod est infirmum et fragile*.

II-II q. 147 a. 1 ad 2

množství, nýbrž podle správného rozumu, jak se praví v II. Ethic. Rozum pak usuzuje, aby některý člověk z nějaké zvláštní příčiny bral méně pokrmu, než by mu náleželo podle obecného stavu: jako na uvarování nemoci, nebo ke hbitějšímu. vykonávání nějakých tělesných prací. A mnohem více to rozum nařizuje k uniknutí duchovním zlům a k sledování dober. Přece však správný rozum neodnímá tolik pokrmu, že by přirozenost nemohla býti zachována, poněvadž, jak praví Jeronym: "Nezáleží, zda dlouhou nebo krátkou dobu se ničíš, poněvadž z loupeže přináší celopal, kdo nezřízeně tělo trápí buď příliš slabými pokrmy nebo nemírným omezováním pojídání nebo spánku". Podobně také správný rozum neubírá tolik pokrmu, že se člověk stane neschopným vykonávati povinné práce, pročež Jeronym praví, že "hodnotu rozumného ztrácí člověk, který buď dává přednost postu před láskou, nebo bdění před neporušeností mysli".

K třetímu se musí říci, že půst přirodní, jímž se někdo postí před jídlem, pozůstává v čirém záporu, pročež nemůže býti stanoven za úkon ctnosti, nýbrž pouze onen půst, jímž si někdo z rozumného důvodu nějak odříká pokrmy. Proto první se nazývá půst postu, druhý však půst postícího se, jakožto konajícího něco z předsevzetí.

CXLVII.2. Zda půst je úkon odříkání.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že půst není úkon odříkání. Glossa totiž praví k onomu Mat. 17 : „Tento rod ďáblů" atd.: "Půst je nejen odříkání pokrmů, nýbrž všech lákadel." Ale to patří každé ctnosti. Tedy půst není úkonem zvláště odříkání.

Mimo to Řehoř praví, že „půst čtyřicetidenní je desátek celého roku". Ale dávati desátky jest úkon nábožnosti, jak jsme měli shora. Tedy půst jest úkon nábožnosti a ne odříkání.

Mimo to odříkání je část mírnosti, jak bylo řečeno. Ale mírnost se odděluje od statečnosti, jíž patří snášeti obtíže, což se zdá býti nejvíce v postu. Tedy půst není úkon odříkání.

Avšak proti jest, co praví Isidor, VI. Etymol., že "půst je skromnost stravy a odříkání pokrmů".

Odpovídám: Musí se říci, že táž je látka pohotovosti a úkonu. Pročež každý ctnostný úkon, který se týká některé látky, náleží té ctnosti, která stanoví střed v oné látce. Půst však se týká pokrmů, v nichž střed vyhledává odříkání. Z čehož je zjevné, že půst jest úkon odříkání.

K prvnímu se tedy musí říci, že půst, vlastně řečený, pozůstává v odříkání pokrmů. Ale řečený metaforicky, pozůstává v odříkání jakýchkoli škodlivých, což nejvíce jsou hříchy. Nebo také lze říci, že také půst vlastně řečený jest odříkání všech lákadel, poněvadž připojením kterékoli neřesti přestává býti úkon ctnostným, jak bylo řečeno.

Ad secundum dicendum quod medium virtutis non accipitur secundum quantitatem, sed secundum rationem rectam, ut dicitur in II Ethic. Ratio autem iudicat quod propter aliquam specialem causam aliquis homo minus sumat de cibo quam sibi competeret secundum statum communem, sicut propter infirmitatem vitandam, aut aliqua opera corporalia expeditius agenda. Et multo magis ratio recta hoc ordinat ad spiritualia mala vitanda et bona prosequenda. Non tamen ratio recta tantum de cibo subtrahit ut natura conservari non possit, quia, ut Hieronymus dicit, *non differt utrum magno vel parvo tempore te interimas; et quod de rapina holocaustum offert qui vel ciborum nimia egestate, vel manducandi vel somni penuria, immoderate corpus affligit*. Similiter etiam ratio recta non tantum de cibo subtrahit ut homo reddatur impotens ad debita opera peragenda, unde dicit Hieronymus quod *rationalis homo dignitatem amittit qui ieiunium caritati, vel vigilias sensus integritati praefert*.

II-II q. 147 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod ieiunium naturae, quo quis dicitur ieiunus antequam comedat, consistit in pura negatione. Unde non potest poni actus virtutis, sed solum illud ieiunium quo quis, ex rationabili proposito, a cibis aliqualiter abstinet. Unde primum dicitur ieiunium ieiuni, secundum vero ieiunium ieiunantis, quasi ex proposito aliquid agentis.

2. Utrum ieiunium sit actus abstinentiae.

II-II q. 147 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod ieiunium non sit actus abstinentiae. Quia super illud Matth. XVII, *hoc genus Daemoniorum* etc., dicit Hieronymus, *ieiunium est non solum ab escis, sed a cunctis illecebris abstinere*. Sed hoc pertinet ad omnem virtutem. Ergo ieiunium non est actus specialiter abstinentiae.

II-II q. 147 a. 2 arg. 2

Praeterea, Gregorius dicit, in homilia Quadragesimae, quod ieiunium quadragesimale est decima totius anni. Sed dare decimas est actus religionis, ut supra habitum est. Ergo ieiunium est actus religionis, et non abstinentiae.

II-II q. 147 a. 2 arg. 3

Praeterea, abstinentia est pars temperantiae, ut dictum est. Temperantia autem contra fortitudinem dividitur, ad quam pertinet molestias sustinere, quod maxime videtur esse in ieiunio. Ergo ieiunium non est actus abstinentiae.

II-II q. 147 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Isidorus dicit quod *ieiunium est parsimonia victus, abstinentiaque ciborum*.

II-II q. 147 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod eadem est materia habitus et actus. Unde omnis actus virtuosus qui est circa aliquam materiam, ad illam virtutem pertinet quae medium in illa materia constituit. Ieiunium autem attenditur in cibis, in quibus medium adinvenit abstinentia. Unde manifestum est quod ieiunium est abstinentiae actus.

II-II q. 147 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ieiunium proprie dictum consistit in abstinendo a cibis. Sed metaphorice dictum consistit in abstinendo a quibuslibet nocivis, quae maxime sunt peccata. Vel potest dici quod etiam ieiunium proprie dictum est abstinentia ab omnibus illecebris, quia

K druhému se musí říci, že nic nepřekáží, aby úkon jedné ctnosti náležel jiné ctnosti, pokud je zařízen k jejímu cíli, jak je patrné ze shora řečených. A podle toho nic nepřekáží, aby půst patřil k nábožnosti nebo k čistotě nebo ke kterékoli jiné ctnosti.

K třetímu se musí říci, že ke statečnosti, pokud je zvláštní ctnost, nepatří snášeti kterékoli obtíže, nýbrž pouze ony, které se týkají nebezpečí smrti. Avšak snášeti obtíže, které jsou z nedostatku potěšení dotyku, náleží k mírnosti a k jejím částem. A takové jsou obtíže postu.

CXLVII.3. Zda půst je přikázán.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že půst není přikázán. Neboť přikázání nejsou dávána o skutcích nadbytečných, které spadají pod radu. Ale půst je skutek nadbytečný, jinak všude a vždy by se musil stejně zachovávati. Tedy půst nespadá pod přikázání.

Mimo to kdokoliv přestupuje přikázání, hřeší smrtelně. Kdyby tedy půst byl přikázán, všichni nepostící se by hřešili smrtelně, čímž by se zdála lidem nastražena veliká léčka.

Mimo to Augustin praví v kn. O prav. nábož., že "sama Boží moudrost, přijavši člověka, od něhož jsme byli povoláni ke svobodě, ustanovila málo spasných svátostí, které by udržovaly společenství křesťanského lidu, to jest pod jedním Bohem svobodného množství". Ale ne méně se zdá svobodě křesťanského lidu překážeti množství zvyklostí než množství svátostí; neboť Augustin praví, v knize k dotazům Januariovým, že "někteří otrockými břemeny tísní samo naše náboženství, jehož svobodu chtělo Boží milosrdenství zcela zjevnými a zcela málo svátostmi obřadů". Tedy se zdá, že půst neměl být Církví ustanoven pod přikázáním.

Avšak proti jest, co praví Jeronym Luciovi, mluvě o postech: "Každá provincie oplývej ve svém smyslu, a přikázání starších pokládej za apoštolské zákony."

Odpovídám: Musí se říci, že, jako světským vládcům náleží dávati zákonná nařízení, vymezující přirozené právo o těch, která patří k obecné užitečnosti v časných věcech, tak také církevním představeným patří stanovami nařizovati ta, která patří k všeobecné užitečnosti věřících ve věcech duchovních. Bylo však řečeno, že půst je užitečný na zničení a omezování viny a ku povznesení mysli k duchovním. Každý pak je přirozeným rozumem vázán tolik užívati postů, kolik je mu nutné k řečeným. A proto půst povšechně spadá pod nařízení přirozeného zákona. Ale určení doby a způsobu postu podle vhodnosti a užitečnosti křesťanského lidu spadá pod nařízení stanoveného práva, které bylo stanoveno od představených Církve. A to jest půst Církve; první pak je půst

per quaelibet vitia adiuncta desinit esse actus virtuosus, ut dictum est.

II-II q. 147 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod nihil prohibet actum unius virtutis pertinere ad aliam virtutem, secundum quod ad eius finem ordinatur, ut ex supra dictis patet. Et secundum hoc, nihil prohibet ieiunium pertinere ad religionem vel ad castitatem, vel ad quamcumque aliam virtutem.

II-II q. 147 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod ad fortitudinem, secundum quod est specialis virtus, non pertinet perferre quascumque molestias, sed solum illas quae sunt circa pericula mortis. Sufferre autem molestias quae sunt ex defectu delectabilium tactus, pertinet ad temperantiam et ad partes eius. Et tales sunt molestiae ieiunii.

3. Utrum ieiunium cadat sub praecepto.

II-II q. 147 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod ieiunium non sit in praecepto. Praecepta enim non dantur de operibus supererogationum, quae cadunt sub consilio. Sed ieiunium est opus supererogationis, alioquin, ubique et semper aequaliter esse observandum. Ergo ieiunium non cadit sub praecepto.

II-II q. 147 a. 3 arg. 2

Praeterea, quicumque transgreditur praeceptum peccat mortaliter. Si ergo ieiunium esset in praecepto, omnes non ieiunantes mortaliter peccarent. Per quod videretur magnus laqueus hominibus esse iniectus.

II-II q. 147 a. 3 arg. 3

Praeterea, Augustinus dicit, in libro de vera Relig., quod *ab ipsa Dei sapientia, homine assumpto, a quo in libertatem vocati sumus, pauca sacramenta saluberrima constituta sunt, quae societatem Christiani populi, hoc est sub uno Deo liberae multitudinis, continerent*. Sed non minus videtur libertas populi Christiani impediri per multitudinem observantiarum quam per multitudinem sacramentorum, dicit enim Augustinus, in libro ad inquisitiones Ianuarii, quod *quidam ipsam religionem nostram, quam manifestissimis et paucissimis celebrationum sacramentis Dei misericordia voluit esse liberam, servilibus premunt oneribus*. Ergo videtur quod non debuit per Ecclesiam ieiunium sub praecepto institui.

II-II q. 147 a. 3 s. c.

Sed contra est quod Hieronymus, ad Lucinum, dicit, de ieiuniis loquens, *unaquaeque provincia abundet in suo sensu, et praecepta maiorum leges apostolicas arbitretur*. Ergo ieiunium est in praecepto.

II-II q. 147 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod sicut ad saeculares principes pertinet praecepta legalia, iuris naturalis determinativa, tradere de his quae pertinent ad utilitatem communem in temporalibus rebus; ita etiam ad praelatos ecclesiasticos pertinet ea statutis praecipere quae ad utilitatem communem fidelium pertinent in spiritualibus bonis. Dictum est autem quod ieiunium utile est et ad deletionem et cohibitionem culpae, et ad elevationem mentis in spiritualia. Unusquisque autem ex naturali ratione tenetur tantum ieiuniis uti quantum sibi necessarium est ad praedicta. Et ideo ieiunium in communi cadit sub praecepto legis naturae. Sed

přirozenosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že půst uvažovaný o sobě neoznačuje něco volitelného, nýbrž cosi trestného. Avšak stává se volitelným, pokud je užitečný k nějakému cíli. A proto uvažován naprostě, není z nutnosti přikázání nýbrž je z nutnosti přikázání každému, takového léku potřebujícímu. A poněvadž množství lidí většinou potřebuje takového léku, jak proto, že "v mnohém mnozí pochybujeme", jak se praví Jak. 3, tak také, poněvadž "tělo dychtí proti duchu", jak se praví Galat. 5, bylo vhodné, aby církev ustanovila obecně všem zachovávati nějaké posty, ne že přikázání podrobuje to, co jednoduše patří k nadbytečným, nýbrž že zvláště vymezuje to, co jest obecně nutné.

K druhému se musí říci, že přikázání, která se předkládají na způsob obecného ustanovení, nezavazují všechny týmž způsobem, nýbrž pokud se vyžaduje k cíli, který zamýšlí zákonodárce; jehož pak kdo svrchovaností pohrdá, přestupuje ustanovení, anebo tím způsobem přestupuje, že se zmaří cíl, který zamýšlí, takový přestupník hřeší smrtelně. Jestliže však někdo z rozumného nějakého důvodu ustanovení nezachovává, především v případě, v němž by zákonodárce, kdyby byl přítomen, nepožadoval zachovávání, takové přestoupení netvoří smrtelný hřích. A odtud je, že nehřeší smrtelně každý, kdo nezachovávají posty Církve.

K třetímu se musí říci, že Augustin tam mluví o těch, která ani nejsou obsažena ve výrocích Písem svatých, ani se neshledávají stanovena v rozhodnutích biskupských sněmů; ani nejsou podepřena zvykem všeobecné Církve. Avšak posty, které jsou přikázány, jsou stanoveny na sněmech biskupů a jsou podepřeny zvykem všeobecné Církve. A nejsou proti svobodě věřícího lidu, nýbrž spíše jsou užitečné k zabránění otroctví hříchu, které odporuje duchovní svobodě, o níž se praví Gal. 5: "Neboť vy, bratří, byli jste povoláni ke svobodě, jen nedávejte svobodu do příležitosti těla."

CXLVII.4. Zda všichni jsou vázáni k postům Církve.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že všichni jsou vázáni k postům Církve. Neboť přikázání Církve zavazují jako přikázání Boží, podle onoho u Luk. 10: "Kdo vás slyší, mně slyší." Ale k zachovávání Božích přikázání jsou všichni vázáni. Tedy podobně jsou všichni vázáni k zachovávání postů, které jsou od Církve ustanoveny.

Mimo to se zdá, že nejvíce jsou od postu omluveny děti pro věk. Ale děti nejsou omluveny; neboť se praví Joel. 2: "Zasvěťte půst," a potom: "Shromážděte maličké a ssající prsy." Tedy tím více jsou všichni jiní vázáni k postu.

Mimo to duchovní mají býti před časnými a nutná před nepotřebnými. Ale tělesné práce jsou zařízeny k časnému

determinatio temporis et modi ieiunandi secundum convenientiam et utilitatem populi Christiani, cadit sub praecepto iuris positivi quod est a praelatis Ecclesiae institutum. Et hoc est ieiunium Ecclesiae, aliud, naturae.

II-II q. 147 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ieiunium, secundum se consideratum, non nominat aliquid eligibile, sed quiddam poenale. Redditur autem eligibile secundum quod est utile ad finem aliquem. Et ideo, absolute consideratum, non est de necessitate praecepti, sed est de necessitate praecepti unicuique tali remedio indigenti. Et quia multitudo hominum ut plurimum indiget tali remedio, tum quia in multis omnes offendimus, ut dicitur Iac. III; tum etiam quia caro concupiscit adversus spiritum, ut dicitur Galat. V, conveniens fuit ut Ecclesia aliqua ieiunia statueret communiter ab omnibus observanda, non quasi praecepto subiiciens id quod simpliciter ad supererogationem pertinet, sed quasi in speciali determinans id quod est necessarium in communi.

II-II q. 147 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod praecepta quae per modum communis statuti proponuntur, non eodem modo obligant omnes, sed secundum quod requiritur ad finem quem legislator intendit. Cuius auctoritatem si aliquis transgrediendo statutum contemnat; vel hoc modo transgrediatur quod impediatur finis quem intendit, peccat mortaliter talis transgressor. Si autem ex aliqua rationabili causa quis statutum non servet, praecipue in casu in quo etiam, si legislator adesset, non decerneret esse servandum, talis transgressio non constituit peccatum mortale. Et inde est quod non omnes qui omnino non servant ieiunia Ecclesiae, mortaliter peccant.

II-II q. 147 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod Augustinus ibi loquitur de his *quae neque sanctarum Scripturarum auctoritatibus continentur, nec in Conciliis episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine universalis Ecclesiae roborata sunt*. Ieiunia vero quae sunt in praecepto, sunt in Conciliis episcoporum statuta, et consuetudine universalis Ecclesiae roborata. Nec sunt contra libertatem populi fidelis, sed magis sunt utilia ad impediendum servitutem peccati, quae repugnat libertati spirituali; de qua dicitur, Galat. V, *vos autem, fratres, in libertatem vocati estis, tantum, ne libertatem detis in occasionem carnis*.

4. Utrum aliqui excusentur ab observanti huius praecepti.

II-II q. 147 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod omnes ad ieiunia Ecclesiae teneantur. Praecepta enim Ecclesiae obligant sicut Dei praecepta, secundum illud Lucae X, *qui vos audit, me audit*. Sed ad praecepta Dei servanda omnes tenentur. Ergo similiter omnes tenentur ad servanda ieiunia quae sunt ab Ecclesia instituta.

II-II q. 147 a. 4 arg. 2

Praeterea, maxime videntur excusari pueri a ieiunio, propter aetatem. Sed pueri non excusantur, dicitur enim Ioel II, *sanctificate ieiunium*. Et postea sequitur, *congregate parvulos et sugentes ubera*, ergo multo magis omnes alii ad ieiunia tenentur.

II-II q. 147 a. 4 arg. 3

Praeterea, spiritualia sunt temporalibus praeferenda, et

zisku. Také pout, ačkoliv je zařízena k duchovním, není nutná. Poněvadž tedy půst je zařízen k duchovnímu prospěchu a má nutnost ze stanovení Církví, zdá se, že posty Církve nemají býti opomíjeny pro pout nebo pro tělesné práce.

Mimo to spíše se má cokoli konati z vlastní vůle než z nutnosti, jak je patrné z Apoštola, II. Kor. 9. Ale chudí se postívají z nutnosti pro nedostatek pokrmů. Tedy tím spíše se mají postiti z vlastní vůle.

Avšak proti se zdá, že žádný spravedlivý není vázán postiti se. Neboť přikázání Církve nezavazují proti učení Kristovu. Ale Pán pravil, Luk. 5, že "nemohou se postiti synové snoubencovi, dokud je s nimi snoubenec"; je však zvláště se všemi spravedlivými, přebývaje v nich. Proto Pán pravil, Mat. posl.: "Hle, já jsem s vámi až do skonání světa." Tedy spravedliví nejsou vázáni k postu z nařízení Církve.

Odpovídám: Musí se říci, že jak, bylo shora řečeno, obecná nařízení jsou dávána, pokud jsou vhodná množství. A proto zákonodárce při stanovení jich dbá toho co se přihází obecně a ve většině. Shledává-li se však u někoho ze zvláštní příčiny něco, co odporuje zachovávání nařízení, nezamýšlí zákonodárce takového zavazovati k zachovávání nařízení. V tom je však dbáti rozlišování. Neboť, je-li případ zřejmý, člověk může sám od sebe dovoleně opominouti zachováni nařízení, hlavně přistupuje-li zvyk, nebo kdyby nemohl snadno uchýliti se k představenému. Je-li však případ pochybný, má se každý uchýliti k představenému, který má moc v takových promíjeti. A to se má zachovati v postech v Církvi ustanovených, k nimž jsou obecně všichni vázáni, není-li u nich zvláštní překážky.

K prvnímu se tedy musí říci, že přikázání Boží jsou přikázání přirozeného práva, která o sobě jsou nutná ke. spáse. Ale nařízení Církve jsou o těch, která o sobě nejsou nutná ke spáse, nýbrž pouze z ustanovení Církve. A proto mohou býti nějaké překážky, pro něž někteří nejsou vázáni k zachovávání takových postů.

K druhému se musí říci, že v dětech je nejvíce zřejmá příčina nepostění, jak pro slabost přirozenosti, z níž pochází, že potřebují častého pokrmu a ne hojně požitého najednou, tak, také proto, že potřebují mnoho výživy pro nutnost růstu, který se děje ze zbývající výživy. A proto, pokud jsou ve stavu růstu, což je většinou až ke konci třetího sedmiletí, nejsou vázáni k zachovávání církevních postů. Avšak je vhodné, aby i v této době cvičili se v postění, více nebo méně, podle způsobu svého věku. Někdy však, hrozí-li velké trápení, na znamení přísnějšího pokání, také dětem jsou nařizovány posty, jako se čte také o zvířatech, Jonáš. 3: "Lidé a zvířata ať ničeho neokusí, ani nepijí vodu."

necessaria non necessariis. Sed opera corporalia ordinantur ad lucrum temporale, peregrinatio etiam, etsi ad spiritualia ordinetur, non est necessitatis. Cum ergo ieiunium ordinetur ad spiritualem utilitatem, et necessitatem habeat ex statuto Ecclesiae, videtur quod non sint ieiunia Ecclesiae praetermittenda propter peregrinationem vel corporalia opera.

II-II q. 147 a. 4 arg. 4

Praeterea, magis est aliquid faciendum ex propria voluntate quam ex necessitate, ut patet per apostolum, II ad Cor. IX. Sed pauperes solent ex necessitate ieiunare, propter defectum alimentorum. Ergo multo magis debent ex propria voluntate ieiunare.

II-II q. 147 a. 4 s. c.

Sed contra, videtur quod nullus iustus teneatur ieiunare. Praecepta enim Ecclesiae non obligant contra doctrinam Christi. Sed dominus dixit, Lucae V, quod *non possunt filii sponsi ieiunare quandiu cum ipsis est sponsus*. Est autem cum omnibus iustis, spiritualiter eos inhabitans, unde dominus dicit, Matth. ult., *ecce, ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*. Ergo iusti ex statuto Ecclesiae non obligantur ad ieiunandum.

II-II q. 147 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, statuta communia proponuntur secundum quod multitudini conveniunt. Et ideo legislator in eis statuendis attendit id quod communiter et in pluribus accidit. Si quid autem ex speciali causa in aliquo inveniatur quod observantiae statuti repugnet, non intendit talem legislator, ad statuti observantiam obligare. In quo tamen est distinctio adhibenda. Nam si causa sit evidens, per seipsum licite potest homo statuti observantiam praeterire, praesertim consuetudine interveniente; vel si non posset de facili recursus ad superiorem haberi. Si vero causa sit dubia, debet aliquis ad superiorem recurrere qui habet potestatem in talibus dispensandi. Et hoc est observandum in ieiuniis ab Ecclesia institutis, ad quae omnes communiter obligantur, nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentum.

II-II q. 147 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod praecepta Dei sunt praecepta iuris naturalis, quae secundum se sunt de necessitate salutis. Sed statuta Ecclesiae sunt de his quae non per se sunt de necessitate salutis, sed solum ex institutione Ecclesiae. Et ideo possunt esse aliqua impedimenta propter quae aliqui ad observanda ieiunia huiusmodi non tenentur.

II-II q. 147 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod in pueris est maxime evidens causa non ieiunandi, tum propter debilitatem naturae, ex qua provenit quod indigent frequenti cibo, et non multo simul assumpto; tum etiam quia indigent multo nutrimento propter necessitatem augmenti, quod fit de residuo alimenti. Et ideo quandiu sunt in statu augmenti, quod est ut in pluribus usque ad finem tertii septennii, non tenentur ad ecclesiastica ieiunia observanda. Conveniens tamen est ut etiam in hoc tempore se ad ieiunandum exerceant, plus vel minus, secundum modum suae aetatis. Quandoque tamen, magna tribulatione imminente, in signum poenitentiae arctioris, etiam pueris ieiunia indicuntur, sicut etiam de iumentis legitur Ionae III, *homines et iumenta non gustent quidquam, nec aquam*

K třetímu se musí říci, že ohledně poutníků a dělníků se zdá nutné rozlišení; že, možno-li pohodlně pout a těžkou práci odložiti nebo zmenšiti bez poškození tělesného zdraví a vnějšího stavu, který se vyžaduje k zachování tělesného nebo duchovního života, nemají se proto opomíjeti posty Církve. Nastala-li však nutnost hned putovati a konati velké pochody nebo také mnoho pracovati, buď pro zachování tělesného života, nebo pro něco nutného k duchovnímu životu, a zároveň s tím nemohou býti zachovávány posty Církve, člověk není vázán k postění, poněvadž se nezdá býti úmyslem Církve, ustanovující posty, aby tím překážela jiným zbožným a více nutným záležitostem. Avšak zdá se třeba v takových žádati prominutí představeného, není-li tam opačný zvyk, poněvadž tím, že představení si nevšimají, zdají se dovolovati.

Ke čtvrtému se musí říci, že chudí, kteří mohou dostatečně míti, co jim stačí na jedno pojedení, nejsou chudobou omluveni od postů Církve; avšak zdají se od nich omluveni, kdo po kouskách vyžebrávají almužnu, neboť nemohou najednou míti, co jim stačí k obživě.

K pátému se musí říci, že ono slovo Páně lze vyložiti trojmo: jedním způsobem podle Zlatoústého, který praví, XXXI. Homil. k Mat., že "učedníci, kteří slují syni snoubencovi, dosud byli slabě připraveni, pročež jsou přirovnáváni ke starému šatu. A proto za tělesné přítomnosti Kristovy měli býti opatrováni spíše s jakousi sladkostí než cvičeni v přísném postu. A podle toho je vhodnější, aby nedokonalým a novicům se spíše promíjely posty než starším a dokonalým, jak je patrné v Glosse pravidelné, k onomu Žalmu 130: "Jako odkojenec jest u své matky." Jiným způsobem lze říci podle Jeronyma, že Pán tam mluví o postu starých zvyklostí. Pročež Pán tím naznačuje, že ve starých zvyklostech neměli býti drženi apoštolové, které měla naplniti nová milost. Třetím způsobem podle Augustina, který rozlišuje dvojí půst. Z nichž jeden patří k pokoření soužením; a ten nepatří mužům dokonalým, kteří slují synové snoubencovi. Proto, kde Lukáš praví: "Nemohou se postiti synové snoubencovi," praví Matouš: "Nemohou lkáti synové snoubencovi." Jiný pak je, jenž patří k radosti mysli, povznešené k duchovním. A takový půst patří dokonalým.

CXLVII.5. Zda jsou vhodně určeny doby postu Církve.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že jsou nevhodně určeny doby postu Církve. Neboť o Kristu se čte, Mat. 4, že hned po křtu zahájil půst. Ale my máme následovati Krista, podle onoho I. Kor. 4: "Buďte mými následovníky, jak i já Krista." Tedy i my máme konati půst hned po Zjevení, jímž je oslavován křest Kristův.

bibant.

II-II q. 147 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod circa peregrinos et operarios distinguendum videtur. Quia si peregrinatio et operis labor commode differri possit aut diminui, absque detrimento corporalis salutis et exterioris status, qui requiritur ad conservationem corporalis vel spiritualis vitae, non sunt propter hoc Ecclesiae ieiunia praetermittenda. Si autem immineat necessitas statim peregrinandi et magnas diaetas faciendi; vel etiam multum laborandi, vel propter conservationem vitae corporalis, vel propter aliquid necessarium ad vitam spiritualem; et simul cum hoc non possunt Ecclesiae ieiunia observari, non obligatur homo ad ieiunandum; quia non videtur fuisse intentio Ecclesiae statuentis ieiunia, ut per hoc impediret alias pias et magis necessarias causas. Videtur tamen in talibus recurrendum esse ad superioris dispensationem, nisi forte ubi ita est consuetum; quia ex hoc ipso quod praelati dissimulant, videntur annuere.

II-II q. 147 a. 4 ad 4

Ad quartum dicendum quod pauperes qui possunt sufficienter habere quod eis sufficiat ad unam comestionem, non excusantur propter paupertatem a ieiuniis Ecclesiae. A quibus tamen excusari videntur illi qui frustatim eleemosynas mendicant, qui non possunt simul habere quod eis ad victum sufficiat.

II-II q. 147 a. 4 ad 5

Ad quintum dicendum quod illud verbum domini tripliciter potest exponi. Uno modo, secundum Chrysostomum, qui dicit quod discipuli, qui filii sponsi dicuntur, adhuc imbecillius dispositi erant, unde vestimento veteri comparantur, et ideo, in praesentia corporali Christi, erant magis fovendi in quadam dulcedine quam in austeritate ieiunii exercendi. Et secundum hoc, magis convenit ut cum imperfectis et novitiis in ieiuniis dispensetur quam cum antiquioribus et perfectis, ut patet in Glossa, super illud Psalmi, *sicut ablactatus super matre sua*. Alio modo potest dici, secundum Hieronymum, quod dominus ibi loquitur de ieiunio veterum observantiarum. Unde per hoc significat dominus quod apostoli non erant in veteribus observantiis detinendi, quos oportebat gratiae novitate perfundi. Tertio modo, secundum Augustinum, qui distinguit duplex ieiunium. Quorum unum pertinet ad humilitatem tribulationis. Et hoc non competit viris perfectis, qui dicuntur filii sponsi, unde ubi Lucas dicit, non possunt filii sponsi ieiunare, Matthaeus dicit, non possunt filii sponsi lugere. Aliud autem est quod pertinet ad gaudium mentis in spiritualia suspensae. Et tale ieiunium convenit perfectis.

5. De tempore ieiunii utrum convenienter assignetur.

II-II q. 147 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod non determinentur convenienter tempora ieiunii ecclesiastici. Christus enim legitur, Matth. IV, statim post Baptismum ieiunium inchoasse. Sed nos Christum imitari debemus, secundum illud I ad Cor. IV, *imitatores mei estote, sicut et ego Christi*. Ergo et nos debemus ieiunium peragere statim post Epiphaniam, in qua Baptismus Christi

Mimo to není dovoleno v Novém zákoně zachovávati obřadnosti Starého zákona. Ale „posty v některých určitých měsících náležejí ke slavnostem Starého zákona; neboť Zachar. 8 se praví: "Půst čtvrtého a půst pátého a půst sedmého a půst desátého bude domu Judovu k radostí a veseli a k okázalým slavnostem." Tedy posty zvláštních měsíců, které slují Čtvera období, nevhodně jsou v Církvi zachovávány.

Mimo to podle Augustina, v II. kn. O souhlasu evangel., "jako je půst sklíčenosti, tak je půst jásání". Ale právě největší duchovní jásání nastává věřícím ze zmrtvýchvstání Krista. Tedy v době velikonoční, kterou Církev slaví pro zmrtvýchvstání Páně, a ve dny nedělní, v nichž se děje vzpomínka na zmrtvýchvstání, mají býti zavedeny nějaké posty.

Avšak proti jest obecný zvyk Církve.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, půst je zařízen na dvojí, totiž na zničení viny a na povznesení mysli k nebeským. A proto posty měly býti vyhlášeny zvláště pro ony doby, v nichž bylo třeba lidi očistiti od hříchů a mysl věřících povznášeti k Bohu zbožností. To pak zvláště naléhá před velikonoční slavností, v níž se i viny odpouštějí křtem, který je slavně konán v předvečer Velikonoc, kdy se připomíná pohřeb Páně, poněvadž "skrze křest jsme spolupohřbeni s Kristem k smrti", jak se praví Řím. 6. Také ve svátek Velikonoc nejvíce třeba mysl člověka skrze zbožnost povznésti ke slávě věčnosti, kterou Kristus vzkříšením začal. A proto bezprostředně před slavností velikonoční ustanovila Církev postění. A z téhož důvodu v předvečery předních slavností, v nichž se máme připraviti na zbožné konání nastávajících svátků. Podobně je také církevním zvykem, že v jednotlivých čtvrtletích jsou udělována svatá svěcení, k jichž přijetí se musejí připraviti postem jak ti, kteří vysvěcují, i ti, kteří budou vysvěceni, a také všechen lid. pro jehož užitek jsou svěcení. Proto se též čte Luk. 6, že Pán před volbou apoštolů "odešel se modliti na horu", což Ambrož vykládaje praví: "Co se tobě sluší konati, chceš-li se ujmouti nějaké svaté povinnosti, jestliže Kristus nejprve se modlil, než poslal apoštoly?" Důvod pak počtu při čtyřicetidenním postu podle Řehoře je troji. A to, nejprve "poněvadž síla Desatera je naplněna skrze čtyři knihy svatého Evangelia; neboť desítka čtyřikrát napsaná, vzroste na čtyřicítku. Nebo, že sestáváme ze čtyř živlů, v tomto smrtelném těle, skrze jehož rozkoše odpíráme přikázáním Páně, která byla přijata skrze Desatero. Proto je záhodno, abychom totéž tělo čtyřicetkrát trápili. Nebo, poněvadž, jako v zákoně bylo přikázáno podávati desátky věcí, tak usilujeme podati Bohu desátky dnů; neboť když rok se táhne přes tři sta a šedesát a šest dní, my však se trápíme po třicet a šest dní, které jsou postní v šesti týdnech Čtyřicetidenní), dáváme Bohu jako desátky svého roku". Podle Augustina pak se přidává čtvrtý důvod. Neboť Stvořitelem je Trojice: Otec a Syn a Duch svatý; tvoru pak neviditelnému náleží číslo tři, neboť je nám přikázáno milovati Boha z celého srdce a z celé duše a z celé mysli. Tvoru viditelnému patří čtyřka, k vůli teplotě a studenosti, vlhkosti a suchu. Tak tedy desítkou jsou označeny všechny

celebratur.

II-II q. 147 a. 5 arg. 2

Praeterea, caeremonialia veteris legis non licet in nova lege observare. Sed ieiunia in quibusdam determinatis mensibus pertinent ad solemnitates veteris legis, dicitur enim Zach. VIII, *ieiunium quarti, et ieiunium quinti, et ieiunium septimi, et ieiunium decimi erit domui Iudae in gaudium et laetitiam, et in solemnitates praeclaras*. Ergo ieiunia specialium mensium, quae dicuntur quatuor temporum, inconvenienter in Ecclesia observantur.

II-II q. 147 a. 5 arg. 3

Praeterea, secundum Augustinum, in libro de consensu Evang., sicut est ieiunium afflictionis, ita est ieiunium exultationis. Sed maxime exultatio spiritualis fidelibus imminet ex Christi resurrectione. Ergo in tempore quinquagesimae, in quo Ecclesia solemnizat propter dominicam resurrectionem, in diebus dominicalibus, in quibus memoria resurrectionis agitur, debent aliqua ieiunia indici.

II-II q. 147 a. 5 s. c.

Sed contra est communis Ecclesiae consuetudo.

II-II q. 147 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, ieiunium ad duo ordinatur, scilicet ad deletionem culpae, et ad elevationem mentis in superna. Et ideo illis temporibus specialiter fuerunt ieiunia indicenda in quibus oportebat homines a peccato purgari, et mentem fidelium elevari in Deum per devotionem. Quod quidem praecipue imminet ante paschalem solemnitatem. In qua et culpae per Baptismum relaxantur, qui solemniter in vigilia Paschae celebratur, quando recolitur dominica sepultura, quia per Baptismum consepelimur Christo in mortem, ut dicitur Rom. VI. In festo etiam Paschae maxime oportet mentem hominis per devotionem elevari ad aeternitatis gloriam, quam Christus resurgendo inchoavit. Et ideo immediate ante solemnitatem paschalem Ecclesia statuit esse ieiunandum, et eadem ratione, in vigiliis praecipuarum festivitatum, in quibus praeparari nos oportet ad festa futura devote celebranda. Similiter etiam consuetudo ecclesiastica habet ut in singulis quartis anni sacri ordines conferantur (in cuius signum, dominus quatuor millia hominum de septem panibus satiavit, per quos significatur annus novi testamenti, ut Hieronymus dicit ibidem), ad quorum susceptionem oportet per ieiunium praeparari et eos qui ordinant, et illos qui ordinandi sunt, et etiam totum populum, pro cuius utilitate ordinantur. Unde et legitur, Lucae VI, quod dominus, ante discipulorum electionem, exivit in montem orare, quod exponens Ambrosius, dicit, *quid te facere convenit cum vis aliquod officium pietatis adoriri quando Christus, missurus apostolos, prius oravit?* Ratio autem numeri, quantum ad quadragesimale ieiunium, est triplex, secundum Gregorium. Prima quidem, *quia virtus Decalogi per libros quatuor sancti Evangelii impletur, denarius autem quater ductus in quadragenarium surgit. Vel quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, per cuius voluntatem praeceptis dominicis contraimus, quae per Decalogum sunt accepta. Unde dignum est ut eandem carnem quaterdecies affligamus. Vel quia ita offerre contendimus Deo decimas dierum. Dum enim per trecentos et sexaginta dies annus ducitur, nos autem per triginta sex dies affligimur*, qui sunt

věci; ta, násobena čtyřkou, která přísluší tělu, kterým se koná práce, vytvoří číslo čtyřicet.

Jednotlivé posty Čtvera období obsahují tři dny pro počet měsíců, který náleží každému období; nebo pro počet svatých svěcení, která v těchto obdobích jsou udělována.

K prvnímu se tedy musí říci, že Kristus nepotřeboval křtu pro sebe, nýbrž aby nám křest odporučil. A proto jemu nenáleželo, aby se před svým křtem postil, nýbrž po křtu, aby nás povzbudil k postění před naším křtem.

K druhému se musí říci, že Církev nezachovává posty čtyř období přesně ani v týchž dobách jako Židé, ani také z týchž příčin. Neboť oni se postili v červenci, který je čtvrtým měsícem od dubna, jejž mají za první, poněvadž tehdy Mojžíš, sestupuje s hory Sinai, rozbil desky zákona, Exod. 32, a podle Jeremiáše po prvé padly zdi města, Jerem. 39. V pátém pak měsíci, který u nás sluje srpen, poněvadž, když kvůli vyzvědačům vzniklo v lidu povstání, bylo jim zakázáno vystoupiti na horu, Num. 14, a v tom měsíci od Nabuchodonosora, a potom od Tita, byl zapálen jerusalemský chrám. V sedmém pak, který sluje říjen, byl zabit Godoliáš, zbytek lidu rozprášen. V desátém pak měsíci, který u nás sluje leden, lid, s Ezechielem držený ve vyhnanství, uslyšel, že chrám byl vyvrácen.

K třetímu se musí říci, že půst jásání pochází z vnuknutí Ducha Svatého, jenž je duchem svobody. A proto tento půst nemá spadati pod přikázání. Tedy posty, které Církev přikázáním ustanovuje, jsou spíše posty trápení, které se nehodí do dnů radosti. Pročež Církev neustanovila půst po celou dobu velikonoční, ani na dni nedělní. A kdyby se v nich někdo postil proti zvyku křesťanského lidu, který, jak praví Augustin, má býti jako zákon, nebo také z nějakého bludu (jako se postí Manichejci, pokládajíce takový půst za nutný), nebyl by prost hříchu. Ačkoli půst, uvažovaný o sobě, v každé době je chvalný, jak praví Jeronym Lucianovi: "Kéž bychom se po všechen čas mohli postiti."

CXLVII.6. Zda se vyžaduje k postu, aby člověk pojedl jen jednou.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že se nevyžaduje k postu, aby člověk jen jednou pojedl. Neboť půst, jak bylo řečeno, jest úkon ctnosti odříkání, která nezachovává méně patřičné množství, než počet jedení. Ale postícím není předepsáno množství pokrmu. Tedy ani počet jedení nemá býti určován.

ieiunabiles in sex septimanis Quadragesimae, *quasi anni nostri decimas Deo damus*. Secundum autem Augustinum, additur quarta ratio. Nam creator est Trinitas, pater et filius et spiritus sanctus. Creaturae vero invisibili debetur ternarius numerus, diligere enim iubemur Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente. Creaturae vero visibili debetur quaternarius, propter calidum et frigidum, humidum et siccum. Sic ergo per denarium significantur omnes res, qui si ducatur per quaternarium, qui competit corpori, per quod administratio geritur, quadragesimum numerum conficit. Singula vero ieiunia quatuor temporum tribus diebus continentur, propter numerum mensium qui competit cuilibet tempori. Vel propter numerum sacrorum ordinum, qui in his temporibus conferuntur.

II-II q. 147 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Christus Baptismo non indiguit propter seipsum, sed ut nobis Baptismum commendaret. Et ideo sibi non competebat ut ante Baptismum suum ieiunaret, sed post Baptismum, ut nos invitaret ad ieiunandum ante nostrum Baptismum.

II-II q. 147 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod Ecclesia non servat ieiunia quatuor temporum nec omnino eisdem temporibus quibus Iudaei, nec etiam propter causas easdem. Illi enim ieiunabant in Iulio, qui est quartus mensis ab Aprili, quem primum habent, quia tunc Moyses, descendens de monte Sina, tabulas legis confregit; et iuxta Ieremiam, muri primum rupti sunt civitatis. In quinto autem mense, qui apud nos vocatur Augustus, cum propter exploratores seditio esset orta in populo, iussi sunt in montem non ascendere, et in hoc mense a Nabuchodonosor, et post a Tito, templum Hierosolymis est incensum. In septimo vero, qui appellatur October, Godolias occisus est, et reliquiae populi dissipatae. In decimo vero mense, qui apud nos Ianuarius dicitur, populus cum Ezechiele in captivitate positus, audivit templum esse subversum.

II-II q. 147 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod ieiunium exultationis ex instinctu spiritus sancti procedit, qui est spiritus libertatis. Et ideo hoc ieiunium sub praecepto cadere non debet. Ieiunia ergo quae praecepto Ecclesiae instituuntur, sunt magis ieiunia afflictionis, quae non conveniunt in diebus laetitiae. Propter quod, non est ieiunium ab Ecclesia institutum in toto paschali tempore, nec etiam in diebus dominicis. In quibus si quis ieiunaret, contra consuetudinem populi Christiani, quae, ut Augustinus dicit, est pro lege habenda; vel etiam ex aliquo errore, sicut Manichaei ieiunant quasi necessarium tale ieiunium arbitrantes, non essent a peccato immunes, quamvis ipsum ieiunium secundum se consideratum omni tempore sit laudabile, secundum quod Hieronymus dicit, ad Lucinum, *utinam omni tempore ieiunare possimus*.

6. Utrum semel comedere requiratur ad ieiunium.

II-II q. 147 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod non requiratur ad ieiunium quod homo semel tantum comedat. Ieiunium enim, ut dictum est, est actus virtutis abstinentiae, quae quidem non minus observat debitam quantitatem cibi quam comestionis numerum. Non autem taxatur ieiunantibus quantitas cibi. Ergo nec numerus comestionis

Mimo to jako se člověk živí pokrmem, tak i nápojem.

Proto i nápoj porušuje půst, pročež nemůžeme po nápoji přijmouti Eucharistii. Ale není zakázáno, abychom vícekrát nepili v různých hodinách dne. Tedy nemá býti také zakázáno postícím se, aby vícekrát jedli.

Mimo to cukroví je jakýsi pokrm, přece však je mnozí berou ve dnech postu po jídle. Tedy jednou jísti není v pojmu postu.

Avšak proti jest obecný zvyk křesťanského lidu.

Odpovídám: Musí se říci, že půst je od Církve ustanoven na brzdění dychtivosti, tak však, aby přirozenost se zachovala. Avšak na to zdá se dostačovati jediné pojezení, jímž může člověk zadostučiniti přirozenosti, a přece dychtivosti něco ubírá, zmenšuje počet pojezení. A proto zařízením Církve bylo stanoveno, aby postící se jedli jednou za den.

K prvnímu se tedy musí říci, že množství pokrmu nemohlo býti všem určeno totéž pro různé soustavy těl, z nichž se přihází, že jeden potřebuje více pokrmu, jiný méně. Ale většinou všichni mohou zadostučiniti přirozenosti jediným jedením.

K druhému se musí říci, že je dvojí půst. A to, jeden přírodní, který se vyžaduje k přijetí Eucharistie. A tento se ruší jakýmkoliv nápojem, také vodou, po níž také není dovoleno přijmouti Eucharistii. Ale jest jiný půst Církve, který se nazývá půst postícího se. A tento se neruší leč těmi, která Církev zamýšlí zakázati, ustanovujíc půst. Avšak Církev nemíní zakázati odříkání nápoje, který se spíše bere pro činnost těla a na trávení přijatých pokrmů než na výživu, třebaže jaksi živí. A proto postícím se je dovoleno vícekrát píti. Užívá-li však někdo nemírně nápoje, může hřešiti a ztratiti zásluhu postu, jako také, bere-li nemírně pokrm při jednom pojezení.

K třetímu se musí říci, že cukroví, třebaže jaksi živí, nebere se přece hlavně na výživu, nýbrž na trávení pokrmů. Pročež neporušuje půst, jako ani přijetí jiných léků, leč by snad někdo lstivě požíval velmi mnoho cukroví na způsob pokrmu.

CXLVII.7. Zda devátá hodina je vhodně určena jídlu pro ty, kteří se postí.

Při sedmé se postupuje takto: Zdá se, že devátá hodina je nevhodně určena jídlu pro ty, kteří se postí. Neboť stav Nového zákona je dokonalejší než stav Starého zákona. Ale ve Starém zákoně se postili až do večera, neboť se praví Levit. 23: "Je sobota, budete trápiti své duše," a potom následuje: "Od večera až do večera budete slaviti své soboty."

taxari debet.

II-II q. 147 a. 6 arg. 2

Praeterea, sicut homo nutritur cibo, ita et potu. Unde et potus ieiunium solvit, propter quod, post potum non possumus Eucharistiam accipere. Sed non est prohibitum quin pluries bibamus, diversis horis diei. Ergo etiam non debet esse prohibitum ieiunantibus quin pluries comedant.

II-II q. 147 a. 6 arg. 3

Praeterea, electuaria quidam cibi sunt. Quae tamen a multis in diebus ieiunii post comestionem sumuntur. Ergo unitas comestionis non est de ratione ieiunii.

II-II q. 147 a. 6 s. c.

Sed in contrarium est communis consuetudo populi Christiani.

II-II q. 147 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod ieiunium ab Ecclesia instituitur ad concupiscentiam refrenandam, ita tamen quod natura salvetur. Ad hoc autem sufficere videtur unica comestio, per quam homo potest et naturae satisfacere, et tamen concupiscentiae aliquid detrahit, diminuendo comestionum vices. Et ideo Ecclesiae moderatione statutum est ut semel in die a ieiunantibus comedatur.

II-II q. 147 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod quantitas cibi non potuit eadem omnibus taxari, propter diversas corporum complexiones, ex quibus contingit quod unus maiori, alter minori indiget cibo. Sed ut plurimum omnes possunt naturae satisfacere per unicam comestionem.

II-II q. 147 a. 6 ad 2

K druhému se musí říci, že ač vrhnutí je užitečné po nadbytečném jídle, přece je nešestné, že se někdo podrobí této nutnosti skrze nemírné jídlo a pití. Lze však způsobiti vrhnutí bez viny, na radu lékařskou, na léčení nějaké nemoci.

K třetímu se musí říci, že šaškovství sice pochází z úkonu obžerství, ne však z úkonu smilstva, nýbrž ze chtění je. A proto může náležeti k oběma nešestem.

CXLIX. O střízlivosti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Pak jest uvažovati o střízlivosti a protilehlé nešesti. A o střízlivosti jsou čtyři otázky:

1. Jaká je látka střízlivosti.
2. Zda je zvláštní ctnost.
3. Zda užívati vína je dovoleno.
4. Kterým zvláště přísluší střízlivost.

CXLIX.1.Zda látka střízlivosti je nápoj.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že vlastní látka střízlivosti není nápoj. Praví se totiž Řím. 12: "Nikoli více moudrosti nad patřičnou moudrost, nýbrž moudrost ve střízlivosti." Tedy střízlivost je také v moudrosti, a nikoli pouze v nápoji.

Mimo to Moudr. 8 se praví o moudrosti Boží, že "učí střízlivosti a opatrnosti, spravedlnosti a síle", kde střízlivost klade místo mírnosti. Ale mírnost je nejen v pití, nýbrž také v jídle a v pohlavních. Tedy střízlivost není pouze ohledně nápoje.

Mimo to jméno střízlivosti zdá se vzato od třídení. Ale ve všem, co je naše, musíme zachovávati vytříbenost, jak se praví Tit. 2: "Střízlivě a spravedlivě a zbožně žijme na

non potest cohibere exteriores gestus. Unde Ephes. V, super illud, aut stultiloquium aut scurrilitas, dicit Glossa, *quae a stultis curialitas dicitur, idest iocularitas, quae risum movere solet*. Quamvis possit utrumque horum referri ad verba. In quibus contingit peccare vel ratione superfluitatis, quod pertinet ad multiloquium, vel ratione inhonestatis, quod pertinet ad scurrilitatem. Ex parte autem corporis, ponitur immunditia. Quae potest attendi sive secundum inordinatam emissionem quarumcumque superfluitatum, vel specialiter quantum ad emissionem seminis. Unde super illud Ephes. V, fornicatio autem et omnis immunditia etc., dicit Glossa, *idest incontinentia pertinens ad libidinem quocumque modo*.

II-II q. 148 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod laetitia quae est de actu peccati vel fine, consequitur omne peccatum, maxime quod procedit ex habitu. Sed laetitia vaga incomposita, quae hic dicitur inepta, praecipue oritur ex immoderata sumptione cibi vel potus. Similiter etiam dicendum quod hebetudo sensus quantum ad eligibilia communiter inveniturin omni peccato. Sed hebetudo sensus circa speculabilia maxime procedit ex gula, ratione iam dicta.

II-II q. 148 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod, licet utilis sit vomitus post superfluam comestionem, tamen vitiosum est quod aliquis huic necessitati se subdat per immoderantiam cibi vel potus. Potest tamen absque culpa vomitus procurari ex consilio medicinae in remedium alicuius languoris.

II-II q. 148 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod scurrilitas procedit quidem ex actu gulae, non autem ex actu luxuriae, sed ex eius voluntate. Et ideo ad utrumque vitium potest pertinere.

149. De sobrietate quae est specialiter circa potum.

Prooemium

II-II q. 149 pr.

Deinde considerandum est de sobrietate, et vitio opposito, scilicet ebrietate. Et circa sobrietatem quaeruntur quatuor. Primo, quae sit materia sobrietatis. Secundo, utrum sit specialis virtus. Tertio, utrum usus vini sit licitus. Quarto, quibus praecipue competat sobrietas.

1. Quae sit materia sobrietatis.

II-II q. 149 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod materia propria sobrietatis non sit potus. Dicitur enim Rom. XII. *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*. Ergo sobrietas est etiam circa sapientiam, et non solum circa potum.

II-II q. 149 a. 1 arg. 2

Praeterea, Sap. VIII dicitur de Dei sapientia quod *sobrietatem et prudentiam docet, iustitiam et virtutem*, ubi sobrietatem ponit pro temperantia. Sed temperantia non solum est circa potus, sed etiam circa cibos et venerea. Ergo sobrietas non solum est circa potus.

II-II q. 149 a. 1 arg. 3

Praeterea, nomen sobrietatis a mensura sumptum esse videtur. Sed in omnibus quae ad nos pertinent debemus

tomto světě." A Glossa dodává: "Střízlivě v nás." A I. Tim. 2 se praví: "Ženy v úpravném oděvu, upravujíce jej se stydlivostí a střízlivostí," A tak se zdá, že střízlivost není pouze ve vnitřních, nýbrž i v těch, která náležejí k vnějšnímu chování. Není tedy nápoj vlastní látkou střízlivosti.

Avšak proti jest, co se praví Eccli. 31 "Lidem správného života víno ve střízlivosti; jestliže je piješ mírně. budeš střízlivý.

Odpovídám: Musí se říci, že ctnosti, které mají jméno od nějaké všeobecné podmínky ctnosti, vyhrazují si zvláště onu látku, ve které je nejnesnadnější a nejlepší onu její podmínku zachovati; jako statečnost nebezpečí smrti a mírnost potěšení dotyku. Jméno střízlivosti je však vzato od tříbení: sluje totiž někdo střízlivý, to jest zachovávající vytříbenost, to jest míru. A proto onu látku si zvláště střízlivost připisuje, ve které je velmi chvalitebné zachovati míru. Takovou pak je nápoj, schopný opojiti, protože mírně ho užívati velmi prospívá, a nemírné přebrání velmi škodí, protože více překáží užívání rozumu než přemíra pokrmu. Proto se praví Eccli. 31: "Zdravím duše i těla je střízlivé pití. Vypíti mnoho vína působí podrážděnost a hněv a mnoho zřícenin." A proto se bere střízlivost zvláště při pití, ne čehokoli, nýbrž toho, co svými výpary přirozeně pomátne hlavu, jako víno, a vše, co může opojiti. Obecně však vzaté jméno střízlivosti lze říci o kterékoli látce, jak bylo též shora řečeno o statečnosti a mírnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jako víno hmotné opojí tělesně, tak také metaforicky pozorování moudrostí sluje nápoj opojný proto, že svým potěšením vábí duha, podle onoho Žalmu 22: "Číše má opojná, jak je převzácná!" A proto se jmenuje střízlivost při nazírání moudrosti z jakési podobnosti.

K druhému se musí říci, že vše, co vlastně náleží k mírnosti, jsou nezbytnosti přítomného života, a nadbytek jich škodí. A proto ve všech je třeba užívati míry, což jest úkolem střízlivosti, Pročež jméno střízlivosti znamená mírnost. Ale malé přebrání v pití více škodí než v jiných, a proto střízlivost je zvláště v pití.

K třetímu se musí říci, že ač tříbení se vyžaduje ve všem, přece se vlastně neříká střízlivost ve všem, nýbrž tam, kde tříbení je nejvíce nutné.

CXLIX.2.Zda střízlivost jest o sobě zvláštní ctnost.

Při druhé se postupuje takto: zdá se, že střízlivost není o sobě nějaká zvláštní ctnost. Odříkání se totiž bere i v pokrmech i v nápojích. Ale ohledně pokrmů není nějaká zvláštní ctnost. Tedy ani střízlivost, která je v nápoji, není nějaká zvláštní ctnost.

mensuram servare, unde dicitur Tit. II, *sobrie et iuste et pie vivamus*, ubi dicit Glossa, *sobrie, in nobis*, et I ad Tim. II dicitur, *mulieres in habitu ornato, cum verecundia et sobrietate ornantes se*, et sic videtur sobrietas esse non solum in interioribus, sed etiam in his quae pertinent ad exteriorem habitum. Non ergo propria materia sobrietatis est potus.

II-II q. 149 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dicitur Eccli. XXXI, *aequa vita hominis vinum in sobrietate potatum*.

II-II q. 149 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod virtutes quae ab aliqua generali conditione virtutis nominantur, illam materiam specialiter sibi vindicant in qua difficillimum et optimum est conditionem huiusmodi observare, sicut fortitudo pericula mortis, et temperantia delectationes tactus. Nomen autem sobrietatis sumitur a mensura, dicitur enim aliquis sobrius quasi briam, idest mensuram, servans. Et ideo illam materiam specialiter sibi sobrietas adscribit in qua maxime laudabile est mensuram servare. Huiusmodi autem est potus inebriare valens, quia eius usus mensuratus multum confert, et modicus excessus multum laedit, quia impedit usum rationis, magis etiam quam excessus cibi. Unde dicitur Eccli. XXXI, *sanitas est animae et corporis sobrius potus. Vinum multum potatum irritationem et iram et ruinas multas facit*. Et ideo specialiter sobrietas attenditur circa potum, non quemcumque, sed eum qui sua fumositate natus est caput conturbare, sicut vinum et omne quod inebriare potest. Communiter autem sumendo nomen sobrietatis, potest in quacumque materia dici, sicut et supra dictum est de fortitudine et temperantia.

II-II q. 149 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut vinum materiale corporaliter inebriat, ita etiam metaphorice consideratio sapientiae dicitur potus inebrians, propter hoc quod sua delectatione animum allicit, secundum illud Psalmi, *calix meus inebrians quam praeclarus est*, et ideo circa contemplationem sapientiae per similitudinem quandam sobrietas dicitur.

II-II q. 149 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod omnia quae ad temperantiam proprie pertinent, necessaria sunt praesenti vitae, et eorum excessus nocet. Et ideo in omnibus necessarium est adhibere mensuram, quod pertinet ad officium sobrietatis. Propter quod nomine sobrietatis temperantia significatur. Sed modicus excessus in potu plus nocet quam in aliis. Et ideo sobrietas specialiter est circa potum.

II-II q. 149 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod, quamvis mensura in omnibus requiratur, non tamen sobrietas proprie in omnibus dicitur, sed in quibus mensura est maxime necessaria.

2. Utrum sit specialis virtus.

II-II q. 149 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod sobrietas non sit per se quaedam specialis virtus. Abstinentia enim attenditur et circa cibos et potus. Sed circa cibos specialiter non est aliqua specialis virtus. Ergo nec

Mimo to odříkání a obžerství jsou ohledně potěšení dotyku, pokud smysl vnímá potravu. Ale pokrm a nápoj spolu jsou potravou, spolu totiž potřebuje živočich oživení vlhkým a suchým. Tedy střízlivost, která jest ohledně nápoje, není zvláštní ctnost.

Mimo to, jako v těch, která náležejí k živení, rozlišuje se pokrm od nápoje, tak také se rozlišují různé druhy pokrmů a různé druhy nápojů. Kdyby tedy střízlivost byla o sobě nějaká zvláštní ctnost, zdá se, že pro každou odlišnost pokrmu a nápoje by byla nějaká zvláštní ctnost, což je nevhodné. Nezdá se tedy, že střízlivost je zvláštní ctnost.

Avšak proti jest, že Makrobius pokládá střízlivost za zvláštní část mírnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, mravní ctnosti náleží zachovávati dobro rozumu proti těm, která mu mohou zabraňovati. A proto, kde se nalézá zvláštní překážení rozumu, tam musí býti zvláštní ctnost, aby se odstranilo. Opojný nápoj má však zvláštní způsob překážení užívání rozumu, pokud totiž svými výpary mate mozek. A proto na odstranění této překážky rozumu se vyžaduje zvláštní ctnost, kterou je střízlivost.

K prvnímu se tedy musí říci, že pokrm a nápoj mohou obecně překážeti dobru rozumu, zabavujíce jej nemírným potěšením. A vzhledem k tomu obecně ohledně pokrmu i nápoje jest odříkání. Ale nápoj schopný opojiti překáží zvláštním způsobem, jak bylo řečeno, a proto vyžaduje zvláštní ctnost.

K druhému se musí říci, že ctnost odříkání není ohledně pokrmů a nápojů, pokud živí, nýbrž pokud překážejí rozumu. A proto není třeba, aby se brala zvláštní ctnost podle rázu živení.

K třetímu se musí říci, že ve všech opojných nápojích jest jeden a týž důvod překážení užívání rozumu. A tak ona různost nápojů se má případkově ke ctnosti. A proto podle takovéto různosti se nerůzní ctnosti. A týž důvod je o různosti pokrmů.

CXLIX.3.Zda užívání vína je zcela nedovolené.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že užívání vína je zcela nedovolené. Bez moudrosti totiž nemůže býti nikdo ve stavu spásy. Praví se totiž Moudr. 8: "Nikoho nemiluje Bůh, leč toho, kdo přebývá s moudrostí." A níže hl. 9: "Moudrostí byli uzdraveni, kdokoli se ti, Pane, zalíbili od počátku." Ale užívání vína překáží moudrosti. Praví se totiž Eccle. 2: "Umínilo si srdce mé vzdalovati mé tělo od vína, abych svého ducha přenesl k moudrosti." Tedy užívání vína je všeobecně nedovolené.

sobrietas, quae est circa potus, est specialis virtus.

II-II q. 149 a. 2 arg. 2

Praeterea, abstinentia et gula sunt circa delectationes tactus inquantum est sensus alimenti. Sed cibus et potus simul cedunt in alimentum, simul enim indiget animal nutriri humido et sicco. Ergo sobrietas, quae est circa potum, non est specialis virtus.

II-II q. 149 a. 2 arg. 3

Praeterea, sicut in his quae ad nutritionem pertinent distinguitur potus a cibo, ita etiam distinguuntur diversa genera ciborum et diversa genera potuum. Si ergo sobrietas esset per se quaedam specialis virtus, videtur quod circa quamlibet differentiam potus vel cibi sit quaedam specialis virtus, quod est inconveniens. Non ergo videtur quod sobrietas sit specialis virtus.

II-II q. 149 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Macrobius ponit sobrietatem specialem partem temperantiae.

II-II q. 149 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, ad virtutem moralem pertinet conservare bonum rationis contra ea quibus potest impediri, et ideo, ubi inventur speciale impedimentum rationis, ibi necesse est esse specialem virtutem ad illud removendum. Potus autem inebrians habet specialem rationem impediendi rationis usum, inquantum scilicet perturbat cerebrum sua fumositate. Et ideo, ad removendum hoc impedimentum rationis, requiritur specialis virtus, quae est sobrietas.

II-II q. 149 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod cibus et potus communiter impedire possunt bonum rationis absorbendo eam per immoderantiam delectationis. Et quantum ad hoc, communiter circa cibum et potum est abstinentia. Sed potus inebriare valens impedit speciali ratione, ut dictum est. Et ideo requirit specialem virtutem.

II-II q. 149 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod virtus abstinentiae non est circa cibos et potus inquantum sunt nutritiva, sed inquantum impediunt rationem. Et ideo non oportet quod specialitas virtutis attendatur secundum rationem nutritionis.

II-II q. 149 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod in omnibus potibus inebriare valentibus est una et eadem ratio impediendi usum rationis. Et sic illa potuum diversitas per accidens se habet ad virtutem. Et propter hoc, secundum huiusmodi diversitatem virtutes non diversificantur. Et eadem ratio est de diversitate ciborum.

3. Utrum usus vini sit licitus.

II-II q. 149 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod usus vini totaliter sit illicitus. Sine sapientia enim non potest aliquis esse in statu salutis, dicitur enim Sap. VII, *neminem diligit Deus nisi qui cum sapientia inhabitat*; et infra, IX, *per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi a principio*. Sed usus vini impedit sapientiam, dicitur enim Eccle. II, *cogitavi abstrahere a vino carnem meam, ut transferrem animam meam ad sapientiam*. Ergo potus vini est universaliter illicitus.

Mimo to Apoštol praví Řím. 14: "Dobré jest nejísti masa a nepíti vína, ani čím se tvůj bratr uráží, pohoršuje nebo oslabuje." Ale ustati od dobra ctnosti je nešestné, a podobně bratřím dáti pohoršení. Tedy užívati vína je nedovolené.

Mimo to Jeronym praví, kn. I. Proti Jov., že "vínu s masem se oddali po potopě; Kristus však přišel na konci věků a konec stáhl k počátku." Tedy v době křesťanského zákona zdá se nedovoleno užívati vína.

Avšak proti jest, co praví Apoštol, I. Tim. 5: "Nepij již vody, nýbrž užívej mírně vína pro žaludek a své časté nemoci." A Eccli. 31 se praví: "Povznesení ducha i srdce mírné pití vína."

Odpovídám: Musí se říci, že žádný pokrm nebo nápoj o sobě uvažovaný není nedovolený, podle výroku Pána, řkoucího Mat. 15: "Co vchází do úst, neposkvrňuje člověka." A proto píti víno, o sobě řečeno, není nedovoleno. Může se však státi nedovoleným případkově. A to někdy ze stavu pijícího, že totiž si vínem snadno ublíží nebo že ze zvláštního slibu je zavázán víno nepíti; někdy také ze způsobu pití, že totiž v pití překračuje míru; a někdy se strany jiných, kteří se tím pohoršují.

K prvnímu se tedy musí říci, že moudrosti lze nabýti dvojmo. Jedním způsobem podle obecného způsobu, jaká stačí ke spáse; a tak se nevyžaduje k nabytí moudrosti, aby se někdo zcela odříkal vína, nýbrž aby se odříkal nemírného užívání vína. Jiným způsobem podle jakéhosi stupně dokonalosti. A tak, podle postavení některých osob a míst, vyžaduje se od některých, aby dokonale vnímali moudrost, aby se vůbec odříkali vína.

K druhému se musí říci, že Apoštol nepraví jednoduše, že je dobré odříkání vína, nýbrž v případě, ve kterém se z toho někteří pohoršují.

K třetímu se musí říci že Kristus nás odvádí od některých, jakožto zcela nedovolených, od některých pak, jakožto od překážek dokonalosti. A tímto způsobem odvádí některé od vína pro úsilí o dokonalost, jako též od bohatství a jiných takových.

CXLIX.4.Zda střízlivost se více vyžaduje od vyšších osob.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že střízlivost se vyžaduje více od vyšších osob. Stáří totiž poskytuje člověku jisté vynikání, takže starcům je povinna čest a uctivost, podle onoho Levit. 19: "Před šedivou hlavou povstaň a pocti osobu starce." Ale apoštol praví, že zvláště starce je třeba povzbuzovati ke střízlivosti, podle onoho Tit. 2: "Starci ať jsou střízliví." Tedy střízlivost se nejvíce vyžaduje u vyšších osob.

II-II q. 149 a. 3 arg. 2

Praeterea, apostolus dicit, Rom. XIV, *bonum est non manducare carnem et non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur aut infirmatur*. Sed cessare a bono virtutis est vitiosum, et similiter fratribus scandalum ponere. Ergo uti vino est illicitum.

II-II q. 149 a. 3 arg. 3

Praeterea, Hieronymus dicit quod *vinum cum carnibus post diluvium est dedicatum, Christus autem venit in fine saeculorum, et extremitatem retraxit ad principium*. Ergo, tempore Christianae legis, videtur esse illicitum vino uti.

II-II q. 149 a. 3 s. c.

Sed contra est quod apostolus dicit, I ad Tim. V, *noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere, propter stomachum tuum et frequentes infirmitates*. Et Eccli. XXXI dicitur, *exultatio animae et cordis vinum moderate potatum*.

II-II q. 149 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod nullus cibus vel potus, secundum se consideratus, est illicitus, secundum sententiam domini dicentis, Matth. XV, *nihil quod intrat in os, coinquinat hominem*. Et ideo bibere vinum, secundum se loquendo, non est illicitum. Potest tamen illicitum reddi per accidens. Quandoque quidem ex conditione bibentis, qui a vino de facili laeditur, vel qui ex speciali voto obligatur ad vinum non bibendum. Quandoque autem ex modo bibendi, quia scilicet mensuram in bibendo excedit. Quandoque autem ex parte aliorum, qui ex hoc scandalizarentur.

II-II q. 149 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod sapientia potest haberi dupliciter. Uno modo, secundum modum communem, prout sufficit ad salutem. Et sic non requiritur ad sapientiam habendam quod aliquis a vino omnino abstineat, sed quod abstineat ab immoderato usu vini. Alio modo, secundum quendam perfectionis gradum. Et sic requiritur in aliquibus, ad perfecte sapientiam percipiendam, quod omnino a vino abstineant, secundum conditiones quarundam personarum et locorum.

II-II q. 149 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod apostolus non simpliciter dicit bonum esse abstinere a vino, sed in casu in quo ex hoc aliqui scandalizantur.

II-II q. 149 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod Christus retrahit nos a quibusdam sicut omnino illicitis, a quibusdam vero sicut ab impedimentis perfectionis. Et hoc modo retrahit aliquos a vino studio perfectionis, sicut et a divitiis et aliis huiusmodi.

4. Quibus competat sobrietas.

II-II q. 149 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod sobrietas magis requiratur in maioribus personis. Senectus enim excellentiam quandam homini praestat, unde et senibus reverentia et honor debetur, secundum illud Levit. XIX, *coram cano capite consurge, et honora personam senis*. Sed apostolus specialiter senes dicit esse ad sobrietatem exhortandos, secundum illud Tit. II, *senes, ut sobrii sint*. Ergo sobrietas maxime requiritur in excellentioribus

Mimo to biskup má v Církvi nejvznešenější stupeň a jemu je Apoštolem přikázána střízlivost, podle onoho I. Tim. 3: "Biskup musí býti bez hany, muž jedné ženy, střízlivý, opatrný," atd. Tedy střízlivost se nejvíce vyžaduje u osob vyšších.

Mimo to střízlivost obnáší odříkání vína. Ale víno se zakazuje králům, kteří mají nejvyšší místo v lidských záležitostech.

Dovoluje se však těm, kteří jsou ve stavu bezútěšnosti, podle onoho Přísl. 31: "Nedávej králům vína." A pak se dodává: "Dejte opojného zarmouceným a vína těm, kteří mají hořkost ducha." Tedy střízlivost se více vyžaduje u osob vyšších.

Avšak proti jest, co praví Apoštol I. Tim. 3: "Ženy podobně cudné, střízlivé," atd. A Tit. 2: "Mladé rovněž napomínej, aby byli střízliví."

Odpovídám: Musí se říci, že ctnost má vztah k dvojímu. A to, jedním způsobem k protivným nepřestem, které vylučuje, a k dychtivostem, které ovládá. Jiným způsobem k cíli, k němuž vede. Tak tedy nějaká ctnost u některých se více vyžaduje z dvojího důvodu: jedním způsobem, proto že jest u nich větší sklon k dychtivostem, které je třeba ctností ovládati, a k nepřestem, které se ctností odstraňují. A podle toho střízlivost se nejvíce vyžaduje u mladých a u žen, protože u mladých bují dychtivost těšícího pro ohnivost věku; u žen pak není dostatečná síla mysli na to, aby dychtivostem odpíraly. Proto, podle Valeria Maxima, ženy u starých Římanů nepily vína. Jiným pak způsobem se střízlivost více vyžaduje u některých, jakožto více nutná k vlastní jejich činnosti. Víno však nemírně požívané zvláště překáží užívání rozumu. A proto starcům, u nichž musí býti rozum silný k poučování jiných, a u biskupů nebo u kterýchkoli služebníků Církve, kteří mají zbožnou myslí se zabývati duchovními službami, a u králů, kteří mají moudrostí spravovati poddaný lid, se zvláště přikazuje střízlivost.

A z toho je patrná odpověď k námitkám.

CL. O opilosti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Pak jest uvažovati o opilosti. A o tom jsou čtyři otázky:

1. Zda opilost je hřích.
2. Zda je hřích smrtelný.
3. Zda je nejtěžší hřích.
4. Zda omlouvá od hříchu.

CL.1. Zda opilost je hřích.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že opilost není hřích. Každý totiž hřích má jiný hřích protilehlý, jako bázlivosti je protilehlá odvážlivost, a malomyslnosti odvážlivost. Ale

personis.

II-II q. 149 a. 4 arg. 2

Praeterea, episcopus in Ecclesia excellentissimum gradum habet. Cui per apostolum indicitur sobrietas, secundum illud I ad Tim. III, *oportet episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem,* et cetera. Ergo sobrietas maxime requiritur in personis excellentibus.

II-II q. 149 a. 4 arg. 3

Praeterea, sobrietas importat abstinentiam a vino. Sed vinum interdicitur regibus, qui tenent summum locum in rebus humanis, conceditur autem his qui sunt in statu deiectionis, secundum illud Prov. XXXI, *noli regibus dare vinum*; et postea subdit, *date siceram moerentibus, et vinum his qui amaro animo sunt*. Ergo sobrietas magis requiritur in excellentioribus personis.

II-II q. 149 a. 4 s. c.

Sed contra est quod apostolus, I ad Tim. III, dicit, *mulieres similiter pudicas, sobrias,* et cetera. Et Tit. II dicitur, *iuvenes similiter hortare ut sobrii sint*.

II-II q. 149 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod virtus habet habitudinem ad duo, uno quidem modo, ad contraria vitia quae excludit, et concupiscentias quas refrenat; alio modo, ad finem in quem perducit. Sic igitur aliqua virtus magis requiritur in aliquibus duplici ratione. Uno modo, quia in eis est maior pronitas ad concupiscentias quas oportet per virtutem refrenari, et ad vitia quae per virtutem tolluntur. Et secundum hoc, sobrietas maxime requiritur in iuvenibus et mulieribus, quia in iuvenibus viget concupiscentia delectabilis, propter fervorem aetatis; in mulieribus autem non est sufficiens robur mentis ad hoc quod concupiscentiis resistant unde, secundum maximum Valerium, mulieres apud Romanos antiquitus non bibebant vinum. Alio vero modo sobrietas magis requiritur in aliquibus utpote magis necessaria ad propriam operationem ipsorum. Vinum autem immoderate sumptum praecipue impedit usum rationis. Et ideo senibus, in quibus ratio debet vigere ad aliorum eruditionem; et episcopis, seu quibuslibet Ecclesiae ministris, qui mente devota debent spiritualibus officiis insistere; et regibus, qui per sapientiam debent populum subditum gubernare, specialiter sobrietas indicitur.

II-II q. 149 a. 4 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

150. De ebrietate quae opponitur sobrietati.

Prooemium

II-II q. 150 pr.

Deinde considerandum est de ebrietate. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum ebrietas sit peccatum. Secundo, utrum sit peccatum mortale. Tertio, utrum sit gravissimum peccatorum. Quarto, utrum excuset a peccato.

1. Utrum ebrietas sit peccatum.

II-II q. 150 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod ebrietas non sit peccatum. Omne enim peccatum habet aliud peccatum opilosti není žádný hřích protilehlý. Tedy opilost není hřích.

Mimo to každý hřích je dobrovolný, podle Augustina, kn. O pravém nábož. Ale nikdo nechce býti opilý, protože nikdo nechce býti zbaven užívání rozumu. Tedy opilost není hřích.

Mimo to, kdokoliv je druhému příčinou hříchu, hřeší. Kdyby tedy opilost byla hřích, následovalo by, že ti, kdo jiné zvou k pití, kterým se opíjí, hřeší, což se zdá být velmi tvrdé.

Mimo to všem hříchům náleží napomenutí. Ale opilým se nečiní napomenutí. Praví totiž Řehoř, že "shovívavě mají býti ponechání své povaze, aby se nestali horšími, kdyby byli z takového návyku vytrženi." Tedy opilost není hřích.

Avšak proti jest, co praví Apoštol, Řím. 13: "Ne v hodování a opilostech."

Odpovídám: Musí se říci, že opilost lze bráti dvojmo: jedním způsobem, pokud znamená sám nedostatek člověka, který se přihází z množství vypitého vína, z čehož se stává, že není schopen užívati rozumu; a podle toho opilství neznamená vinu, nýbrž nedostatek trestný, následující z viny. Jiným způsobem může znamenati opilost skutek, kterým někdo do tohoto nedostatku upadne. Ten pak může způsobiti opilost dvojmo: jedním způsobem z přílišné síly vína mimo domnění pijícího; a tak se může také :přihoditi opilost bez hříchu, zvláště nenastane-li z nedbalosti člověka. A tak věříme, že se opil Noe, jak se čte Gen. 9. Jiným způsobem z nezřízené dychtivosti a užívání vína; a tak se opilost pokládá za hřích, a je obsažena pod obžerstvím, jako druh pod rodem. dělí se totiž obžerství na hodování a opilost, jež zakazuje Apoštol v uvedeném výroku.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Filosof v III. Ethic., necitelnost, která je protilehlá mírnosti, nepřiházi se často. A proto, jak ona, tak její druhy, které jsou protilehlé různým druhům mírnosti, nemají jména. Proto také neřest, která je protilehlá opilosti, je bezejmenná. A přece, kdyby se někdo vědomě odříkal vína tolik, že by přirozenosti velmi přitížil, nebyl by prost viny.

K druhému se musí říci, že ona námitka platí o nedostatku následném, který je nedobrovolný. Ale nemírné užívání vína je dobrovolné, v čemž spočívá ráz hříchu.

K třetímu se musí říci, že, jako, ten, kdo se opije, jest omluven od hříchu, nezná-li sílu vína, tak také ten, kdo zve někoho k pití, je omluven od hříchu, neví-li o takovém stavu pijícího, že se z tohoto nápoje opije. Není-li však nevědomosti, žádný není omluven od hříchu.

sibi oppositum, sicut timiditati audacia, et pusillanimitati praesumptio opponitur. Sed ebrietati nullum peccatum opponitur. Ergo ebrietas non est peccatum.

II-II q. 150 a. 1 arg. 2

Praeterea, omne peccatum est voluntarium. Sed nullus vult esse ebrius, quia nullus vult privari usu rationis. Ergo ebrietas non est peccatum.

II-II q. 150 a. 1 arg. 3

Praeterea, quicumque est alteri causa peccandi, peccat. Si ergo ebrietas esset peccatum, sequeretur quod illi qui alios invitant ad potum quo inebriantur, peccarent. Quod videtur esse valde durum.

II-II q. 150 a. 1 arg. 4

Praeterea, omnibus peccatis correctio debetur. Sed ebriis non adhibetur correctio, dicit enim Gregorius quod *cum venia suo ingenio sunt relinquendi, ne deteriores fiant si a tali consuetudine evellantur*. Ergo ebrietas non est peccatum.

II-II q. 150 a. 1 s. c.

Sed contra est quod apostolus dicit, Rom. XIII, *non in comessationibus et ebrietatibus*.

II-II q. 150 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod ebrietas dupliciter accipi potest. Uno modo, prout significat ipsum defectum hominis qui accidit ex multo vino potato, ex quo fit ut non sit compos rationis. Et secundum hoc, ebrietas non nominat culpam, sed defectum poenalem consequentem ex culpa. Alio modo ebrietas potest nominare actum quo quis in hunc defectum incidit. Qui potest causare ebrietatem dupliciter. Uno modo, ex nimia vini fortitudine, praeter opinionem bibentis. Et sic etiam ebrietas potest accidere sine peccato, praecipue si non ex negligentia hominis contingat, et sic creditur Noe inebriatus fuisse, ut legitur Gen. IX. Alio modo, ex inordinata concupiscentia et usu vini. Et sic ebrietas ponitur esse peccatum. Et continetur sub gula sicut species sub genere, dividitur enim gula in comessationem et ebrietatem, quae prohibet apostolus in auctoritate inducta.

II-II q. 150 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut philosophus dicit, in III Ethic., insensibilitas, quae opponitur temperantiae, non multum contingit. Et ideo tam ipsa quam omnes eius species, quae opponuntur diversis speciebus intemperantiae, nomine carent. Unde et vitium quod opponitur ebrietati innominatum est. Et tamen si quis scienter in tantum a vino abstineret ut naturam multum gravaret, a culpa immunis non esset.

II-II q. 150 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod obiectio illa procedit de defectu consequente, qui est involuntarius. Sed immoderatus usus vini est voluntarius, in quo consistit ratio peccati.

II-II q. 150 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut ille qui inebriatur excusatur a peccato si ignorat fortitudinem vini, ita etiam ille qui invitat aliquem ad bibendum excusatur a peccato si ignoret talem esse conditionem bibentis ut ex hoc potu inebrietur. Sed si ignorantia desit, neuter a peccato excusatur.

Ke čtvrtému se musí říci, že někdy je zanechati napomenutí hříšníka, aby se jím nestal horším, jak bylo shora řečeno. Protlo Augustin praví v listě biskupu Aureliovi, mluvě o hodování a opíjení: "Nelze tato odstraniti drsností, pokud myslím, ani tvrdostí, ani pánovitosti, nýbrž spíše poučováním než poroučením, spíše napomínáním než vyhrožováním. Tak totiž je třeba jednati s množstvím hříšníků; přísnost pak musí býti vůči hříchům řídkým."

CL.2. Zda opilost je hřích smrtelný.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že opilost není hřích smrtelný. Augustin totiž, v řeči O očistci, praví, že opilost je smrtelný hřích, je-li ustavičná. Ale ustavičnost obnáší okolnost, která nepřivádí do jiného druhu hříchu; a tak nemůže do nekonečna zatěžovati, že z všedního učiní smrtelný, jak je opatrně ze shora řečeného. Tedy, není-li jinak opilost smrtelný hřích, ani tímto způsobem nebude smrtelný hřích.

Mimo to Augustin praví v téže řeči: "Kdykoliv někdo při jídle nebo pití vezme více, než je nutné, věz, že je z menších hříchů." Ale menší hříchy slují všední. Tedy opilost, která nastává nemírným pitím, je hřích všední.

Mimo to žádný hřích smrtelný se nesmí činiti jako lék. Ale někteří nadbytečně opíjí na radu lékařskou, aby pak zvracením se pročistili. A z tohoto nadbytečného pití následuje opilost. Tedy opilost není smrtelný hřích.

Avšak proti jest, co se čte v Kánonech apoštolských: "Biskup nebo kněz nebo jáhen, oddaný kostkám nebo opilství, bud přestane, nebo bude sesazen. Podjáhen pak nebo lektor nebo kantor, činící podobně, buď přestane, nebo nebude přijímati; podobně též laik." Ale takové tresty se neuvalují, leč za smrtelný hřích. Tedy opilství je smrtelný hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že vina opilosti, jak bylo řečeno, spočívá v nemírném užívání a dychtění vína. Tímto způsobem pak se přihází trojmo: jedním způsobem tak, že nezná nemírnost a opojenost nápoje. A tak může býti opilost bez hříchu, jak bylo řečeno. Jiným způsobem tak, že někdo poznává nemírnost pití, ale neníní, že se pitím opije, a tak může být opilost všední hřích. Třetím způsobem se může přihoditi, že někdo dobře ví, že pití je nemírné a opojné, a přece spíše chce podlehnouti opilosti, než odříci si nápoj. A takový se vlastně nazývá opilý, protože mravní dostávají druh nikoliv od těch, která nastanou případkově mimo úmysl, nýbrž od toho, co jest o sobě zamýšleno. A tak je opilost smrtelný hřích, protože podle toho člověk chtěje a věda zbavuje se užívání rozumu, kterým jedná podle ctnosti a uhýbá hříchu. A tak hřeší smrtelně, vydávaje se nebezpečí hříchu. Praví totiž Ambrož, v I. knize O praotcích: "Známe nepřípustnost opilosti, při níž nemůžeme uniknouti zločinu. Neboť čemu unikneme střízliví, v opilosti nevědomky podlehneme." Pročež opilost, o sobě řečeno, je smrtelný hřích.

II-II q. 150 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod aliquando correctio peccatoris est intermittenda, ne fiat inde deterior, ut supra dictum est. Unde Augustinus dicit, in epistola ad Aurelium episcopum, de comessationibus et ebrietatibus loquens, *non aspere, quantum aestimo, non dure, non imperiose ista tolluntur, sed magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine peccantium, severitas autem exercenda est in peccato paucorum*.

2. Utrum sit peccatum mortale.

II-II q. 150 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod ebrietas non sit peccatum mortale. Augustinus enim, in sermone de Purgatorio, dicit ebrietatem esse peccatum mortale, si sit assidua. Sed assiduitas importat circumstantiam quae non trahit in aliam speciem peccati, et sic non potest in infinitum aggravare, ut de veniali faciat mortale, sicut ex supra dictis patet. Ergo, si alias ebrietas non est peccatum mortale, nec hoc etiam modo erit peccatum mortale.

II-II q. 150 a. 2 arg. 2

Praeterea, Augustinus, in eodem sermone, dicit, *quoties aliquis in cibo aut potu plus accipit quam necesse est, ad minuta peccata noverit pertinere*. Peccata autem minuta dicuntur venialia. Ergo ebrietas, quae causatur ex immoderato potu, est peccatum veniale.

II-II q. 150 a. 2 arg. 3

Praeterea, nullum peccatum mortale est faciendum propter medicinam. Sed aliqui superflue bibunt secundum consilium medicinae, ut postea per vomitum purgentur; et ex hoc superfluo potu sequitur ebrietas. Ergo ebrietas non est peccatum mortale.

II-II q. 150 a. 2 s. c.

Sed contra est quod in canonibus apostolorum legitur, *episcopus aut presbyter aut diaconus aleae aut ebrietati deserviens, aut desinat aut deponatur. Subdiaconus autem aut lector aut cantor similia faciens, aut desinat aut communione privetur. Similiter et laicus*. Sed tales poenae non infliguntur nisi pro peccato mortali. Ergo ebrietas est peccatum mortale.

II-II q. 150 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod culpa ebrietatis, sicut dictum est, consistit in immoderato usu et concupiscentia vini. Hoc autem contingit esse tripliciter. Uno modo, sic quod nesciat potum esse immoderatum et inebriare potentem. Et sic ebrietas potest accipi sine peccato, ut dictum est. Alio modo, sic quod aliquis percipiat potum esse immoderatum, non tamen aestimet potum esse inebriare potentem. Et sic ebrietas potest esse cum peccato veniali. Tertio modo, potest contingere quod aliquis bene advertat potum esse immoderatum et inebriantem, et tamen magis vult ebrietatem incurrere quam a potu abstinere. Et talis proprie dicitur ebrius, quia moralia recipiunt speciem non ab his quae per accidens eveniunt praeter intentionem, sed ab eo quod est per se intentum. Et sic ebrietas est peccatum mortale. Quia secundum hoc, homo volens et sciens privat se usu rationis, quo secundum virtutem operatur et peccata declinat, et sic peccat mortaliter, periculo peccandi se committens. Dicit enim Ambrosius, in libro de patriarchis, *vitandam dicimus ebrietatem, per quam crimina cavere non possumus, nam quae sobrii*

K prvnímu se tedy musí říci, že ustavičnost dělá z opilosti smrtelný hřích, nikoli pouhým opětováním skutku, nýbrž proto, že se nemůže člověk ustavičně opíjeti, aniž :by vědomě a chtěje propadal opilosti, poněvadž mnohokrát zakusil sílu vína a svou schopnost opilosti.

K druhému se musí říci, že bráti více pokrmu a nápoje, než je nutné, náleží k nečesti obžerství, která není vždy smrtelný hřích. Ale brátí více nápoje až do opilosti, to je smrtelný hřích. Proto Augustin praví v X. Vyzn.: "Opilost je daleko ode mne; smiluješ se, aby se mi nepřiblížila; podnapilost však někdy se vloudila tvému služebníku."

K třetímu se musí říci, že, jak bylo řečeno, pokrm a nápoj třeba omezovati, jak přísluší zdraví těla. A proto, jako se někdy přihází, že pokrm nebo nápoj, který je přiměřený zdravému, je nadbytečný nemocnému, tak také se může naopak přihoditi, že ten, který je nadbytečný zdravému, je přiměřený nemocnému. A tím způsobem, když někdo mnoho jí nebo pije podle rady lékařské na vyvolání vrhnutí, nelze považovati za nadbytečný pokrm nebo nápoj: Avšak na vyvolání vrhnutí nemusí býti nápoj opojný, protože také piti vlažné vody vyvolá vrhnutí. A z té příčiny by někdo nebyl omluven od opilosti.

CL.3. Zda opilost je nejtěžší hřích.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že opilost je nejtěžší hřích. Praví totiž Zlatoústý, že "nic není ďáblu tak milé, jako opilost a prostopášnost, která je matkou všech nečestí." A v Dekret. se praví: "Především se duchovní vystříhejte opilosti, která je troud a živitelka všech nečestí."

Mimo to něco proto se nazývá hříchem, že vylučuje dobro rozumu. Ale to nejvíce činí opilost. Tedy opilost je největší hřích.

Mimo to velikost viny se ukazuje z velikosti trestu. Ale opilost zdá se nejvíce trestána. Praví totiž Ambrož, v V. O Eliáši a postu, že by nebylo v člověku zotročení, kdyby nebylo opilosti. Tedy opilost je největší hřích.

Avšak proti jest, že podle Řehoře, XXXIII. Moral., nečesti duchovní jsou větší než tělesné. Ale opilost je obsažena v tělesných nečestech. Tedy není největší hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že proto se nazývá něco zlé, že zbavuje dobra. Pročež, čím větší je dobro, jehož zbavuje zlo, tím je těžší. Je pak zjevné, že božské dobro je větší než dobro lidské. A proto hříchy, které jsou přímo proti Bohu, jsou těžší než hřích opilosti, který je přímo protilehlý dobru lidského rozumu.

cavemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Unde ebrietas, per se loquendo, est peccatum mortale.

II-II q. 150 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod assiduitas facit ebrietatem esse peccatum mortale, non propter solam iterationem actus, sed quia non potest esse quod homo assidue inebrietur quin sciens et volens ebrietatem incurrat, dum multoties experitur fortitudinem vini, et suam habilitatem ad ebrietatem.

II-II q. 150 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod plus sumere in cibo vel potu quam necesse sit, pertinet ad vitium gulae, quae non semper est peccatum mortale. Sed plus sumere in potu scienter usque ad ebrietatem, hoc est peccatum mortale. Unde Augustinus dicit, in X Confess., *ebrietas longe est a me, misereberis ne appropinquet mihi, crapula autem nonnumquam subrepsit servo tuo*.

II-II q. 150 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut dictum est, cibus et potus est moderandus secundum quod competit corporis valetudini. Et ideo sicut quandoque contingit ut cibus vel potus qui est moderatus sano, sit superfluus infirmo; ita etiam potest e converso contingere ut ille qui est superfluus sano, sit moderatus infirmo. Et hoc modo, cum aliquis multum comedit vel bibit secundum consilium medicinae ad vomitum provocandum, non est reputandus superfluus cibus vel potus. Nec tamen requiritur ad vomitum provocandum quod sit potus inebrians, quia etiam potus aquae tepidae vomitum causat. Et ideo propter hanc causam non excusaretur aliquis ab ebrietate.

3. Utrum sit gravissimum peccatorum.

II-II q. 150 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod ebrietas sit gravissimum peccatorum. Dicit enim Chrysostomus quod *nihil ita est Daemoni amicum sicut ebrietas et lascivia, quae est mater omnium vitiorum*. Et in decretis dicitur, dist. XXXV, *ante omnia clericis vitetur ebrietas, quae omnium vitiorum radix et nutrix est*.

II-II q. 150 a. 3 arg. 2

Praeterea, ex hoc dicitur aliquid esse peccatum quod bonum rationis excludit. Sed hoc maxime facit ebrietas. Ergo ebrietas est maximum peccatorum.

II-II q. 150 a. 3 arg. 3

Praeterea, magnitudo culpae ex magnitudine poenae ostenditur. Sed ebrietas videtur esse maxime punita, dicit enim Ambrosius quod *non esset in homine servitus, si non fuisset ebrietas*. Ergo ebrietas est maximum peccatorum.

II-II q. 150 a. 3 s. c.

Sed contra est quod, secundum Gregorium, vitia spiritualia sunt maiora quam carnalia. Sed ebrietas continetur inter vitia carnalia ergo non est maximum peccatorum.

II-II q. 150 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod ex hoc dicitur aliquid esse malum, quod privat bonum. Unde quanto maius est bonum quod privatur per malum, tanto malum gravius est. Manifestum est autem quod bonum divinum est maius quam bonum humanum. Et ideo peccata quae sunt directe contra Deum, sunt graviora peccato ebrietatis,

K prvnímu se tedy musí říci, že k hříchům nemírnosti má člověk největší náklonnost, protože taková dychtění a potěšení jsou nám nejvíce vrozena. A podle toho se říká, že takové hříchy jsou nejpřátelštější ďáblu; ne že jsou těžší jiných, nýbrž, že jsou u lidí častější.

K druhému se musí říci, že dobru rozumu překáží dvojí: jedním způsobem to, co je protivou rozumu; jiným způsobem to, co odnímá užívání rozumu. Má však více z pojmu zla to, co odporuje rozumu, než to, co na chvíli odejme užívání rozumu; užívání rozumu může totiž býti i dobré i špatné, jež je odnímáno opilostí. Ale dobra ctností. která jsou odnímána tím, co odporuje rozumu, jsou vždy dobra.

K třetímu se musí říci, že zotročení nastalo z opilosti příležitostně, pokud Chan zločečení otroctví ve svém potomstvu dostal proto, že se vysmíval opilému otci; nebylo však otroctví přímo trestem opilosti.

CL.4. Zda opilost omlouvá od hříchu.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že opilost neomlouvá od hříchu. Praví totiž Filosof ve II. Ethic., že opilý zasluhuje dvojnásobné potrestání. Tedy opilost spíše přitěžuje hříchu, než omlouvá.

Mimo to hřích hříchem se neomlouvá, nýbrž spíše zvětšuje. Opilost však je hřích.

Tedy neomlouvá od hříchu. Mimo to Filosof praví v VI. Ethic., že jako rozum člověka je opilostí spoután, tak je spoután dychtivostí. Ale dychtivost neomlouvá od hříchu. Tedy ani opilost.

Avšak proti jest, že Lot je omluven od krvesmilství pro opilost, jak praví Augustin, Proti Faustovi.

Odpovídám: Musí se říci, že v opilosti se pozoruje dvojí, jak bylo řečeno; totiž nedostatek následující a úkon předcházející. Se strany pak následujícího nedostatku, v němž je spoután užívání rozumu, opilost omlouvá od hříchu, pokud působí nedobrovolnou z nevědomosti. Ale se strany předcházejícího úkonu zdá se potřeba rozlišování: neboť následovala-li opilost z onoho předcházejícího úkonu bez hříchu, pak následující hřích je zcela omluven od viny, jak se snad přihodilo Lotovi. Byl-li však předcházející úkon zaviněný, pak není nikdo zcela omluven od následného hříchu, který se totiž stává dobrovolným z chtění předchozího skutku, pokud totiž někdo konáním věci nedovolené upadl do následného hříchu. Je však zmenšován hřích následující tak, jako je zmenšen ráz dobrovolnosti. Proto Augustin praví, Proti Faustovi, že Lot má vinu, ne zásluhou krvesmilství, nýbrž zásluhou opilosti.

quod directe opponitur bono rationis humanae.

II-II q. 150 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ad peccata intemperantiae maxime homo habet pronitatem, propter hoc quod huiusmodi concupiscentiae et delectationes sunt nobis connaturales. Et secundum hoc, dicuntur huiusmodi peccata esse maxime amica Diabolo, non quia sint aliis graviora, sed quia sunt apud homines frequentiora.

II-II q. 150 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod bonum rationis impeditur dupliciter, uno modo, per id quod est contrarium rationi; alio modo, per id quod aufert usum rationis. Plus autem habet de ratione mali id quod contrariatur rationi, quam quod ad horam usum rationis aufert usus enim rationis potest esse et bonus et malus, qui tollitur per ebrietatem; sed bona virtutum, quae tolluntur per ea quae contrariantur rationi, sunt semper bona.

II-II q. 150 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod servitus est consecuta ex ebrietate occasionaliter, inquantum Cham maledictionem servitutis in sua posteritate accepit propter hoc quod irrisit patrem inebriatum. Non autem servitus fuit directe poena ebrietatis.

4. Utrum excuset a peccato.

II-II q. 150 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod ebrietas non excuset a peccato. Dicit enim philosophus, in III Ethic., quod *ebrius meretur duplices maledictiones*. Ergo ebrietas magis aggravat peccatum quam excuset.

II-II q. 150 a. 4 arg. 2

Praeterea, peccatum non excusatur per peccatum, sed magis augetur. Ebrietas autem est peccatum. Ergo non excusat a peccato.

II-II q. 150 a. 4 arg. 3

Praeterea, philosophus dicit, in VII Ethic., quod sicut ratio hominis ligatur per ebrietatem, ita etiam ligatur per concupiscentiam. Sed concupiscentia non excusat a peccato. Ergo etiam neque ebrietas.

II-II q. 150 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Lot excusatur ab incestu propter ebrietatem, ut dicit Augustinus, contra Faustum.

II-II q. 150 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod in ebrietate duo attenduntur, sicut dictum est, scilicet defectus consequens, et actus praecedens. Ex parte autem defectus consequentis, in quo ligatur usus rationis, ebrietas habet excusare peccatum, inquantum causat involuntarium per ignorantiam. Sed ex parte actus praecedentis, videtur esse distinguendum. Quia si ex actu illo praecedente subsecuta est ebrietas sine peccato, tunc peccatum sequens totaliter excusatur a culpa, sicut forte accidit de Lot. Si autem actus praecedens fuit culpabilis, sic non totaliter aliquis excusatur a peccato sequenti, quod scilicet redditur voluntarium ex voluntate praecedentis actus, inquantum scilicet aliquis, dans operam rei illicitae, incidit in sequens peccatum. Diminuitur tamen peccatum sequens, sicut et diminuitur ratio voluntarii. Unde Augustinus dicit, contra Faustum, quod *Lot culpandus est non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit*.

K prvnímu se tedy musí říci, že Filosof nepraví, že zasluhuje většího potrestání opilý, nýbrž že zasluhuje dvojího potrestání za dvojí hřích. Nebo lze říci, že mluví podle zákona, jakéhosi Pytaka, který, jak se praví ve II. Polit., stanovil, že opilí, jestliže uhodili, mají býti více trestáni než střízliví, protože se dopouštějí více bezpráví, v čemž, jak praví tamtéž Aristoteles, se zdá více přihlížeti k užitečnosti, aby se totiž zabránilo bezpráví, než ke shovívání, které je třeba míti k opilým proto, že se nemají v moci.

K druhému se musí říci, že opilost omlouvá hřích, ne se strany hříšnosti, nýbrž se strany následujícího nedostatku, jak bylo řečeno.

K třetímu se musí říci, že dychtivost nepoutá rozum zcela, jako opilost, leč snad je taková, že člověka zbavila rozumu. A přece váženě dychtivosti zmenšuje hřích, protože lehčí je hřešiti ze slabosti než ze špatnosti.

CLI. O čistotě.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Pak jest uvažovati o čistotě. A nejprve o samé ctnosti čistoty; za druhé o panenství, které je částí čistoty; za třetí o nečistotě, která je protilehlou neřestí.

O prvním jsou čtyři otázky.

1. Zda čistota je ctnost.
2. Zda je ctnost všeobecná.
3. Zda je ctnost odlišná od odříkání.
4. Jak se má k cudnosti.

CLI.1. Zda je čistota ctnost.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že čistota není ctnost. Mluvíme totiž nyní o ctnosti duše. Ale čistota zdá se náležeti tělu. Nazývá se totiž někdo čistým proto, že se má nějak k užívání některých částí těla. Tedy čistota není ctnost.

Mimo to ctnost je zběhlost dobrovolná, jak se praví v II. Ethic. Ale čistota nezdá se býti něco dobrovolného, když násilím zdá se vzata ženám znásilněným. Tedy se zdá, že čistota není ctnost.

Mimo to žádná ctnost není u nevěřících. Ale někteří nevěřící jsou čisti. Není tedy čistota ctnost.

Mimo to plody se rozlišují od ctností. Ale čistota se klade mezi plody, jak patrno z listu Gal 5. Tedy čistota není ctnost.

Avšak proti jest, co praví Augustin v knize O deseti strunách: "Kdežto máš ve ctnosti předčiti manželku, protože čistota je ctnost, ty pod jedním útokem náruživosti padáš a chceš, aby tvá manželka vítězila."

II-II q. 150 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod philosophus non dicit quod mereatur graviorem maledictionem ebrius, sed quod mereatur duplices maledictiones, propter duplex peccatum. Vel potest dici quod loquitur secundum legem cuiusdam Pittaci, qui, ut dicitur in II Polit., statuit quod ebrii, si percuterent, plus punirentur quam sobrii, quia pluries iniuriantur. In quo, ut ibidem Aristoteles dicit, videtur magis respexisse ad utilitatem, ut scilicet cohiberentur iniuriae, quam ad veniam quam oportet habere de ebriis, propter hoc quod non sunt sui compotes.

II-II q. 150 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod ebrietas habet excusare peccatum non ex ea parte qua est peccatum, sed ex parte defectus consequentis, ut dictum est.

II-II q. 150 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod concupiscentia non totaliter ligat rationem, sicut ebrietas, nisi forte sit tanta quod faciat hominem insanire. Et tamen passio concupiscentiae diminuit peccatum, quia levius est ex infirmitate quam ex malitia peccare.

151. De castitate quae est pars subiectiva temperantiae.

Prooemium

II-II q. 151 pr.

Deinde considerandum est de castitate. Et primo, de ipsa virtute castitatis; secundo, de virginitate, quae est pars castitatis; tertio, de luxuria, quae est vitium oppositum. Circa primum quaeruntur quatuor. Primo, utrum castitas sit virtus. Secundo, utrum sit virtus generalis. Tertio, utrum sit virtus distincta ab abstinentia. Quarto, quomodo se habeat ad pudicitiam.

1. Utrum castitas sit virtus.

II-II q. 151 a. 1 arg. 1

Avšak proti jest, co praví Augustin, Ke Genes. Slov., 15: "Sama představa, která nastává v myšlení mluvícího, když se tak objeví ve vidění snícího, že mezi ní a skutečným spojením těl se nerozlišuje, ihned je hnutí těla, a následuje, co takovému hnutí obyčejně následuje, ježto se to tak děje bez hříchu, jak se bez hříchu od bdících mluví, a nepochybně bylo myšleno, než se mluvilo."

Odpovídám: Musí se říci, že noční poskvrnění lze pozorovati dvojmo; jedním způsobem o sobě; a tím způsobem nemá ráz hříchu. Každý hřích totiž závisí na úsudku rozumu, protože první hnutí smyslovosti nemá, proč by bylo hříchem, leč pokud úsudkem rozumu může býti potlačeno. A proto, není-li úsudku rozumu, není důvodu hříchu. Ve spánku však rozum nemá svobodného úsudku. Není totiž spícího, který by nepozoroval nějaké podoby obrazivosti, jako věci samy, jak je patrné z toho, co bylo v První řečeno. A proto, co činí člověk ve spánku, kdy nemá svobodného úsudku rozumu, to se mu nepřičítá za vinu, jako ani to, co činí šílený nebo pomatený.

Jiným způsobem lze pozorovati noční poskvrnění ve srovnání s jeho příčinou. A ta může býti trojí. A to, jedna tělesná: když totiž šťávy semene je nadbytek v těle, nebo když nastalo uvolnění šťávy, buď z přílišného tepla tělesného, nebo jakýmkoliv jiným pohnutím, sní spící o těch, která náležejí k vyhnání této šťávy přebytečné nebo uvolněné; jako se také přihází, když příroda je zatížena nějakou zbytečností, tak že mnohdy se vytvářejí v obrazotvornosti představy, náležející k vypuštění takových zbytečností. Jestliže tedy nadbytek takové šťávy je z

II-II q. 154 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod ratio illa concludit quod huiusmodi non sunt peccata secundum suam speciem.

5. Utrum nocturna pollutio sit peccatum.

II-II q. 154 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod nocturna pollutio sit peccatum. Meritum enim et demeritum habent fieri circa idem. Sed dormiens potest mereri, sicut patet de Salomone, qui dormiens a domino donum sapientiae impetravit, ut dicitur III Reg. III, et II Paralip. I. Ergo in dormiendo potest aliquis demereri. Et ita videtur quod nocturna pollutio sit peccatum.

II-II q. 154 a. 5 arg. 2

Praeterea, quicumque habet usum rationis, potest peccare. Sed in dormiendo aliquis habet usum rationis, quia frequenter aliquis in somnis ratiocinatur, et praeeligit unum alteri, consentiens vel dissentiens. Ergo in dormiendo potest aliquis peccare. Et ita propter somnum nocturna pollutio non impeditur quin sit peccatum, cum ex genere actus sit peccatum.

II-II q. 154 a. 5 arg. 3

Praeterea, frustra increpatur et instruitur qui non potest vel agere secundum rationem vel contra rationem. Sed homo in somnis instruitur a Deo et increpatur, secundum illud Iob XXXIII, *per somnium, in visione nocturna, quando sopor solet occupare homines, tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit disciplina*. Ergo in somnis potest aliquis agere secundum rationem vel contra rationem, quod est bene agere vel peccare. Et sic videtur quod pollutio nocturna sit peccatum.

II-II q. 154 a. 5 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, XII super Gen. ad Litt., *ipsa phantasia quae fit in cogitatione sermocinantis, cum expressa fuerit in visione somniantis, ut inter illam et veram coniunctionem corporum non discernatur, continue movetur caro et sequitur quod eum motum sequi solet, cum hoc tam sine peccato fiat, quam sine peccato a vigilantibus dicitur quod, ut diceretur, sine dubio cogitatum est*.

II-II q. 154 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod nocturna pollutio dupliciter potest considerari. Uno modo, secundum se. Et hoc modo non habet rationem peccati. Omne enim peccatum dependet ex iudicio rationis, quia etiam primus motus sensualitatis non habet quod sit peccatum nisi inquantum iudicio rationis reprimi potest. Et ideo, sublato iudicio rationis, tollitur ratio peccati. In dormiendo autem ratio non habet liberum iudicium, nullus enim est dormiens qui non intendat aliquibus similitudinibus phantasmatum velut rebus ipsis, ut patet ex his quae in primo dicta sunt. Et ideo id quod agit homo dormiens, qui non habet liberum iudicium rationis, non imputatur ei ad culpam, sicut nec illud quod agit furiosus aut amens. Alio modo potest considerari nocturna pollutio per comparationem ad suam causam. Quae potest esse triplex. Una quidem corporalis. Cum enim humor seminalis superabundat in corpore; vel cum facta est humoris resolutio, vel per nimiam calefactionem corporis, vel per quamcumque aliam commotionem; somniat dormiens ea quae pertinent ad expulsionem huiusmodi humoris abundantis vel resoluti, sicut etiam accidit quando natura gravatur ex

příčiny zaviněné, třebas když byla způsobena nadbytkem jídla a nápoje, tu má noční poskvrnění ráz viny ze své příčiny. Jestliže však nadbytek nebo uvolnění takové šťávy není z nějaké příčiny zaviněné, pak noční poskvrnění není zaviněné ani o sobě, ani ve své příčině.

Jiná příčina nočního poskvrnění může však býti duševní a vnitřní, třebas když z předešlého myšlení se přihází, že se někdo spící poskvrní. Myšlení však, které předcházelo ve bdění, je někdy čistě badavé, třebas, když někdo k vůli rozpravě přemýšlí o tělesných hříších; někdy je však s nějakým citem dychtivosti nebo hrůzy. Přihází se však více noční poskvrnění z myšlení na tělesné neřesti, které bylo s dychtivostí takových potěšení, protože z toho zůstane nějaká stopa a náklonnost v duši, takže spící se snáze uvede ve své obrazotvornosti k souhlasu s úkony, z nichž následuje poskvrnění. A podle toho praví Filosof, v I. Ethic., že, "pokud zvolna přecházejí některá hnutí z bdění do spánku, lepší jsou představy učených, než kterýchkoliv jiných." A Augustin praví, XII. Ke Gen. Slov. že "pro dobré cítění duše také některé její zásluhy odrážejí se ve snech." A tak je patrné, že noční poskvrnění má ráz viny se strany své příčiny.

Někdy se však přihází, že po myšlení na tělesné úkony, i badavém, nebo byť bylo s hrůzou, následuje ve snách poskvrnění. A tehdy nemá ráz viny ani samo v sobě, ani ve své příčině.

Třetí pak příčina je duchovní vnější, třebas, když z působení démonova se pohnou představy spícího směrem k takovému účinku. A v tom je někdy hřích předchozí, totiž nedbalost přepravy proti šalbě démonově, pročež se také večer zpívá: Potlač pak našeho nepřítele, by nebyla poskvrněna těla.

Někdy však je vůbec bez viny člověka, z pouhé zloby démonovy, jak se čte v Hovorech Otců o kterémsi, který vždy na sváteční dni utrpěl poskvrnění noční, které mu připravoval ďábel, aby překazil svaté přijímání. Tak je tedy patrné, že noční poskvrnění nikdy není hřích, ale někdy je následek předchozího hřichu.

K prvnímu se tedy musí říci, že Šalomoun nezasloužil ve spánku moudrost od Boha, nýbrž projevil předchozí touhu, pročež se praví, že taková žádost se Bohu líbila, jak praví Augustin, XII Ke Gen. Slov.

K druhému se musí říci, že, pokud smyslové síly vnitřní více nebo méně jsou potlačeny spánkem ze zakalených nebo čistotných výparů, potud užívání rozumu více nebo méně překáží spánek. Vždycky však mu nějak překáží, takže nemůže míti zcela svobodný úsudek, jak bylo v První Části řečeno.

A proto se mu nepřičítá za vinu, co tehdy činí.

K třetímu se musí říci, že spánek nepřekáží tak postřehu rozumu jako jeho úsudku, který se vykonává obrácením ke smyslovým, která jsou prvními počátky lidského myšlení. A proto nic nebrání, aby člověk podle rozumu něco znovu

aliqua alia superfluitate; ita quod quandoque formantur in imaginatione phantasmata pertinentia ad emissionem talium superfluitatum. Si igitur superabundantia talis humoris sit ex causa culpabili, puta cum est ex superfluitate cibi vel potus; tunc nocturna pollutio habet rationem culpae ex sua causa. Si autem superabundantia vel resolutio talis humoris non sit ex aliqua causa culpabili, tunc nocturna pollutio non est culpabilis, nec in se nec in causa sua. Alia vero causa nocturnae pollutionis potest esse animalis interior, puta cum ex cogitatione praecedenti contingit aliquem dormientem pollui. Cogitatio autem quae in vigilia praecessit, quandoque est pure speculativa, puta cum aliquis causa disputationis cogitat de peccatis carnalibus, quandoque autem est cum aliqua affectione vel concupiscentiae vel horroris. Contingit autem magis pollutio nocturna ex cogitatione carnalium vitiorum quae fuit cum concupiscentia talium delectationum, quia ex hoc remanet quoddam vestigium et inclinatio in anima, ita quod dormiens facilius inducitur in sua imaginatione ad assentiendum actibus ex quibus sequitur pollutio. Secundum hoc philosophus dicit, in I Ethic., quod inquantum paulatim pertranseunt quidam motus a vigilantibus ad dormientes, meliora fiunt phantasmata studiosorum quam quorumlibet, et Augustinus dicit, XII super Gen. ad Litt., quod *propter bonam animae affectionem, quaedam eius merita etiam in somnis clarent*. Et sic patet quod nocturna pollutio habet rationem culpae ex parte suae causae. Quandoque tamen contingit quod ex praecedenti cogitatione carnalium actuum etiam speculativa, vel si sit cum horrore, sequitur in somnis pollutio. Et tunc non habet rationem culpae, nec in se nec in sua causa. Tertia vero causa est spiritualis extrinseca, puta cum ex operatione Daemonis commoventur phantasmata dormientis in ordine ad talem effectum. Et hoc quidem quandoque est cum peccato praecedenti, scilicet negligentia praeparandi se contra Daemonis illusiones, unde et in sero cantatur, *hostemque nostrum comprime, ne polluantur corpora*. Quandoque vero est absque omni culpa hominis, ex sola nequitia Daemonis, sicut in collationibus patrum legitur de quodam quod semper in diebus festis pollutionem nocturnam patiebatur, hoc Diabolo procurante, ut impediretur a sacra communione. Sic igitur patet quod nocturna pollutio nunquam est peccatum, quandoque tamen est sequela peccati praecedentis.

II-II q. 154 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Salomon non meruit in dormiendo sapientiam a Deo, sed fuit signum praecedentis desiderii, propter quod dicitur talis petitio Deo placuisse, ut Augustinus dicit, XII super Gen. ad Litt.

II-II q. 154 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod, secundum quod vires sensitivae interiores magis vel minus opprimuntur a somno, propter vaporis turbulentiam vel puritatem, secundum hoc usus rationis magis vel minus impeditur in dormiendo. Semper tamen quantum ad aliquid impeditur, ut non possit omnino liberum iudicium habere, ut in prima parte dictum est. Et ideo non imputatur ei ad culpam quod tunc agit.

II-II q. 154 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod apprehensio rationis non ita impeditur in somno sicut eius iudicium, quod perficitur per conversionem ad sensibilia, quae sunt prima principia

postřehl ve spánku, buď ze samých zbytků předchozích myšlenek a představ, nebo také ze zjevení Božího, nebo ze zásahu dobrého nebo zlého anděla.

CLIV.6. Zda zprznění se má pokládati za jeden druh nečistoty.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že zprznění se nemá pokládati za jeden druh nečistoty. Zprznění totiž obnáší nedovolené zkažení panny, jak máme v Dekretech. Ale to může býti svobodného se svobodnou, což náleží ke smilstvu. Tedy zprznění se nemá pokládati za druh nečistoty, odlišný od smilstva.

Mimo to praví Ambrož, v knize o Patriar.: Nikdo si nelichoť ze zákonů lidských; každé zprznění je cizoložství. Ale jeden z různých protilehlých druhů není obsažen pod druhým. Ježto tedy cizoložství se pokládá za druh nečistoty, zdá se, že zprznění se nemá pokládati za druh nečistoty.

Mimo to způsobiti někomu bezpráví zdá se spíše náleželi k nespravedlnosti než k nečistotě. Ale kdo se dopustí zprznění, ten působí bezpráví druhému, totiž otci dívky, kterou poruší, jenž může považovati bezpráví za své a nastoupiti postup práva proti zprzniteli. Tedy zprznění se nemá pokládati za druh nečistoty.

Avšak proti jest, že zprznění spočívá vlastně v pohlavním úkonu, kterým je panna zkažena. Poněvadž tedy nečistota je vlastně v pohlavních, zdá se, že zprznění je druh nečistoty.

Odpovídám: Musí se říci, že, kde v látce nějaké neřesti nadejde nějaké zvláštní znetvoření, tam se musí stanoviti určitý druh oné neřesti. Nečistota pak je hřích, jsoucí v pohlavních, jak bylo shora řečeno. U panny však, jsoucí pod ochranou otce, nadchází nějaké zvláštní znetvoření, je-li porušena: jednak se strany dívky, které tím, že je porušena bez předchozí manželské úmluvy, i je zabráněno následující zákonné manželství, i staví se na cestu nevěstění, od něhož byla zdržována, aby neztratila znamení panenské; jednak také se strany otce, který o její ochranu pečoval, podle onoho Eccli. 42: "Dceru bujnou pevněji střez, aby snad nezpůsobila, že přijdeš v opovržení nepřátel." A proto je zjevné, že je určitý druh nečistoty zprznění, které obnáší nedovolené zkažení panen, jsoucích pod ochranou rodičů.

K prvnímu se tedy musí říci, že, ač je panna volná od závazku manželství, přece není volná od moci otcovské. Má také zvláštní překážku smilného souložení, znamení panenské, které se nesmí odstraniti, leč manželstvím. Proto zprznění není smilstvo jednoduché, nýbrž smilstvo je soulož, která je s nevěstkami, to jest, s ženami již porušenými, jak patrné z Glossy, II. Kor. 12, k onomu, "A nečinili pokání za nečistotu a smilstvo", atd.

cognitionis humanae. Et ideo nihil prohibet hominem secundum rationem apprehendere aliquid de novo in dormiendo, vel ex ipsis reliquiis praecedentium cogitationum et phantasmatibus oblatis, vel etiam ex revelatione divina, aut immissione Angeli boni vel mali.

6. Utrum stuprum sit species luxuriae.

II-II q. 154 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod stuprum non debeat poni una species luxuriae. Stuprum enim importat illicitam virginum defloration em; ut habetur in decretis, XXXVI Caus., qu. I. Sed hoc potest esse soluti cum soluta, quod pertinet ad fornicationem. Ergo stuprum non debet poni species luxuriae a fornicatione distincta.

II-II q. 154 a. 6 arg. 2

Praeterea, Ambrosius dicit, in libro de patriarchis, *nemo sibi blandiatur de legibus hominum, omne stuprum adulterium est*. Sed specierum ex opposito divisarum una non continetur sub alia. Cum ergo adulterium ponatur species luxuriae, videtur quod stuprum species luxuriae poni non debet.

II-II q. 154 a. 6 arg. 3

Praeterea, inferre alicui iniuriam videtur magis ad iniustitiam quam ad luxuriam pertinere. Sed ille qui stuprum committit, iniuriam facit alteri, scilicet patri puellae quam corrumpit, qui potest ad animum suam iniuriam revocare, et agere actione iniuriarum contra stupratorem. Ergo stuprum non debet poni species luxuriae.

II-II q. 154 a. 6 s. c.

Sed contra est quod stuprum proprie consistit in actu venereo quo virgo defloratur. Cum igitur luxuria proprie sit circa venerea, videtur quod stuprum sit species luxuriae.

II-II q. 154 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod ubi circa materiam alicuius vitii occurrit aliqua specialis deformitas, ibi debet poni determinata species illius vitii. Luxuria autem est peccatum circa venerea existens, ut supra dictum est. In virgine autem sub custodia patris existente quaedam deformitas specialis occurrit si corrumpatur. Tum ex parte puellae, quae, ex hoc quod violatur, nulla pactione coniugali praecedente, impeditur a legitimo matrimonio consequendo et ponitur in via meretricandi, a quo retrahebatur ne signaculum virginitatis amitteret. Tum etiam ex parte patris, qui de eius custodia sollicitudinem gerit, secundum illud Eccli. XLII, *super filiam luxuriosam confirma custodiam, nequando faciat te in opprobrium venire inimicis*. Et ideo manifestum est quod stuprum, quod importat illicitam virginum deflorationem sub cura parentum existentium, est determinate luxuriae species.

II-II q. 154 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, quamvis virgo sit soluta a vinculo matrimoniali, non tamen est soluta a patria potestate. Habet etiam speciale impedimentum fornicarii concubitus virginitatis signum, quod non debet nisi per matrimonium auferri. Unde stuprum non est fornicatio simplex, sed concubitus qui fit cum meretricibus, idest mulieribus iam corruptis, ut patet per Glossam, II ad Cor. XII, super illud, *qui non egerunt poenitentiam super*

K druhému se musí říci, že tam Ambrož jinak bere zprznění, jak se totiž bere obecně za každý hřích nečistoty. Pročež tam nazývá zprzněním soulož muže ženatého s jakoukoliv jinou ženou mimo manželku, což je patrné z toho, co dodává: "Ani muži není dovoleno, co není ženě dovoleno." A tak se také bere v Num. 5, kde se praví: "Je-li cizoložství tajné, a svědci nemohou prokázati, protože nebyla dopadena při zprznění," atd.

K třetímu se musí říci, že nic nebrání většímu znetvoření jednoho hříchu ze spojení s druhým. Hřích pak nečistoty je znetvořenější ze hříchu nespravedlnosti, protože se dychtivost jeví nezřízenější, když se nezdrží těšícího, aby se vystříhala bezpráví. Má pak připojeno dvojí bezpráví: a to, jedno se strany panny, kterou i když neporuší násilím, přece ji svede, a tak jest jí povinen zadostučiniti. Proto se praví Exod. 22: "Kdo svede pannu ještě nezasnoubenou a bude s ní spáti, dá jí věno a učiní svou manželkou. Nebude-li však otec panny chtíti jí dáti, dej peníze podle míry věna, jaké obyčejně panny dostávají." Jiné pak bezpráví činí otci dívky; pročež i jemu podle zákona je povinen pokutou. Praví se totiž Deut. 22: "Najde-li muž dívku pannu, která nemá snoubence, a uchopiv ji, bude s ní spáti, a věc přijde na soud, kdo s ní spal, dá otci dívky padesát šiklů stříbra a bude ji mít za manželku; a poněvadž ji ponížil, nesmí ji propustiti po všechny dny svého života." A to proto, aby se nezdálo, že si zahrával, jak praví Augustin, v kn. Otáz, k Deuter.

CLIV.7. Zda únos je druh nečistoty odlišný od zprznění.

Při sedmé se postupuje takto: Zda se, že únos není druh nečistoty, odlišný od zprznění. Praví totiž Isidor, v V. kn. Etymol., že "zprznění, to jest únos vlastně je nedovolená soulož, pojmenovaná od porušení. Proto také, kdo se zmocňuje únosem, požívá prznění." Tedy se zdá, že únos se nezná udávati za druh nečistoty, odlišný od zprznění.

Mimo to se zdá, že únos obnáší jakési násilí. Praví se totiž v Dekretech, že "únos páše, kdo dívku násilím z domu otcovského odvádí, aby porušenou měl za manželku". Ale to, že se někomu činí násilí, má se případkově k nečistotě, která o sobě se tyká potěšení soulože. Tedy se zdá, že únos se nemá udávati za určitý druh nečistoty.

Mimo to hřích nečistoty přestává manželstvím. Praví se totiž I. Kor. 7: "K vůli smilstvu měj každý svou manželku." Ale únos překáží budoucímu manželství. Praví se totiž na sněmu Meldském: "Líbilo se, aby ti, kteří unesou ženy nebo ukradnou nebo svedou, vůbec je nedostali za manželky, třebaže je potom pojali svatebně se souhlasem jejich rodičů." Tedy únos není určitý druh nečistoty.

Mimo to někdo může poznati svou nevěstu bez hříchu *immunditia et fornicatione* et cetera.

II-II q. 154 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod Ambrosius ibi aliter accipit stuprum, prout scilicet communiter sumitur pro omni peccato luxuriae. Unde stuprum ibi nominat concubitum viri coniugati cum quacumque alia muliere praeter uxorem. Quod patet ex hoc quod subdit, *nec viro licet quod mulieri non licet*. Et hoc modo etiam accipitur Num. V, ubi dicitur, *si latet adulterium, et testibus argui non potest, quia non est inventa in stupro,* et cetera.

II-II q. 154 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod nihil prohibet unum peccatum ex adiunctione alterius deformius fieri. Fit autem deformius peccatum luxuriae ex peccato iniustitiae, quia videtur concupiscentia esse inordinatior quae a delectabili non abstinet ut iniuriam vitet. Habet autem duplicem iniuriam annexam. Unam quidem ex parte virginis, quam etsi non vi corrumpat, tamen eam seducit; et sic tenetur ei satisfacere. Unde dicitur Exod. XXII, *si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, et habebit uxorem. Si autem pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis quam virgines accipere consueverunt*. Aliam vero iniuriam facit patri puellae. Unde et ei secundum legem tenetur ad poenam. Dicitur enim Deut. XXII, *si invenerit vir puellam virginem, quae non habet sponsum, et apprehendens concubuerit cum illa, et res ad iudicium venerit, dabit qui dormivit cum ea patri puellae quinquaginta siclos argenti, et habebit eam uxorem, et quia humiliavit illam, non poterit dimittere eam cunctis diebus vitae suae*. Et hoc ideo, ne videatur ludibrium fecisse, ut Augustinus dicit.

7. Utrum raptus sit species luxuriae.

II-II q. 154 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod raptus non sit species luxuriae distincta a stupro. Dicit enim Isidorus, in libro Etymol., quod *stuprum, idest raptus, proprie est illicitus coitus, a corrumpendo dictus, unde et qui raptu potitur, stupro fruitur*. Ergo videtur quod raptus non debeat poni species luxuriae distincta a stupro.

II-II q. 154 a. 7 arg. 2

Praeterea, raptus videtur quandam violentiam importare, dicitur enim in decretis, XXXVI Caus., qu. I, quod *raptus committitur cum puella violenter a domo patris abducitur, ut, corrupta, in uxorem habeatur*. Sed hoc quod violentia alicui inferatur, per accidens se habet ad luxuriam, quae per se respicit delectationem concubitus. Ergo videtur quod raptus non debeat poni determinata species luxuriae.

II-II q. 154 a. 7 arg. 3

Praeterea, peccatum luxuriae per matrimonium cohibetur, dicitur enim I ad Cor. VII, *propter fornicationem, unusquisque suam habeat*. Sed raptus impedit matrimonium sequens, dicitur enim in Concilio Meldensi, *placuit ut hi qui rapiunt feminas, vel furantur vel seducunt, eas nullatenus habeant uxores, quamvis eas postmodum nuptialiter cum consensu parentum suorum susceperint*. Ergo raptus non est determinata species luxuriae a stupro distincta.

II-II q. 154 a. 7 arg. 4

nečistoty. Ale únos Ize spáchati, vezme-li někdo násilím svou nevěstu z domu rodičů a tělesně ji pozná. Tedy únos se nemá udávati za určitý druh nečistoty.

Avšak proti jest, že "únos je nedovolená soulož", jak praví Isidor, v V. Etymol. Ale to náleží ke hříchu nečistoty. Tedy únos je druh nečistoty.

Odpovídám: Musí se říci, že únos, jak nyní o něm mluvíme, je druh nečistoty; a někdy se sice sbíhá se zprzněním, někdy však se shledává únos bez zprznění, někdy pak zprznění bez únosu. Sbíhají se pak v jedno, když někdo užije násilí, aby pannu nedovoleně zkazil. Toto pak násilí někdy se působí jak samé panně, tak otci; někdy pak se působí otci, ale nikoli panně, třebas když ona souhlasí, aby násilím byla vytažena z domu otcova. Liší se také násilí a únos jiným způsobem, neboť někdy je dívka násilně odvedena z domu rodičů a násilně je porušena; někdy však, ač je násilně odvedena, přece není porušena násilně, nýbrž podle vůle panny, ať je porušena smilnou souloží nebo manželskou; neboť, jakkoliv je tu násilí, zůstává ráz únosu. Shledává se pak únos bez zprznění třebas, když někdo unese vdov u nebo dívku porušenou. Proto praví papež Symmachus, v listu Caesariovi: "Únosce vdov nebo panen pro nehoráznost takového zločinu odsuzujeme." Zprznění pak bez únosu se shledává, když někdo nedovoleně zkazí pannu bez způsobení násilí.

K prvnímu se tedy musí říci, že, poněvadž únos se častěji sbíhá se zprzněním, proto se někdy klade jedno místo druhého.

K druhému se musí říci, že způsobení násilí zdá se vycházeti z veliké dychtivosti, z níž někdo neváhá vrhnouti se v nebezpečí působení násilí.

K třetímu se musí říci, že jinak se musí mluviti o únosu dívek, které jsou jiným zasnoubeny, a jinak o únosu těch, které nejsou jiným zasnoubeny. Ty totiž, které jsou jiným zasnoubeny, jest vrátiti jejich snoubencům, kteří na ně mají právo ze zasnoubení; ony však, které nejsou jiným zasnoubeny, nejprve jest vrátiti moci otcově, potom z vůle rodičů je mohou dovoleně dostati za manželky. Děje-li se pak jinak, nedovoleně se uzavírá manželství; neboť, kdo jakoukoli věc uchvátí, je povinen ji vrátiti. Únos však nemaří manželství již uzavřené, třebaže překáží jeho uzavření.

Co se pak praví na řečeném sněmu, je řečeno na zoškliveni onoho zločinu, a již neplatí. Pročež Jeronym praví opak: "Čteme v Písmě trojí manželství zákonité. První je čistá panna v panenství, zákonně daná muži. Druhé je panna v obci, uchvácená od muže a s ním násilím spojená; chce-li její otec, dá jí věno tento muž, jaké usoudí otec, a dá cenu její cudnosti. Třetí pak je, když se mu odejme, odevzdá jinému podle vůle otcovy." Nebo lze rozuměti o těch, které jsou jiným zasnoubeny, a hlavně slovy o přítomnosti.

Praeterea, aliquis potest cognoscere suam sponsam absque peccato luxuriae. Sed raptus potest committi si aliquis violenter sponsam suam auferat de domo parentum et eam carnaliter cognoscat. Ergo raptus non debet poni determinata species luxuriae.

II-II q. 154 a. 7 s. c.

Sed contra est quod raptus est illicitus coitus, ut Isidorus dicit. Sed hoc pertinet ad peccatum luxuriae. Ergo raptus est species luxuriae.

II-II q. 154 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod raptus, prout nunc de eo loquimur, est species luxuriae. Et quandoque quidem in idem concurrit cum stupro; quandoque autem inventur raptus sine stupro; quandoque vero stuprum sine raptu. Concurrunt quidem in idem, quando aliquis violentiam infert ad virginem illicite deflorandam. Quae quidem violentia quandoque infertur tam ipsi virgini quam patri, quandoque autem infertur patri, sed non virgini, puta cum ipsa consentit ut per violentiam de domo patris abstrahatur. Differt etiam violentia raptus alio modo, quia quandoque puella violenter abducitur a domo parentum et violenter corrumpitur; quandoque autem, etsi violenter abducatur, non tamen violenter corrumpitur, sed de voluntate virginis, sive corrumpatur fornicario concubitu, sive matrimoniali. Qualitercumque enim violentia adsit, salvatur ratio raptus. Inventur autem raptus sine stupro, puta si aliquis rapiat viduam vel puellam corruptam. Unde Symmachus Papa dicit, *raptores viduarum vel virginum, ob immanitatem facinoris tanti, detestamur*. Stuprum vero sine raptu invenitur, quando aliquis absque violentiae illatione virginem illicite deflorat.

II-II q. 154 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, quia raptus plerumque cum stupro in idem concurrit, ideo quandoque unum pro alio ponitur.

II-II q. 154 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod illatio violentiae videtur procedere ex magnitudine concupiscentiae, ex qua aliquis non refugit periculo se inicere violentiae inferendae.

II-II q. 154 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod aliter est dicendum in raptu puellarum quae sunt aliis desponsatae, et aliter de raptu illarum quae non sunt aliis desponsatae. Illae enim quae sunt aliis desponsatae restituendae sunt sponsis, qui in eis ex ipsa desponsatione ius habent. Illae autem quae non sunt aliis desponsatae, restituendae sunt primo patriae potestati, et tunc, de voluntate parentum, licite possunt eas in uxores accipere. Si tamen aliter fiat, illicite matrimonium contrahitur, tenetur enim quicumque rem rapit ad eius restitutionem. Nec tamen raptus dirimit matrimonium iam contractum, etsi impediat contrahendum. Quod autem dicitur in praedicto Concilio, dictum est in detestationem illius criminis, et est abrogatum. Unde Hieronymus contrarium dicit. *Tria, inquit, legitima coniugia in Scripturis leguntur. Primum est, virgo casta in virginitate viro data legitime. Secundum est, virgo in civitate deprehensa a viro et illi per vim copulata, si voluerit pater eius, dotabit eam iste vir quantum iudicaverit pater, et dabit pretium pudicitiae eius. Tertium autem est, quando aufertur ei et alteri traditur de voluntate patris*. Vel potest intelligi de illis quae sunt aliis desponsatae, et maxime per verba de

Ke čtvrtému se musí říci, že snoubenec ze samého zasnoubení má nějaké právo na svou snoubenku; a proto, třebaže hřeší působením násilí, přece je omluven od zločinu únosu. Pročež praví papež Gelasius: "Onen zákon minulých knížat řekl, že únos tam byl spáchán, kde se viděla odvedena dívka. o jejímž sňatku se předtím nejednalo."

CLIV.8. Zda cizoložství je určitý druh nečistoty odlišný od jiných.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že cizoložství není určitý druh nečistoty, odlišný od jiných. Říká se totiž cizoložství z toho, že někdo v cizí lože vchází mimo své, jak praví kterási Glossa k Exodu. Ale cizí žena mime jeho může býti různých stavů, totiž buď panna, nebo jsoucí v moci otcově, nebo nevěstka, nebo jakéhokoliv jiného stavu, Tedy se zdá, že cizoložství není druh nečistoty, odlišný od jiných.

Mimo to praví Jeronym, I. kn. Proti Jovinianovi: "Nezáleží, z jaké příčiny kdo blouzní. Proto praví Sixtus Pythagoricus ve Výrocích: "Cizoložník je přežhavený milovník své manželky," a z téhož důvodu kterékoli jiné ženy. Ale v každé nečistotě je láska nenáležitě žhavá. Tedy cizoložství se nachází v každé nečistotě. Nemá se proto stanoviti za druh nečistoty.

Mimo to, kde je týž ráz znetvoření, tam se nezdá býti jiný druh hříchu. Ale ve zprznění a v cizoložství zdá se býti týž ráz znetvoření, protože v obou případech se porušuje žena, poddaná moci jiného. Tedy cizoložství není určitý druh nečistoty, od jiných odlišný.

Avšak proti jest, co praví papež Lev, že "cizoložství se páchá, když bud nutkáním vlastní náruživosti, nebo souhlasem s druhým, souloží se s jiným nebo s jinou proti manželské úmluvě". Ale to obnáší zvláštní znetvoření nečistoty. Tedy cizoložství je určitý druh nečistoty.

Odpovídám: Musí se říci, že cizoložství, jak samo jméno praví, je přistoupení k cizímu loži. V tom pak někdo dvojmo chybuje proti čistotě a proti dobru lidského pokolení. A to, nejprve, pokud přistupuje k ženě, která s ním není spojena manželstvím, což se vyžaduje k dobru vlastního vychovávaného potomstva. Jiným způsobem, protože přistupuje k ženě, s jiným spojené manželstvím, a tak brání dobru potomstva cizího. Týž důvod je ohledně ženy vdané, která je cizoložstvím porušena. Proto se praví Eccli. 33: "Každá žena, opouštějící svého muže... hřeší. Nejprve totiž neuvěřila zákonu Nejvyššího," ve kterém se totiž přikazuje: NezcizoložiŠ. "A za druhé prohřešila se proti svému muži," čímž jedná proti jistotě jeho potomstva, "za třetí v cizoložství smilnila a obstarala si děti z cizího muže," což je proti dobru vlastního potomstva. Ale první je společné všem smrtelným hříchům, druhá dvě však náležejí zvláště znetvoření cizoložství. Z čehož je zjevné, že cizoložství je určitý druh nečistoty, jakožto mající zvláštní znetvoření ohledně skutků pohlavních.

praesenti.

II-II q. 154 a. 7 ad 4

Ad quartum dicendum quod sponsus ex ipsa desponsatione habet aliquod ius in sua sponsa. Et ideo, quamvis peccet violentiam inferendo, excusatur tamen a crimine raptus. Unde Gelasius Papa dicit, *lex illa praeteritorum principum ibi raptum dixit esse commissum, ubi puella de cuius nuptiis nihil actum fuerat, videbatur abducta*.

8. Utrum adulterium sit determinata species distincta ab aliis.

II-II q. 154 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod adulterium non sit determinata species luxuriae ab aliis distincta. Dicitur enim adulterium ex eo quod aliquis ad alteram accedit praeter suam, sicut dicit quaedam Glossa super Exodum. Sed alia mulier praeter suam potest esse diversarum conditionum, scilicet vel virgo in potestate patris existens, vel meretrix, vel cuiuscumque alterius conditionis. Ergo videtur quod adulterium non sit species luxuriae ab aliis distincta.

II-II q. 154 a. 8 arg. 2

Praeterea, Hieronymus dicit quod *nihil interest ex qua causa quis insaniat. Unde Sixtus Pythagoricus, adulter, inquit, est amator ardentior in suam uxorem*. Et pari ratione, in quamlibet aliam mulierem. Sed in omni luxuria est amor ardentior debito. Ergo adulterium invenitur in omni luxuria. Non ergo debet poni luxuriae species.

II-II q. 154 a. 8 arg. 3

Praeterea, ubi est eadem ratio deformitatis, ibi non videtur esse alia species peccati. Sed in stupro et adulterio videtur esse eadem ratio deformitatis, quia utrobique violatur mulier alienae potestati subiecta. Ergo adulterium non est determinata species luxuriae ab aliis distincta.

II-II q. 154 a. 8 s. c.

Sed contra est quod Leo Papa dicit quod *adulterium committitur cum, propriae libidinis instinctu vel alienae consensu, cum altero vel altera contra pactum coniugale concumbitur*. Sed hoc importat specialem deformitatem luxuriae. Ergo adulterium est determinata species luxuriae.

II-II q. 154 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod adulterium, sicut ipsum nomen sonat, est accessus ad alienum torum. In quo quidem dupliciter contra castitatem et humanae generationis bonum aliquis delinquit, primo quidem, inquantum accedit ad mulierem non sibi matrimonio copulatam, quod requiritur ad bonum prolis propriae educandae; alio modo, quia accedit ad mulierem alteri per matrimonium copulatam, et sic impedit bonum prolis alienae. Eadem ratio est de muliere coniugata quae per adulterium corrumpitur. Unde dicitur Eccli. XXIII, *omnis mulier relinquens virum suum, peccabit, primo enim, in lege altissimi incredibilis fuit*, in qua scilicet praecipitur, non moechaberis; *et secundo, virum suum derelinquit*, in quo facit contra certitudinem prolis eius; tertio, *in adulterio fornicata est, et ex alio viro filios statuit sibi*, quod est contra bonum propriae prolis. Sed primum est commune in omnibus peccatis mortalibus, alia vero duo specialiter pertinent ad deformitatem adulterii. Unde manifestum est quod adulterium est determinata species

K prvnímu se tedy musí říci, že, přistoupí-li k druhé ten, kdo má manželku, lze jeho hříchy pojmenovati buď se strany jeho, a tak je vždy cizoložství, protože jedná proti věrnosti manželské; nebo se strany ženy, ke které přistupuje, a tak někdy je cizoložství, když totiž ženatý přistupuje k manželce druhého; někdy pak má ráz zprznění nebo něčeho jiného, podle různých stavů žen, k nimž přistupuje. Bylo pak shora řečeno, že druhy nečistoty se berou podle různých stavů žen.

K druhému se musí říci, že manželství je zvláště zařízeno k dobru lidského potomstva, jak bylo řečeno. Cizoložství však se zvláště protiví manželství, pokud porušuje manželskou věrnost, kterou musejí míti manželé navzájem. A poněvadž ten, kdo je přežhavený milovník manželky, jedná proti dobru manželství, nepočestně ho užívaje, třebaže neporušuje věrnost, proto nějak může slouti cizoložník, a zvláště ten, kdo je přežhavený milovník cizí ženy.

K třetímu se musí říci, že manželka je v moci mužově, jakožto s ním spojená manželstvím. Dívka však je pod mocí otcovou, kterou má býti spojena manželsky. A proto jiným způsobem proti dobru manželství je hřích cizoložství, jiným způsobem hřích zprznění. A proto se udávají různé druhy nečistoty. Ohledně jiných, náležejících k cizoložství, bude řečeno ve Třetí Části, až se bude jednati o manželství.

CLIV.9. Zda krvesmilstvo je určitý druh nečistoty.

Při deváté se postupuje takto: Zdá se, že krvesmilstvo není určitý druh nečistoty. Krvesmilstvo totiž sluje z nedostatku čistoty. Ale čistotě všeobecně je protilehlá nečistota. Tedy se zdá, že krvesmilstvo není druh nečistoty, nýbrž je všeobecně sama nečistota.

Mimo to v Dekretech, XXXVI., ot. 1. se praví, že "krvesmilstvo je zneužívání pokrevních nebo příbuzných". Ale příbuznost se liší od pokrevenství. Tedy krvesmilstvo není jeden druh nečistoty, nýbrž několik.

Mimo to, co ze sebe neobnáší nějaké znetvoření, neustavuje nějaký určitý druh neřesti. Ale přistoupiti k pokrevním nebo příbuzným není o sobě znetvoření, jinak by to v žádné době nebývalo dovoleno. Tedy krvesmilstvo není určitý druh nečistoty.

Avšak proti jest, že druhy nečistoty se rozlišují podle stavů žen, kterých někteří zneužívají. Ale krvesmilstvo obnáší zvláštní stav žen, protože je zneužívání pokrevních nebo příbuzných, jak bylo řečeno. Tedy krvesmilstvo je určitý druh nečistoty.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, tam je třeba hledati určitý druh nečistoty, kde se nachází něco odporujícího náležitému užívání pohlavních. V užívání luxuriae, utpote specialem deformitatem habens circa actus venereos.

II-II q. 154 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ille qui habet uxorem, si ad aliam accedit, peccatum eius potest denominari vel ex parte sua, et sic semper est adulterium, quia contra fidem matrimonii agit, vel ex parte mulieris ad quam accedit. Et sic quandoque est adulterium, puta cum coniugatus accedit ad uxorem alterius, quandoque autem habet rationem stupri, vel alicuius alterius, secundum diversas conditiones mulierum ad quas accedit. Dictum est autem supra quod species luxuriae accipiuntur secundum diversas mulierum conditiones.

II-II q. 154 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod matrimonium specialiter est ordinatum ad bonum humanae prolis, sicut dictum est. Adulterium autem specialiter matrimonio contrariatur, inquantum violat matrimonii fidem, quam quis coniugi debet. Et quia ille qui est ardentior amator uxoris, facit contra bonum matrimonii, inhoneste eo utens, licet fidem non violet; ideo aliqualiter potest adulter nominari; et magis quam ille qui est ardentior amator alterius mulieris.

II-II q. 154 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod uxor est in potestate viri sicut ei matrimonio copulata, puella autem est sub potestate patris sicut per eum matrimonio copulanda. Et ideo alio modo contra bonum matrimonii est peccatum adulterii, et alio modo peccatum stupri. Et propter hoc ponuntur diversae luxuriae species. De aliis autem ad adulterium pertinentibus dicetur in tertia parte, cum de matrimonio tractabitur.

9. Utrum incestus sit determinata species luxuriae.

II-II q. 154 a. 9 arg. 1

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod incestus non sit species determinata luxuriae. Incestus enim dicitur per privationem castitatis. Sed castitati universaliter opponitur luxuria. Ergo videtur quod incestus non sit species luxuriae, sed sit universaliter ipsa luxuria.

II-II q. 154 a. 9 arg. 2

Praeterea, in decretis dicitur, XXXVI, qu. I, quod *incestus est consanguinearum vel affinium abusus*. Sed affinitas differt a consanguinitate. Ergo incestus non est una species luxuriae, sed plures.

II-II q. 154 a. 9 arg. 3

Praeterea, illud quod de se non importat aliquam deformitatem, non constituit aliquam determinatam speciem vitii. Sed accedere ad consanguineas vel affines non est secundum se deforme, alias, nullo tempore licuisset. Ergo incestus non est determinata species luxuriae.

II-II q. 154 a. 9 s. c.

Sed contra est quod species luxuriae distinguuntur secundum conditiones mulierum quibus aliqui abutuntur. Sed incestu importatur specialis conditio mulierum, quia est abusus consanguinearum vel affinium, ut dictum est. Ergo incestus est determinata species luxuriae.

II-II q. 154 a. 9 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, ibi necesse est inveniri determinatam speciem luxuriae, ubi invenitur

však pokrevních nebo příbuzných nalézá se něco nevhodného pro pohlavní spojení z trojího důvodu. A to, nejprve, že přirozeně člověk je povinen jakousi úctou rodičům a následkem toho i jiným pokrevním, kteří z těchže rodičů mají blízký původ, takže u starých, jak zaznamenává Valerius Maximus, nebylo dovoleno, aby se otec se synem společně koupal, aby se totiž neviděli nahé. Je však jasné podle řečeného, že v pohlavních skutcích nejvíce spočívá jistá hanebnost, odporující uctivosti, takže se za ně lidé stydí. A proto je nevhodné, aby se dělo pohlavní spojování takových osob navzájem. A tento důvod zdá se vyjádřen Levit. 18: "Je tvou matkou, neodkryješ její hanbu." A totéž se praví u jiných.

Druhý důvod je, že osoby krví spojené nezbytně se musejí vzájemně stýkati, takže, kdyby nebylo lidem zabráněno pohlavní spojování, byla by dána lidem příležitost pohlavního spojování, a tak by se duše lidské změkčovaly skrze nečistotu. A proto ve Starém zákoně se to vidí zakázáno zvláště oněm osobám, které nutně spolu přebývají.

Třetí důvod je, že tím by se překazilo zmnožení přátel. když totiž muž vezme cizí za manželku, spojují se s ním v jistém zvláštním přátelství všichni pokrevní manželčini, jako kdyby byli jeho pokrevní. Proto praví Augustin, v XV. O Městě Božím: "Byl nejpřímější důvod lásky, aby lidé, kterým by byla užitečná a čestná svornost, poutali se svazky různých vztahů, aby jeden s jednou neměl mnohé, nýbrž jednotlivé se rozptýlily mezi jednotlivce."

Aristoteles pak, ve II. Polit., přidává čtvrtý důvod, že, ježto člověk přirozeně miluje pokrevní, kdyby se přidala láska, která je z pohlavního smíšení, nastal by přílišný žár lásky a převeliké vzbuzování nároživosti, což odporuje čistotě. Pročež jest jasné, že krvesmilstvo je určitý druh nečistoty.

K prvnímu se tedy musí říci, že zneužívání osob spojených by přivodilo největší zkázu čistoty, jak pro příležitosti, tak pro přílišný žár lásky, jak bylo řečeno. A proto antonomasticky se nazývá zneužívání takových osob krvesmilstvo.

K druhému se musí říci, že osoba příbuzná je spojena s někým pro osobu, spojenou pokrevně, A proto, že jedno je pro druhé, téhož rázu nevhodnost působí pokrevenství i příbuznost.

K třetímu se musí říci, že ve smíšení osob spojených je něco, co je o sobě neslušné a odporující přirozenému rozumu, jako kdyby bylo spojení mezi rodiči a dětmi, mezi nimiž jest o sobě a bezprostřední příbuznost, neboť děti přirozeně dluží úctu rodičům. Proto praví Filosof, v IX. O živočiš., že kterýsi kůň, protože byl oklamán, takže se spojil s matkou, skočil do propasti, jakoby z hrůzy, protože také některá zvířata mají vrozenou úctu k rodičům. -- Jiné pak osoby, které nejsou spojeny ze sebe, nýbrž z poměru k rodičům, nemají ze sebe onu neslušnost, nýbrž mění se v tomto slušnost nebo neslušnost podle zvyku zákona lidského nebo božského, protože, jak bylo řečeno, užívání pohlavních, protože je zařízeno k obecnému dobru, podléhá zákonu. A proto, jak praví Augustin v XV. O Městě Božím, "smešování sester s bratřími, čím bylo starší, aliquid repugnans debito usui venereorum. In usu autem consanguinearum vel affinium invenitur aliquid incongruum commixtioni venereae, triplici ratione. Primo quidem, quia naturaliter homo debet quandam honorificentiam parentibus, et per consequens aliis consanguineis, qui ex eisdem parentibus de propinquo originem trahunt, in tantum quod apud antiquos, ut maximus Valerius refert, non erat fas filium simul cum patre balneari, ne scilicet se invicem nudos conspicerent. Manifestum est autem secundum praedicta quod in actibus venereis maxime consistit quaedam turpitudo honorificentiae contraria, unde de his homines verecundantur. Et ideo incongruum est quod commixtio venerea fiat talium personarum ad invicem. Et haec causa videtur exprimi Levit. XVIII, ubi dicitur, *mater tua est, non revelabis turpitudinem eius*. Et idem postea dicit in aliis. Secunda ratio est quia personas sanguine coniunctas necesse est ad invicem simul conversari. Unde si homines non arcerentur a commixtione venerea, nimia opportunitas daretur hominibus venereae commixtionis, et sic animi hominum nimis emollescerent per luxuriam. Et ideo in veteri lege illae personae specialiter videntur esse prohibitae quas necesse est simul commorari. Tertia ratio est quia per hoc impediretur multiplicatio amicorum, dum enim homo uxorem extraneam accipit, iunguntur sibi quadam speciali amicitia omnes consanguinei uxoris, ac si essent consanguinei sui. Unde Augustinus dicit, XV de Civ. Dei, *habita est ratio rectissima caritatis ut homines, quibus esset utilis atque honesta concordia, diversarum vicissitudinum vinculis necterentur, nec unus in uno multas haberet, sed singulae spargerentur in singulos*. Addit autem Aristoteles quartam rationem, in II Politic., quia cum naturaliter homo consanguineam diligat, si adderetur amor qui est ex commixtione venerea, fieret nimius ardor amoris, et maximum libidinis incentivum; quod castitati repugnat. Unde manifestum est quod incestus est determinata luxuriae species.

II-II q. 154 a. 9 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod abusus coniunctarum personarum maxime induceret corruptelam castitatis, tum propter opportunitatem; tum etiam propter nimium ardorem amoris, ut dictum est. Et ideo antonomastice abusus talium personarum vocatur incestus.

II-II q. 154 a. 9 ad 2

Ad secundum dicendum quod persona affinis coniungitur alicui propter personam consanguinitate coniunctam. Et ideo, quia unum est propter alterum, eiusdem rationis inconvenientiam facit consanguinitas et affinitas.

II-II q. 154 a. 9 ad 3

Ad tertium dicendum quod in commixtione personarum coniunctarum aliquid est quod est secundum se indecens et repugnans naturali rationi, sicut quod commixtio fiat inter parentes et filios, quorum est per se et immediata cognatio, nam filii naturaliter honorem debent parentibus. Unde philosophus dicit, in IX de Animal., quod quidam equus, quia deceptus fuit ut matri commisceretur, seipsum praecipitavit, quasi prae horrore, eo quod etiam animalibus aliquibus inest naturalis reverentia ad parentes. Aliae vero personae quae non coniunguntur secundum seipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex seipsis indecentiam sed variatur circa hoc decentia vel indecentia secundum consuetudinem et legem humanam vel divinam. Quia, ut dictum est, usus

požadováno nezbytnosti, tím se stalo potom zavrženíhodnějším, zakazováno náboženstvím."

CLIV.10. Zda svatokrádež může býti druh nečistoty.

Při desáté se postupuje takto: Zdá se, že svatokrádež nemůže býti druh nečistoty. Týž druh totiž se nenachází pod různými rody nezávislými. Ale svatokrádež je druh bezbožnosti, jak bylo shora řečeno. Tedy svatokrádež nelze udávati za druh nečistoty.

Mimo to v Dekret. XXXVI., ot. 1. se neklade svatokrádež mezi ostatní, která se udávají za druhy nečistoty. Tedy se zdá, že není druh nečistoty.

Mimo to, jako z nečistoty se přihází vykonání něčeho proti nějaké svaté věci, tak také z jiných druhů neřestí. Ale svatokrádež se neudává za druh obžerství nebo nějaké jiné takové neřesti. Tedy nemá se udávati ani za druh nečistoty.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v XV. O Městě Božím, že, "je-li nepravost ze chtivosti majetku přestoupiti mez polí, čím je větší nepravost z nároživosti souložení podvraceti mez mravů?" Ale přestoupiti mez polí u posvátných věcí je hřích svatokrádeže. Tedy z téhož důvodu podvraceti mez mravů z nároživosti souložení u věcí posvátných působí neřest svatokrádeže. Ale nároživost souložení náleží k nečistotě. Tedy svatokrádež je druh nečistoty.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, úkon jedné ctnosti nebo neřesti, zařízený k cíli druhé, přijímá její druh, jako krádež, která se páchá pro cizoložství, přechází do druhu cizoložství. Je však jasné, že zachovávání čistoty, pokud je zařízeno k poctě Boží, stává se úkonem náboženosti, jak je patrné u těch, kteří slibují a zachovávají panenství, jak je patrné z Augustina, v knize O panenství. Pročež jest jasné, že také nečistota, pokud porušuje něco náležejícího k poctě Boží, náleží k druhu svatokrádeže, a podle toho svatokrádež lze udávati za druh nečistoty.

K prvnímu se tedy musí říci, že nečistota, pokud je zařízena k cíli jiné neřesti, stává se druhem oné neřesti. A tak některý druh nečistoty může býti také druhem bezbožnosti, jakožto jakéhosi vyššího druhu.

K druhému se musí říci, že se tam vypočítávají ta, která jsou o sobě druhy nečistoty. Svatokrádež však je druh nečistoty, pokud je zařízena k cíli jiné neřesti, a může se sbíhati s různými druhy nečistoty. Jestliže totiž někdo zneužije osoby, spojené se sebou duchovním příbuzenstvím, dopouští se svatokrádeže na způsob krvesmilstva. Zneužije-li však panny Bohu zasvěcené, pokud je snoubenkou Kristovou, je svatokrádež na způsob venereorum, quia ordinatur ad bonum commune, subiacet legi. Et ideo, sicut Augustinus dicit, XV de Civ. Dei, *commixtio sororum et fratrum, quanto fuit antiquior, compellente necessitate, tanto postea facta est damnabilior, religione prohibente.*

10. Utrum sacrilegium sit species determinata luxuriae.

II-II q. 154 a. 10 arg. 1

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod sacrilegium non possit esse species luxuriae. Eadem enim species non inveniatur sub diversis generibus non subalternatim positis. Sed sacrilegium est species irreligiositatis, ut supra habitum est. Ergo sacrilegium non potest poni species luxuriae.

II-II q. 154 a. 10 arg. 2

Praeterea, in decretis, XXXVI Caus., qu. I, sacrilegium non ponitur inter alia quae ponuntur species luxuriae. Ergo videtur quod non sit luxuriae species.

II-II q. 154 a. 10 arg. 3

Praeterea, sicut per luxuriam contingit aliquid fieri contra aliquam rem sacram, ita etiam per alia vitiorum genera. Sed sacrilegium non ponitur species gulae, aut alterius alicuius huiusmodi vitii. Ergo etiam non debet poni species luxuriae.

II-II q. 154 a. 10 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, XV de Civ. Dei, quod *sicut iniquum est aviditate possidendi transgredi limitem agrorum, ita etiam iniquum est libidine concumbendi subvertere limitem morum*. Sed transgredi limitem agrorum in rebus sacris est peccatum sacrilegii. Ergo, pari ratione, subvertere limitem morum libidine concumbendi in rebus sacris, facit sacrilegii vitium. Sed libido concumbendi pertinet ad luxuriam. Ergo sacrilegium est luxuriae species.

II-II q. 154 a. 10 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, actus unius virtutis vel vitii ordinatus ad finem alterius, assumit speciem illius, sicut furtum quod propter adulterium committitur, transit in speciem adulterii. Manifestum est autem quod observatio castitatis secundum quod ordinatur ad cultum Dei, sit actus religionis, ut patet in illis qui vovent et servant virginitatem, ut patet per Augustinum, in libro de virginitate. Unde manifestum est quod etiam luxuria, secundum quod violat aliquid ad divinum cultum pertinens, pertinet ad speciem sacrilegii. Et secundum hoc, sacrilegium potest poni species luxuriae.

II-II q. 154 a. 10 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod luxuria secundum quod ordinatur ad finem alterius vitii, efficitur illius vitii species. Et sic aliqua luxuriae species potest etiam esse species irreligiositatis, sicut cuiusdam superioris generis.

II-II q. 154 a. 10 ad 2

Ad secundum dicendum quod ibi enumerantur illa quae sunt species luxuriae secundum seipsa, sacrilegium autem est species luxuriae secundum quod ordinatur ad finem alterius vitii. Et potest concurrere cum diversis speciebus luxuriae. Si enim aliquis abutatur persona coniuncta sibi secundum spiritualem cognationem, committit sacrilegium ad modum incestus. Si autem abutatur virgine

cizoložstva. Pokud pak stojí pod ochranou duchovního otce, bude jakési duchovní zprznění. A užije-li násilí, bude duchovní únos, který se také podle občanských zákonů tíže trestá než jiný únos. Pročež císař Justinián praví: "Odváží-li se kdo, nedím uchvátiti, nýbrž toliko pokoušeti panny zasvěcené k vůli manželskému spojení, propadá trestu smrti."

K třetímu se musí říci, že svatokrádež se páchá ve věci posvátné. Posvátná věc je však buď zasvěcená osoba jako předmět dychtivosti soulože, a tak náleží k nečistotě; nebo jako předmět dychtivosti vlastnictví, a tak náleží k nespravedlnosti. Může také svatokrádež náležeti k hněvu, třebas když někdo z hněvu učiní bezpráví osobě posvátné, nebo když nestřídmě posvátný pokrm pojídá, páchá svatokrádež. Zvláště však se svatokrádež přiděluje nečistotě, která je protilehlá čistotě, a na zachovávání jíž se některé osoby zvláště zasvěcují.

CLIV.11. Zda neřest proti přírodě je druh nečistoty.

Při jedenácté se postupuje takto: Zdá se, že neřest proti přírodě není druh nečistoty, protože v řečeném výčtu druhů nečistoty není zmínka o neřesti proti přírodě. Tedy není druh nečistoty.

Mimo to nečistota je protilehlá ctnosti, a tak je obsažena pod špatností. Ale neřest proti přírodě není obsažena pod špatností, nýbrž pod zvířeckostí, jak patrné z Filosofa v VII. Ethic. Tedy neřest proti přírodě není druh nečistoty.

Mimo to nečistota jest ohledně úkonů, zařízených k plození lidskému, jak je patrné ze shora řečeného. Ale neřest proti přírodě je ohledně úkonů, z nichž nemůže následovati zplození. Tedy neřest proti přírodě není druh nečistoty.

Avšak proti jest, že II. Kor. 12 se připočítává k jiným druhům nečistoty, kde se praví: "A nečinili pokání za nečistotnost a smilstvo a necudnost," kdež praví Glossa: "Nečistotnost, to jest nečistota proti přírodě."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, tam je určitý druh nečistoty, kde se vyskytne zvláštní ráz znetvoření, které činí pohlavní úkon neslušným. To pak může býti dvojmo: a to, jedním způsobem, protože odporuje správnému rozumu, což je společné v každé neřesti nečistoty. Jiným způsobem, poněvadž také nad to odporuje samému přírodnímu řádu pohlavního úkonu, příslušného lidskému druhu, a to se nazývá neřest proti přírodě.

To pak se může přiházeti několika způsoby. A to jedním způsobem, jestliže bez jakékoli soulože k vůli pohlavnímu potěšení způsobí se poskvrnění, což náleží k hříchu nečistotnosti, kterou někteří nazývají změkčilost. Jiným způsobem, děje-li se souloží s bytostí nikoli téhož druhu, což se nazývá zvířeckost. Třetím způsobem, děje-li se souloží s nenáležitým pohlavím, totiž muže s mužem nebo ženy se ženou, jak praví Apoštol, Řím. 1., což sluje

Deo sacrata, inquantum est sponsa Christi, est sacrilegium per modum adulterii; inquantum vero est sub spiritualis patris cura constituta, erit quoddam spirituale stuprum; et si violentia inferatur, erit spiritualis raptus, qui etiam secundum leges civiles gravius punitur quam alius raptus. Unde Iustinianus imperator dicit, *si quis, non dicam rapere, sed attentare tantummodo, matrimonii iungendi causa, sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali poena feriatur*.

II-II q. 154 a. 10 ad 3

Ad tertium dicendum quod sacrilegium committitur in re sacrata. Res autem sacrata est vel persona sacrata quae concupiscitur ad concubitum, et sic pertinet ad luxuriam. Vel quae concupiscitur ad possidendum, et sic pertinet ad iniustitiam. Potest etiam ad iram pertinere sacrilegium, puta si aliquis ex ira iniuriam inferat personae sacrae. Vel, si gulose cibum sacratum assumat, sacrilegium committit. Specialius tamen sacrilegium attribuitur luxuriae, quae opponitur castitati, ad cuius observantiam aliquae personae specialiter consecrantur.

11. Utrum vitium contra naturam sit species luxuriae.

II-II q. 154 a. 11 arg. 1

Ad undecimum sic proceditur. Videtur quod vitium contra naturam non sit species luxuriae. Quia in praedicta enumeratione specierum luxuriae nulla fit mentio de vitio contra naturam. Ergo non est species luxuriae.

II-II q. 154 a. 11 arg. 2

Praeterea, luxuria opponitur virtuti, et ita sub malitia continetur. Sed vitium contra naturam non continetur sub malitia, sed sub bestialitate, ut patet per philosophum, in VII Ethic. Ergo vitium contra naturam non est species luxuriae.

II-II q. 154 a. 11 arg. 3

Praeterea, luxuria consistit circa actus ad generationem humanam ordinatos, ut ex supra dictis patet. Sed vitium contra naturam consistit circa actus ex quibus non potest generatio sequi. Ergo vitium contra naturam non est species luxuriae.

II-II q. 154 a. 11 s. c.

Sed contra est quod, II ad Cor. XII, connumeratur aliis luxuriae speciebus, ubi dicitur, *non egerunt poenitentiam super immunditia et fornicatione et impudicitia*, ubi dicit Glossa, *immunditia, idest, luxuria contra naturam*.

II-II q. 154 a. 11 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, ibi est determinata luxuriae species ubi specialis ratio deformitatis occurrit quae facit indecentem actum venereum. Quod quidem potest esse dupliciter. Uno quidem modo, quia repugnat rationi rectae, quod est commune in omni vitio luxuriae. Alio modo, quia etiam, super hoc, repugnat ipsi ordini naturali venerei actus qui convenit humanae speciei, quod dicitur vitium contra naturam. Quod quidem potest pluribus modis contingere. Uno quidem modo, si absque omni concubitu, causa delectationis venereae, pollutio procuretur, quod pertinet ad peccatum immunditiae, quam quidam mollitiem vocant. Alio modo, si fiat per concubitum ad rem non eiusdem speciei, quod vocatur bestialitas. Tertio modo, si fiat per concubitum ad non debitum sexum, puta masculi ad masculum vel feminae ad feminam, ut apostolus dicit,

sodomská neřest. Čtvrtým způsobem, nezachová-li se přirozený způsob souložení, buď co do nenáležitého nástroje, nebo co do jiných obludných a zvířeckých způsobů souložení.

K prvnímu se tedy musí říci, že se tam vypočítávají druhy nečistoty, která neodporuje lidské přirozenosti, a proto se vynechává neřest proti přírodě.

K druhému se musí říci, že zvířeckost se liší od špatnosti, která je protilehlá lidské ctnosti, jistou výstředností ohledně téže látky, a proto se může uvésti na týž rod.

K třetímu se musí říci, že nečistý nezamýšlí lidské plození, nýbrž pohlavní potěšení, které může někdo zakoušeti bez úkonů, z nichž následuje lidské plození. A to je, co se hledá v neřesti proti přírodě.

CLIV.12. Zda neřest proti přírodě je největší hřích mezi druhy nečistoty.

Při dvanácté se postupuje takto: Zdá se, že neřest proti přírodě není největší hřích mezi druhy nečistoty. Tím je totiž nějaký hřích těžší, čím více odporuje lásce. Ale více zdá se odporovati lásce bližením cizoložství a zprznění a únos, které jsou bezpráví bližnímu, než hříchy proti přírodě, kterými nikdo nepůsobí bezpráví druhému. Tedy hřích proti přírodě není největší mezi druhy nečistoty.

Mimo to se zdá, že ty hříchy jsou nejtěžší, které jsou páchány proti Bohu. Ale svatokrádež se páchá přímo proti Bohu, protože působí bezpráví poctě božské. Tedy svatokrádež, je těžší hřích než neřest proti přírodě.

Mimo to se zdá, že tím je nějaký hřích těžší, čím více máme milovati osobu, na které je páchán. Ale podle řádu lásky více musíme milovati osoby s námi spojené, které se poskvrňují krvesmilstvím, než osoby cizí, které se někdy poskvrňují neřestí proti přírodě. Tedy krvesmilstvo je těžší hřích než neřest proti přírodě.

Mimo to, je-li neřest proti přírodě nejtěžší, zdá se byti tím těžší, čím více je proti přírodě. Ale nejvíce zdá se býti proti přírodě hřích nečistotnosti neboli změkčilosti, protože to se zdá býti nejvíce podle přírody, aby jeden byl činný a druhý trpný. Tedy podle toho by nečistotnost byla nejtěžší mezi neřestmi proti přírodě. To je však nesprávné. Tedy neřesti proti přírodě nejsou největší mezi hříchy nečistoty.

Avšak proti jest, co praví Augustin, v knize O dobru manžel., že "ze všech těchto neřestí", které totiž náležejí k nečistotě, "nejhorší je, která se děje proti přírodě".

ad Rom. I, quod dicitur sodomiticum vitium. Quarto, si non servetur naturalis modus concumbendi, aut quantum ad instrumentum non debitum; aut quantum ad alios monstruosos et bestiales concumbendi modos.

II-II q. 154 a. 11 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ibi enumerantur species luxuriae quae non repugnant humanae naturae. Et ideo praetermittitur vitium contra naturam.

II-II q. 154 a. 11 ad 2

Ad secundum dicendum quod bestialitas differt a malitia, quae humanae virtuti opponitur, per quendam excessum circa eandem materiam. Et ideo ad idem genus reduci potest.

II-II q. 154 a. 11 ad 3

Ad tertium dicendum quod luxuriosus non intendit generationem humanam, sed delectationem venereum, quam potest aliquis experiri sine actibus ex quibus sequitur humana generatio. Et hoc est quod quaeritur in vitio contra naturam.

12. Utrum sit maximum peccatorum inter species luxuriae.

II-II q. 154 a. 12 arg. 1

Ad duodecimum sic proceditur. Videtur quod vitium contra naturam non sit maximum peccatum inter species luxuriae. Tanto enim aliquod peccatum est gravius, quanto magis contrariatur caritati. Sed magis videntur contrariari caritati proximi adulterium et stuprum et raptus, quae vergunt in iniuriam proximi, quam peccata contra naturam, per quae nullus alteri iniuriatur. Ergo peccatum contra naturam non est maximum inter species luxuriae.

II-II q. 154 a. 12 arg. 2

Praeterea, illa peccata videntur esse gravissima quae contra Deum committuntur. Sed sacrilegium directe committitur contra Deum, quia vergit in iniuriam divini cultus. Ergo sacrilegium est gravius peccatum quam vitium contra naturam.

II-II q. 154 a. 12 arg. 3

Praeterea, tanto aliquod peccatum videtur esse gravius, quanto exercetur in personam quam magis diligere debemus. Sed secundum ordinem caritatis magis debemus diligere personas nobis coniunctas, quae polluuntur per incestum, quam personas extraneas, quae interdum polluuntur per vitium contra naturam. Ergo incestus est gravius peccatum quam vitium contra naturam.

II-II q. 154 a. 12 arg. 4

Praeterea, si vitium contra naturam est gravissimum, videtur quod tanto est gravius quanto est magis contra naturam. Sed maxime videtur esse contra naturam peccatum immunditiae seu mollitiei, quia hoc maxime videtur esse secundum naturam, ut alterum sit agens et alterum patiens. Ergo, secundum hoc, immunditia esset gravissimum inter vitia contra naturam. Hoc autem est falsum. Non ergo vitia contra naturam sunt gravissima inter peccata luxuriae.

II-II q. 154 a. 12 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro de Adulterin. coniugiis, quod omnium horum, peccatorum scilicet quae ad luxuriam pertinent, pessimum est quod

Odpovídám: Musí se říci, že v každém rodu nejhorší je porušení původu, na kterém jiná závisí. Původy však rozumovými jsou ta, která jsou podle přírody. Neboť rozum předpokládaje ta, která jsou určena od přírody, stanoví jiná podle jejich vhodnosti. A to je patrné jak v badání, tak v jednání. A proto, jako v bádání je nejtěžší a nejhnusnější blud ohledně těch, jichž poznání je člověku přirozeně dáno, tak v jednání je nejtěžší a nejhanebnější jednati proti těm, která jsou určena od přírody. Poněvadž tedy v neřestech, které jsou proti přírodě, přestupuje člověk to, co je od přírody určeno pro užívání pohlavních, odtud je, že v této látce je tento hřích nejtěžší.

Po něm krvesmilstvo, které, jak bylo řečeno, je proti přirozené úctě, kterou jsme povinni osobám spojeným. Jinými pak druhy nečistoty se přestupuje pouze to, co je určeno podle správného rozumu, za předpokladu ovšem přírodních zásad. Více však odporuje rozumu, že někdo užívá pohlavních nejen proti tomu, co je vhodné rozenému potomstvu, nýbrž také s bezprávím druhému. A proto jednoduché smilstvo, které se páchá bez bezpráví druhé osobě, je nejmenší mezi druhy nečistoty. Větší pak bezpráví jest, zneužije-li někdo ženy podrobené moci druhého na pěstování plození než k pouhé ochraně. A proto cizoložství je těžší než zprznění, a obojí přitěžuje násilí. Pročež únos panny je těžší než zprznění, a únos manželky než cizoložství. A těm všem také přitěžuje svatokrádež, jak bylo shora řečeno.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jako řád správného rozumu je od člověka, tak řád přírody jest od samého Boha. A proto v hříších proti přírodě, ve kterých se porušuje sám řád přírody, se děje bezpráví samému Bohu, pořadateli přírody. Proto praví Augustin, ve III. kn. Vyzn.: "Ohavnosti. které jsou proti přírodě, museji býti vždy a všude odmítány a trestány. Takové byly Sodomských a kdyby je všichni národové činili, všem by patřil týž trest hříchu od zákona Božího, který neučinil lidi tak, aby sebe užívali oním způsobem. Poškozuje se totiž ono společenství, které máme míti s Bohem, když táž příroda, jíž on je původcem, se poskvrňuje zvrhlostí náruživosti."

K druhému se musí říci, že neřesti proti přírodě jsou také proti Bohu, jak bylo řečeno. A tím jsou těžší než hříchy svatokrádeže, čím řád, lidské přirozenosti daný, je dřívější a stálejší, než kterýkoli jiný řád přidaný.

K třetímu se musí říci, že každému jednotlivci je spojenější přirozenost druhu než kterýkoliv jiný jedinec. A proto hříchy, které jsou proti přirozenosti druhu, jsou těžší.

Ke čtvrtému se musí říci, že tíže ve hříchu se více bere ze zneužívání nějaké věci, než z opominutí náležitého užití. A proto mezi neřestmi, které jsou proti přírodě, nejnižší místo má hřích nečistotnosti, který spočívá v pouhém opominutí souložení s druhým. Nejtěžší je však hřích zvířeckosti, protože se nezachovává náležitý druh. Proto k onomu Gen.

contra naturam fit.

II-II q. 154 a. 12 co.

Respondeo dicendum quod in quolibet genere pessima est principii corruptio, ex quo alia dependent. Principia autem rationis sunt ea quae sunt secundum naturam, nam ratio, praesuppositis his quae sunt a natura determinata, disponit alia secundum quod convenit. Et hoc apparet tam in speculativis quam in operativis. Et ideo, sicut in speculativis error circa ea quorum cognitio est homini naturaliter indita, est gravissimus et turpissimus; ita in agendis agere contra ea quae sunt secundum naturam determinata, est gravissimum et turpissimum. Quia ergo in vitiis quae sunt contra naturam transgreditur homo id quod est secundum naturam determinatum circa usum venereum, inde est quod in tali materia hoc peccatum est gravissimum. Post quod est incestus, qui, sicut dictum est, est contra naturalem reverentiam quam personis coniunctis debemus. Per alias autem luxuriae species praeteritur solum id quod est secundum rationem rectam determinatum, ex praesuppositione tamen naturalium principiorum. Magis autem repugnat rationi quod aliquis venereis utatur non solum contra id quod convenit proli generandae, sed etiam cum iniuria alterius. Et ideo fornicatio simplex, quae committitur sine iniuria alterius personae, est minima inter species luxuriae. Maior autem iniuria est si quis abutatur muliere alterius potestati subiecta ad usum generationis, quam ad solam custodiam. Et ideo adulterium est gravius quam stuprum. Et utrumque aggravatur per violentiam. Propter quod, raptus virginis est gravius quam stuprum, et raptus uxoris quam adulterium. Et haec etiam omnia aggravantur secundum rationem sacrilegii, ut supra dictum est.

II-II q. 154 a. 12 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut ordo rationis rectae est ab homine, ita ordo naturae est ab ipso Deo. Et ideo in peccatis contra naturam, in quibus ipse ordo naturae violatur, fit iniuria ipsi Deo, ordinatori naturae. Unde Augustinus dicit, III Confess., *flagitia quae sunt contra naturam, ubique ac semper detestanda atque punienda sunt, qualia Sodomitarum fuerunt, quae si omnes gentes facerent, eodem criminis reatu divina lege tenerentur, quae non sic fecit homines ut se illo uterentur modo. Violatur quippe ipsa societas quae cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura cuius ille auctor est, libidinis perversitate polluitur*.

II-II q. 154 a. 12 ad 2

Ad secundum dicendum quod etiam vitia contra naturam sunt contra Deum, ut dictum est. Et tanto sunt graviora quam sacrilegii corruptela, quanto ordo naturae humanae inditus est prior et stabilior quam quilibet alius ordo superadditus.

II-II q. 154 a. 12 ad 3

Ad tertium dicendum quod unicuique individuo magis est coniuncta natura speciei quam quodcumque aliud individuum. Et ideo peccata quae fiunt contra naturam speciei, sunt graviora.

II-II q. 154 a. 12 ad 4

Ad quartum dicendum quod gravitas in peccato magis attenditur ex abusu alicuius rei quam ex omissione debiti usus. Et ideo inter vitia contra naturam infimum locum tenet peccatum immunditiae, quod consistit in sola omissione concubitus ad alterum. Gravissimum autem est

37, 'Obžaloval bratry z nejhoršího zločinu', praví Glossa mezifrádková, že smĕšovali se s dobytkem. Po něm pak je nefest sodomská, protože se tu nezachovává náležité pohlaví. Po něm pak je hřích z toho, že se nezachovává náležitý způsob souložení, více pak, není-li náležitý úd, než je-li nezřízenost v některých jiných, náležejících ke způsobu souložení.

CLV. O působnostních částech mírnosti a nejprve o zdrželivosti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom se má uvažovati o působnostních částech mírnosti. A nejprve o zdrželivosti; za druhé o vlídnosti; za třetí o skromnosti. Ohledně prvního má se uvažovati o zdrželivosti a nezdrželivosti.

Ohledně zdrželivosti jsou čtyři otázky.

1. Zda zdrželivost je ctnost.

2. Která jest její látka.

3. Co jest její podmět.

4. O srovnání jí s mírností.

CLV.1. Zda zdrželivost je ctnost.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že zdrželivost není ctnost. Neboť druh se neodděluje od rodu. Ale zdrželivost se odděluje od ctnosti, jak je patrné z Filosofa, v VII. Ethic. Tedy zdrželivost není ctnost.

Mimo to nikdo nehřeší užíváním ctnosti, poněvadž podle Augustina "ctnost je, jíž nikdo zle neužívá". Ale někdo zdržením se může hřešiti, třebas, chce-li někdo konati nějaké dobro a zdrží se ho. Tedy zdrželivost není ctnost.

Mimo to žádná ctnost netáhne člověka od dovolených, nýbrž toliko od nedovolených. Ale zdrželivost táhne člověka od dovolených, neboť Glossa praví Gal. 5, že zdrženlivostí se někdo zdržuje také dovolených. Tedy zdrželivost není ctnost.

Avšak proti, zdá se, že každá chvályhodná pohotovost je ctnost. Ale taková je zdrželivost, neboť Ambrož praví, že "zdrželivost je pohotovost nepřemožená potěšením". Tedy zdrželivost je ctnost.

Odpovídám: Musí se říci, že jméno zdrželivosti bere se od různých dvojmo. Neboť někteří jmenují zdrželivost, jíž se někdo zdržuje každého pohlavního potěšení. Pročež Apoštol, Gal. 5, spojuje zdrželivost s čistotou. A takto dokonalá zdrželivost hlavní je panenství, druhotná pak vdovství. Pročež podle toho stejný je důvod o zdrželivosti jako o panenství, které. jsme nahoře nazvali ctností. Avšak jiní praví, že zdrželivost jest, jíž někdo odpírá špatným dychtivostem, které jsou v něm prudké. A tímto způsobem bere zdrželivost Filosof v VII. Ethic. Týmž způsobem se také bere zdrželivost v Rozhovorech Otců. Avšak zdrželivost tímto způsobem má něco z pojmu ctnosti, pokud totiž rozum jest upevněn proti vášním, aby jimi peccatum bestialitatis, ubi non servatur debita species. Unde super illud Gen. XXXVII, accusavit fratres suos crimine pessimo, dicit Glossa, quod cum pecoribus miscebantur. Post hoc autem est vitium sodomiticum, ubi non servatur debitus sexus. Post hoc autem est peccatum ex eo quod non servatur debitus modus concumbendi. Magis autem si non sit debitum vas, quam si sit inordinatio secundum aliqua alia pertinentia ad modum concubitus.

155. De partibus potentialibus temperantiae. Et primo de continentia.

Prooemium

II-II q. 155 pr.

Deinde considerandum est de partibus potentialibus temperantiae. Et primo, de continentia; secundo, de clementia; tertio, de modestia. Circa primum, considerandum est de continentia, et de incontinentia. Circa continentiam quaeruntur quatuor. Primo, utrum continentia sit virtus. Secundo, quae sit materia eius. Tertio, quid sit eius subiectum. Quarto, de comparatione eius ad temperantiam.

1. Utrum continentia sit virtus.

II-II q. 155 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod continentia non sit virtus. Species enim non condividitur generi. Sed continentia condividitur virtuti, ut patet per philosophum, in VII Ethic. Ergo continentia non est virtus.

II-II q. 155 a. 1 arg. 2

Praeterea, nullus utendo virtute peccat, quia secundum Augustinum, in libro de Lib. Arbit., *virtus est qua nemo male utitur*. Sed aliquis continendo potest peccare, puta si desideret aliquod bonum facere et ab eo se contineat. Ergo continentia non est virtus.

II-II q. 155 a. 1 arg. 3

Praeterea, nulla virtus retrahit hominem a licitis, sed solum ab illicitis. Sed continentia retrahit hominem a licitis, dicit enim Glossa Galat. V, quod per continentiam aliquis se etiam a licitis abstinet. Ergo continentia non est virtus.

II-II q. 155 a. 1 s. c.

Sed contra, omnis habitus laudabilis videtur esse virtus. Sed continentia est huiusmodi, dicit enim Andronicus quod continentia est habitus invictus a delectatione. Ergo continentia est virtus.

II-II q. 155 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod nomen continentiae dupliciter sumitur a diversis. Quidam enim continentiam nominant per quam aliquis ab omni delectatione venerea abstinet, unde et apostolus, Galat. V, continentiam castitati coniungit. Et sic continentia perfecta principalis quidem est virginitas, secundaria vero viduitas. Unde secundum hoc, eadem ratio est de continentia quae de virginitate, quam supra diximus virtutem. Alii vero dicunt continentiam esse per quam aliquis resistit concupiscentiis pravis, quae in eo vehementes existunt. Et hoc modo accipit philosophus continentiam, VII Ethic. Et hoc etiam modo accipitur continentia in collationibus

nebyl sveden. Avšak nedostupuje k dokonalému pojmu mravní ctnosti, podle níž také smyslová žádost je tak podrobena rozumu, aby v něm nepovstávaly prudké vášně protivné rozumu. A proto Filosof praví, ve IV. Ethic., že "zdrželivost není ctnost, nýbrž nějak smíšena", pokud totiž má něco ze ctnosti a něco jí ze ctnosti chybí. Avšak v širším pojetí jména ctnosti za kterýkoliv počátek chvályhodných skutků, můžeme říci, že zdrželivost je ctnost.

K prvnímu se tedy musí říci, že Filosof odděluje zdrželivost od ctnosti vzhledem k tomu, v čem nedosahuje ctnosti.

K druhému se musí říci, že člověk je vlastně to, co je podle rozumu. A proto odtud se o někom říká, že se drží v sobě, že se drží na tom, co se shoduje s rozumem. Co však patří k převrácenosti rozumu, není shodné s rozumem. Pro čež jedině ten sluje opravdu zdrželivý, kdo se drží na tom, co je podle správného rozumu, ne však na tom, co je podle převráceného rozumu. Avšak proti správnému rozumu jsou špatné dychtivosti, jako zase proti zvrácenému rozumu jsou dobré dychtivosti. A proto vlastně a vpravdě zdrželivý jest, kdo setrvá ve správném rozumu, zdržuje se špatných dychtivostí, ne však ten, kdo trvá v rozumu převráceném, zdržuje se dobrých dychtivostí. Ale tento může spíše slouti zatvrzelý ve zlém.

K třetímu se musí říci, že Glossa tam mluví o zdrželivosti podle prvního způsobu, podle něhož zdrželivost označuje nějakou dokonalou ctnost, která se nejen zdržuje nedovolených dober, ale také některých dovolených méně dobrých, aby se dokonale věnovala dokonalejším dobrům.

CLV.2. Zda látka zdrželivosti jsou dychtivosti potěšení hmatu.

Při druhé se postupuje takto: Zda se, že látka zdrželivosti nejsou dychtivosti potěšení hmatu. Neboť Ambrož praví v I. O povin.: "Všeobecné slušné je tak, jako by v každém svém úkonu bylo drženo přiměřeným tvarem a všeobecnou počestností". Ale každý lidský úkon nepatří k potěšením hmatu. Tedy zdrželivost není pouze ohledně chtivostí potěšení hmatu.

Mimo to jméno zdrželivosti bere se odtud, že se někdo drží na dobru správného rozumu, jak bylo řečeno. Ale některé jiné vášně odvádějí člověka prudčeji od správného rozumu než dychtivosti potěšení hmatu, jako bázeň nebezpečí smrti, která ohromuje člověka, a hněv, který je podoben šílení, jak praví Seneka v I. O hněvu: Tedy zdrželivost neříká se vlastně o dychtivostech potěšení hmatu.

Mimo to Tullius v II. Rhetor. praví, že "zdrželivost jest, jíž chtivost je řízena správou rady". Avšak obvykle se říká spíše chtivost bohatství než potěšení hmatu, podle onoho I. patrum. Hoc autem modo continentia habet aliquid de ratione virtutis, inquantum scilicet ratio firmata est contra passiones, ne ab eis deducatur, non tamen attingit ad perfectam rationem virtutis moralis, secundum quam etiam appetitus sensitivus subditur rationi sic ut in eo non insurgant vehementes passiones rationi contrariae. Et ideo philosophus dicit, in IV Ethic., quod continentia non est virtus, sed quaedam mixta, inquantum scilicet aliquid habet de virtute et in aliquo deficit a virtute. Largius tamen accipiendo nomen virtutis pro quolibet principio laudabilium operum, possumus dicere continentiam esse virtutem.

II-II q. 155 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod philosophus condividit continentiam virtuti quantum ad hoc in quo deficit a virtute.

II-II q. 155 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod homo proprie est id quod est secundum rationem. Et ideo ex hoc dicitur aliquis in seipso se tenere, quod tenet se in eo quod convenit rationi. Quod autem pertinet ad perversitatem rationis, non est conveniens rationi. Unde ille solus continens vere dicitur qui tenet se in eo quod est secundum rationem rectam, non autem in eo quod est secundum rationem perversam. Rationi autem rectae opponuntur concupiscentiae pravae, sicut et rationi perversae opponuntur concupiscentiae bonae. Et ideo proprie et vere continens est qui persistit in ratione recta abstinens a concupiscentiis pravis, non autem qui persistit in ratione perversa abstinens a concupiscentiis bonis, sed hic magis potest dici obstinatus in malo.

II-II q. 155 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod Glossa ibi loquitur de continentia secundum primum modum, secundum quem continentia nominat quandam virtutem perfectam, quae non solum abstinet ab illicitis bonis, sed etiam a quibusdam licitis minus bonis, ut totaliter intendatur perfectioribus bonis.

2. Utrum materia continentiae sinu concupiscentiae delectationum tactus.

II-II q. 155 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod materia continentiae non sint concupiscentiae delectationum tactus. Dicit enim Ambrosius, in I de Offic., quod *generale decorum ita est ac si aequabilem formam atque universitatem honestatis habeat in omni actu suo continentem*. Sed non omnis actus humanus pertinet ad delectationes tactus. Ergo continentia non est solum circa concupiscentias delectationum tactus.

II-II q. 155 a. 2 arg. 2

Praeterea, nomen continentiae ex hoc sumitur quod aliquis tenet se in bono rationis rectae, sicut dictum est. Sed quaedam aliae passiones vehementius abducunt hominem a ratione recta quam concupiscentiae delectabilium tactus, sicut timor periculorum mortis, qui stupefacit hominem; et ira, quae est insaniae similis, ut Seneca dicit. Ergo continentia non dicitur proprie circa concupiscentias delectationum tactus.

II-II q. 155 a. 2 arg. 3

Praeterea, Tullius dicit, in II Rhet., quod *continentia est per quam cupiditas consilii gubernatione regitur*.

Tim. posl.: "Kořen všech zel je chtivost." Tedy zdrželivost není vlastně ohledně dychtivostí potěšení hmatu.

Mimo to potěšení hmatu nejsou pouze ve věcech pohlavních, nýbrž také v užívání pokrmů. Ale obvykle se říká zdrželivost pouze ohledně užívání pohlavních. Tedy její látkou není pouze dychtivost potěšení hmatu.

Mimo to mezi potěšeními hmatu některá nejsou lidská, nýbrž zvířecí, jak v pokrmech, jako kdyby někomu bylo potěšením jísti lidské maso, tak také v pohlavních, třebas ve zneužívání zvířat nebo chlapců. Ale ohledně těchto není zdrženlivost, jak se praví v VII. Ethic. Tedy vlastní látkou zdrželivosti nejsou dychtivosti potěšení hmatu.

Avšak proti jest, že Filosof praví v VII. Ethic., že "zdrželivost a nezdrželivost jsou o týchž, o kterých mírnost a nemírnost". Ale mírnost a nemírnost jsou o dychtivostech potěšení hmatu, jak jsme měli shora. Tedy také zdrželivost a nezdrželivost jsou ohledně téže látky.

Odpovídám: Musí se říci, že jméno zdrželivosti obnáší jakési brzdění, pokud se totiž někdo drží, aby nesledoval vášně. A proto o zdrželivosti se vlastně praví, že je ohledně těch vášní, které pudí ke sledování něčeho, v čem je chvalné, aby rozum zdržoval člověka od sledování. Není však vlastně ohledně oněch vášní, které obnášejí jakési couvání, jako je bázeň a jiné takové. Neboť v nich je chvalné zachovati pevnost ve sledování toho, co nařizuje rozum, jak bylo shora řečeno.

Je však uvážiti, že přirozené sklony jsou počátky všech přistupujících. A proto vášně tím prudčeji pobádají sledovati něco, čím více sledují sklon přirozenosti, která kloní hlavně k těm, která jsou ji nutná buď k zachování jednotlivce, jako jsou pokrmy, nebo k zachování druhu, jako jsou pohlavní úkony, jejichž potěšení patří k hmatu. A proto zdrželivost a nezdrželivost vlastně se říká ohledně dychtivostí potěšení hmatu.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jako jméno mírnosti lze obecně bráti v kterékoli látce, vlastně však se říká v oné látce, v níž je nejlepší krocení člověka, tak také zdrželivost se vlastně říká v látce, v níž je nejlepší a nejnesnadnější zdrželi se, totiž v dychtivostech potěšení hmatu. Avšak všeobecně a z části lze ji jmenovati v kterékoli jiné látce. A takto užívá Ambrož jména zdrželivosti.

K druhému se musí říci, že ohledně bázně není vlastně chválena zdrželivost, nýbrž spíše pevnost ducha, jíž obnáší statečnost. Hněv pak činí sice náběh k sledování něčeho, avšak tento náběh spíše sleduje postřeh duševní, pokud totiž někdo postřehne, že mu jiný ublížil, než sklon, přirozený. A proto sluje sice z části někdo zdrželivý hněvu, Cupiditas autem magis consuevit dici divitiarum quam delectabilium tactus, secundum illud I ad Tim. ult., *radix omnium malorum cupiditas*. Ergo continentia non est proprie circa concupiscentias delectationum tactus.

II-II q. 155 a. 2 arg. 4

Praeterea, delectationes tactus non solum sunt in rebus venereis, sed etiam in esu. Sed continentia solum circa usum venereorum consuevit dici. Ergo non est propria materia eius concupiscentia delectationum tactus.

II-II q. 155 a. 2 arg. 5

Praeterea, inter delectationes tactus quaedam sunt, non humanae, sed bestiales, tam in cibis, utpote si quis delectaretur in esu carnium humanarum; quam etiam in venereis, puta in abusu bestiarum vel puerorum. Sed circa huiusmodi non est continentia, ut dicitur in VII Ethic. Non ergo propria materia continentiae sunt concupiscentiae delectationum tactus.

II-II q. 155 a. 2 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in VII Ethic., quod *continentia et incontinentia sunt circa eadem circa quae temperantia et intemperantia*. Sed temperantia et intemperantia sunt circa concupiscentias delectationum tactus, ut supra habitum est. Ergo etiam continentia et incontinentia sunt circa eandem materiam.

II-II q. 155 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod nomen continentiae refrenationem quandam importat, inquantum scilicet tenet se aliquis ne passiones sequatur. Et ideo proprie continentia dicitur circa illas passiones quae impellunt ad aliquid prosequendum, in quibus laudabile est ut ratio retrahat hominem a prosequendo, non autem proprie est circa illas passiones quae important retractionem quandam, sicut timor et alia huiusmodi; in his enim laudabile est firmitatem servare in prosequendo quod ratio dictat ut supra dictum est. Est autem considerandum quod naturales inclinationes principia sunt omnium supervenientium, ut supra dictum est. Et ideo passiones tanto vehementius impellunt ad aliquid prosequendum, quanto magis sequuntur inclinationem naturae. Quae praecipue inclinat ad ea quae sunt sibi necessaria, vel ad conservationem individui, sicut sunt cibi; vel ad conservationem speciei, sicut sunt actus venerei. Quorum delectationes ad tactum pertinent. Et ideo continentia et incontinentia proprie dicuntur circa concupiscentias delectationum tactus.

II-II q. 155 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut nomen temperantiae potest communiter accipi in quacumque materia, proprie tamen dicitur in illa materia in qua est optimum hominem refrenari; ita etiam continentia proprie dicitur in materia in qua est optimum et difficillimum continere, scilicet in concupiscentiis delectationum tactus. Communiter autem et secundum quid potest dici in quacumque alia materia. Et hoc modo utitur Ambrosius nomine continentiae.

II-II q. 155 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod circa timorem non proprie laudatur continentia, sed magis firmitas animi, quam fortitudo importat. Ira autem impetum quidem facit ad aliquid prosequendum, iste tamen impetus magis sequitur apprehensionem animalem, prout scilicet aliquis

ne však jednoduše.

K třetímu se musí říci, že taková vnější dobra, jako cti bohatství a podobná; jak praví Filosof v VII. Ethic., zdají se sice býti o sobě volitelná, ne však jako nutná k zachování přirozenosti. A proto podle nich nejmenujeme jednoduše některé zdrželivými, nýbrž z části, přidávajíce, že jsou zdrželiví nebo nezdrželiví zisku nebo cti nebo něčeho takového. A proto Tullius buď užil obecně jména zdrželivosti, pokud zahrnuje také zdrželivost z části; nebo bere chtivost přesně za dychtivost potěšení hmatu.

Ke čtvrtému se musí říci, že potěšení pohlavní jsou prudší než potěšení pokrmů. A proto obvykle spíše mluvíme o zdrželivosti nebo nezdrželivosti ohledně pohlavních než ohledně pokrmů, třebaže podle Filosofa lze mluviti u obojího.

K pátému se musí říci, že zdrželivost je dobro lidského rozumu. A proto se vidí u vášní, které mohou býti člověku sourodé. Proto Filosof praví v VII. Ethic., že, jestliže někdo, zadržev chlapce, dychtí buď ho snísti nebo míti k nevhodnému potěšení pohlavnímu, ať sleduje dychtivost nebo ne, nebude zván jednoduše nezdrželivý, nebo zdrželivý, nýbrž z části.

CLV.3. Zda předmětem zdrželivosti je síla dychtivá.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že podmětem zdrželivosti je síla dychtivá. Neboť podmět nějaké ctnosti musí býti přiměřený látce. Ale látkou zdrželivosti, jak bylo řečeno, jsou dychtivosti potěšení hmatu, která patří k síle dychtivé.

Tedy zdrželivost je v síle dychtivé.

Mimo to protilehlá jsou ohledně téhož. Ale nezdrželivost je v dychtivé, jejíž vášně překonávají rozum, neboť Andronicus praví, že "nezdrželivost je špatnost dychtivé, podle níž volí ničemná potěšení, přes zákaz rozumové". Tedy i zdrželivost ze stejného důvodu je v dychtivé.

Mimo to podmětem lidské ctnosti je buď rozum nebo síla žádostivá, která se dělí na vůli, dychtivou a náhlivou. Ale zdrželivost není v rozumu, poněvadž by tak byla ctnost rozumová, ani také není ve vůli, poněvadž zdrželivost je o vášních, které nejsou ve vůli. Ani také není v náhlivé, poněvadž není vlastně o vášních náhlivé, jak bylo řečeno. Tedy zůstává, že je v dychtivé.

Avšak proti, každá ctnost, jsoucí v nějaké mohutnosti, odnímá špatný úkon oné mohutnosti. Ale zdrželivost neodnímá špatný úkon dychtivé, neboť zdrželivý má špatné apprehendit se esse ab alio laesum, quam inclinationem naturalem. Et ideo dicitur quidem aliquis secundum quid continens irae, non tamen simpliciter.

II-II q. 155 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod huiusmodi exteriora bona, sicut honores, divitiae et huiusmodi, ut philosophus dicit, in VII Ethic., *videntur quidem secundum se esse eligibilia, non autem quasi necessaria* ad conservationem naturae. Et ideo circa ea *non dicimus simpliciter aliquos continentes vel incontinentes*, sed secundum quid, apponendo quod sint *continentes vel incontinentes vel lucri, vel honoris*, vel alicuius huiusmodi. Et ideo vel Tullius communiter usus est nomine continentiae, prout comprehendit sub se etiam continentiam secundum quid, vel accipit cupiditatem stricte pro concupiscentia delectabilium tactus.

II-II q. 155 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod delectationes venereorum sunt vehementiores quam delectationes ciborum. Et ideo circa venerea magis consuevimus continentiam et incontinentiam dicere quam circa cibos, licet, secundum philosophum, circa utrumque possit dici.

II-II q. 155 a. 2 ad 5

Ad quintum dicendum quod continentia est bonum rationis humanae, et ideo attenditur circa passiones quae possunt esse homini connaturales. Unde philosophus dicit, in VII Ethic., quod *si aliquis tenens puerum concupiscat eum vel comedere, vel ad venereorum inconvenientem delectationem, sive sequatur concupiscentiam sive non, non dicetur simpliciter continens, sed secundum quid*.

3. Quid sit eius subiectum.

II-II q. 155 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod subiectum continentiae sit vis concupiscibilis. Subiectum enim alicuius virtutis oportet esse proportionatum materiae. Sed materia continentiae, sicut dictum est, sunt concupiscentiae delectabilium tactus, quae pertinent ad vim concupiscibilem. Ergo continentia est in vi concupiscibili.

II-II q. 155 a. 3 arg. 2

Praeterea, opposita sunt circa idem. Sed incontinentia est in concupiscibili, cuius passiones superant rationem, dicit enim Andronicus quod *incontinentia est malitia concupiscibilis, secundum quam eligit pravas delectationes, prohibente rationali*. Ergo et continentia, pari ratione, est in concupiscibili.

II-II q. 155 a. 3 arg. 3

Praeterea, subiectum virtutis humanae vel est ratio, vel vis appetitiva, quae dividitur in voluntatem, concupiscibilem et irascibilem. Sed continentia non est in ratione, quia sic esset virtus intellectualis. Neque etiam est in voluntate, quia continentia est circa passiones, quae non sunt in voluntate. Nec etiam est in irascibili, quia non est proprie circa passiones irascibilis, ut dictum est. Ergo relinquitur quod sit in concupiscibili.

II-II q. 155 a. 3 s. c.

Sed contra, omnis virtus in aliqua potentia existens aufert malum actum illius potentiae. Sed continentia non aufert dychtivosti, jak praví Filosof, v VII. Ethic. Tedy zdrželivost není v síle dychtivé.

Odpovídám: Musí se říci, že každá ctnost, jsoucí v nějakém podmětu, působí jeho odlišnost od uzpůsobení, které má, když podléhá protilehlé nepřesti. Avšak dychtivá má se týmž způsobem v tom, kdo je zdrželivý, i v tom, kdo je nezdrželivý, poněvadž v obojím propukne v prudké ničemné dychtivosti. Z čehož je zjevné, že zdrželivost není v dychtivé jako v podmětu. Podobně také rozum týmž způsobem se má v obou, poněvadž jak zdrželivý, tak nezdrželivý má správný rozum, a oba, jsouce mimo vášeň, chovají předsevzetí nesledovati nedovolených dychtivostí. Avšak první odlišnost jich nachází se ve volbě, poněvadž zdrželivý, ačkoli trpí prudkými dychtivostmi, přece pro rozum nevolí sledovati je. Avšak nezdrželivý volí sledovati je, nedbaje odporu rozumu. A proto zdrželivost musí býti v oné síle duše jako v předmětu, jejímž úkonem je volba. A to je vůle, jak jsme měli shora.

K prvnímu se tedy musí říci, že látkou zdrželivosti jsou ty chtivosti potěšení hmatu, ne že je řídí (což patří mírnosti, která je v dychtivé), nýbrž jest o nich jakožto jim odolávající. Proto musí býti v jiné síle, poněvadž odolnost jest jednoho vůči druhému.

K druhému se musí říci, že vůle je střední mezi rozumem a dychtivou, a může býti hýbána od obou. Avšak v tom, kdo je zdrželivý, je hýbána rozumem; v tom pak, kdo je nezdrželivý, je hýbána dychtivou. A proto zdrželivost lze přiděliti rozumu jakožto prvnímu hýbajícímu, a nezdrželivost dychtivé, ačkoliv obojí patří k vůli, jakožto k vlastnímu podmětu.

K třetímu se musí říci, že, ač vášně nejsou ve vůli jako v podmětu, přece je v moci vůle jim odolávati. A tímto způsobem vůle zdrželivého odolává chtivostem.

CLV.4. Zda zdrželivost je lepší než mírnost.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že zdrželivost je lepší než mírnost. Neboť se praví, Eccli. 26: "Není hodného vyvážení zdrželivé duše." Tedy žádná ctnost nemůže se rovnati zdrželivosti.

Mimo to, čím větší odměnu zasluhuje některá ctnost, tím je více. Ale zdrželivost zdá se zasluhovati větší odměnu, neboť se praví II. Tim. 2: "Nebude korunován, leč kdo zákonitě bojoval." Více však bojuje zdrželivý, který snáší prudké vášně a špatné dychtivosti, než mírný, který je nemá prudké. Tedy zdrželivost je větší ctnost než mírnost.

Mimo to vůle je hodnotnější mohutnost než síla dychtivá. Ale zdrželivost je ve vůli, jak je patrné z řečených. Tedy malum actum concupiscibilis, habet enim continens concupiscentias pravas, ut philosophus dicit, in VII Ethic. Ergo continentia non est in concupiscibili.

II-II q. 155 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod omnis virtus in aliquo subiecto existens facit illud differre a dispositione quam habet dum subiicitur opposito vitio. Concupiscibilis autem eodem modo se habet in eo qui est continens, et in eo qui est incontinens, quia in utroque prorumpit ad concupiscentias pravas vehementes. Unde manifestum est quod continentia non est in concupiscibili sicut in subiecto. Similiter etiam ratio eodem modo se habet in utroque, quia tam continens quam incontinens habet rationem rectam; et uterque, extra passionem existens, gerit in proposito concupiscentias illicitas non sequi. Prima autem differentia eorum invenitur in electione, quia continens, quamvis patiatur vehementes concupiscentias, tamen eligit non sequi eas, propter rationem; incontinens autem eligit sequi eas, non obstante contradictione rationis. Et ideo oportet quod continentia sit, sicut in subiecto, in illa vi animae cuius actus est electio. Et haec est voluntas, ut supra habitum est.

II-II q. 155 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod continentia habet materiam concupiscentias delectationum tactus, non sicut quas moderetur, quod pertinet ad temperantiam, quae est in concupiscibili, sed est circa eas quasi eis resistens. Unde oportet quod sit in alia vi, quia resistentia est alterius ad alterum.

II-II q. 155 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod voluntas media est inter rationem et concupiscibilem, et potest ab utroque moveri. In eo autem qui est continens, movetur a ratione, in eo autem qui est incontinens, movetur a concupiscibili. Et ideo continentia potest attribui rationi sicut primo moventi, et incontinentia concupiscibili, quamvis utrumque immediate pertineat ad voluntatem sicut ad proprium subiectum.

II-II q. 155 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod, licet passiones non sint in voluntate sicut in subiecto, est tamen in potestate voluntatis eis resistere et hoc modo voluntas continentis resistit concupiscentiis.

4. Utrum continentia sit melior quam temperantia.

II-II q. 155 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod continentia sit melior quam temperantia. Dicitur enim Eccli. XXVI, *omnis autem ponderatio non est digna continentis animae*. Ergo nulla virtus potest continentiae adaequari.

II-II q. 155 a. 4 arg. 2

Praeterea, quanto aliqua virtus meretur maius praemium, tanto potior est. Sed continentia videtur mereri maius praemium, dicitur enim II ad Tim. II, *non coronabitur nisi qui legitime certaverit*; magis autem certat continens, qui patitur vehementes concupiscentias pravas, quam temperatus, qui non habet eas vehementes. Ergo continentia est potior virtus quam temperantia.

II-II q. 155 a. 4 arg. 3

Praeterea, voluntas est dignior potentia quam vis zdrželivost je větší ctnost než mírnost.

Avšak proti jest, že Tullius a Arndronicus udávají zdrželivost za připojenou k mírnosti jako hlavní ctnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, jméno zdrželivosti se bere dvojmo: jedním způsobem, pokud obnáší ustání ode všech potěšení pohlavních. A při takovém pojetí jména zdrželivosti je zdrželivost více než mírnost jednoduše řečená, jak je patrné z toho, co bylo shora řečeno o přednosti panenství před čistotou jednoduše řečenou. Jiným způsobem lze bráti jméno zdrželivosti, pokud obsahuje odporování rozumu špatným dychtivostem, které jsou prudké v člověku. A podle toho mírnost je mnohem více než zdrželivost, poněvadž dobro ctnosti je chvalné odtud, že je podle rozumu. Avšak více se daří dobru rozumu v tom, kdo je mírný, v němž také sama smyslová žádost je podrobena rozumu, a jakoby rozumem zkrocena, než v tom, kdo je zdrželivý, v němž smyslová žádost mocně odporuje rozumu špatnými dychtivostmi. Proto zdrželivost se přirovnává k mírnosti jako nedokonalé k dokonalému.

K prvnímu se tedy musí říci, že onomu výroku lze dvojmo rozuměti: jedním způsobem, bere-li se zdrželivost, pokud se zdržuje všech pohlavních. A takto se praví, že "není hodného vyvážení zdrželivé duše" v rodě čistoty, poněvadž ani plodnost těla, která je vyhledávána v manželství, nevyrovná se zdrželivosti panenské nebo vdovské, jak bylo shora řečeno. Jiným způsobem lze rozuměti, pokud jméno zdrženlivosti se bere obecně za zdrželivost od nedovolených věcí. A takto se praví, že "není hodného vyvážení zdrželivé duše", poněvadž nepřijímá ocenění zlatem a stříbrem, které se počítají za váhu.

K druhému se musí říci, že velikost dychtivosti nebo její slabost může pocházeti z dvojí příčiny. Neboť někdy pochází z tělesné příčiny. Někteří totiž pro nějaké tělesné složení jsou náchylnější k dychtění než jiní, a zase jiní mají spíše než jiní připravené příležitosti potěšení, rozdmychující dychtivost. A taková slabost dychtivosti umenšuje zásluhu, velikost však zvětšuje. Někdy však slabost neb velikost dychtivosti pochází z duchovní chvalné příčiny, třebas z prudké lásky nebo síly rozumu, jako je v člověku mírném. A tímto způsobem slabost chtivosti zvětšuje zásluhu pro svou příčinu, velikost však umenšuje.

K třetímu se musí říci, že vůle je bližší rozumu než dychtivá síla. Pročež dobro rozumu, pro něž je ctnost chválena, jeví se větší z toho, že dosahuje nejen až k vůli, nýbrž také až k dychtivé síle, což se přihází u toho, kdo je mírný, než kdyby dosáhla pouze k vůli, jak se přihází u toho, kdo je zdrželivý.

concupiscibilis. Sed continentia est in voluntate, temperantia autem in vi concupiscibili, ut ex dictis patet. Ergo continentia est potior virtus quam temperantia.

II-II q. 155 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Tullius et Andronicus ponunt continentiam adiunctam temperantiae sicut principali virtuti.

II-II q. 155 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, nomen continentiae dupliciter accipitur. Uno modo, secundum quod importat cessationem ab omnibus delectationibus venereis. Et sic sumendo nomen continentiae, continentia est potior temperantia simpliciter dicta, ut patet ex his quae supra dicta sunt de praeeminentia virginitatis ad castitatem simpliciter dictam. Alio modo potest accipi nomen continentiae secundum quod importat resistentiam rationis ad concupiscentias pravas quae sunt in homine vehementes. Et secundum hoc, temperantia est multo potior quam continentia. Quia bonum virtutis laudabile est ex eo quod est secundum rationem. Plus autem viget bonum rationis in eo qui est temperatus, in quo etiam ipse appetitus sensitivus est subiectus rationi et quasi a ratione edomitus, quam in eo qui est continens, in quo appetitus sensitivus vehementer resistit rationi per concupiscentias pravas. Unde continentia comparatur ad temperantiam sicut imperfectum ad perfectum.

II-II q. 155 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod auctoritas illa potest dupliciter intelligi. Uno modo, secundum quod accipitur continentia prout abstinet ab omnibus venereis. Et hoc modo dicitur quod omnis ponderatio non est digna animae continentis, in genere castitatis, quia nec etiam fecunditas carnis, quae quaeritur in matrimonio, adaequatur continentiae virginali vel viduali, ut supra dictum est. Alio modo potest intelligi secundum quod nomen continentiae accipitur communiter pro omni abstinentia a rebus illicitis. Et sic dicitur quod omnis ponderatio non est digna animae continentis, quia non respicit aestimationem auri vel argenti, quae commutantur ad pondus.

II-II q. 155 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod magnitudo concupiscentiae, seu debilitas eius, ex duplici causa procedere potest. Quandoque enim procedit ex causa corporali. Quidam enim ex naturali complexione sunt magis proni ad concupiscendum quam alii. Et iterum quidam habent opportunitates delectationum, concupiscentiam inflammantes, magis paratas quam alii. Et talis debilitas concupiscentiae diminuit meritum, magnitudo vero auget. Quandoque vero debilitas vel magnitudo concupiscentiae provenit ex causa spirituali laudabili, puta ex vehementia caritatis vel fortitudine rationis, sicut est in homine temperato. Et hoc modo debilitas concupiscentiae auget meritum, ratione suae causae, magnitudo vero minuit.

II-II q. 155 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod voluntas propinquior est rationi quam vis concupiscibilis. Unde bonum rationis, ex quo virtus laudatur, maius esse ostenditur ex hoc quod pertingit non solum usque ad voluntatem, sed etiam usque ad vim concupiscibilem, quod accidit in eo qui est temperatus, quam si pertingat solum ad voluntatem, ut

CLVI. O nezdrželivosti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o nezdrželivosti. A o tom jsou čtyři otázky.

1. Zda nezdrželivost patří k duši nebo k tělu.

2. Zda nezdrželivost je hřích.

3. O srovnaní nezdrželivosti s nemírností.

4. Kdo je hanebnější: Zda nezdrželivý hněvu nebo nezdrželivý dychtivosti.

CLVI.1. Zda nezdrželivost patří k duši nebo k tělu.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že nezdrželivost nepatří k duši, nýbrž k tělu. Neboť různost pohlaví není se strany duše, nýbrž se strany těla. Avšak různost pohlaví působí různost ohledně nezdrželivosti; neboť Filosof praví v VII. Ethic., že "ženy neslují ani nezdrželivými, ani zdrželivými".

Tedy nezdrželivost nepatří k duši, nýbrž k tělu.

Mimo to, co patří k duši, nesleduje tělesnou soustavu. Ale nezdrželivost sleduje tělesnou soustavu, neboť Filosof praví v VII. Ethic., že "velmi břitcí, to jest cholerici a melancholici, jsou nezdrželiví podle bezuzdné dychtivosti". Tedy nezdrželivost patří k tělu.

Mimo to vítězství patří více tomu, kdo vítězí než tomu, kdo je přemožen. Ale někdo z toho sluje nezdrželivý, že jej přemůže tělo, dychtící proti duchu. Tedy nezdrželivost více patří k tělu než k duši.

Avšak proti jest, že člověk se liší od zvířat hlavně podle duše. Avšak liší se podle pojmu zdrželivosti a nezdrželivosti, neboť zvířata nenazýváme ani zdrželivými, ani nezdrželivými, jak je patrné z Filosofa, v VII. Ethic. Tedy nezdrželivost více patří k tělu než k duši.

Odpovídám: Musí se říci, že cokoli přiděluje se spíše tomu, co je příčinou o sobě, než tomu, co poskytuje pouhou příležitost. Avšak to, co je se strany těla, poskytuje nezdrželivosti pouhou příležitost, neboť z uzpůsobení těla se může přihoditi, že povstávají prudké vášně ve smyslové žádosti, která je síla organického těla. Ale takové vášně, jakkoli prudké, nejsou dostatečnou příčinou nezdrželivosti, nýbrž pouhá příležitost, poněvadž pokud trvá užívání rozumu, člověk může vždy odporovati vášním. Jestliže však vášně tak povstanou, že úplně odnímají užívání rozumu, jak se přihází u těch, kteří pro prudkost vášní upadají do pomatenosti, nezůstane pojem zdrželivosti, ani nezdrželivosti, poněvadž se v nich nezachraňuje úsudek rozumu, který zdrželivý zachovává a nezdrželivý opouští. A tak zůstává, že nezdrželivosti příčina o sobě je se strany duše, která rozumem neodporuje vášním. A to se pak děje dvojím způsobem, jak praví Filosof v VII. Ethic.: jedním

accidit in eo qui est continens.

156. De incontinentia.

Prooemium

II-II q. 156 pr.

Deinde considerandum est de incontinentia. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum incontinentia pertineat ad animam, vel ad corpus. Secundo, utrum incontinentia sit peccatum. Tertio, de comparatione incontinentiae ad intemperantiam. Quarto, quis sit turpior, utrum incontinens irae, vel incontinens concupiscentiae.

1. Utrum incontinentia pertineat ad animatu vel ad corpus.

II-II q. 156 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod incontinentia non pertineat ad animam, sed ad corpus. Diversitas enim sexuum non est ex parte animae, sed ex parte corporis. Sed diversitas sexuum facit diversitatem circa incontinentiam, dicit enim philosophus, in VII Ethic., quod mulieres non dicuntur neque continentes neque incontinentes. Ergo continentia non pertinet ad animam, sed ad corpus.

II-II q. 156 a. 1 arg. 2

Praeterea, illud quod pertinet ad animam, non sequitur corporis complexiones. Sed incontinentia sequitur corporis complexionem, dicit enim philosophus, in VII Ethic., quod *maxime acuti*, idest cholerici, *et melancholici secundum irrefrenatam concupiscentiam sunt incontinentes*. Ergo incontinentia pertinet ad corpus.

II-II q. 156 a. 1 arg. 3

Praeterea, victoria magis pertinet ad eum qui vincit quam ad eum qui vincitur. Sed ex hoc dicitur aliquis esse incontinens quod caro concupiscens adversus spiritum superat ipsum. Ergo incontinentia magis pertinet ad carnem quam ad animam.

II-II q. 156 a. 1 s. c.

Sed contra est quod homo differt a bestiis principaliter secundum animam. Differt autem secundum rationem continentiae et incontinentiae, bestias autem dicimus neque continentes neque incontinentes, ut patet per philosophum, in VII Ethic. Ergo incontinentia maxime est ex parte animae.

II-II q. 156 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod unumquodque attribuitur magis ei quod est causa per se quam ei quod solam occasionem praestat. Id autem quod est ex parte corporis, solum occasionem incontinentiae praestat. Ex dispositione enim corporis potest contingere quod insurgant passiones vehementes in appetitu sensitivo, qui est virtus corporei organi, sed huiusmodi passiones, quantumcumque vehementes, non sunt sufficiens causa incontinentiae sed occasio sola; eo quod, durante usu rationis, semper homo potest passionibus resistere. Si vero passiones adeo increscant quod totaliter auferant usum rationis, sicut accidit in his qui propter vehementiam passionum amentiam incurrunt, non remanebit ratio continentiae neque incontinentiae, quia non salvatur in eis iudicium rationis, quod continens servat et incontinens deserit. Et sic relinquitur quod per se

způsobem, když duše vášním ustupuje, dříve než se poradí rozumu. A tato sluje bezuzdná nezdrželivost nebo předlétání. Jiným způsobem, když člověk netrvá na těch, která byla uraděna, poněvadž je slabě utvrzen v tom, co usoudil rozum. Proto tato nezdrželivost sluje slabost. A tak je patrné, že nezdrželivost hlavně patří k duši.

K prvnímu se tedy musí říci, že duše lidská je tvar těla a má některé síly, užívající tělesných ústrojí, jejichž činnost poněkud přispívá také k oněm skutkům, které. jsou bez tělesných nástrojů, to jest k úkonu rozumu a vůle, pokud totiž rozum přijímá od smyslu, a vůli pobádá vášeň smyslové žádosti. A podle toho, poněvadž žena podle těla má jakési slabé složení, stává se co nejčastěji, že i slabě utkví, na čem utkví, ačkoli se zřídka u některých přihází jinak, podle onoho Přísl. posl.: "Kdo nalezne statečnou ženu?" A poněvadž to, co je malé a slabé, nepokládá se za nic, odtud je, že Filosof mluví o ženách, jako nemajících pevný úsudek rozumu, ačkoliv u některých žen se přihází opak. A proto praví, že ženy nenazýváme zdrželivými, poněvadž se nechovají jako mající důkladný rozum, nýbrž chovají se jako snadno sledující vášně.

K druhému se musí říci, že z návalu vášně se přihází, že někdo hned sleduje váši před radou rozumu. Nával pak vášně pocházívá buď z rychlosti, jako u cholerických, nebo z prudkosti jako u melancholických, kteří pro pozemské složení velmi prudce vzplanou. Jako zase naopak se přihází, že někdo proto netrvá na tom, co bylo uraděno, poněvadž slabě tkví, jak bylo řečeno o ženách. A zdá se, že se to přihází také u flegmatiků pro tutéž příčinu jako též u žen. Tato se však přiházejí pokud ze složení těla dává se jakási příležitost nezdrželivosti, ne však dostačující příčina, jak bylo řečeno.

K třetímu se musí říci, že dychtivost těla v tom, kdo je nezdrželivý, přemůže ducha ne z nutnosti, ale pro jakou si nedbalost ducha, neodporujícího statečně.

CLVI.2. Zda nezdrželivost je hřích.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že nezdrželivost není hřích, poněvadž, jak praví Augustin v III. O svobod. rozhod., "Nikdo nehřeší v tom, čemu nemůže vyhnouti." Ale nikdo sám ze sebe nemůže vyhnouti nezdrželivosti, podle onoho Moudr. 8: "Vím, že nemohu býti zdrželivý, nedá-li Bůh." Tedy nezdrželivost není hřích.

Mimo to se zdá, že každý hřích pozůstává v rozumu. Ale v tom, kdo je nezdrželivý, je přemožen úsudek rozumu. Tedy causa incontinentiae sit ex parte animae, quae ratione passioni non resistit. Quod quidem fit duobus modis, ut philosophus dicit, in VII Ethic. Uno modo, quando anima passionibus cedit antequam ratio consilietur, quae quidem vocatur irrefrenata incontinentia, vel praevolatio. Alio modo, quando non permanet homo in his quae consiliata sunt, eo quod debiliter est firmatus in eo quod ratio iudicavit, unde et haec incontinentia vocatur debilitas. Et sic patet quod incontinentia principaliter ad animam pertinet.

II-II q. 156 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod anima humana est corporis forma, et habet quasdam vires corporeis organis utentes, quarum operationes aliquid conferunt etiam ad illa opera animae quae sunt sine corporeis instrumentis, idest ad actum intellectus et voluntatis, inquantum scilicet intellectus a sensu accipit, et voluntas impellitur a passione appetitus sensitivi. Et secundum hoc, quia femina secundum corpus habet quandam debilem complexionem, fit ut in pluribus quod etiam debiliter inhaereat quibuscumque inhaeret, etsi raro in aliquibus aliter accidat, secundum illud Proverb. ult., *mulierem fortem quis inveniet?* Et quia id quod est parvum vel debile reputatur quasi nullum, inde est quod philosophus loquitur de mulieribus quasi non habentibus iudicium rationis firmum, quamvis in aliquibus mulieribus contrarium accidat. Et propter hoc dicit quod mulieres non dicimus continentes, quia non ducunt, quasi habentes solidam rationem, sed ducuntur, quasi de facili sequentes passiones.

II-II q. 156 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod ex impetu passionis contingit quod aliquis statim passionem sequatur, ante consilium rationis. Impetus autem passionis provenire potest vel ex velocitate, sicut in cholericis; vel ex vehementia, sicut in melancholicis, qui propter terrestrem complexionem vehementissime inflammantur. Sicut et e contrario contingit quod aliquis non persistat in eo quod consiliatum est, ex eo quod debiliter inhaeret, propter mollitiem complexionis, ut de mulieribus dictum est. Quod etiam videtur in phlegmaticis contingere, propter eandem causam sicut etiam in mulieribus. Haec autem accidunt inquantum ex complexione corporis datur aliqua incontinentiae occasio, non autem causa sufficiens, ut dictum est.

II-II q. 156 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod concupiscentia carnis in eo qui est incontinens, superat spiritum non ex necessitate, sed per quandam negligentiam spiritus non resistentis fortiter.

2. Utrum incontinentia sit peccatum.

II-II q. 156 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod incontinentia non sit peccatum. Quia, ut Augustinus dicit, in libro de Lib. Arbit., *nullus peccat in eo quod vitare non potest*. Sed incontinentiam nullus potest ex seipso vitare, secundum illud Sap. VIII, *scio quod non possum esse continens nisi Deus det*. Ergo incontinentia non est peccatum.

II-II q. 156 a. 2 arg. 2

Praeterea, omne peccatum in ratione videtur consistere.

nezdrželivost není hřích.

Mimo to nikdo nehřeší proto, že Boha vroucně miluje. Ale někdo se stává nezdrželivý z prudkosti božské lásky, neboť Diviš praví, IV. hl. O Bož. Jmén., že "Pavel v nezdrželivosti božské lásky pravil: Žiji já, již ne já". Tedy nezdrželivost není hřích.

Avšak proti jest, že se přičítá k jiným hříchům v II. Tim. 3, kde se praví: "Zločinci, nezdrželiví, nemilosrdní," atd. Tedy nezdrželivost je hřích.

Odpovídám: Musí se říci, že nezdrželivost ohledně něčeho lze pozorovati trojmo: jedním způsobem vlastně a jednoduše. A takto nezdrželivost se vidí ohledně dychtivosti potěšení hmatu, jako též nemírnost, jak bylo shora řečeno o zdrželivosti. A tak nezdrželivost je hřích z dvojího důvodu: jednak z toho, že nezdrželivý odstupuje od toho, co je podle rozumu; jinak z toho, že se ponořuje do hanebných potěšení. Pročež Filosof praví v VII. Ethic., že "nezdrželivost je vytýkána nejen jako hřích", jenž totiž je o sobě odstup od rozumu, "nýbrž jako nějaká špatnost", pokud sleduje ničemné chtivosti. Jiným způsobem lze pozorovati nezdrželivost v něčem; a to vlastně, pokud člověk ustupuje od toho, co je podle rozumu, ale ne jednoduše, třebas, když někdo nezachovává míru v dychtivosti cti, bohatství a jiných takových, která v sobě zdají se býti dobrá; o těch není nezdrželivost jednoduše, nýbrž z části, jak bylo shora řečeno o zdrželivosti. A takto nezdrželivost je hřích, ne z toho, že se někdo pouští do špatných dychtivostí, nýbrž z toho, že nezachovává patřičnou míru rozumu také v dychtivosti věcí v sobě žádoucích. Třetím způsobem se praví, že nezdrželivost je ohledně něčeho nikoli vlastně, nýbrž podle podobnosti, třebas ohledně dychtivostí těch, jichž někdo nemůže užíti zle, třebas ohledně dychtivostí ctností. Ohledně těchto lze někoho nazývati nezdrželivým, podle podobnosti, poněvadž jako ten, kdo je nezdrželivý, úplně je veden špatnou dychtivostí, tak někdo je úplně veden dobrou dychtivostí, která je podle rozumu. A taková nezdrželivost není hřích, nýbrž patří k dokonalosti ctnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že člověk může uniknouti hříchu a konati dobro, ne však bez božské pomoci, podle onoho Jan. 15: "Beze mne nemůžete nic činiti." Pročež tím, že člověk potřebuje božské pomoci k tomu, aby byl zdrželivý, nevylučuje se, že nezdrželivost je hřích, poněvadž, jak se praví v III. Ethic., "co můžeme skrze přátele, můžeme jaksi sami".

K druhému se tedy musí říci, že v tom, kdo je nezdrželivý, je přemožen úsudek rozumu, ne sice z nutnosti, což odnímá pojem hříchu, nýbrž z jakési lidské nedbalosti člověka, neusilujícího pevně, aby soudem rozumu, který má, odporoval vášni.

K třetímu se musí říci, že onen důvod platí o nezdrželivosti, řečené podle podobnosti a ne vlastně.

Sed in eo qui est incontinens, vincitur iudicium rationis. Ergo incontinentia non est peccatum.

II-II q. 156 a. 2 arg. 3

Praeterea, nullus peccat ex eo quod vehementer Deum amat. Sed ex vehementia divini amoris aliquis fit incontinens, dicit enim Dionysius, IV cap. de Div. Nom., quod *Paulus per incontinentiam divini amoris dixit, vivo ego, iam non ego*. Ergo incontinentia non est peccatum.

II-II q. 156 a. 2 s. c.

Sed contra est quod connumeratur aliis peccatis, II ad Tim. III, ubi dicitur, criminatores, incontinentes, immites, et cetera. Ergo incontinentia est peccatum.

II-II q. 156 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod incontinentia potest attendi circa aliquid tripliciter. Uno modo, proprie et simpliciter. Et sic incontinentia attenditur circa concupiscentias delectationum tactus, sicut et intemperantia, ut supra dictum est de continentia. Et hoc modo incontinentia est peccatum, duplici ratione, uno modo, ex eo quod incontinens recedit ab eo quod est secundum rationem; alio modo, ex eo quod se immergit quibusdam turpibus delectationibus. Et ideo philosophus dicit, in VII Ethic., quod incontinentia vituperatur non solum sicut peccatum, quod scilicet est per recessum a ratione, sed sicut malitia quaedam, inquantum scilicet pravas concupiscentias sequitur. Alio modo incontinentia dicitur circa aliquid, proprie quidem, inquantum homo recedit ab eo quod est secundum rationem, sed non simpliciter, puta cum aliquis non servat modum rationis in concupiscentia honoris, divitiarum et aliorum huiusmodi, quae secundum se videntur esse bona; circa quae non est incontinentia simpliciter, sed secundum quid, sicut supra de continentia dictum est. Et sic incontinentia est peccatum, non ex eo quod aliquis ingerat se pravis concupiscentiis, sed eo quod non servat modum debitum rationis, etiam in concupiscentia rerum per se appetendarum. Tertio modo incontinentia dicitur esse circa aliquid non proprie, sed secundum similitudinem, puta circa concupiscentias eorum quibus non potest aliquis male uti, puta circa concupiscentias virtutum. Circa quas potest dici aliquis esse incontinens per similitudinem, quia sicut ille qui est incontinens totaliter ducitur per concupiscentiam malam, ita aliquis totaliter ducitur per concupiscentiam bonam, quae est secundum rationem. Et talis incontinentia non est peccatum, sed pertinet ad perfectionem virtutis.

II-II q. 156 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod homo potest vitare peccatum et facere bonum, non tamen sine divino auxilio, secundum illud Ioan. XV, *sine me nihil potestis facere*. Unde per hoc quod homo indiget divino auxilio ad hoc quod sit continens, non excluditur quin incontinentia sit peccatum, quia, ut dicitur in III Ethic., *quae per amicos possumus, aliqualiter per nos possumus*.

II-II q. 156 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod in eo qui est incontinens vincitur iudicium rationis, non quidem ex necessitate, quod auferret rationem peccati, sed ex negligentia quadam hominis non firmiter intendentis ad resistendum passioni per iudicium rationis quod habet.

II-II q. 156 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit de

CLVI.3. Zda nezdrželivý hřeší více než nemírný.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že nezdrželivý hřeší více než nemírný. Neboť tím tíženi se zdá někdo hřešiti, čím více jedná proti svědomí, podle onoho Luk. 12: "Služebník, znající vůli svého pána a nekonající, dostane mnoho ran," atd. Ale nezdrželivý zdá se jednati více proti svědomí než nemírný, poněvadž, jak se praví v VII. Ethic., nezdrželivý věda, jak jsou špatná, která žádá, nicméně jedná pro vášeň, avšak nemírný soudí, že ta, po nichž dychtí, jsou dobrá. Tedy nezdrželivý hřeší více než nemírný.

Mimo to, čím je některý hřích těžší, tím méně se zdá býti léčitelný. Proto také hříchy proti Duchu Svatému, které jsou nejtěžší, slují neodpustitelné. Ale hřích nezdrželivosti zdá se nevyléčitelnější než hřích nemírnosti; neboť něčí hřích je uzdravován napomenutím nebo pokáráním, což nezdá se prospívati nezdrželivému, který ví, že jedná špatně, a přece zle jedná. Avšak nemírnému se zdá, že jedná dobře, a tak by mu mohlo pomoci napomenutí. Tedy zdá se, že nezdrželivý hřeší tíženi než nemírný.

Mimo to, z čím větší záliby někdo hřeší, tím tíženi hřeší. Ale nezdrželivý hřeší z větší záliby než nemírný, poněvadž nezdrželivý má prudké vášně a dychtivosti, které nemá vždy nemírný. Tedy nezdrželivý hřeší více než nemírný.

Avšak proti jest, že nekajícnost přitěžuje každému hříchu. Pročež Augustin praví, O slov. Páně, že "nekajícnost je hřích proti Ducha Svatému". Ale, jak praví Filosof v VII. Ethic., "nemírný není schopen kajícnosti, neboť trvá na volbě; avšak každý nezdrželivý schopen kajícnosti je". Tedy nemírný hřeší tíženi než nezdrželivý.

Odpovídám: Musí se říci, že hřích podle Augustina, v kn. O dvou duších, pozůstává hlavně ve vůli, neboť "vůle jest, jíž se dobře žije a jíž se hřeší." A proto, kde je větší sklon vůle ke hřešení, tam je těžší hřích. V tom pak, kdo je nemírný, vůle se kloní !k hřešení z vlastní volby, která vychází z pohotovosti, nabyté návykem. Avšak v tom, kdo je nezdrželivý, vůle se kloní k hřešení z nějaké vášně. A poněvadž vášeň rychle přechází, pohotovost však jest jakost těžko hybná, odtud je, že nezdrželivý hned lituje, jakmile přešla vášeň, což se nepřihází u nemírného; ba raduje se, že hřešil, poněvadž konání hříchu se mu stalo sourodým podle pohotovosti. Proto o nich se praví Přísl. 2, že "se radují, když učinili zle a plesají v nejhorších věcech". Z čehož je patrné, že nemírný je mnohem horší než nezdrželivý, jak také praví Filosof, v VII. Ethic.

K prvnímu se tedy musí říci, že nevědomost rozumu někdy sice předchází sklonu žádosti a bývá jeho příčinou. A tak, incontinentia per similitudinem dicta, et non proprie.

3. De comparatione incontinentiae ad intemperantiam.

II-II q. 156 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod incontinens plus peccet quam intemperatus. Tanto enim aliquis videtur gravius peccare, quanto magis contra conscientiam agit, secundum illud Luc. XII, *servus sciens voluntatem domini sui et faciens digna plagis, vapulabit multis*. Sed incontinens magis videtur agere contra conscientiam quam intemperatus, quia, ut dicitur in VII Ethic., incontinens, sciens quoniam prava sunt quae concupiscit, nihilominus agit, propter passionem; intemperatus autem iudicat ea quae concupiscit esse bona. Ergo incontinens gravius peccat quam intemperatus.

II-II q. 156 a. 3 arg. 2

Praeterea, quanto aliquod peccatum gravius est, tanto videtur esse minus sanabile, unde et peccata in spiritum sanctum, quae sunt gravissima, dicuntur esse irremissibilia. Sed peccatum incontinentiae videtur esse insanabilius quam peccatum intemperantiae. Sanatur enim peccatum alicuius per admonitionem et correctionem, quae nihil videtur conferre incontinenti, qui scit se male agere, et nihilominus male agit, intemperato autem videtur quod bene agat, et sic aliquid ei conferre posset admonitio. Ergo videtur quod incontinens gravius peccet quam intemperatus.

II-II q. 156 a. 3 arg. 3

Praeterea, quanto aliquis ex maiori libidine peccat, tanto gravius peccat. Sed incontinens peccat ex maiori libidine quam intemperatus, quia incontinens habet vehementes concupiscentias, quas non semper habet intemperatus. Ergo incontinens magis peccat quam intemperatus.

II-II q. 156 a. 3 s. c.

Sed contra est quod impoenitentia aggravat omne peccatum, unde Augustinus, in libro de Verb. Dom., dicit quod impoenitentia est peccatum in spiritum sanctum. Sed sicut philosophus dicit, in VII Ethic., *intemperatus non est poenitivus, immanet enim electioni, incontinens autem omnis est poenitivus*. Ergo intemperatus gravius peccat quam incontinens.

II-II q. 156 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod peccatum, secundum Augustinum, praecipue in voluntate consistit, voluntas enim est qua peccatur et recte vivitur. Et ideo ubi est maior inclinatio voluntatis ad peccandum, ibi est gravius peccatum. In eo autem qui est intemperatus, voluntas inclinatur ad peccandum ex propria electione, quae procedit ex habitu per consuetudinem acquisito. In eo autem qui est incontinens, voluntas inclinatur ad peccandum ex aliqua passione. Et quia passio cito transit, habitus autem est qualitas difficile mobilis, inde est quod incontinens statim poenitet, transeunte passione, quod non accidit de intemperato, quinimmo gaudet se peccasse, eo quod operatio peccati est sibi facta connaturalis secundum habitum. Unde de his dicitur Proverb. II, quod *laetantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis*. Unde patet quod intemperatus est multo peior quam incontinens, ut etiam philosophus dicit, in VII Ethic.

II-II q. 156 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ignorantia intellectus

čím je větší nevědomost, tím více umenšuje hřích, nebo úplně omlouvá, pokud je příčinou nedobrovolného. Naopak jiným způsobem nevědomost rozumu následuje sklon žádosti. A taková nevědomost, čím je větší, tím těžší je hřích, poněvadž sklon žádosti se ukazuje větší. Avšak nevědomost, jak nezdrželivého, tak nemírného, pochází z toho, že žádost je k něčemu nakláněna buď vášní, jako u nezdrželivého, nebo pohotovosti, jako u nemírného. Avšak větší nevědomost z toho povstává v nemírném než v nezdrželivém. A to, jedním způsobem co do trvání, poněvadž v nezdrželivém trvá ona nevědomost pouze, pokud trvá vášeň, jako postup třídenní horečky, pokud trvá pobouření šťávy. Avšak nevědomost nemírného trvá stále pro stálost pohotovosti. Proto je podobna fthisi nebo kteréhokoli vleklé nemoci, jak praví Filosof, v VII. Ethic. Jiným pak způsobem je větší nevědomost nemírného vzhledem k tomu, co se nezná. Neboť nevědomost nezdrželivého se týká něčeho jednotlivého volitelného, pokud totiž myslí, že teď třeba toto voliti. Avšak nemírný má neznalost ohledně samého cíle, pokud totiž soudí, že je to dobré, aby nezřízeně sledoval dychtivosti. Proto Filosof, praví v VII. Ethic., že "nezdrželivý je lepší než nemírný, poněvadž je v něm zachován nejlepší počátek", totiž správné ocenění cíle.

K druhému se musí říci, že k uzdravení nezdrželivého nestačí pouhé poznání, nýbrž vyžaduje se vnitřní pomoc milosti, mírnící dychtivost; a užívá se také vnějšího prostředku napomenutí a pokárání, po nichž někdo začíná odporovati dychtivostem, čímž se dychtivost zeslabuje, jak bylo shora řečeno. A týmiž způsoby může býti uzdraven také nemírný. Ale toho vyléčiti je těžší pro dvojí. Z nichž první je se strany rozumu, který je pokažen ohledně oceňování posledního cíle, a má se jako počátek v důkazech. Avšak nesnadnější je přivésti k pravdě toho, který bloudí ohledně počátku, a podobně ve skutcích toho, kdo bloudí ohledně cíle. Jiné pak je se strany sklonu žádosti, který je v nemírném z pohotovosti, která se těžko odstraňuje. Avšak sklon nezdrželivého je se strany vášně, kterou lze snáze potlačiti.

K třetímu se musí říci, že záliba vůle, která zvětšuje hřích; je větší v nemírném než v nezdrželivém, jak je patrné z řečených. Ale záliba dychtivosti smyslové žádosti někdy je větší v nezdrželivém, poněvadž nezdrželivý nehřeší, leč z těžké dychtivosti, ale nemírný hřeší též z lehké dychtivosti, a někdy před ní. A proto Filosof praví v VII. Ethic., že "více káráme nemírného, poněvadž nikoli dychtiv, nebo dychtě klidně", to jest chabě, "jde za potěšeními. Neboť, co by činil, kdyby měl mladickou dychtivost?"

CLVI.4. Zda nezdrželivý hněvu je horší než nezdrželivý dychtivosti.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že nezdrželivý hněvu je horší než nezdrželivý dychtivosti. Neboť, čím obtížnější jest odporovati vášni, tím lehčí se zdá nezdrželivost. Proto Filosof praví v VII. Ethic.: "Neboť, dá-li se někdo přemoci silnými a nesmírnými potěšeními nebo smutky, není divné, quandoque quidem praecedit inclinationem appetitus, et causat eam. Et sic, quanto est maior ignorantia, tanto magis peccatum diminuit, vel totaliter excusat, inquantum causat involuntarium. Alio modo e converso ignorantia rationis sequitur inclinationem appetitus. Et talis ignorantia quanto est maior, tanto peccatum est gravius, quia ostenditur inclinatio appetitus esse maior. Ignorantia autem tam incontinentis quam intemperati provenit ex eo quod appetitus est in aliquid inclinatus, sive per passionem, sicut in incontinente; sive per habitum, sicut in intemperato. Maior autem ignorantia causatur ex hoc in intemperato quam in incontinente. Et uno quidem modo, quantum ad durationem. Quia in incontinente durat illa ignorantia solum passione durante, sicut accessio febris tertianae durat, durante commotione humoris. Ignorantia autem intemperati durat assidue, propter permanentiam habitus, unde assimilatur phthisicae, vel cuicumque morbo continuo, ut philosophus dicit, in VII Ethic. Alio autem modo est maior ignorantia intemperati, quantum ad id quod ignoratur. Nam ignorantia incontinentis attenditur quantum ad aliquod particulare eligibile, prout scilicet aestimat hoc nunc esse eligendum, sed intemperatus habet ignorantiam circa ipsum finem, inquantum scilicet iudicat hoc esse bonum, ut irrefrenate concupiscentias sequatur. Unde philosophus, in VII Ethic., dicit quod incontinens est melior intemperato, quia salvatur in eo optimum principium, scilicet recta existimatio de fine.

II-II q. 156 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod ad sanationem incontinentis non sufficit sola cognitio, sed requiritur interius auxilium gratiae concupiscentiam mitigantis, et adhibetur etiam exterius remedium admonitionis et correctionis, ex quibus aliquis incipit concupiscentiis resistere, ex quo concupiscentia debilitatur, ut supra dictum est. Et iisdem etiam modis potest sanari intemperatus, sed difficilior est eius sanatio, propter duo. Quorum primum est ex parte rationis, quae corrupta est circa aestimationem ultimi finis, quod se habet sicut principium in demonstrativis, difficilius autem reducitur ad veritatem ille qui errat circa principium, et similiter in operativis ille qui errat circa finem. Aliud autem est ex parte inclinationis appetitus, quae in intemperato est ex habitu, qui difficile tollitur, inclinatio autem incontinentis est ex passione, quae facilius reprimi potest.

II-II q. 156 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod libido voluntatis, quae auget peccatum, maior est in intemperato quam in incontinente, ut ex dictis patet. Sed libido concupiscentiae appetitus sensitivi quandoque maior est in incontinente, quia incontinens non peccat nisi a gravi concupiscentia; sed intemperatus etiam ex levi concupiscentia peccat, et quandoque eam praevenit. Et ideo philosophus dicit, in VII Ethic., quod magis intemperatum vituperamus, quia non concupiscens, vel quiete, idest remisse concupiscens, persequitur delectationes. Quid enim faceret si adesset concupiscentia iuvenilis?

4. Quis sit turpior: utrum incontinens irae vel incontinens concupiscentiae.

II-II q. 156 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod incontinens irae sit peior quam incontinens concupiscentiae. Quanto enim difficilius est resistere passioni, tanto incontinentia

nýbrž odpustitelné." Ale, jak pravil Heraklitus, "nesnadnější je bojovati proti dychtivosti než proti hněvu". Tedy lehčí je nezdrželivost dychtivosti než nezdrželivost hněvu.

Mimo to, jestliže vášeň pro svou prudkost úplně odejme úsudek rozumu, úplně to někoho omlouvá od hříchu, jak je patrné v tom, kdo z vášně upadl do zuřivosti,. Ale více zůstává z úsudku rozumu v tom, kdo je nezdrželivý hněvu, než v tom, kdo je nezdrželivý dychtivosti, neboť rozhněvaný nějak poslouchá rozumu, ne však nezdrželivý, jak je patrné z Filosof a, v VII. Ethic. Tedy nezdrželivý hněvu je horší než nezdrželivý dychtivosti.

Mimo to, tím je některý hřích těžší, čím je nebezpečnější. Ale nezdrželivost hněvu zdá se nebezpečnější, poněvadž přivádí člověka k většímu hříchu, totiž k vraždě, což je těžší hřích než cizoložství, k němuž přivádí nezdrželivost dychtivosti. Tedy nezdrželivost hněvu je těžší než nezdrželivost dychtivosti.

Avšak proti jest, co praví Filosof v VII. Ethic., že méně hanebná je nezdrželivost hněvu než nezdrželivost dychtivosti.

Odpovídám: Musí se říci, že hřích nezdrželivosti lze pozorovati dvojmo. Jedním způsobem se strany vášně, od níž je rozum přemáhán. A tak nezdrželivost dychtivosti je hanebnější než nezdrželivost hněvu, poněvadž hnutí nezdrželivosti má větší nespořádanost než hnutí hněvu.

A to pro čtveré, čehož se dotýká Filosof v VII. Ethic. A to nejprve, poněvadž hnutí hněvu má poněkud účast rozumu, pokud totiž rozhněvaný tíhne k pomstění bezpráví sobě učiněného, což nějak rozum velí; ale ne dokonale, poněvadž nezamýšlí patřičný způsob pomsty. Ale hnutí dychtivosti je úplně podle smyslu, a žádným způsobem podle rozumu. - Za druhé, poněvadž hnutí hněvu spíše sleduje složení těla pro rychlost pohybu žluči, která tíhne k hněvu. Proto je více nasnadě, že se rozhněvá ten, kdo. je podle složení těla uzpůsoben k hněvu, než že dychtí ten, kdo je uzpůsoben k dychtění. Pročež také častěji se rodí z hněvivých hněviví než z dychtivých dychtiví. Avšak co pochází z přirozeného uzpůsobení těla, pokládá se za hodnější odpuštění. - Za třetí, poněvadž hněv hledá zjevné jednání, ale dychtivost hledá skrýše a lstivě se vplíží. - Za čtvrté, poněvadž dychtivý jedná s potěšením, kdežto hněvivý jako donucen nějakým předchozím smutkem.

Jiným způsobem lze pozorovati hřích nezdrželivosti co do zla, do něhož někdo upadne, odstoupiv od rozumu. A tak nezdrželivost hněvu je nejčastěji těžší, poněvadž vede k těm, která jsou na škodu bližnímu.

K prvnímu se tedy musí říci, že je nesnadnější ustavičně bojovati proti dychtivostem než proti hněvu, poněvadž videtur esse levior, unde philosophus dicit, in VII Ethic., *non enim, si quis a fortibus et superexcellentibus delectationibus vincitur vel tristitiis, est admirabile, sed condonabile. Sed, sicut Heraclitus dixit, difficilius est pugnare contra concupiscentiam quam contra iram*. Ergo levior est incontinentia concupiscentiae quam incontinentia irae.

II-II q. 156 a. 4 arg. 2

Praeterea, si passio per suam vehementiam totaliter auferat iudicium rationis, omnino excusatur aliquis a peccato, sicut patet in eo qui incidit ex passione in furiam. Sed plus remanet de iudicio rationis in eo qui est incontinens irae, quam in eo qui est incontinens concupiscentiae, *iratus enim aliqualiter audit rationem, non autem concupiscens*, ut patet per philosophum, in VII Ethic. Ergo incontinens irae est peior quam incontinens concupiscentiae.

II-II q. 156 a. 4 arg. 3

Praeterea, tanto aliquod peccatum videtur esse gravius, quanto est periculosius. Sed incontinentia irae videtur esse periculosior, quia perducit hominem ad maius peccatum, scilicet ad homicidium, quod est gravius peccatum quam adulterium, ad quod perducit incontinentia concupiscentiae. Ergo incontinentia irae est gravior quam incontinentia concupiscentiae.

II-II q. 156 a. 4 s. c.

Sed contra est quod philosophus dicit, in VII Ethic., quod *minus turpis est incontinentia irae quam incontinentia concupiscentiae*.

II-II q. 156 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod peccatum incontinentiae potest dupliciter considerari. Uno modo, ex parte passionis ex qua ratio superatur. Et sic incontinentia concupiscentiae est turpior quam incontinentia irae, quia motus concupiscentiae habet maiorem inordinationem quam motus irae. Et hoc propter quatuor, quae philosophus tangit in VII Ethic. Primo quidem, quia motus irae participat aliqualiter ratione, inquantum scilicet iratus tendit ad vindicandum iniuriam sibi factam, quod aliqualiter ratio dictat, sed non perfecte, quia non intendit debitum modum vindictae. Sed motus concupiscentiae totaliter est secundum sensum, et nullo modo secundum rationem. Secundo, quia motus irae magis consequitur corporis complexionem, propter velocitatem motus cholerae, quae intendit ad iram. Unde magis est in promptu quod ille qui est secundum complexionem corporis dispositus ad irascendum, irascatur, quam quod ille qui est dispositus ad concupiscendum, concupiscat. Unde etiam frequentius ex iracundis nascuntur iracundi quam ex concupiscentibus concupiscentes. Quod autem provenit ex naturali corporis dispositione, reputatur magis venia dignum. Tertio, quia ira quaerit manifeste operari. Sed concupiscentia quaerit latebras, et dolose subintrat. Quarto, quia concupiscens delectabiliter operatur, sed iratus quasi quadam tristitia praecedente coactus. Alio modo potest considerari peccatum incontinentiae quantum ad malum in quod quis incidit a ratione discedens. Et sic incontinentia irae est, ut plurimum, gravior, quia ducit in ea quae pertinent ad proximi nocumentum.

II-II q. 156 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod difficilius est assidue

dychtivost je více trvalá. Ale na chvíli je těžší odporovati hněvu pro jeho nápor.

K druhému se musí říci, že dychtivost sluje bez rozumu, ne že by úplně odnímala užívání rozumu, nýbrž poněvadž v ničem nepostupuje podle úsudku rozumu. A proto je hanebnější.

K třetímu se musí říci, že onen důvod platí se strany těch, do nichž je nezdrželivý přiváděn.

CLVII. O vlídnosti a tichosti.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom se má uvažovati o vlídnosti a tichosti a protilehlých nectestech.

O samých pak ctnostech jsou čtyři, otázky.

1. Zda vlídnost a tichost jsou totéž.
2. Zda každá z nich je ctnost.
3. Zda každá z nich je část mírnosti.
4. O srovnávání jich s jinými ctnostmi.

CLVII.1. Zda vlídnost a tichost jsou zcela totéž.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že vlídnost a tichost jsou zcela totéž. Neboť tichost mírní hněvy, jak praví Filosof, ve IV. Ethic. Hněv však je žádost pomsty. Poněvadž tedy vlídnost je "umírněnost vyššího k nižšímu ve stanovení trestů", jak praví Seneka, v II. O vlídnosti, tresty se pak děje pomsta, zdá se, že vlídnost a tichost jsou totéž.

Mimo to Tullius praví v II. Rhetor., že "vlídnost je ctnost, jíž duch, nerozvážně popuzený k nenávisti někoho, dobrotivostí je zdržován." A tak se zdá, že vlídnost mírní nenávist. Ale příčinou nenávisti, jak praví Augustin, je hněv, na nějž je tichost a vlídnost. Tedy se zdá, že vlídnost a tichost jsou zcela totéž.

Mimo to táž nectest není protivou různých ctností. Ale táž nectest je proti tichosti a vlídnosti, totiž krutost. Tedy se zdá, že tichost a vlídnost jsou zcela totéž.

Avšak proti jest, že podle řečeného výměru Senekova "vlídnost jest umírněnost vyššího k nižšímu". Ale tichost jest nejen vyššího k nižšímu, nýbrž kohokoli ke komukoliv. Tedy tichost a vlídnost nejsou zcela totéž.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak se praví v II. Ethic., mravní ctnost jest ohledně vášní a činností. Avšak vnitřní vášně jsou počátky vnějších činností, nebo též překážkami. A proto ctnosti, které řídí vášně, jaksi se sbíhají k témuž účinku se ctnostmi, které řídí činnosti, třebaže se druhově liší; jako spravedlnosti vlastně patří zdržovati člověka od pugnare contra delectationem quam contra iram, quia concupiscentia est magis continua, sed ad horam difficilius est resistere irae, propter eius impetum.

II-II q. 156 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod concupiscentia dicitur esse sine ratione, non quia totaliter auferat iudicium rationis, sed quia in nullo procedit secundum iudicium rationis. Et ex hoc est turpior.

II-II q. 156 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit ex parte eorum in quae incontinens deducitur.

157. De clementia et mansuetudine quae sunt partes temperantiae.

Prooemium

II-II q. 157 pr.

Deinde considerandum est de clementia et mansuetudine, et vitiis oppositis. Circa ipsas autem virtutes quaeruntur quatuor. Primo, utrum clementia et mansuetudo sint idem. Secundo, utrum utraque earum sit virtus. Tertio, utrum utraque earum sit pars temperantiae. Quarto, de comparatione earum ad alias virtutes.

1. Utrum clementia et mansuetudo sint idem.

II-II q. 157 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod clementia et mansuetudo sint penitus idem. Mansuetudo enim est moderativa irarum, ut philosophus dicit, in IV Ethic. Ira autem est appetitus vindictae. *Cum ergo clementia sit lenitas superioris adversus inferiorem in constituendis poenis*, ut Seneca dicit, in II de clementia; per poenas autem fit vindicta, videtur quod clementia et mansuetudo sint idem.

II-II q. 157 a. 1 arg. 2

Praeterea, Tullius dicit, in II Rhet., quod *clementia est virtus per quam animus concitatus in odium alicuius, benignitate retinetur*, et sic videtur quod clementia sit moderativa odii. Sed odium, ut Augustinus dicit, causatur ab ira, circa quam est mansuetudo. Ergo videtur quod mansuetudo et clementia sint idem.

II-II q. 157 a. 1 arg. 3

Praeterea, idem vitium non contrariatur diversis virtutibus. Sed idem vitium opponitur mansuetudini et clementiae, scilicet crudelitas. Ergo videtur quod mansuetudo et clementia sint penitus idem.

II-II q. 157 a. 1 s. c.

Sed contra est quod secundum praedictam definitionem Senecae, clementia est lenitas superioris adversus inferiorem. Mansuetudo autem non solum est superioris ad inferiorem, sed cuiuslibet ad quemlibet. Ergo mansuetudo et clementia non sunt penitus idem.

II-II q. 157 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dicitur in II Ethic., virtus moralis consistit circa passiones et actiones. Passiones autem interiores sunt actionum exteriorum principia, aut etiam impedimenta. Et ideo virtutes quae moderantur passiones quodammodo concurrunt in

krádeže, k níž je někdo nakloněn nespořádanou láskou nebo dychtivostí peněz, která je řízena štědrostí. A proto štědrost se sbíhá se ‚spravedlností v tom účinku, jenž je zdržovati od krádeže. A to třeba také uvážiti v projednávaném. Neboť z vášně hněvu je někdo puzen k tonu, aby uložil těžší trest; k vlídnosti pak patří přímo, alby zmenšovala tresty, čemuž by mohl brániti nadbytek hněvu. A proto tichost, pokud krotí nával hněvu, sbíhá se k témuž účinku s vlídností. Avšak liší se navzájem, pokud vlídnost mírní vnější trestání, tichost pak vlastně zmenšuje vášeň hněvu.

K prvnímu se tedy musí říci, že tichost vlastně přihlíží k samé žádosti pomsty, ale vlídnost má zřetel k samým trestům, kterých se zevně užívá k pomstě.

K druhému se musí říci, že cit člověka je nakloněn k umenšování těch, která se o sobě člověku nelíbí. Z toho pak, že někoho miluje, pochází, že jeho trest o sobě se mu nelíbí, nýbrž pouze v zařízení k jinému, totiž ke spravedlnosti nebo k nápravě toho, kdo je trestán. A proto pochází z lásky, že někdo jest ochoten zmenšiti tresty, což patří k vlídnosti, a z nenávisti se takovému zmenšení brání. A proto Tullius praví, že "duch popuzený k nenávisti," totiž k těžšímu trestání, "vlídností je zdržován", aby totiž neuložil přísnější trest; ne že vlídnost přímo mírní nenávist, nýbrž trest.

K třetímu se musí říci, že tichosti, která je přímo ohledně hněvů, vlastně je protilehlá nectest hněvivosti, která obnáší nadbytek hněvu, kdežto krutost obnáší nadbytek v trestání. Pročež ‚praví Seneka, v II. O vlídnosti, že "krutými jsou nazývání, kteří mají příčinu trestání, nemají však míry". Které však o sobě těší trestati lidi i bez příčiny, ti mohou slouti surovi nebo divocí, jako nemající lidského citu, z něhož přirozeně jeden člověk miluje druhého člověka.

CLVII.2. Zda je ctnost jak vlídnost, tak tichost.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že ani vlídnost, ani tichost není ctnost. Neboť žádná ctnost není protilehlá druhé. Ale zdá se, že obě jsou protilehlé přísnosti, která je nějaká ctnost. Tedy ani vlídnost, ani tichost není ctnost.

Mimo to ctnost se porušuje nadbytečným a zmenšeným. Ale jak vlídnost, tak tichost pozůstává v jakémsi zmenšení; neboť vlídnost zmenšuje tresty, tichost pak zmenšuje hněvy. Tedy ani vlídnost, ani tichost není ctnost.

Mimo to tichost nebo umírněnost klade se Mat. 5 mezi blahoslavenství, a Gal. 5 mezi plody. Ale ctnosti se liší jak od blahoslavenství, tak od plodů. Tedy nejsou obsaženy pod ctností.

eundem effectum cum virtutibus quae moderantur actiones, licet specie differant. Sicut ad iustitiam proprie pertinet cohibere hominem a furto, ad quod aliquis inclinatur per inordinatum amorem vel concupiscentiam pecuniae, quae moderantur per liberalitatem, et ideo liberalitas concurrit cum iustitia in hoc effectu qui est abstinere a furto. Et hoc etiam considerandum est in proposito. Nam ex passione irae provocatur aliquis ad hoc quod graviorem inferat poenam. Ad clementiam autem pertinet directe quod sit diminutiva poenarum, quod quidem impediri posset per excessum irae. Et ideo mansuetudo, inquantum refrenat impetum irae, concurrit in eundem effectum cum clementia. Differunt tamen ab invicem, inquantum clementia est moderativa exterioris punitionis, mansuetudo autem proprie diminuit passionem irae.

II-II q. 157 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod mansuetudo proprie respicit ipsum vindictae appetitum. Sed clementia respicit ipsas poenas quae exterius adhibentur ad vindictam.

II-II q. 157 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod affectus hominis inclinatur ad minorationem eorum quae homini per se non placent. Ex hoc autem quod aliquis amat aliquem, contingit quod non placet ei per se poena eius, sed solum in ordine ad aliud, puta ad iustitiam, vel ad correctionem eius qui punitur. Et ideo ex amore provenit quod aliquis sit promptus ad diminuendum poenas, quod pertinet ad clementiam, et ex odio impeditur talis diminutio. Et propter hoc Tullius dicit quod animus concitatus in odium, scilicet ad gravius puniendum, per clementiam retinetur, ne scilicet acriorem poenam inferat, non quod clementia sit directe odii moderativa, sed poenae.

II-II q. 157 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod mansuetudini, quae est directe circa iras proprie opponitur vitium iracundiae, quod importat excessum irae. Sed crudelitas importat excessum in puniendo. Unde dicit Seneca, in II de Clem., quod *crudeles vocantur qui puniendi causam habent, modum non habent*. Qui autem in poenis hominum propter se delectantur, etiam sine causa, possunt dici saevi vel feri, quasi affectum humanum non habentes, ex quo naturaliter homo diligit hominem.

2. Utrum utraque earum sit virtus.

II-II q. 157 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod neque clementia neque mansuetudo sit virtus. Nulla enim virtus alteri virtuti opponitur. Sed utraque videtur opponi severitati, quae est quaedam virtus. Ergo neque clementia neque mansuetudo est virtus.

II-II q. 157 a. 2 arg. 2

Praeterea, virtus corrumpitur per superfluum et diminutum. Sed tam clementia quam mansuetudo in diminutione quadam consistunt, nam clementia est diminutiva poenarum, mansuetudo autem est diminutiva irae. Ergo neque clementia neque mansuetudo est virtus.

II-II q. 157 a. 2 arg. 3

Praeterea, mansuetudo, sive mititas, ponitur, Matth. V, inter beatitudines; et inter fructus, Galat. V. Sed virtutes differunt et a beatitudinibus et a fructibus. Ergo non

Avšak proti jest, co praví Seneka v II. O vlídnosti: "Vlídnost a tichost poskytnou všichni dobří mužové." Ale ctnost vlastně patří dobrým mužům, neboť "ctnost je, která činí dobrým majícího a jeho dílo činí dobrým", jak se praví v II. Ethic. Tedy vlídnost a tichost jsou ctnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že pojem mravní ctnosti pozůstává v tom, že žádost je poddána rozumu, jak je patrné z Filosofa, v I. Ethic. Avšak to je zachováno jak ve vlídnosti, tak v tichosti; neboť vlídnost, zmenšující tresty, vzhlédá k rozumu, jak praví Seneka v II. O vlídnosti. Z čehož je zjevné, že jak vlídnost, tak tichost je ctnost.

K prvnímu se tedy musí říci, že tichost není přímo proti přísnosti; neboť tichost je ohledně hněvů, přísnost však se vidí při vnějším uvalení trestů. Pročež podle toho by se zdála více protilehlá vlídnosti, která se také pozoruje ohledně vnějšího trestání, jak by o řečeno. Není však protilehlá, poněvadž obě jsou podle správného rozumu. Neboť přísnost je neoblomná ohledně uložení trestů, když toho vyžaduje správný rozum, vlídnost pak zmenšuje tresty také podle správného rozumu, když je totiž třeba a v čem je třeba. A proto nejsou protilehlé, poněvadž nejsou ohledně téhož.

K druhému se musí říci, že podle Filosofa, ve IV. Ethic., pohotovost, která udržuje střed ve hněvu, je nejmenovaná. A proto ctnost má jméno od zmenšování hněvu, které jest označeno jménem tichosti, poněvadž ctnost je bližší zmenšení než nadbývání, protože člověku je přirozenější žádati pomstění způsobených bezpráví, než od toho upouštěti, poněvadž sotva se někomu zdají příliš malá bezpráví jemu způsobená, jak praví Salustius. Vlídnost pak zmenšuje tresty, ne sice v tom, co je podle správného rozumu, nýbrž v tom, co je podle obecného zákona, k němuž přihlíží zákonná spravedlnost. Ale pro uvážení nějakých zvláštností zmenšuje vlídnost tresty, jakožto rozhodující, že člověk nemá býti trestán více. Proto Seneka praví v II. O vlídnosti: "Vlídnost dává nejprve to, že prohlásí, že ti, jež propouští, neměli nic jiného trpěti; odpuštění pak je prominutí povinného trestu." Z čehož je patrné, že vlídnost se přirovnává k přísnosti, jako epikeia k zákonné spravedlnosti, jejíž částí je přísnost vzhledem k uložení trestu podle zákona. Avšak vlídnost se liší od epikeie, jak bude řečeno níže.

K třetímu se musí říci, že blahoslavenství jsou úkony ctností, plody pak jsou potěšení z úkonů ctností. A tedy nic nepřekáží, aby se tichost udávala i za ctnost, i za blahoslavenství, i za plod.

continetur sub virtute.

II-II q. 157 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Seneca dicit, in II de Clem., *clementiam et mansuetudinem omnes boni viri praestabunt*. Sed virtus est proprie quae pertinet ad bonos viros, nam *virtus est quae bonum facit habentem, et opus eius bonum reddit*, ut dicitur in II Ethic. Ergo clementia et mansuetudo sunt virtutes.

II-II q. 157 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod ratio virtutis moralis consistit in hoc quod appetitus rationi subdatur, ut patet per philosophum, in I Ethic. Hoc autem servatur tam in clementia quam in mansuetudine, nam clementia in diminuendo poenas aspicit ad rationem, ut Seneca dicit, in II de Clem.; similiter etiam mansuetudo secundum rationem rectam moderatur iras, ut dicitur in IV Ethic. Unde manifestum est quod tam clementia quam mansuetudo est virtus.

II-II q. 157 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod mansuetudo non directe opponitur severitati, nam mansuetudo est circa iras, severitas autem attenditur circa exteriorem inflictionem poenarum. Unde secundum hoc, videretur magis opponi clementiae, quae etiam circa exteriorem punitionem consideratur, ut dictum est. Non tamen opponitur, eo quod utrumque est secundum rationem rectam. Nam severitas inflexibilis est circa inflictionem poenarum quando hoc recta ratio requirit, clementia autem diminutiva est poenarum etiam secundum rationem rectam, quando scilicet oportet, et in quibus oportet. Et ideo non sunt opposita, quia non sunt circa idem.

II-II q. 157 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod, secundum philosophum, in IV Ethic., *habitus qui medium tenet in ira, est innominatus; et ideo virtus nominatur a diminutione irae, quae significatur nomine mansuetudinis*, eo quod virtus propinquior est diminutioni quam superabundantiae, propter hoc quod naturalius est homini appetere vindictam iniuriarum illatarum quam ab hoc deficere; quia *vix alicui nimis parvae videntur iniuriae sibi illatae*, ut dicit Sallustius. Clementia autem est diminutiva poenarum, non quidem in respectu ad id quod est secundum rationem rectam, sed in respectu ad id quod est secundum legem communem, quam respicit iustitia legalis, sed propter aliqua particularia considerata, clementia diminuit poenas, quasi decernens hominem non esse magis puniendum. Unde dicit Seneca, in II de Clem., *clementia hoc primum praestat, ut quos dimittit, nihil aliud illos pati debuisse pronuntiat, venia vero debitae poenae remissio est*. Ex quo patet quod clementia comparatur ad severitatem sicut epieikeia ad iustitiam legalem, cuius pars est severitas quantum ad inflictionem poenarum secundum legem. Differt tamen clementia ab epieikeia, ut infra dicetur.

II-II q. 157 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod beatitudines sunt actus virtutum, fructus autem sunt delectationes de actibus virtutum. Et ideo nihil prohibet mansuetudinem poni et virtutem et beatitudinem et fructum.

CLVII.3. Zda řečené ctnosti jsou části mírnosti.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že řečené ctnosti nejsou části mírnosti. Neboť vlídnost umenšuje tresty, jak bylo řečeno. Ale toto přiděluje Filosof, v V. Ethic., epikei, která patří ke spravedlnosti, jak jsme měli shora. Tedy zdá se, že vlídnost není část mírnosti.

Mimo to mírnost je ohledně dychtivostí. Avšak tichost a vlídnost neznají zřetel k dychtivostem, nýbrž spíše ke hněvu a pomstě. Nemají se tedy udávati za části mírnosti.

Mimo to Seneka praví v II. O vlídnosti: "komu je surovost rozkoší, můžeme to nazvati šílení." To je však proti vlídnosti a tichosti. Poněvadž tedy šílení je protilehlé opatrnosti, zdá se, že vlídnost a tichost jsou spíše části opatrnosti než mírnosti.

Avšak proti jest, co praví Seneka v II. O mírnosti, že "vlídnost je mírnost ducha v možnosti pomsty". Tullius také udává vlídnost za část mírnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že v řečených druzích nemá se na mysli hlavně čas, nýbrž náchylnost člověka k hněvu nebo pevnost ve hněvu.

K druhému se musí říci, že obojí, totiž zahořklí a obtížní, mají dlouhotrvající hněv, ale z jiné příčiny. Neboť zahořklí mají trvalý hněv pro trvalost smutku, který chovají uzavřený v nitru. A poněvadž nepropukají ve vnější známky hněvivosti, nemohou býti od jiných přesvědčeni, ani. ze sebe neustupují od hněvu, leč pokud dlouhou dobou zaniká smutek, a tak přestává hněv. Ale v obtížných je dlouho trvající hněv pro prudkou touhu po mstě. A proto časem nebývá stráven, ale ustává pouze po potrestání.

K třetímu se musí říci, že stupně hněvu, které klade Pán, nepatří k různým druhům hněvu, nýbrž jsou brány podle postupu lidského úkonu. V tom pak je něco nejprve pojato v srdci; a vzhledem k tomu praví.: "Kdo se hněvá na svého bratra." Druhé pak je, když nějakými vnějšími známkami je zjevován navenek, také než propukne v účinek; a vzhledem k tomu praví: "Kdo řekne bratru svému racha," což je výkřik rozhněvaného. Třetí stupeň je, když hřích uvnitř pojatý, je přiveden k účinku. Účinek pak hněvu je poškození jiného pod pojmem msty. Nejmenší však škoda je, která nastane pouhým slovem. A proto vzhledem k tomu praví: "Kdo řekne bratru svému, blázne." A tak je patrné, že druhé přidává k prvnímu, a třetí k oběma. Proto, je-li první smrtelný hřích v případě, o němž mluví Pán, jak bylo řečeno, tím více jiná. A proto jednotlivým z nich se udávají protějšky, patřící k zavržení, Ale v prvním se

Sed contra est quod Gregorius Nyssenus dicit quod tres sunt irascibilitatis species, scilicet ira quae vocatur fellea; et mania, quae dicitur insania; et furor. Quae tria videntur esse eadem tribus praemissis, nam iram felleam dicit esse quae principium et motum habet, quod philosophus attribuit acutis; maniam vero dicit esse iram quae permanet et in vetustatem devenit, quod philosophus attribuit amaris; furorem autem dicit esse iram quae observat tempus in supplicium, quod philosophus attribuit difficilibus. Et eandem etiam divisionem ponit Damascenus, in II libro. Ergo praedicta philosophi distinctio est conveniens.

II-II q. 158 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod praedicta distinctio potest referri vel ad passionem irae, vel etiam ad ipsum peccatum irae. Quomodo autem referatur ad passionem irae, supra habitum est, cum de passione irae ageretur. Et sic praecipue videtur poni a Gregorio Nysseno et Damasceno. Nunc autem oportet accipere distinctionem harum specierum secundum quod pertinent ad peccatum irae, prout ponitur a philosopho. Potest enim inordinatio irae ex duobus attendi. Primo quidem, ex ipsa irae origine. Et hoc pertinet ad acutos, qui nimis cito irascuntur, et ex qualibet levi causa. Alio modo, ex ipsa irae duratione, eo scilicet quod ira nimis perseverat. Quod quidem potest esse dupliciter. Uno modo, quia causa irae, scilicet iniuria illata, nimis manet in memoria hominis, unde ex hoc homo diutinam tristitiam concipit; et ideo sunt sibi ipsis graves et amari. Alio modo contingit ex parte ipsius vindictae, quam aliquis obstinato appetitu quaerit et hoc pertinet ad difficiles sive graves, qui non dimittunt iram quousque puniant.

II-II q. 158 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod in speciebus praedictis non principaliter consideratur tempus, sed facilitas hominis ad iram, vel firmitas in ira.

II-II q. 158 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod utrique, scilicet amari et difficiles, habent iram diuturnam, sed propter aliam causam. Nam amari habent iram permanentem propter permanentiam tristitiae, quam interius tenent clausam, et quia non prorumpunt ad exteriora iracundiae signa, non possunt persuaderi ab aliis; nec ex seipsis recedunt ab ira, nisi prout diuturnitate temporis tristitia aboletur, et sic deficit ira. Sed in difficilibus est ira diuturna propter vehemens desiderium vindictae. Et ideo tempore non digeritur, sed per solam punitionem quiescit.

II-II q. 158 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod gradus irae quos dominus ponit, non pertinent ad diversas irae species, sed accipiuntur secundum processum humani actus. In quibus primo aliquid in corde concipitur. Et quantum ad hoc dicit, *qui irascitur fratri suo*. Secundum autem est cum per aliqua signa exteriora manifestatur exterius, etiam antequam prorumpat in effectum. Et quantum ad hoc dicit, *qui dixerit fratri suo, raca*, quod est interiectio irascentis. Tertius gradus est quando peccatum interius conceptum ad effectum perducitur. Est autem effectus irae nocumentum alterius sub ratione vindictae. Minimum autem nocumentorum est quod fit solo verbo. Et ideo quantum ad hoc dicit, *qui dixerit fratri suo, fatue*. Et sic patet quod secundum addit supra primum, et tertium

udává soud, což je menší, poněvadž, jak praví Augustin, v kn. I. O řeči Páně na hoře: "v soudu je ještě dáno místo obhajobě". V druhém pak se udává rada, v níž se soudcové mezi sebou dohodují, jakým trestem třeba odsouditi. Ve třetím udává peklo ohňové, které je jisté zavržení.

CLVIII.6. Zda hněv je hlavní neřest.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že hněv nemá býti kladen mezi hlavní neřesti. Neboť hněv se rodí ze smutku. Ale smutek je hlavní neřest, která se nazývá nechuť. Tedy hněv nemá býti udáván za hlavní neřest.

Mimo to nenávist je těžší hřích než hněv. Tedy spíše má býti udávána za hlavní neřest než hněv.

Mimo to, k onomu Přísl. 29, 'Muž hněvivý vyvolává vády', praví Glossa: "Hněvivost je brána všech neřestí; zavření ji daruje pokoj ctnostem uvnitř, Otevření však vyzbrojí ducha ke každému zločinu." Avšak žádná hlavní neřest není původem všech hříchů, nýbrž některých určitých. Tedy hněv se nemá klásti mezi hlavní neřesti.

Avšak proti jest, že Řehoř klade hněv mezi hlavní neřesti, XXXI. Moral.

Odpovídám: Musí se říci, jak je patrné z předeslaných, hlavní neřest se nazývá, z níž vzniká mnoho neřestí. Avšak hněv to má, že z něho může vzniknouti mnoho neřestí, z dvojího důvodu. Nejprve se strany jeho předmětu, který má mnoho z rázu žádoucího, pokud totiž msta je žádána pod pojmem spravedlivého nebo počestného, jež svou hodnotou vábí, jak jsme měli shora. Jiným způsobem z jeho náporu. jímž strhuje mysl ke konání všech nezřízeností. Z čehož je zjevné, že hněv je hlavní neřest.

K prvnímu se tedy musí říci, že onen smutek, z něhož vzniká hněv, nejčastěji není neřest nechuti, nýbrž vášeň smutku, která následuje z učiněného bezpráví.

K druhému se musí říci, že, jak je patrné ze shora řečených, k pojmu hlavní neřesti patří, aby měla cíl velmi žádoucný, aby tak pro žádost jeho bylo pácháno mnoho hříchu. Avšak hněv, který žádá zlo pod pojmem dobra, má cíl žádoucnější než nenávist, která žádá zlo pod pojmem zla. A proto spíše hněv je hlavní neřest než nenávist.

K třetímu se musí říci, že hněv se nazývá branou neřestí případově, totiž odklízením překážky, to jest, překážením soudu rozumu, jímž je člověk oddalován od zla. Avšak přímo a o sobě je příčinou některých zvláštních hříchů, které slují jeho dcery.

supra utrumque. Unde si primum est peccatum mortale, in casu in quo dominus loquitur, sicut dictum est, multo magis alia. Et ideo singulis eorum ponuntur correspondentia aliqua pertinentia ad condemnationem. Sed in primo ponitur iudicium, quod minus est, quia, ut Augustinus dicit, in iudicio adhuc defensionis locus datur. In secundo vero ponit Concilium, in quo iudices inter se conferunt quo supplicio damnari oporteat. In tertio ponit Gehennam ignis, quae est certa damnatio.

6. Utrum ira sit vitium capitale.

II-II q. 158 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod ira non debeat poni inter vitia capitalia. Ira enim ex tristitia nascitur. Sed tristitia est vitium capitale, quod dicitur acedia. Ergo ira non debet poni vitium capitale.

II-II q. 158 a. 6 arg. 2

Praeterea, odium est gravius peccatum quam ira. Ergo magis debet poni vitium capitale quam ira.

II-II q. 158 a. 6 arg. 3

Praeterea, super illud Proverb. XXIX, vir iracundus provocat rixas, dicit Glossa, *ianua est omnium vitiorum iracundia, qua clausa, virtutibus intrinsecus dabitur quies; aperta, ad omne facinus armabitur animus*. Nullum autem vitium capitale est principium omnium peccatorum, sed quorundam determinate. Ergo ira non debet poni inter vitia capitalia.

II-II q. 158 a. 6 s. c.

Sed contra est quod Gregorius, XXXI Moral., ponit iram inter vitia capitalia.

II-II q. 158 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod, sicut ex praemissis patet, vitium capitale dicitur ex quo multa vitia oriuntur. Habet autem hoc ira, quod ex ea multa vitia oriri possint, duplici ratione. Primo, ex parte sui obiecti, quod multum habet de ratione appetibilitatis, inquantum scilicet vindicta appetitur sub ratione iusti et honesti, quod sua dignitate allicit, ut supra habitum est. Alio modo, ex suo impetu, quo mentem praecipitat ad inordinata quaecumque agenda. Unde manifestum est quod ira est vitium capitale.

II-II q. 158 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod illa tristitia ex qua oritur ira, ut plurimum, non est acediae vitium, sed passio tristitiae, quae consequitur ex iniuria illata.

II-II q. 158 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut ex supra dictis patet, ad rationem vitii capitalis pertinet quod habeat finem multum appetibilem, ut sic propter appetitum eius multa peccata committantur. Ira autem, quae appetit malum sub ratione boni, habet finem magis appetibilem quam odium, quod appetit malum sub ratione mali. Et ideo magis est vitium capitale ira quam odium.

II-II q. 158 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod ira dicitur esse ianua vitiorum per accidens, scilicet removendo prohibens, idest impediendo iudicium rationis, per quod homo retrahitur a malis. Directe autem et per se est causa aliquorum specialium peccatorum, quae dicuntur filiae eius.

CLVIII.7. Zda je vhodně označováno šest dcer hněvu, totiž rvačka, nakvašenost mysli, potupa a křik, rozhořčení a rouhání.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že nevhodně jsou označovány dcery hněvu, které jsou "rvačka, nakvašenost mysli, potupa, křik, rozhořčení a rouhání". Neboť rouhání stanoví Isidor za dceru pýchy. Nemá se tedy stanoviti za dceru hněvu.

Mimo to nenávist se rodí z hněvu, jak praví Augustin v Řeholi. Tedy má se počítati mezi dcery hněvu.

Mimo to nakvašenost mysli zdá se totéž, co pýcha. Avšak pýcha není dcerou některé neřesti, nýbrž matkou všech neřestí, jak praví Řehoř, XXXI. Moral. Tedy nakvašenost mysli nemá býti počítána mezi dcery hněvu.

Avšak proti jest, že Řehoř označuje tyto dcery hněvu, XXXI. Moral.

Odpovídám: Musí se říci, že hněv lze uvažovati trojmo: jedním způsobem, pokud je v srdci, a tak se z hněvu rodí dvě neřesti. Jedna totiž se strany toho, na nějž se člověk hněvá, jehož pokládá za nehodného, aby mu něco takového učinil. A takto se klade rozhořčení. Jiná pak neřest je se strany sebe, pokud totiž vymýšlí různé cesty msty, a takovými myšlenkami plní svou duši podle onoho Job. 15: "Zdali moudrý ... naplní svůj žaludek žárem.?" A tak se klade nakvašenost mysli. Jiným způsobem se pozoruje hněv, pokud je v ústech. A tak pochází ze hněvu dvojí nespořádanost; jedna totiž podle toho, že člověk ukazuje svůj hněv ve způsobu mluvení, jak bylo řečeno o tom, kdo říká bratru svému racha. A tak se klade křik, jímž se rozumí nespořádané a zmatené mluvení. Je také jiná nespořádanost, pokud někdo propukne ve slovní bezpráví; jsou-li pak tato proti Bohu, bude rouhání; jestliže však proti bližnímu, potupa. Třetím způsobem se uvažuje hněv, pokud postoupí až k činu a takto vznikají z hněvu rvačky, v nichž se rozumějí všechny škody, které skutkem jsou bližním působeny z hněvu.

K prvnímu se tedy musí říci, že rouhání, ve které někdo svobodnou myslí propuká, pochází z pýchy člověka, stavějícího se proti Bohu, poněvadž, jak se praví Eccli. 10, "začátek pýchy člověka, odpad od Boha", to jest, odstoupiti od jeho uctívání je první část pýchy. A z toho vzniká rouhání. Ale rouhání, ve které někdo propuká z pobouření ducha, pochází z hněvu.

K druhému se musí říci, že nenávist, třebaže se někdy rodí z hněvu, přece má některou dřívější příčinu, z níž přiměji vzniká, totiž smutek; jako naopak láska vzniká z potěšení. Z daného pak smutku někdy je někdo pohnut ke hněvu, jindy k nenávisti. Proto bylo vhodné, aby vznik hněvu se stanovil z nechuti., ne z hněvu.

K třetímu se musí říci, že nakvašenost mysli se tu nebere za pýchu, nýbrž za jakousi námahu a odvahu člověka,

7. Quae et quot sint filiae eius.

II-II q. 158 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter assignentur sex filiae irae, quae sunt *rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blasphemia*. Blasphemia enim ponitur ab Isidoro filia superbiae. Non ergo debet poni filia irae.

II-II q. 158 a. 7 arg. 2

Praeterea, odium nascitur ex ira, ut Augustinus dicit, in regula. Ergo deberet numerari inter filias irae.

II-II q. 158 a. 7 arg. 3

Praeterea, tumor mentis videtur idem esse quod superbia. Superbia autem non est filia alicuius vitii, sed mater omnium vitiorum, ut Gregorius dicit, XXXI Moral. Ergo tumor mentis non debet numerari inter filias irae.

II-II q. 158 a. 7 s. c.

Sed contra est quod Gregorius, XXXI Moral., assignat has filias irae.

II-II q. 158 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod ira potest tripliciter considerari. Uno modo, secundum quod est in corde. Et sic ex ira nascuntur duo vitia. Unum quidem ex parte eius contra quem homo irascitur, quem reputat indignum ut sibi tale quid fecerit. Et sic ponitur indignatio. Aliud autem vitium est ex parte sui ipsius, inquantum scilicet excogitat diversas vias vindictae, et talibus cogitationibus animum suum replet, secundum illud Iob XV, *nunquid sapiens implebit ardore stomachum suum*. Et sic ponitur tumor mentis. Alio modo consideratur ira secundum quod est in ore. Et sic ex ira duplex inordinatio procedit. Una quidem secundum hoc quod homo in modo loquendi iram suam demonstrat, sicut dictum est de eo qui dicit fratri suo, raca. Et sic ponitur clamor, per quem intelligitur inordinata et confusa locutio. Alia autem est inordinatio secundum quod aliquis prorumpit in verba iniuriosa. Quae quidem si sint contra Deum, erit blasphemia; si autem contra proximum, contumelia. Tertio modo consideratur ira secundum quod procedit usque ad factum. Et sic ex ira oriuntur rixae, per quas intelligiuntur omnia nocumenta quae facto proximis inferuntur ex ira.

II-II q. 158 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod blasphemia in quam aliquis prorumpit deliberata mente, procedit ex superbia hominis contra Deum se erigentis, quia, ut dicitur Eccli. X, *initium superbiae hominis apostatare a Deo*; idest, recedere a veneratione eius est prima superbiae pars, et ex hoc oritur blasphemia. Sed blasphemia in quam aliquis prorumpit ex commotione animi, procedit ex ira.

II-II q. 158 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod odium, etsi aliquando nascatur ex ira, tamen habet aliquam priorem causam ex qua directius oritur, scilicet tristitiam, sicut e contrario amor nascitur ex delectatione. Ex tristitia autem illata quandoque in iram, quandoque in odium aliquis movetur. Unde convenientius fuit quod odium poneretur oriri ex acedia quam ex ira.

II-II q. 158 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod tumor mentis non accipitur

zamýšlejícího mstu. Avšak odvaha je neřest protilehlá statečnosti.

CLVIII.8. Zda je nějaká neřest protilehlá hněvivosti, pocházející z nedostatku hněvu.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že není některá neřest protilehlá hněvivosti, pocházející z nedostatku hněvu. Neboť není nic nešetrné, čím se člověk připodobňuje Bohu. Ale tím, že člověk je úplně bez hněvu, připodobňuje se Bohu, který "soudí s pokojnosti", Moudr. 12. Tedy zdá se, že není neřestné vůbec postrádati hněvu.

Mimo to chybění toho, co není k ničemu užitečné, není nešetrné. Ale hnutí hněvu není k ničemu užitečné, jak dokazuje Seneka v knize, kterou udělal o hněvu. Tedy zdá se, že chybění hněvu není nešetrné.

Mimo to podle Diviše "zlem člověka jest býti mimo rozum". Avšak odstraní-li se každé hnutí hněvu, zůstává ještě netknut soud rozumu. Tedy žádný nedostatek hněvu není příčinou nešesti.

Avšak proti jest, co praví Zlatoústý, K Mat.: "Kdo se nehněvá při důvodu, hřeší. Neboť nerozumná trpělivost seje nešesti, živí nedbalost; a nejen zlé, ale také dobré zve ke zlu."

Odpovídám: Musí se říci, že hněv lze rozuměti dvojmo. Jedním způsobem, pokud jest jednoduché hnutí vůle, jímž někdo ukládá trest ne z vášně, nýbrž ze soudu rozumu. A tak nedostatek hněvu je nepochybně hřích. A takto se bere hněv ve slovech Zlatoústého, který praví tamtéž: "Rozhněvanost, která má příčinu, není hněv, nýbrž soud. Neboť rozhněvaností se vlastně rozumí pobouření vášně." Kdo se však hněvá z důvodu, jeho hněv již není z vášně; proto se praví, že soudí, ne že se hněvá. Jiným způsobem se bere hněv za hnutí smyslové žádosti, které je s vášní a tělesnou přeměnou. A toto hnutí pak z nutnosti následuje v člověku po jednoduchém pohybu vůle, poněvadž nižší žádost přirozeně sleduje hnutí vyšší žádosti, neodporuje-li něco. A proto v žádosti smyslové nemůže úplně chyběti hnutí hněvu, leč ztrátou nebo slabostí dobrovolného pohybu. A proto také v důsledku nedostatek vášně hněvu je nešestný, jako též nedostatek dobrovolného hnutí k potrestání podle soudu rozumu.

K prvnímu se tedy musí říci, že ten, kdo se vůbec nehněvá, když se má hněvati, podobá se sice Bohu co do nedostatku vášně, ne však v tom, že Bůh ze soudu trestá.

K druhému se musí říci, že vášeň hněvu, jako též všechna jiná hnutí smyslové žádosti, je užitečná k tomu, aby člověk ochotněji vykonal to, co nařizuje rozum; jinak by byla v člověku nadarmo žádost smyslová, kdežto přece příroda nic nečiní nadarmo.

K třetímu se musí říci, že v tom, kdo jedná nespořádaně, hic pro superbia, sed pro quodam conatu sive audacia hominis intentantis vindictam. Audacia autem est vitium fortitudini oppositum.

8. Utrum ira habeat vitium oppositum.

II-II q. 158 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod non sit aliquod vitium oppositum iracundiae, proveniens ex defectu irae. Nihil enim est vitiosum per quod homo Deo similatur. Sed per hoc quod homo omnino est sine ira, similatur Deo, qui cum tranquillitate iudicat. Ergo non videtur quod sit vitiosum omnino ira carere.

II-II q. 158 a. 8 arg. 2

Praeterea, defectus eius quod ad nihil est utile, non est vitiosus. Sed motus irae ad nihil est utilis, ut probat Seneca in libro quem fecit de ira. Ergo videtur quod defectus irae non sit vitiosus.

II-II q. 158 a. 8 arg. 3

Praeterea, malum hominis, secundum Dionysium, est praeter rationem esse. Sed, subtracto omni motu irae, adhuc remanet integrum iudicium rationis. Ergo nullus defectus irae vitium causat.

II-II q. 158 a. 8 s. c.

Sed contra est quod Chrysostomus dicit, super Matth., *qui cum causa non irascitur, peccat. Patientia enim irrationabilis vitia seminat, negligentiam nutrit, et non solum malos, sed etiam bonos invitat ad malum*.

II-II q. 158 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod ira dupliciter potest intelligi. Uno modo, simplex motus voluntatis quo aliquis non ex passione, sed ex iudicio rationis poenam infligit. Et sic defectus irae absque dubio est peccatum. Et hoc modo ira accipitur in verbis Chrysostomi, qui dicit ibidem, *iracundia quae cum causa est, non est iracundia, sed iudicium. Iracundia enim proprie intelligitur commotio passionis, qui autem cum causa irascitur, ira illius non est ex passione. Ideo iudicare dicitur, non irasci*. Alio modo accipitur ira pro motu appetitus sensitivi, qui est cum passione et transmutatione corporali. Et hic quidem motus ex necessitate consequitur in homine ad simplicem motum voluntatis, quia naturaliter appetitus inferior sequitur motum appetitus superioris, nisi aliquid repugnet. Et ideo non potest totaliter deficere motus irae in appetitu sensitivo, nisi per subtractionem vel debilitatem voluntarii motus. Et ideo ex consequenti etiam defectus passionis irae vitiosus est, sicut et defectus voluntarii motus ad puniendum secundum iudicium rationis.

II-II q. 158 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ille qui totaliter non irascitur cum debet irasci, imitatur quidem Deum quantum ad carentiam passionis, non autem quantum ad hoc quod Deus ex iudicio punit.

II-II q. 158 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod passio irae utilis est, sicut et omnes alii motus appetitus sensitivi, ad hoc quod homo promptius exequatur id quod ratio dictat. Alioquin, frustra esset in homine appetitus sensitivus, cum tamen natura nihil faciat frustra.

II-II q. 158 a. 8 ad 3

soud rozumu je nejen příčinou jednoduchého hnutí vůle, nýbrž také vášně smyslové žádosti, jak bylo řečeno. A proto, jako odstranění účinku je známkou odstraněné příčiny, tak také odstranění hněvu je známkou odstraněného soudu rozumu.

CLIX. O surovosti.

Předmluva

Dělí se na dva články.

Potom se má uvažovati o surovosti. A o tom jsou dvě otázky.

1. Zda surovost je proti vlídnosti.

2. O jejím srovnání se zuřivostí a divokostí.

CLIX.1. Zda surovost je proti vlídnosti.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že surovost není proti vlídnosti. Neboť Seneka praví, že "ti jsou nazýváni surovými, kteří překračují míru v trestání", což je proti spravedlnosti. Ale vlídnost se nestanoví za část spravedlnosti, nýbrž mírnosti. Tedy se nezdá, že surovost je proti vlídnosti.

Mimo to Jerem. 6 se praví: "Surový jest a nesmiluje se".

A tak se zdá, že surovost je proti milosrdenství. Ale milosrdenství není totéž co vlídnost, jak bylo řečeno. Tedy surovost není proti vlídnosti.

Mimo to vlídnost se pozoruje ohledně ukládání trestů, jak bylo řečeno. Ale surovost se pozoruje v odnětí dobrodiní, podle onoho Přísl. 11: "Kdo však je surový, odhazuje i příbuzné."

Tedy surovost není proti vlídnosti.

Avšak proti jest, co praví Seneka v II. O vlídnosti, že "Protilehlá vlídnosti je surovost, která není nic jiného než tvrdost ducha v požadování trestů."

Odpovídám: Musí se říci, že jméno surovosti zdá se býti od syrovosti. Avšak jako ta, která jsou uvařena a upravena, mívají milou a jemnou chuť, tak i ta, která jsou syrová., mají hroznou a drsnou chuť. Avšak shora bylo řečeno, že vlídnost obnáší jakousi umírněnost či jemnost ducha, jímž někdo snadno umenšuje tresty. Tedy surovost je přímo proti vlídnosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že jako umenšení trestů, které je podle rozumu, patří k epikei, ale sama jemnost citu, jíž je člověk k tornu nakláněn, patří k vlídnosti, tak také nadbytečné tresty v tom, co se koná navenek, patří k nespravedlnosti; ale vzhledem k přísnosti ducha, jíž je někdo ochoten zvětšovati tresty, patří k surovosti.

K druhému se musí říci, že milosrdenství a vlídnost se Ad tertium dicendum quod in eo qui ordinate agit, iudicium rationis non solum est causa simplicis motus voluntatis, sed etiam passionis appetitus sensitivi, ut dictum est, et ideo, sicut remotio effectus est signum remotionis causae, ita etiam remotio irae est signum remotionis iudicii rationis.

159. De crudelitate quae opponitur clementiae.

Prooemium

II-II q. 159 pr.

Deinde considerandum est de crudelitate. Et circa hoc quaeruntur duo. Primo, utrum crudelitas opponatur clementiae. Secundo, de comparatione eius ad saevitiam vel feritatem.

1. Utrum opponatur clementiae.

II-II q. 159 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod crudelitas non opponatur clementiae. Dicit enim Seneca, in II de Clement., quod *illi vocantur crudeles qui excedunt modum in puniendo*, quod contrariatur iustitiae. Clementia autem non ponitur pars iustitiae, sed temperantiae. Ergo crudelitas non videtur opponi clementiae.

II-II q. 159 a. 1 arg. 2

Praeterea, Ierem. VI dicitur, *crudelis est, et non miserebitur*, et sic videtur quod crudelitas opponatur misericordiae. Sed misericordia non est idem clementiae, ut supra dictum est. Ergo crudelitas non opponitur clementiae.

II-II q. 159 a. 1 arg. 3

Praeterea, clementia consideratur circa inflictionem poenarum, ut dictum est. Sed crudelitas consideratur etiam in subtractione beneficiorum, secundum illud Proverb. XI, *qui crudelis est, propinquos abiicit*. Ergo crudelitas non opponitur clementiae.

II-II q. 159 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dicit Seneca, in II de Clement., quod *opponitur clementiae crudelitas, quae nihil aliud est quam atrocitas animi in exigendis poenis*.

II-II q. 159 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod nomen crudelitatis a cruditate sumptum esse videtur. Sicut autem ea quae sunt decocta et digesta, solent habere suavem et dulcem saporem; ita illa quae sunt cruda, habent horribilem et asperum saporem. Dictum est autem supra quod clementia importat quandam animi lenitatem sive dulcedinem, per quam aliquis est diminutivus poenarum. Unde directe crudelitas clementiae opponitur.

II-II q. 159 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut diminutio poenarum quae est secundum rationem, pertinet ad epieikeiam, sed ipsa dulcedo affectus ex qua homo ad hoc inclinatur, pertinet ad clementiam; ita etiam superexcessus poenarum, quantum ad id quod exterius agitur, pertinet ad iniustitiam; sed quantum ad austeritatem animi per quam aliquis fit promptus ad poenas augendas, pertinet ad crudelitatem.

II-II q. 159 a. 1 ad 2

shodují v tom, že obojí odmítá a hrozí si cizí bídu, avšak jinak a jinak. Neboť k milosrdenství patří přispěti bídě prokázáním dobrodiní. Avšak k vlídnosti patří umenšiti bídu zrušením trestů. A poněvadž surovost obsahuje nadbytečnost ve vymáhání trestů, přimeji je protilehlá vlídnosti než milosrdenství. Avšak pro podobnost těchto ctností někdy se bere surovost za nemilosrdnost.

K třetímu se musí říci, že surovost se tam bere za nemilosrdnost, k níž patří neuštědřovati dobrodiní. Ačkoli také lze říci, že samo odnětí dobrodiní jest jakýsi trest.

CLIX.2. Zda surovost se liší od zuřivosti nebo divokosti.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že surovost se neliší od zuřivosti nebo divokosti. Neboť se zdá, že proti jedné ctnosti s jedné strany je jedna nešest. Ale proti vlídnosti je nadbytkem jak zuřivost, tak surovost. Tedy se zdá, že zuřivost a divokost je totéž.

Mimo to Isidor praví, v X. Etymol., že "přísný se nazývá jako přesný a silný, poněvadž bez milosti drží spravedlnost, což je zuřivost. A tak se zdá, že zuřivost vylučuje odpuštění trestů na soudech, což patří k milosti. Ale bylo řečeno, že toto patří k surovosti. Tedy surovost je totéž, co zuřivost.

Mimo to, jako proti ctnosti je nešest z nadbytku, tak také z nedostatku, a to je protivou jak ctnosti, která je ve středu, tak nešesti, která je z nadbytku. Ale táž nešest. patřící k nedostatku, je proti surovosti a zuřivosti, totiž odpuštění nebo propuštění; neboť XX. Moral. Řehoř praví: "Budiž láska, ale ne změkčující; budiž přísnost, ale ne roztrpčující; budiž horlivost, ale ne nemírně zuřící; budiž milostivost, ale nešetřící více než záhodno." Tedy zuřivost je totéž co surovost.

Avšak proti jest, co praví Seneka, v II. O vlídnosti, že "kdo se hněvá neuražen a na nevinného, nenazývá se surový, nýbrž divoký nebo zuřivý."

Odpovídám: Musí se říci, že jméno zuřivosti a divokosti se bere od podobnosti se šelmami, které také slují zuřivé. Neboť taková zvířata škodí lidem, aby se jejich masem živila, ne z nějaké spravedlivé příčiny, o níž uvažovati patří pouze rozumu. A proto vlastně řečeno, říká se divokost nebo zuřivost, podle níž ně do při ukládání trestu neuvažuje nějakou vinu toho, kdo je trestán, nýbrž pouze to, že ho těší trýzniti lidi. A tak je patrné, že je obsažena pod zvířeckostí, neboť takové potěšení není lidské, nýbrž zvířecí, pocházejíc buď ze špatného návyku nebo z porušené přirozenosti, jako i jiné zvířecké city. Ale surovost nedbá pouze viny v tom, kdo je trestán, nýbrž přesahuje míru v trestání. A proto surovost se liší od zuřivosti a divokosti, jako lidská zloba se liší od zvířeckosti, jak se praví v VII. Ethic.

Ad secundum dicendum quod misericordia et clementia conveniunt in hoc quod utraque refugit et abhorret miseriam alienam, aliter tamen et aliter. Nam ad misericordiam pertinet miseriae subvenire per beneficii collationem, ad clementiam autem pertinet miseriam diminuere per subtractionem poenarum. Et quia crudelitas superabundantiam in exigendis poenis importat, directius opponitur clementiae quam misericordiae. Tamen, propter similitudinem harum virtutum, accipitur quandoque crudelitas pro immisericordia.

II-II q. 159 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod crudelitas ibi accipitur pro immisericordia, ad quam pertinet beneficia non largiri. Quamvis etiam dici possit quod ipsa beneficii subtractio quaedam poena est.

2. De comparatione eius ad saevitiam vel feritatem.

II-II q. 159 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod crudelitas a saevitia sive feritate non differat. Uni enim virtuti, ex una parte, unum vitium videtur esse oppositum. Sed clementiae per superabundantiam opponitur et crudelitas et saevitia. Ergo videtur quod saevitia et crudelitas sint idem.

II-II q. 159 a. 2 arg. 2

Praeterea, Isidorus dicit, in libro Etymol., quod *severus dicitur quasi saevus et verus, quia sine pietate tenet iustitiam*, et sic saevitia videtur excludere remissionem poenarum in iudiciis, quod pertinet ad pietatem. Hoc autem dictum est ad crudelitatem pertinere. Ergo crudelitas est idem quod saevitia.

II-II q. 159 a. 2 arg. 3

Praeterea, sicut virtuti opponitur aliquod vitium in excessu, ita etiam et in defectu, quod quidem contrariatur et virtuti, quae est in medio, et vitio quod est in excessu. Sed idem vitium ad defectum pertinens opponitur et crudelitati et saevitiae, videlicet remissio vel dissolutio, dicit enim Gregorius, XX Moral., *sit amor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans. Sit zelus, sed non immoderate saeviens, sit pietas, sed non plus quam expediat parcens*. Ergo saevitia est idem crudelitati.

II-II q. 159 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Seneca dicit, in II de Clement., quod *ille qui non laesus, nec peccatori irascitur, non dicitur crudelis, sed ferus sive saevus*.

II-II q. 159 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod nomen saevitiae et feritatis a similitudine ferarum accipitur, quae etiam saevae dicuntur. Huiusmodi enim animalia nocent hominibus ut ex eorum corporibus pascantur, non ex aliqua iustitiae causa, cuius consideratio pertinet ad solam rationem. Et ideo, proprie loquendo, feritas vel saevitia dicitur secundum quam aliquis in poenis inferendis non considerat aliquam culpam eius qui punitur, sed solum hoc quod delectatur in hominum cruciatu. Et sic patet quod continetur sub bestialitate, nam talis delectatio non est humana, sed bestialis, proveniens vel ex mala consuetudine vel ex corruptione naturae, sicut et aliae huiusmodi bestiales affectiones. Sed crudelitas attendit culpam in eo qui punitur, sed excedit modum in puniendo. Et ideo crudelitas differt a saevitia sive feritate

K prvnímu se tedy musí říci, že vlídnost je lidská ctnost. Pročež jest jí přímo protilehlá surovost, která je lidská zloba.

Ale zuřivost nebo divokost jest obsažena pod zvířeckosti, pročež není přímo protilehlá vlídnosti, nýbrž vznešenější ctnosti, kterou Filosof nazývá hrdinskou nebo božskou, která podle nás zdá se patřiti k darům Ducha Svatého. Pročež lze říci, že zuřivost je přímo proti daru úcty ("pobožnosti").

K druhému se musí říci, že přísný nesluje jednoduše zuřivý, poněvadž to vyznívá v nepřest, nýbrž sluje zuřivý v daném případě, podle nějaké podobnosti se zuřivostí, která nezmenšuje tresty.

K třetímu se musí říci, že odpuštění při trestání není nepřest, leč pokud je opominut řád spravedlnosti, jíž by měl býti někdo trestán pro vinu, kterou zvětšuje surovost. Avšak zuřivost vůbec nedbá tohoto řádu. Proto odpuštění potrestání je přímo protilehlé surovosti, ne však zuřivosti.

CLX. O skromnosti.

Předmluva

Dělí se na dva články.

Potom se má uvažovati o skromnosti. A nejprve o ní všeobecně; za druhé o jednotlivých, která jsou pod ní obsažena. O prvním jsou dvě otázky.

1. Zda skromnost je část mírnosti.

2. Která je látka skromnosti.

CLX.1. Zda skromnost je část mírnosti.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že skromnost není část mírnosti. Neboť skromnost se jmenuje uskrovnění. Ale ve všech ctnostech se vyžaduje uskrovnění, neboť ctnost je řízena k dobru, dobro však, jak praví Augustin, v kn. O povaze dobra, "pozůstává v míře, druhu a řádu". Tedy skromnost je všeobecná ctnost. Nemá se tedy stanoviti za část mírnosti.

Mimo to se zdá, že chvála mírnosti pozůstává především v nějakém zeslabování. Avšak to znamená jméno skromnosti. Tedy skromnost je totéž, co mírnost a není její části.

Mimo to se zdá, že skromnost se týká napomínání bližních, podle onoho II. Tim. 2: "Služebník Boží nemá se hašteřiti, nýbrž býti ke všem tichý, se skromností napomínající ty, kteří odpírají pravdě." Ale napomínati hřešící jest úkon spravedlnosti nebo lásky, jak jsme měli shora. Tedy se zdá, že skromnost je spíše části spravedlnosti než mírnosti.

Avšak proti jest, že Tullius stanoví skromnost za část mírnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno shora, mírnost užívá mírnění v těch, v nichž je nejnesnadnější mírniti, totiž v dychtivostech potěšení hmatu. Avšak sicut malitia humana a bestialitate, ut dicitur in VII Ethic.

II-II q. 159 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod clementia est virtus humana, unde directe sibi opponitur crudelitas, quae est malitia humana. Sed saevitia vel feritas continetur sub bestialitate. Unde non directe opponitur clementiae, sed superexcellentiori virtuti, quam philosophus vocat heroicam vel divinam, quae secundum nos videtur pertinere ad dona spiritus sancti. Unde potest dici quod saevitia directe opponitur dono pietatis.

II-II q. 159 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod severus non dicitur simpliciter saevus, quia hoc sonat in vitium, sed dicitur saevus circa veritatem, propter aliquam similitudinem saevitiae, quae non est diminutiva poenarum.

II-II q. 159 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod remissio in puniendo non est vitium nisi inquantum praetermittitur ordo iustitiae, quo aliquis debet puniri propter culpam, quam excedit crudelitas. Saevitia autem penitus hunc ordinem non attendit. Unde remissio punitionis directe opponitur crudelitati, non autem saevitiae.

160. De modestia in communi.

Prooemium

II-II q. 160 pr.

Deinde considerandum est de modestia. Et primo, de ipsa in communi; secundo, de singulis quae sub ea continentur. Circa primum quaeruntur duo. Primo, utrum modestia sit pars temperantiae. Secundo, quae sit materia modestiae.

1. Utrum modestia sit pars temperantiae.

II-II q. 160 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod modestia non sit pars temperantiae. Modestia enim a modo dicitur. Sed in omnibus virtutibus requiritur modus, nam virtus ordinatur ad bonum; bonum autem, ut Augustinus dicit, in libro de natura boni, consistit in modo, specie et ordine. Ergo modestia est generalis virtus. Non ergo debet poni pars temperantiae.

II-II q. 160 a. 1 arg. 2

Praeterea, laus temperantiae praecipue videtur consistere ex quadam moderatione. Ab hac autem sumitur nomen modestiae. Ergo modestia est idem quod temperantia, et non pars eius.

II-II q. 160 a. 1 arg. 3

Praeterea, modestia videtur consistere circa proximorum correctionem, secundum illud II ad Tim. II, *servum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati*. Sed correctio delinquentium est actus iustitiae vel caritatis, ut supra habitum est. Ergo videtur quod modestia magis sit pars iustitiae quam temperantiae.

II-II q. 160 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Tullius ponit modestiam partem temperantiae.

II-II q. 160 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, temperantia moderationem adhibet circa ea in quibus

kdekoliv je nějaká zvláštní ctnost ohledně něčeho největšího, musí býti jiná ctnost ohledně těch, která se mají prostředně, poněvadž lidský život musí býti ve všem uspořádán podle ctností, jak bylo shora řečeno, o velkodušnosti, že jest o velikých nákladech peněžních; ale mimo to je nutná štědrost, která je o prostředních nákladech. Proto je nutné, aby byla nějaká ctnost mírnící v jiných prostředcích, v nichž není tak nesnadno mírniti. A tato ctnost sluje skromnost, a připojuje se k mírnosti, jako k hlavní.

K prvnímu se tedy musí říci, že společné jméno se někdy přivlastňuje těm, která jsou nejnižší, jako společné jméno andělů se přivlastňuje nejnižšímu řadu andělů. Tak i uskrovnění, které je zachováváno v každé ctnosti, přivlastňuje se hlavně ctnosti, která stanoví míru v nejmenších.

K druhému se musí říci, že některá potřebují zeslabování pro svou prudkost jako silné víno je zeslabováno. Ale zeslabování se vyžaduje ve všech. A proto mírnost je více vzhledem k prudkým vášním, skromnost však k prostředním.

K třetímu se musí říci, že skromnost se tam bere na způsob obecný, jak se vyžaduje ve všech ctnostech.

CLX.2. Zda skromnost je pouze o vnějších úkonech.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že skromnost je pouze o vnějších úkonech. Neboť vnitřní hnutí vášní nemohou býti jiným známa. Ale Apoštol přikazuje, Filipp. 4, aby naše skromnost byla známa všem lidem. Tedy skromnost je pouze o vnějších úkonech.

Mimo to ctnosti, které jsou o vášních, liší se od ctnosti spravedlnosti, která je o výkonech. Ale zdá se, že skromnost jest jedna ctnost. Je-li tedy o vnějších výkonech, nebude o nějakých vnitřních vášních.

Mimo to není jedna a táž ctnost o těch, která patří k žádosti, což je vlastní mravním ctnostem, a o těch, která patří k poznávání, které je vlastní rozumovým ctnostem, ani také o těch, která patří k náhlivé a dychtivé. Je-li tedy skromnost jedna ctnost, nemůže býti o všech řečených.

Avšak proti, ve všech řečených se musí zachovati uskrovnění, od něhož se odvozuje skromnost. Tedy skromnost je o všech řečených.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, skromnost se liší od mírnosti v tom, že mírnost řídí ta, která lze velmi nesnadno brzditi, kdežto skromnost řídí ta, která se v tom mají prostředně. Zdá se pak, že někteří mluvili různě o difficillimum est moderari, scilicet circa concupiscentias delectationum tactus. Ubicumque autem est aliqua virtus specialiter circa aliquod maximum, oportet esse aliam virtutem circa ea quae mediocriter se habent, eo quod oportet quantum ad omnia vitam hominis secundum virtutes regulatam esse, sicut supra dictum est quod magnificentia est circa magnos sumptus pecuniarum, praeter quam est necessaria liberalitas, quae fit circa mediocres sumptus. Unde necessarium est quod sit quaedam virtus moderativa in aliis mediocribus, in quibus non est ita difficile moderari. Et haec virtus vocatur modestia, et adiungitur temperantiae sicut principali.

II-II q. 160 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod nomen commune quandoque appropriatur his quae sunt infima, sicut nomen commune Angelorum appropriatur infimo ordini Angelorum. Ita etiam et modus, qui communiter observatur in qualibet virtute, appropriatur specialiter virtuti quae in minimis modum ponit.

II-II q. 160 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod aliqua temperatione indigent propter suam vehementiam, sicut vinum forte temperatur, sed moderatio requiritur in omnibus. Et ideo temperantia magis se habet ad passiones vehementes, modestia vero ad mediocres.

II-II q. 160 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod modestia ibi accipitur a modo communiter sumpto, prout requiritur in omnibus virtutibus.

2. Utrum modestia sit circa exteriores actiones.

II-II q. 160 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod modestia sit solum circa exteriores actiones. Interiores enim motus passionum aliis noti esse non possunt. Sed apostolus, Philipp. IV, mandat ut modestia nostra nota sit omnibus hominibus. Ergo modestia est solum circa exteriores actiones.

II-II q. 160 a. 2 arg. 2

Praeterea, virtutes quae sunt circa passiones, distinguuntur a virtute iustitiae, quae est circa operationes. Sed modestia videtur esse una virtus. Si ergo est circa operationes exteriores, non erit circa aliquas interiores passiones.

II-II q. 160 a. 2 arg. 3

Praeterea, nulla virtus una et eadem est circa ea quae pertinent ad appetitum, quod est proprium virtutum moralium; et circa ea quae pertinent ad cognitionem, quae est proprie virtutum intellectualium; neque etiam circa ea quae pertinent ad irascibilem, et concupiscibilem. Si ergo modestia est una virtus, non potest esse circa omnia praedicta.

II-II q. 160 a. 2 s. c.

Sed contra, in omnibus praedictis oportet observari modum, a quo modestia dicitur. Ergo circa omnia praedicta est modestia.

II-II q. 160 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, modestia differt a temperantia in hoc quod temperantia est moderativa eorum quae difficillimum est refrenare,

skromnosti. Kdekoli totiž pozorovali nějaký zvláštní ráz dobra nebo nesnáze v řízení, odňali to skromnosti, ponechávajíce skromnost u menších. Avšak všem je zjevné, že brzdění potěšení hmatu má nějakou zvláštní nesnáz. Pročež všichni oddělili mírnost od skromnosti.

Ale Tullius nadto pozoroval jakési zvláštní dobro v řízení trestů, a proto také vyňal vlídnost ze skromnosti, ponechávaje skromnosti obyčejná, která zbývá říditi. Ta pak se zdají býti čtyři. A první z nich je hnutí ducha k nějakému vyniknutí, které řídí pokora. Druhé pak je touha po těch, která patří k poznání, a to řídí snaživost, která je proti zvědavosti. Třetí pak, které patří k tělesným hnutím a činům, aby se totiž děly slušně a počestně, jak v těch, která se konají vážně, tak v těch, která se konají ve hře. Čtvrté pak je, co patří k vnější výpravnosti, totiž v šatech a v. jiných takových. Ale ohledně některých z nich někteří stanovili některé zvláštní ctnosti. Jako Andronikus tichost, prostotu, pokoru a jiné podobné, o nichž bylo řečeno shora; Aristoteles pak o potěšeních hrami stanovil eutrapelii, jak bylo řečeno. A to vše jest obsaženo pod skromností, jak ji pojímá Tullius. A tím způsobem skromnost se týká nejen vnějších skutků, nýbrž také vnitřních.

K prvnímu se tedy musí říci, že Apoštol mluví o skromnosti, pokud je o vnějších; avšak také řízení vnitřních může se projeviti některými vnějšími známkami.

K druhému se musí říci, že pod skromností jsou obsaženy různé ctnosti, které jsou od různých označovány. Proto nic nepřekáží, aby skromnost byla o těch, která vyžadují různé ctnosti. A přece není taková vzájemná různost mezi částmi skromnosti, jaká je spravedlnosti, která je o výkonech, vůči mírnosti, která je o vášních, poněvadž ve výkonech a vášních, v nichž není nějaká vynikající nesnáz se strany látky, nýbrž pouze se strany řízení, vidí se pouze jedna ctnost, totiž podle způsobů řízení.

A z toho je také patrná odpověď k třetímu.

CLXI. O druzích skromnosti.

Předmluva

Dělí se na šest článků.

Potom se má uvažovati o druzích skromnosti. A nejprve o pokoře, a pýše, která jest jí protilehlá; za druhé o snaživosti a zvědavosti jí protilehlé; za třetí o skromnosti, pokud je ve slovech nebo ve skutcích; za čtvrté o skromnosti, pokud je ve vnější výpravnosti.

O pokoře je šest otázek:

1. Zda pokora je ctnost.

2. Zda pozůstává v žádosti nebo v soudu rozumu.

modestia autem est moderativa eorum quae in hoc mediocriter se habent. Diversimode autem aliqui de modestia videntur esse locuti. Ubicumque enim consideraverunt aliquam specialem rationem boni vel difficultatis in moderando, illud subtraxerunt modestiae, relinquentes modestiam circa minora. Manifestum est autem omnibus quod refrenatio delectationum tactus specialem quandam difficultatem habet. Unde omnes temperantiam a modestia distinxerunt. Sed praeter hoc, Tullius consideravit quoddam speciale bonum esse in moderatione poenarum. Et ideo etiam clementiam subtraxit modestiae, ponens modestiam circa omnia quae relinquuntur moderanda. Quae quidem videntur esse quatuor. Quorum unum est motus animi ad aliquam excellentiam, quem moderatur humilitas. Secundum autem est desiderium eorum quae pertinent ad cognitionem, et in hoc moderatur studiositas, quae opponitur curiositati. Tertium autem, quod pertinet ad corporales motus et actiones, ut scilicet decenter et honeste fiant, tam in his quae serio, quam in his quae ludo aguntur. Quartum autem est quod pertinet ad exteriorem apparatum, puta in vestibus et aliis huiusmodi. Sed circa quaedam eorum alii posuerunt quasdam speciales virtutes sicut Andronicus mansuetudinem, simplicitatem et humilitatem, et alia huiusmodi, de quibus supra dictum est. Aristoteles etiam circa delectationes ludorum posuit eutrapeliam. Quae omnia continentur sub modestia, secundum quod a Tullio accipitur. Et hoc modo modestia se habet non solum circa exteriores actiones, sed etiam circa interiores.

II-II q. 160 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod apostolus loquitur de modestia prout est circa exteriora. Et tamen etiam interiorum moderatio manifestari potest per quaedam exteriora signa.

II-II q. 160 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod sub modestia continentur diversae virtutes, quae a diversis assignantur. Unde nihil prohibet modestiam esse circa ea quae requirunt diversas virtutes. Et tamen non est tanta diversitas inter partes modestiae ad invicem, quanta est iustitiae, quae est circa operationes, ad temperantiam, quae est circa passiones, quia in actionibus et passionibus in quibus non est aliqua excellens difficultas ex parte materiae, sed solum ex parte moderationis, non attenditur virtus nisi una, scilicet secundum rationem moderationis.

II-II q. 160 a. 2 ad 3

Et per hoc etiam patet responsio ad tertium.

161. De speciebus modestiae. Et primo de humilitate.

Prooemium

II-II q. 161 pr.

Deinde considerandum est de speciebus modestiae. Et primo, de humilitate, et superbia, quae ei opponitur; secundo, de studiositate, et curiositate sibi opposita; tertio, de modestia secundum quod est in verbis vel factis; quarto, de modestia secundum quod est circa exteriorem cultum. Circa humilitatem quaeruntur sex. Primo, utrum humilitas sit virtus. Secundo, utrum consistat in appetitu, vel in iudicio rationis. Tertio, utrum aliquis per humilitatem se debeat omnibus subiicere. Quarto, utrum

3. Zda se má někdo z pokory všem podrobiti.

4. Zda je část skromnosti nebo mírnosti.

5. O srovnání jí s jinými ctnostmi.

6. O stupních pokory.

CLXI.1. Zda pokora je ctnost.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že pokora není ctnost. Neboť ctnost obnáší pojem dobra. Ale pokora zdá se obnášeti pojem trestného zla, podle onoho Žalm. 104: "Pokořili v okovech jeho nohy." Tedy se zdá, že pokora není ctnost.

Mimo to ctnost a neřest jsou protilehlé. Ale pokora někdy vyzní v neřest, neboť se praví Eccli. 19: "Je, kdo se neřestně pokořuje." Tedy pokora není ctnost.

Mimo to žádná ctnost není protilehlá jiné ctnosti. Ale pokora zdá se protilehlá velkodušnosti, která směřuje k velikým, kdežto pokora jim uniká. Tedy se zdá, že pokora není ctnost.

Mimo to "ctnost jest uzpůsobení dokonalého", jak se praví v VII. Fysic. Ale pokora zdá se býti nedokonalých; proto též Bohu nepřísluší pokořování, protože nemůže nikomu podléhati. Tedy se zdá, že pokora není ctnost.

Mimo to každá mravní ctnost jest o činnosti a vášních, jak se praví v II. Ethic. Ale Filosof nepřipočítává pokoru ke ctnostem, které jsou o vášních, ani také není obsažena pod spravedlností, která jest o činnostech. Tedy zdá se, že není ctnost.

Avšak proti jest, co praví Origenes, vykládaje ono Luk. l, 'Shlédl na pokoru své služebnice': "Vlastně v Písmě je ze ctností hlásána jediná pokora, neboť Spasitel praví: Učte se ode mne, neboť jsem tichý a pokorný srdcem."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno shora, když se jednalo o vášních, obtížné dobro má něco, čím přitahuje žádost, totiž ráz dobra; a má něco odpuzujícího, totiž nesnáz dosažení. A podle prvního z nich povstává hnutí naděje, a podle druhého hnutí zoufalství. Bylo pak shora řečeno, že na hnutí žádostivá, která jsou na způsob nutkaní, musí býti nějaká mravní ctnost řídící a brzdící; na ona pak, která jsou na způsob vzdalování a zpěčování se strany žádosti, je třeba mravní ctnosti utvrzující a pobízející. A proto ohledně žádosti obtížného dobra jsou nutné dvě ctnosti. Jedna totiž, aby mírnila a brzdila ducha, aby nespěl nemírně k vysokým: a to patří k ctnosti pokory. Jiná pak, aby utvrzovala ducha proti zoufalství a pobízela jej vyhledávati veliká podle správného rozumu: a to je velkodušnost. A tak je patrné, že pokora je nějaká ctnost.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Isidor, v X. Etymol., "pokorný se říká jako po kolenou rád", to jest držící se dole. A to se stává dvojmo: jedním způsobem z původu vnějšího, třebas, když někdo od jiného je sražen, a sit pars modestiae vel temperantiae. Quinto, de comparatione eius ad alias virtutes. Sexto, de gradibus humilitatis.

1. Utrum humilitas sit virtus.

II-II q. 161 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod humilitas non sit virtus. Virtus enim importat rationem boni. Sed humilitas videtur importare rationem mali poenalis, secundum illud Psalmi. *Humiliaverunt in compedibus pedes eius*. Ergo humilitas non est virtus.

II-II q. 161 a. 1 arg. 2

Praeterea, virtus et vitium opponuntur. Sed humilitas quandoque sonat in vitium, dicitur enim Eccli. XIX, est qui nequiter se humiliat. Ergo humilitas non est virtus.

II-II q. 161 a. 1 arg. 3

Praeterea, nulla virtus opponitur alii virtuti. Sed humilitas videtur opponi virtuti magnanimitatis, quae tendit in magna, humilitas autem ipsa refugit. Ergo videtur quod humilitas non sit virtus.

II-II q. 161 a. 1 arg. 4

Praeterea, virtus est dispositio perfecti, ut dicitur in VII Physic. Sed humilitas videtur esse imperfectorum, unde et Deo non convenit humiliari, qui nulli subiici potest. Ergo videtur quod humilitas non sit virtus.

II-II q. 161 a. 1 arg. 5

Praeterea, omnis virtus moralis est circa actiones vel passiones, ut dicitur in II Ethic. Sed humilitas non connumeratur a philosopho inter virtutes quae sunt circa passiones, nec etiam continetur sub iustitia, quae est circa actiones. Ergo videtur quod non sit virtus.

II-II q. 161 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Origenes dicit, exponens illud Luc. I, *respexit humilitatem ancillae suae, proprie in Scripturis una de virtutibus humilitas praedicatur, ait quippe salvator, discite a me, quia mitis sum et humilis corde*.

II-II q. 161 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, cum de passionibus ageretur, bonum arduum habet aliquid unde attrahit appetitum, scilicet ipsam rationem boni, et habet aliquid retrahens, scilicet ipsam difficultatem adipiscendi, secundum quorum primum insurgit motus spei, et secundum aliud motus desperationis. Dictum est autem supra quod circa motus appetitivos qui se habent per modum impulsionis, oportet esse virtutem moralem moderantem et refrenantem, circa illos autem qui se habent per modum retractionis, oportet esse virtutem moralem firmantem et impellentem. Et ideo circa appetitum boni ardui necessaria est duplex virtus. Una quidem quae temperet et refrenet animum, ne immoderate tendat in excelsa, et hoc pertinet ad virtutem humilitatis. Alia vero quae firmat animum contra desperationem, et impellit ipsum ad prosecutionem magnorum secundum rationem rectam, et haec est magnanimitas. Et sic patet quod humilitas est quaedam virtus.

II-II q. 161 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Isidorus dicit, in libro Etymol., humilis dicitur quasi humi acclinis, idest, imis inhaerens. Quod quidem contingit dupliciter. Uno

tak pokora je trest. Jiným způsobem od původu vnitřního; a to může nastati někdy dobře, třebas, když někdo, uváživ svůj nedostatek, drží se dole podle svého postavení, jako Abraham řekl Pánu: "Budu mluviti ke svému Pánu, ač jsem prach a popel;" a tím způsobem se pokora stanoví za ctnost. Někdy pak může nastati špatně, třebas, když člověk, nerozuměje své cti, rovná se nerozumným zvířatům, a stává se jim podobným.

K druhému se musí říci, že, jak bylo řečeno, pokora, pokud je ctnost, ve svém pojmu obnáší jakési chvalné klesnutí k nejnižším. To pak někdy nastane pouze podle vnějších známek s předstíráním; pročež je to nepravá pokora, o níž praví Augustin v kterémsi listě, že je to veliká pýcha, poněvadž se totiž zdá směřovati k vynikání slávou. Někdy pak nastává z vnitřního hnutí duše. A podle toho pokora se vlastně stanoví za ctnost, poněvadž ctnost nepozůstává v zevnějšku, nýbrž hlavně ve vnitřní volbě mysli, jak je patrné z Filosofa, v II. Ethic.

K třetímu se musí říci, že pokora potlačuje žádost, aby netíhl k velikým mimo správný rozum; velkodušnost však pohání ducha k velikým podle správného rozumu. Z čehož je patrné, že velkodušnost není protilehlá pokoře, nýbrž shodují se v tom, že obě jsou podle správného rozumu.

Ke čtvrtému se musí říci, že dokonalým sluje něco dvojmo: jedním způsobem jednoduše, v čem se totiž nenachází žádný nedostatek, ani podle jeho přirozenosti, ani vzhledem k něčemu jinému. A tak je dokonalý pouze Bůh, jemuž nepřísluší pokora podle božské přirozenosti, nýbrž pouze podle přijaté přirozenosti. Jiným způsobem může něco slouti dokonalé z části, totiž podle své přirozenosti, nebo stavu, nebo času. A tím způsobem ctnostný člověk je dokonalý. Avšak jeho dokonalost je shledána nedokonalou ve srovnání s Bohem, podle onoho u Isai. 11: "Všechny národy tak jsou před tebou, jako by nebyly." A tak pokora může příslušeti každému člověku.

K pátému se musí říci, že Filosof mínil jednati o ctnostech, pokud jsou zařízeny k občanskému životu, v němž určuje poddanost jednoho člověka k druhému podle řádu zákona. A proto je obsažena pod spravedlností zákonnou. Avšak pokora, pokud je zvláštní ctnost, přihlíží především k poddanosti člověka Bohu, pro nějž se také pokorně poddává jiným.

CLXI.2. Zda pokora jest ohledně žádosti.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že pokora není ohledně žádosti, nýbrž spíše ohledně soudu rozumu. Neboť pokora je protilehlá pýše. Ale pýcha nejvíce jest v těch, která patří k poznávání, neboť Řehoř praví, XXXIV. Moral., že "pýcha se nejprve projeví očima, když se zevně rozšiřuje po těle". Proto se praví Žalm. 130: "Pane, nevyvýšilo se mé srdce, ani nezpychly mé oči;" oči však modo, ex principio extrinseco, puta cum aliquis ab alio deiicitur. Et sic humilitas est poena. Alio modo, a principio intrinseco. Et hoc potest fieri quandoque quidem bene, puta cum aliquis, considerans suum defectum, tenet se in infimis secundum suum modum; sicut Abraham dixit ad dominum, Gen. XVIII, *loquar ad dominum meum, cum sim pulvis et cinis*. Et hoc modo humilitas ponitur virtus. Quandoque autem potest fieri male, puta cum homo, honorem suum non intelligens, comparat se iumentis insipientibus, et fit similis illis.

II-II q. 161 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut dictum est, humilitas, secundum quod est virtus, in sui ratione importat quandam laudabilem deiectionem ad ima. Hoc autem quandoque fit solum secundum signa exteriora, secundum fictionem. Unde haec est falsa humilitas, de qua Augustinus dicit, in quadam epistola, quod est magna superbia, quia scilicet videtur tendere ad excellentiam gloriae. Quandoque autem fit secundum interiorem motum animae. Et secundum hoc humilitas proprie ponitur virtus, quia virtus non consistit in exterioribus, sed principaliter in interiori electione mentis, ut patet per philosophum, in libro Ethicorum.

II-II q. 161 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod humilitas reprimit appetitum, ne tendat in magna praeter rationem rectam. Magnanimitas autem animum ad magna impellit secundum rationem rectam. Unde patet quod magnanimitas non opponitur humilitati, sed conveniunt in hoc quod utraque est secundum rationem rectam.

II-II q. 161 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod perfectum dicitur aliquid dupliciter. Uno modo, simpliciter, in quo scilicet nullus defectus invenitur, nec secundum suam naturam, nec per respectum ad aliquid aliud. Et sic solus Deus est perfectus, cui secundum naturam divinam non competit humilitas, sed solum secundum naturam assumptam. Alio modo potest dici aliquid perfectum secundum quid, puta secundum suam naturam, vel secundum statum aut tempus. Et hoc modo homo virtuosus est perfectus. Cuius tamen perfectio in comparatione ad Deum deficiens invenitur, secundum illud Isaiae XL, *omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo*. Et sic cuilibet homini potest convenire humilitas.

II-II q. 161 a. 1 ad 5

Ad quintum dicendum quod philosophus intendebat agere de virtutibus secundum quod ordinantur ad vitam civilem, in qua subiectio unius hominis ad alterum secundum legis ordinem determinatur, et ideo continetur sub iustitia legali. Humilitas autem, secundum quod est specialis virtus, praecipue respicit subiectionem hominis ad Deum, propter quem etiam aliis humiliando se subiicit.

2. Utrum consistat in appetitu vel in iudicio rationis.

II-II q. 161 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod humilitas non consistat circa appetitum, sed magis circa iudicium rationis. Humilitas enim superbiae opponitur. Sed superbia maxime consistit in his quae pertinent ad cognitionem. Dicit enim Gregorius, XXXIV Moral., quod *superbia, cum exterius usque ad corpus extenditur, prius*

nejvíce slouží poznání. Tedy se zdá, že pokora je nejvíce ohledně poznání, jímž někdo o sobě nepatrně smýšlí.

Mimo to Augustin praví, v kn. O panenství, že "pokora je skoro celá křesťanská kázeň". Tedy nic, co je obsaženo v křesťanské kázni, není proti pokoře. Ale v křesťanské kázni jsme napomínáni, abychom žádali lepší, podle onoho I. Kor. 12: "Horlete o lepší dary." Tedy k pokoře nepatří zadržovati žádost obtížných, ale spíše cenění.

Mimo to k téže ctnosti patří brzditi nadbytečný pohyb a utvrditi ducha proti nadbytečnému zpěčování, jako je táž statečnost, která krotí smělost a která utvrzuje ducha proti bázni. Ale velkodušnost utvrzuje ducha proti obtížím, které se přiházejí při sledování velkých. Kdyby tedy pokora krotila žádost velkých, následovalo by, že pokora by nebyla ctnost odlišná od velkodušnosti, což, jak je patrné, je nesprávné. Tedy pokora není ohledně žádosti velkých, nýbrž spíše ohledně cenění.

Mimo to Andronikus stanoví pokoru ohledně vnější výpravy, neboť praví, že pokora je "pohotovost, neplýtvající náklady a přípravami". Tedy není o hnutí žádosti.

Avšak proti jest, co praví Augustin v knize o Pokání, že "pokorný je, kdo spíše volí býti pohrdán v domě Páně, než bydliti ve stáncích hříšníků". Ale volba patří k žádosti. Tedy pokora je spíše ohledně žádosti než ohledně cenění.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, k pokoře vlastně patří, aby někdo poníží sebe, aby necílil k těm, která jsou nad něj. K tomu je však nutné, aby někdo poznal to, co mu chybí do úměrnosti tomu, co přesahuje jeho sílu. A proto poznání vlastního nedostatku patří k pokoře jako jakési pravidlo, řídící žádost. Ale o samé žádosti podstatně je pokora. A proto se musí říci, že pokora vlastně řídí a mírní hnutí žádosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že zvedání zraku jest jakési znamení pýchy, pokud vylučuje úctu a bázeň; neboť bázliví a uctiví obyčejně nejvíce klopí oči, jako by se neodvažovali srovnávati se s druhými. Avšak z toho nenásleduje, že pokora je podstatně ohledně poznání.

K druhému se musí říci, že směřovati k některým větším z důvěry ve vlastní síly je proti pokoře, ale že někdo směřuje k větším z důvěry v božskou pomoc, to není proti pokoře, především proto, že tím je někdo u Boha více povyšován, čím více se mu podrobuje pokorou. Proto Augustin praví, v knize O pokání: "Jiné je povznésti se k Bohu a jiné povznésti se proti Bohu. Kdo před ním se prostře, od něho bývá zdvižen; kdo se zdvihne proti němu, od něho bývá *per oculos indicatur*; unde etiam in Psalmo dicitur, *domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei*, oculi autem maxime deserviunt cognitioni. Ergo videtur quod humilitas maxime sit circa cognitionem, quam de se aliquis aestimat parvam.

II-II q. 161 a. 2 arg. 2

Praeterea, Augustinus dicit, in libro de Virginit., quod *humilitas pene tota disciplina Christiana est*. Nihil ergo quod in disciplina Christiana continetur, repugnat humilitati. Sed in disciplina Christiana admonemur ad appetendum meliora, secundum illud I ad Cor. XII, *aemulamini charismata meliora*. Ergo ad humilitatem non pertinet reprimere appetitum arduorum, sed magis aestimationem.

II-II q. 161 a. 2 arg. 3

Praeterea, ad eandem virtutem pertinet refrenare superfluum motum, et firmare animum contra superfluam retractionem, sicut eadem fortitudo est quae refrenat audaciam, et quae firmat animum contra timorem. Sed magnanimitas firmat animum contra difficultates quae accidunt in prosecutione magnorum. Si ergo humilitas refrenaret appetitum magnorum, sequeretur quod humilitas non esset virtus distincta a magnanimitate. Quod patet esse falsum. Non ergo humilitas consistit circa appetitum magnorum, sed magis circa aestimationem.

II-II q. 161 a. 2 arg. 4

Praeterea, Andronicus ponit humilitatem circa exteriorem cultum, dicit enim quod *humilitas est habitus non superabundans sumptibus et praeparationibus*. Ergo non est circa motum appetitus.

II-II q. 161 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro de Poenit., quod *humilis est qui eligit abiici in domo domini, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum*. Sed electio pertinet ad appetitum. Ergo humilitas consistit circa appetitum, magis quam circa aestimationem.

II-II q. 161 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, ad humilitatem proprie pertinet ut aliquis reprimat seipsum, ne feratur in ea quae sunt supra se. Ad hoc autem necessarium est ut aliquis cognoscat id in quo deficit a proportione eius quod suam virtutem excedit. Et ideo cognitio proprii defectus pertinet ad humilitatem sicut regula quaedam directiva appetitus. Sed in ipso appetitu consistit humilitas essentialiter. Et ideo dicendum est quod humilitas proprie est moderativa motus appetitus.

II-II q. 161 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod extollentia oculorum est quoddam signum superbiae, inquantum excludit reverentiam et timorem. Consueverunt enim timentes et verecundati maxime oculos deprimere, quasi non audentes se aliis comparare. Non autem ex hoc sequitur quod humilitas essentialiter circa cognitionem consistat.

II-II q. 161 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod tendere in aliqua maiora ex propriarum virium confidentia, humilitati contrariatur. Sed quod aliquis ex confidentia divini auxilii in maiora tendat, hoc non est contra humilitatem, praesertim cum ex hoc aliquis magis apud Deum exaltetur quod ei se magis per humilitatem subiicit. Unde Augustinus dicit, in libro de Poenit., *aliud est levare se ad Deum, aliud est levare*

sražen.

K třetímu se musí říci, že ve statečnosti se nachází tentýž ráz krocení smělosti a utvrzení ducha proti bázni, neboť pojem obojího je z toho, že člověk má dáti přednost dobru rozumu před nebezpečími smrti. Ale v krocení opovážlivosti doufání, což patří k pokoře, a v utvrzování ducha proti zoufalství, což patří k velkodušnosti, jest jiný a jiný důvod. Neboť důvodem utvrzování ducha proti zoufalství je dosažení vlastního dobra, aby se totiž zoufalostí nestal člověk nehodným dobra, které mu příslušelo. Ale v potlačování opovážlivosti doufání hlavní důvod se bere z úcty k Bohu, z níž se přihází, že si člověk více nepřičítá, než mu náleží podle stupně, který obdržel od Boha. Proto se zdá, že pokora hlavně obsahuje podrobení člověka Bohu. A proto Augustin, v I. kn. O řeči Páně na hoře, pokoru, kterou rozumí v chudobě duchem, přiděluje daru bázně, jímž člověk ctí Boha. A odtud je, že statečnost se má jinak k odvážnosti než pokora k naději. Neboť statečnost více užívá odvážnosti než ji potlačuje, pročež nadbytek jest jí podobnější než nedostatek. Avšak pokora více potlačuje naději nebo důvěru v sebe, než jí užívá, pročež je jí více protilehlý nadbytek než nedostatek.

Ke čtvrtému se musí říci, že nadbytek ve vnějších nákladech a přípravách bývá z jakési honosivosti, která je potlačována pokorou. A vzhledem k tomuto druhotně pozůstává ve vnějších, pokud jsou známkami vnitřního hnutí žádostivého.

CLXI.3. Zda se má člověk pokorou všem podrobiti.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že člověk se nemá všem pokorou podrobiti. Poněvadž, jak bylo řečeno, pokora hlavně pozůstává v podrobení člověka Bohu. Ale to, co je povinné Bohu, nemá se prokazovati člověku, jak je patrné ve všech úkonech latrie. Tedy člověk se nemá pokorou podrobovati člověku.

Mimo to Augustin praví, v kn. O přiroz. a milosti: "Pokoru třeba umístiti na straně pravdy, ne na straně nepravdy." Ale někteří jsou v nejvyšším postavení, a kdyby se tito podrobili nižším, nemohlo by se to státi bez nepravdy. Tedy člověk se nemá všem pokorou podrobiti.

Mimo to nikdo nemá konati to, z čeho vzejde škoda spásy druhého. Ale podrobuje-li se někdo pokorou jinému, někdy by z toho vzešla škoda toho, jemuž se podrobuje, jenž by z toho totiž zpyšněl, nebo by jim pohrdl. Pročež Augustin praví v Řeholi: "Aby se nezlomila autorita řízení, když se příliš zachovává pokora." Tedy člověk se nemá pokorou všem podrobiti.

Avšak proti jest, co se praví Filip. 2: "V pokoře považujíce se navzájem za představené."

se contra Deum. Qui ante illum se proiicit, ab illo erigitur, qui adversus illum se erigit, ab illo proiicitur.

II-II q. 161 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod in fortitudine invenitur eadem ratio refrenandi audaciam et firmandi animum contra timorem, utriusque enim ratio est ex hoc quod homo debet bonum rationis periculis mortis praestare. Sed in refrenando praesumptionem spei, quod pertinet ad humilitatem, et in firmando animum contra desperationem, quod pertinet ad magnanimitatem, est alia et alia ratio. Nam ratio firmandi animum contra desperationem est adeptio proprii boni, ne scilicet, desperando, homo se indignum reddat bono quod sibi competebat. Sed in reprimendo praesumptionem spei, ratio praecipua sumitur ex reverentia divina, ex qua contingit ut homo non plus sibi attribuat quam sibi competat secundum gradum quem est a Deo sortitus. Unde humilitas praecipue videtur importare subiectionem hominis ad Deum. Et propter hoc Augustinus, in libro de Serm. Dom. in monte, humilitatem, quam intelligit per paupertatem spiritus, attribuit dono timoris, quo homo Deum reveretur. Et inde est quod fortitudo aliter se habet ad audaciam quam humilitas ad spem. Nam fortitudo plus utitur audacia quam eam reprimat, unde superabundantia est ei similior quam defectus. Humilitas autem plus reprimit spem vel fiduciam de seipso quam ea utatur, unde magis opponitur sibi superabundantia quam defectus.

II-II q. 161 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod superabundantia in exterioribus sumptibus et praeparationibus solet ad quandam iactantiam fieri, quae per humilitatem reprimitur. Et quantum ad hoc, secundario consistit in exterioribus, prout sunt signa interioris appetitivi motus.

3. Utrum aliquis per humilitatem debeat se omnibus subiicere.

II-II q. 161 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod homo non debeat se omnibus per humilitatem subiicere. Quia, sicut dictum est, humilitas praecipue consistit in subiectione hominis ad Deum. Sed id quod debetur Deo, non est homini exhibendum, ut patet in omnibus actibus latriae. Ergo homo per humilitatem non debet se homini subiicere.

II-II q. 161 a. 3 arg. 2

Praeterea, Augustinus dicit, in libro de Nat. et gratia, *humilitas collocanda est in parte veritatis, non in parte falsitatis*. Sed aliqui sunt in supremo statu, qui si se inferioribus subiicerent, absque falsitate hoc fieri non posset. Ergo homo non debet se omnibus per humilitatem subiicere.

II-II q. 161 a. 3 arg. 3

Praeterea, nullus debet facere id quod vergat in detrimentum salutis alterius. Sed si aliquis per humilitatem se alteri subiiciat, quandoque hoc verget in detrimentum illius cui se subiicit, qui ex hoc superbiret vel contemneret, unde Augustinus dicit, in regula, *ne, dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas*. Ergo homo non debet se per humilitatem omnibus subiicere.

II-II q. 161 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur Philipp. II, *in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes*.

Odpovídám: Musí se říci, že v člověku lze pozorovati dvojí, totiž to, co je Boží, a to, co je člověka. Člověka pak jest, cokoli patří k nedostatku, ale Božího je, cokoli patří ke spáse a dokonalosti, podle onoho Ose. 13: "Záhuba tvá, Izraeli, je z tebe; toliko ze mne tvá pomoc." Avšak pokora, jak bylo řečeno, vlastně přihlíží k úctě, jíž se člověk podrobuje Bohu. A proto každý člověk podle toho, co jest jeho, má se kterémukoli člověku podrobiti vzhledem k tomu, co je v onom Božího; nevyžaduje však pokora toho, aby to, co má Božího v sobě, podroboval tomu, co se jeví v jiném jako Boží. Neboť ti, kteří jsou účastni darů Božích, poznají, že je mají, podle onoho I. Kor. 2: "Abychom věděli, co od Boha nám bylo darováno." A proto bez úhony pokory mohou dáti přednost darům, které sami přijali, před dary Božími, jež se zdají dány jiným, jak praví Apoštol, Efes. 3: "Nebylo oznámeno synům lidským v jiných pokoleních, co nyní bylo zjeveno svatým jeho apoštolům." Podobně také pokora nevyžaduje toho, aby každý to, co v sobě má svého, podroboval tomu, co je člověka v bližním; jinak by se každý musil pokládati za většího hříšníka než kdokoliv jiný, kdežto přece Apoštol, Galat. 2, bez úhony pokory praví: "My přirozeností Židé, a ne hříšníci z pohanů." Může však se někdo domnívati, že nějaké dobro je v bližním, jehož sám nemá, nebo že v sobě má nějaké zlo, jehož v jiném není, pro něž se mu může podrobiti pokorou.

K prvnímu se musí říci, že nemáme ctíti Boha pouze v něm, nýbrž také to, co jest jeho, máme ctíti v komkoli, ne však tím způsobem úcty, jímž ctíme Boha. A proto pokorou se máme pro Boha podrobiti všem bližním, podle onoho I. Petr. 2: "Buďte podrobeni každému lidskému stvoření pro Boha." Latrii však máme prokazovati jedině Bohu.

K druhému se musí říci, že, dáváme-li přednost tomu, co je Božího v bližním, před tím, co je vlastního v nás, nemůžeme se dopustiti nepravdy. Pročež k onomu Filip. 2, 'Považujíce se navzájem za představené', praví Glossa: "Ne tak to máme považovati, že bychom předstírali považování, nýbrž považujme vpravdě, že může býti v jiném něco skrytého, čím je nad nás, třebaže naše dobro, jímž se zdáme býti nad něj, není skryto."

K třetímu se musí říci, že pokora, jakož i ostatní ctnosti, je hlavně uvnitř v duši. A proto člověk se může jinému podrobiti podle vnitřního úkonu duše, aniž by dal příležitost něčeho, co by bylo na škodu jeho spásy. A to je, co praví Augustin v Řeholi: "Bázní před Bohem ať je představený podložen vašim nohám." Ale ve vnějších úkonech pokory, jako v úkonech ostatních ctnosti, třeba užiti patřičného řízení, aby nemohla z nich vzejíti škoda jinému. Jestliže však někdo činí svou povinnost a jiní z toho berou příležitost hříchu, nepřičítá se pokorně jednajícímu, poněvadž on nepohoršuje, ač jiný se pohoršuje.

superiores sibi invicem arbitrantes.

II-II q. 161 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod in homine duo possunt considerari, scilicet id quod est Dei, et id quod est hominis. Hominis autem est quidquid pertinet ad defectum, sed Dei est quidquid pertinet ad salutem et perfectionem, secundum illud Osee XIII, *perditio tua, Israel, ex me tantum auxilium tuum*. Humilitas autem, sicut dictum est, proprie respicit reverentiam qua homo Deo subiicitur. Et ideo quilibet homo, secundum id quod suum est, debet se cuilibet proximo subiicere quantum ad id quod est Dei in ipso. Non autem hoc requirit humilitas, ut aliquis id quod est Dei in seipso, subiiciat ei quod apparet esse Dei in altero. Nam illi qui dona Dei participant, cognoscunt se ea habere, secundum illud I ad Cor. II, *ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis*. Et ideo absque praeiudicio humilitatis possunt dona quae ipsi acceperunt, praeferre donis Dei quae aliis apparent collata, sicut apostolus, ad Ephes. III, dicit, *aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicut nunc revelatum est sanctis apostolis eius*. Similiter etiam non hoc requirit humilitas, ut aliquis id quod est suum in seipso, subiiciat ei quod est hominis in proximo. Alioquin, oporteret ut quilibet reputaret se magis peccatorem quolibet alio, cum tamen apostolus absque praeiudicio humilitatis dicat, Galat. II, *nos natura Iudaei, et non ex gentibus peccatores*. Potest tamen aliquis reputare aliquid boni esse in proximo quod ipse non habet, vel aliquid mali in se esse quod in alio non est, ex quo potest ei se subiicere per humilitatem.

II-II q. 161 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod non solum debemus Deum revereri in seipso, sed etiam id quod est eius debemus revereri in quolibet, non tamen eodem modo reverentiae quo reveremur Deum. Et ideo per humilitatem debemus nos subiicere omnibus proximis propter Deum, secundum illud I Pet. II, *subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum*, latriam tamen soli Deo debemus exhibere.

II-II q. 161 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod, si nos praeferamus id quod est Dei in proximo, ei quod est proprium in nobis, non possumus incurrere falsitatem. Unde super illud Philipp. II, *superiores invicem arbitrantes*, dicit Glossa, *non hoc ita debemus aestimare ut nos aestimare fingamus, sed vere aestimemus posse aliquid esse occultum in alio quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum, quo illo videmur superiores esse, non sit occultum*.

II-II q. 161 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod humilitas, sicut et ceterae virtutes, praecipue interius in anima consistit. Et ideo potest homo secundum interiorem actum animae alteri se subiicere, sine hoc quod occasionem habeat alicuius quod pertineat ad detrimentum suae salutis. Et hoc est quod Augustinus dicit, in regula, *timore coram Deo praelatus substratus sit pedibus vestris*. Sed in exterioribus humilitatis actibus, sicut et in actibus ceterarum virtutum, est debita moderatio adhibenda, ne possint vergere in detrimentum alterius. Si autem aliquis quod debet faciat, et alii ex hoc occasionem sumant peccati, non imputatur humiliter agenti, quia ille non scandalizat, quamvis alter scandalizetur.

CLXI.4. Zda pokora je část skromnosti nebo mírnosti.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že pokora není část skromnosti nebo mírnosti. Neboť pokora hlavně přihlíží k úctě, jíž se někdo podrobuje Bohu, jak bylo řečeno. Ale k božské ctnosti patří, aby měla za předmět Boha. Tedy pokora se má spíše stanoviti za božskou ctnost než za část mírnosti nebo skromnosti.

Mimo to mírnost je v dychtivé, ale pokora zdá se býti v náhlivé, jako též pýcha, která jest jí protilehlá, jejímž předmětem je obtížno. Tedy se zdá, že pokora není část mírnosti nebo skromnosti.

Mimo to pokora a velkodušnost jsou ohledně týchž, jak je patrné ze shora řečených. Ale velkodušnost se nestanoví za část mírnosti, nýbrž spíše statečnosti, jak jsme měli shora. Tedy se zdá, že pokora není část mírnosti nebo skromnosti.

Avšak proti jest, co praví Origenes, K Luk.: "Chceš-li slyšeti jméno této ctnosti, jak také je nazývána od Filosofů, slyš, že je to táž pokora, na kterou shlíží Bůh, která u nich sluje metreotés, to jest odměřování nebo mírnění," které zjevně patří ke skromnosti nebo mírnosti. Tedy pokora je část skromnosti nebo mírnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, při označování částí ctnostem dbá se hlavně podobnosti co do způsobu ctnosti. Avšak způsob mírnosti, z něhož má nejvíce chválu, je brzdění nebo potlačení náporu některé vášně. A proto všechny ctnosti brzdící nebo potlačující návaly některých citů nebo řídící činnosti stanoví se za části mírnosti. Avšak jako tichost potlačuje hnutí hněvu, tak i pokora potlačuje hnutí doufání, což je hnutí ducha, směřujícího k velikým. A proto, jako tichost se stanoví za část mírnosti, tak i pokora. Proto také Filosof, ve IV. Ethic., praví, že ten, kdo směřuje k malým podle svého způsobu, není velkodušný, ale mírný, jejž my můžeme nazývati pokorným. A mezi jinými částmi mírnosti, z důvodu shora řečeného, je obsažena pod skromnosti, jak o ní mluví Tullius, pokud totiž pokora není nic jiného než nějaké řízení ducha. Pročež I. Petr. 3 se praví: "V neporušitelnosti tichého a skromného ducha."

K prvnímu se tedy musí říci, že božské ctnosti, které jsou o posledním cíli, který je první původ v žádaných, jsou příčinou všech jiných ctností. Proto tím, že božská úcta k Bohu je příčinou pokory, nevylučuje se, že pokora je částí skromnosti nebo mírnosti.

K druhému se musí říci, že části jsou označovány hlavním ctnostem ne podle shodnosti v podmětu nebo látce, nýbrž podle shodnosti ve tvarovém způsobu, jak bylo řečeno. A proto, ač pokora je v náhlivé jako v podmětu, přece se

4. Utrum humilitas sit pars modestiae vel temperantiae.

II-II q. 161 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod humilitas non sit pars modestiae vel temperantiae. Humilitas enim praecipue respicit reverentiam qua quis subiicitur Deo, ut dictum est. Sed ad virtutem theologicam pertinet quod habeat Deum pro obiecto. Ergo humilitas magis debet poni virtus theologica quam pars temperantiae seu modestiae.

II-II q. 161 a. 4 arg. 2

Praeterea, temperantia est in concupiscibili. Humilitas autem videtur esse in irascibili, sicut et superbia, quae ei opponitur, cuius obiectum est arduum. Ergo videtur quod humilitas non sit pars temperantiae vel modestiae.

II-II q. 161 a. 4 arg. 3

Praeterea, humilitas et magnanimitas circa eadem sunt, ut ex supra dictis patet. Sed magnanimitas non ponitur pars temperantiae, sed magis fortitudinis, ut supra habitum est. Ergo videtur quod humilitas non sit pars temperantiae vel modestiae.

II-II q. 161 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Origenes dicit, super Lucam, *si vis nomen huius audire virtutis, quomodo etiam a philosophis appelletur, ausculta eandem esse humilitatem quam respicit Deus, quae ab illis metriotes dicitur*, idest mensuratio sive moderatio, quae manifeste pertinet ad modestiam et temperantiam. Ergo humilitas est pars modestiae et temperantiae.

II-II q. 161 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, in assignando partes virtutibus praecipue attenditur similitudo quantum ad modum virtutis. Modus autem temperantiae, ex quo maxime laudem habet, est refrenatio vel repressio impetus alicuius passionis. Et ideo omnes virtutes refrenantes sive reprimentes impetus aliquarum affectionum, vel actiones moderantes, ponuntur partes temperantiae. Sicut autem mansuetudo reprimit motum irae, ita etiam humilitas reprimit motum spei, qui est motus spiritus in magna tendentis. Et ideo, sicut mansuetudo ponitur pars temperantiae, ita etiam humilitas. Unde et philosophus, in IV Ethic., eum qui tendit in parva secundum suum modum, dicit non esse magnanimum, sed temperatum, quem nos humilem dicere possumus. Et inter alias partes temperantiae, ratione superius dicta, continetur sub modestia, prout Tullius de ea loquitur, inquantum scilicet humilitas nihil est aliud quam quaedam moderatio spiritus. Unde et I Pet. III dicitur, *in incorruptibilitate quieti ac modesti spiritus*.

II-II q. 161 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod virtutes theologicae, quae sunt circa ultimum finem, qui est primum principium in appetibilibus, sunt causae omnium aliarum virtutum. Unde ex hoc quod humilitas causatur ex reverentia divina, non excluditur quin humilitas sit pars modestiae vel temperantiae.

II-II q. 161 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod partes principalibus virtutibus assignantur, non secundum convenientiam in subiecto vel in materia, sed secundum convenientiam in

stanoví za část skromnosti a mírnosti pro způsob.

K třetímu se musí říci, že, ač velkodušnost a pokora se shodují v látce, pro niž velkodušnost se stanoví za část statečnosti, pokora však za část mírnosti.

CLXI.5. Zda pokora je největší ze ctností.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že pokora je největší ze ctností. Neboť Zlatoústý praví, vykládaje to, co se praví Luk. 18 o farizeovi a publikánovi, že "jestliže pokora smíchaná s poklesky tak rychle běží, že pýše připojenou spravedlnost přejde, spojíš-li ji se spravedlností, kam nedojde? Bude státi při samém soudu Božím prostřed andělů". A tak je patrné, že pokora je před spravedlností. Ale spravedlnost je nejslavnější ze všech ctností a zahrnuje v sobě všechny ctnosti, jak je patrné z Filosofa, V. Ethic. Tedy pokora je největší ze ctností.

Mimo to Augustin praví, v kn. O slov. Páně: "Míníš vystavěti budovu veliké výšky? Nejprve mysli na základ pokory." Z čehož se zdá, že pokora je základ všech ctností. Tedy zdá se více než jiné ctnosti.

Mimo to větší ctnosti náleží větší odměna. Ale pokoře náleží největší odměna, poněvadž, "kdo se pokořuje, bude povýšen", jak se praví Luk. 14. Tedy pokora je největší ze ctností.

Mimo to, jak praví Augustin, v kn. O pravém nábož.: "Celý život Kristův na zemi skrze člověka, kterého ráčil přijmouti, byl mravní poučení". Ale k následování hlavně předložil svou pokoru, řka: "Učte se ode mne, poněvadž jsem tichý a pokorný srdcem." A Řehoř praví, v Pastýř., že "důvodem naší spásy byla shledána pokora Boha". Tedy se zdá, že pokora je největší ze ctností.

Avšak proti jest, že láska je před všemi ctnostmi, podle onoho Kolos. 3: "Nade všecko mějte lásku." Tedy pokora není největší ze ctností.

Odpovídám: Musí se říci, že dobro lidské ctnosti pozůstává v řádu rozumu, který se vidí hlavně vzhledem k cíli; pročež božské ctnosti, které mají za předmět poslední cíl, jsou největší. Druhotně pak se vidí, pokud podle rázu cíle jsou zařízena ta, která jsou k cíli. Toto pak zařízení podstatně pozůstává v zařizujícím rozumu, podílně pak v žádosti, rozumem zařízené. Toto pak zařízení všeobecně koná spravedlnost, hlavně zákonná. Pokora pak činí člověka dobře podrobeného zařízení všeobecně, vzhledem ke všem; kterákoli pak jiná ctnost vzhledem k nějaké zvláštní látce. A proto po ctnostech božských a ctnostech rozumových, které přihlížejí k rozumu samému, a po spravedlnosti, zvláště zákonné, větší než ostatní je pokora.

modo formali, ut dictum est. Et ideo, licet humilitas sit in irascibili sicut in subiecto, ponitur tamen pars modestiae et temperantiae propter modum.

II-II q. 161 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod, licet magnanimitas et humilitas in materia conveniant, differunt tamen in modo, ratione cuius magnanimitas ponitur pars fortitudinis, humilitas autem pars temperantiae.

5. Utrum sit maxima virtutum.

II-II q. 161 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod humilitas sit potissima virtutum. Dicit enim Chrysostomus, exponens illud quod dicitur Luc. XVIII de Pharisaeo et publicano, quod, *si mixta delictis humilitas tam facile currit ut iustitiam superbiae coniunctam transeat, si iustitiae coniunxeris eam, quo non ibit? Assistet ipsi tribunali divino in medio Angelorum*. Et sic patet quod humilitas praefertur iustitiae. Sed iustitia vel est praeclarissima virtutum, vel includit in se omnes virtutes, ut patet per philosophum, in V Ethic. Ergo humilitas est maxima virtutum.

II-II q. 161 a. 5 arg. 2

Praeterea, Augustinus dicit, in libro de Verb. Dom., *cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? De fundamento prius cogita humilitatis*. Ex quo videtur quod humilitas sit fundamentum omnium virtutum. Ergo videtur esse potior aliis.

II-II q. 161 a. 5 arg. 3

Praeterea, maiori virtuti maius debetur praemium. Sed humilitati debetur maximum praemium, quia qui se humiliat, exaltabitur, ut dicitur Luc. XIV. Ergo humilitas est maxima virtutum.

II-II q. 161 a. 5 arg. 4

Praeterea, sicut Augustinus dicit, in libro de vera Relig., *tota vita Christi in terris, per hominem quem suscipere dignatus est, disciplina morum fuit*. Praecipue humilitatem suam imitandam proposuit. Dicens, Matth. XI, *discite a me, quia mitis sum et humilis corde*. Et Gregorius dicit, in Pastoral., quod *argumentum redemptionis nostrae inventa est humilitas Dei*. Ergo humilitas videtur esse maxima virtutum.

II-II q. 161 a. 5 s. c.

Sed contra est quod caritas praefertur omnibus virtutibus, secundum illud Coloss. III, *super omnia, caritatem habete*. Non ergo humilitas est maxima virtutum.

II-II q. 161 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod bonum humanae virtutis in ordine rationis consistit. Qui quidem principaliter attenditur respectu finis. Unde virtutes theologicae, quae habent ultimum finem pro obiecto, sunt potissimae. Secundario autem attenditur prout secundum rationem finis ordinantur ea quae sunt ad finem. Et haec quidem ordinatio essentialiter consistit in ipsa ratione ordinante, participative autem in appetitu per rationem ordinato. Quam quidem ordinationem universaliter facit iustitia, praesertim legalis. Ordinationi autem facit hominem bene subiectum humilitas in universali quantum ad omnia, quaelibet autem alia virtus quantum ad aliquam materiam specialem. Et ideo post virtutes theologicas; et virtutes intellectuales, quae respiciunt ipsam rationem; et post

K prvnímu se tedy musí říci, že pokora není před spravedlností, nýbrž před spravedlností, k níž je připojena pýcha, a která již přestala býti ctností, jako zase naopak pokorou je odpouštěn hřích. Neboť o publikánovi se praví, Luk 18, že pro zásluhu pokory "sestoupil ospravedlněn do svého domu". Proto i Zlatoústý praví: "Dvojí spřežení uprav; jedno totiž pýchy a spravedlnosti, jiné pak hříchu a pokory, a uvidíš, že překoná hřích, převracející spravedlnost, ne vlastními silami, nýbrž silami pokory. Jinou dvojici uvidíš, přemoženou ne křehkostí spravedlnosti, nýbrž rozměry a nadmutím pýchy."

K druhému se musí říci, že jako spořádané sdružení ctností pro jakousi podobnost se přirovnává ke stavbě, tak i to, co je první v nabývání ctností, přirovnává se k základu, který se při stavbě klade první. Ctnosti pak jsou vpravdě vlévány od Boha. Pročež první v nabývání ctností lze bráti dvojmo: jedním způsobem na způsob odstraňujícího překážku. A tak pokora drží první místo, pokud totiž vyhání pýchu, jíž odporuje Bůh, a činí člověka podrobeným a otevřeným přijetí vlivu božské milosti, pokud vyprazdňuje nadutost pýchy. Proto Jak. 4 se praví, že "Bůh odporuje pyšným, ale pokorným dává milost". A podle toho pokora sluje základ duchovní budovy. Jiným způsobem je něco první ve ctnostech přímo, čím se totiž již přistupuje k Bohu. První pak přístup k Bohu je skrze víru, podle onoho Žid. 11: "Přistupující k Bohu musí věřiti." A podle tohoto víra se klade jako základ vznešenějším způsobem než pokora.

K třetímu se musí říci, že pohrdajícímu pozemskými jsou slibována nebeská, jako pohrdajícím pozemským bohatstvím jsou slibovány nebeské poklady, podle onoho Mat. 6: "Neshromažďujte poklady na zemi, ale shromažďujte poklady v nebi." A podobně pohrdajícím pozemskými radostmi jsou slibovány nebeské útěchy, podle onoho Mat. 5: "Blahoslavení, kteří lkají, neboť oni budou potěšeni." A týmž způsobem je slibováno pokoře duchovní povýšení, ne že sama ho zaslouhuje, nýbrž, poněvadž je jí vlastní pohrdati pozemskou vyvýšeností. Proto Augustin praví, v knize o Pokání: "Nemysli, že ten, kdo se ponižuje, stále leží, ježto bylo řečeno: Bude povýšen. A nedomnívej se, že jeho povýšení se děje v očích lidí tělesným vyvyšováním."

Ke čtvrtému se musí říci, že Kristus nám doporučil pokoru hlavně proto, že tím se nejvíce odstraňuje překážka lidské spásy, která pozůstává v tom, aby člověk tíhl k nebeským a duchovním, v čemž se člověku brání, usiluje-li o zvelebení pozemskými. A proto Pán, aby odstranil překážku spásy, příklady pokory ukázal pohrdlivost vnější velikosti. A tak pokora je jako nějaké uzpůsobení k svobodnému přístupu člověka k duchovním a božským dobrům. Jako tedy dokonalost je více než uzpůsobení, tak též více než pokora je láska a jiné ctnosti, jimiž je člověk přímo hýbán k Bohu.

iustitiam, praesertim legalem; potior ceteris est humilitas.

II-II q. 161 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod humilitas iustitiae non praefertur, sed iustitiae cui superbia coniungitur, quae iam desinit esse virtus. Sicut e contrario peccatum per humilitatem remittitur, nam et de publicano dicitur, Luc. XVIII, quod merito humilitatis descendit iustificatus in domum suam. Unde et Chrysostomus dicit, *geminas bigas mihi accommodes, alteram quidem iustitiae et superbiae; alteram vero peccati et humilitatis. Et videbis peccatum praevertens iustitiam, non propriis, sed humilitatis coniugae viribus, aliud vero par videbis devictum, non fragilitate iustitiae, sed mole et tumore superbiae*.

II-II q. 161 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut ordinata virtutum congregatio per quandam similitudinem aedificio comparatur, ita etiam illud quod est primum in acquisitione virtutum, fundamento comparatur, quod primum in aedificio iacitur. Virtutes autem verae infunduntur a Deo. Unde primum in acquisitione virtutum potest accipi dupliciter. Uno modo, per modum removentis prohibens. Et sic humilitas primum locum tenet, inquantum scilicet expellit superbiam, cui Deus resistit, et praebet hominem subditum et semper patulum ad suscipiendum influxum divinae gratiae, inquantum evacuat inflationem superbiae; ut dicitur Iac. IV, quod *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*. Et secundum hoc, humilitas dicitur spiritualis aedificii fundamentum. Alio modo est aliquid primum in virtutibus directe, per quod scilicet iam ad Deum acceditur. Primus autem accessus ad Deum est per fidem, secundum illud Heb. XI, *accedentem ad Deum oportet credere*. Et secundum hoc, fides ponitur fundamentum, nobiliori modo quam humilitas.

II-II q. 161 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod contemnenti terrena promittuntur caelestia, sicut contemnentibus divitias terrenas promittuntur caelestes thesauri, secundum illud Matth. VI, *nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, sed thesaurizate vobis thesauros in coelo*; et similiter contemnentibus mundi gaudia promittuntur consolationes caelestes, secundum illud Matth. V, *beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*. Et eodem modo humilitati promittitur spiritualis exaltatio, non quia ipsa sola eam mereatur, sed quia eius est proprium contemnere sublimitatem terrenam. Unde Augustinus dicit, in libro de poenitentia, *ne putes eum qui se humiliat, semper iacere, cum dictum sit, exaltabitur. Et ne opineris eius exaltationem in oculis hominum per sublimitates fieri corporales*.

II-II q. 161 a. 5 ad 4

Ad quartum dicendum quod ideo Christus praecipue humilitatem nobis commendavit, quia per hoc maxime removetur impedimentum humanae salutis, quae consistit in hoc quod homo ad caelestia et spiritualia tendat, a quibus homo impeditur dum in terrenis magnificari studet. Et ideo dominus, ut impedimentum salutis auferret, exteriorem celsitudinem contemnendam monstravit per humilitatis exempla. Et sic humilitas est quasi quaedam dispositio ad liberum accessum hominis in spiritualia et divina bona. Sicut ergo perfectio est potior dispositione, ita etiam caritas et aliae virtutes quibus

CLXI.6. Zda podle Bl. Benedikta je vhodně rozlišováno dvanáct stupňů pokory, totiž srdcem a skutkem vždy ukazovati pokoru k zemi upřenými zraky atd..

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že nevhodně je rozlišováno dvanáct stupňů pokory, které. se udávají v Řeholi Bl. Benedikta. A první z nich jest "srdcem a tělem vždy ukazovati pokoru zraky mřenými k zemi; druhý, "aby někdo mluvil málo slov a odůvodněných, ne křiklavým hlasem"; třetí, "aby se snadno a ochotně nesmál"; čtvrtý, "mlčelivost, dokud není otázán"; pátý, "držeti, co má obecné pravidlo kláštera"; šestý, "věřiti a říkati, že jest horší všech"; sedmý, "vyznávati a věřiti, že je nehodný a neužitečný ve všem"; osmý, "vyznávání hříchů"; devátý, "z poslušnosti uchopiti trpělivost ve tvrdých a drsných"; desátý, "aby se poslušně poddal vyššímu"; jedenáctý, "aby se netěšil z vyplnění vlastní vůle"; dvanáctý, "aby se bál Boha, a byl pamětliv všeho, co přikázal". Jsou zde totiž vypočítávána některá, která patří k jiným ctnostem, jako poslušnost a trpělivost; jsou vypočítávána také některá, která zdají se náležeti k nesprávnému mínění, jež nemůže příslušeti žádné ctnosti, že totiž by se někdo prohlašoval za horšího všech, a vyznával a věřil, že je nehodný a neužitečný ve všem. Tedy nevhodně jsou tato kladena mezi stupně pokory.

Mimo to pokora vychází od vnitřních k vnějším, jako též ostatní ctnosti. Tedy nevhodně při zmíněných stupních ta, která patří k vnějším úkonům jsou před oněmi, která patří k vnitřním.

Mimo to, Ambrož, v knize o Podobnostech, stanoví sedm stupňů pokory, z nichž první jest "poznávati svou pohrdlivost"; druhý, "želeti toho"; třetí, "vyznávati to"; čtvrtý, "přesvědčovati o tom, aby se tomu totiž věřilo"; pátý, "aby trpělivě snášel vyslovení toho"; šestý, "aby strpěl pohrdavé nakládání"; sedmý, "aby to miloval". Tedy se zdá, že zmíněných stupňů je nadbytek.

Mimo to k Mat. 3 praví Glossa: "Dokonalá pokora má tři stupně. První je podrobiti se vyššímu a nevynášeti se nad rovným; a ten dostačí. Druhý je podrobiti se rovnému a nevynášeti se nad nižším; a tento sluje oplývající. Třetí stupeň je poddanost nižšímu; "a v tom je všechna spravedlnost". Tedy zmíněných stupňů se zdá nadbytek.

Mimo to Augustin praví, v kn. O panenství: "Míra pokory je každému dána mírou jeho velikosti; a jest jí nebezpečná pýcha, která větším činí větší úklady". Ale míru velikosti lidské nelze určiti jistým počtem stupňů. Tedy se zdá, že nelze označiti určité stupně pokory.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak je patrné ze shora řečených, pokora podstatně záleží v žádosti, pokud někdo

homo directe movetur in Deum, sunt potiores humilitate.

6. De gradibus humilitatis.

II-II q. 161 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter distinguantur duodecim gradus humilitatis qui in regula beati Benedicti ponuntur, quorum primus est, corde et corpore semper humilitatem ostendere, defixis in terram aspectibus; secundus, ut pauca verba, et rationabilia loquatur aliquis, non clamosa voce; tertius, ut non sit facilis aut promptus in risum; quartus, taciturnitas usque ad interrogationem; quintus, tenere quod habet communis monasterii regula; sextus, credere et pronuntiare se omnibus viliorem; septimus, ad omnia indignum et inutilem se confiteri et credere; octavus, confessio peccatorum; nonus, pro obedientia in duris et asperis patientiam amplecti; decimus, ut cum obedientia se subdat maiori; undecimus, ut voluntatem propriam non delectetur implere; duodecimus, ut Deum timeat, et memor sit omnium quae praecepit. Enumerantur enim hic quaedam quae ad alias virtutes pertinent, sicut obedientia et patientia. Enumerantur etiam aliqua quae ad falsam opinionem pertinere videntur, quae nulli virtuti potest competere, scilicet quod aliquis pronuntiet se omnibus viliorem, quod ad omnia indignum et inutilem se confiteatur et credat. Ergo inconvenienter ista ponuntur inter gradus humilitatis.

II-II q. 161 a. 6 arg. 2

Praeterea, humilitas ab interioribus ad exteriora procedit, sicut et ceterae virtutes. Inconvenienter igitur praemittuntur in praemissis gradibus illa quae pertinent ad exteriores actus, his quae pertinent ad interiores.

II-II q. 161 a. 6 arg. 3

Praeterea, Anselmus, in libro de similitudinibus, ponit septem humilitatis gradus, quorum primus est, contemptibilem se esse cognoscere; secundus, de hoc dolere; tertius, hoc confiteri; quartus, hoc persuadere, ut scilicet velit hoc credi; quintus, ut patienter sustineat hoc dici; sextus, ut patiatur contemptibiliter se tractari; septimus, ut hoc amet. Ergo videntur praemissi gradus esse superflui.

II-II q. 161 a. 6 arg. 4

Praeterea, Matth. III dicit Glossa, *perfecta humilitas tres habet gradus. Primus est subdere se maiori, et non praeferre se aequali, qui est sufficiens. Secundus est subdere se aequali, nec praeferre se minori, et hic dicitur abundans. Tertius gradus est subesse minori, in quo est omnis iustitia*. Ergo praemissi gradus videntur esse superflui.

II-II q. 161 a. 6 arg. 5

Praeterea, Augustinus dicit, in libro de Virginit., *mensura humilitatis cuique ex mensura ipsius magnitudinis data est, cui est periculosa superbia, quae amplius amplioribus insidiatur*. Sed mensura magnitudinis humanae non potest sub certo numero graduum determinari. Ergo videtur quod non possint determinati gradus humilitatis assignari.

II-II q. 161 a. 6 co.

krotí nápor svého ducha, aby nespořádaně netíhl k velikým. Ale pravidlo má v poznání, aby se totiž někdo nehodnotil nad to, co jest; kořen pak a původ obojího jest úcta, kterou někdo má k Bohu. Z vnitřního pak uzpůsobení pokorou vycházejí některá vnější znamení ve slovech a skutcích a posuncích, jimiž. se zjevuje to, co je uvnitř skryto, jako se přihází také u jiných ctností. Neboť "z pohledu se poznává muž a z výrazu tváře rozumný", jak se praví Eccli. 19.

A proto v řečených stupních pokory klade se něco, co patří ke kořeni pokory" totiž dvanáctý stupeň, který jest, aby se člověk Boha bál, a byl pamětliv všeho, co přikázal. Také se klade něco patřícího k žádosti, aby totiž nespořádaně netíhnul k vlastnímu vynikání. A to se děje trojmo. Jedním způsobem, aby člověk nenásledoval vlastní vůli; což patří k jedenáctému stupni. Jiným způsobem, aby ji řídil podle libosti představeného; což patří k desátému stupni. Třetím způsobem, aby od toho neustal pro tvrdost a drsnost, které se přiházejí; a to patří k devátému.

Kladou se také některá, patřící k mínění člověka, uznávajícího svůj nedostatek. A to trojmo. Jedním totiž způsobem tak, že člověk uznává a vyznává vlastní nedostatky; což patří k osmému stupni. Za druhé, aby z pozorování svého nedostatku pokládal se někdo za nedostačujícího na větší; což patří k sedmému. Za třetí, aby vzhledem k tomu dával jiným přednost před sebou; což patří k šestému.

Kladou se také některá, která patří k vnějším znamením. Jedno pak z nich je ve skutcích, aby totiž člověk ve svých činech neodbočoval od obecné cesty; což patří k pátému. Jiná dvě jsou ve slovech, aby totiž člověk nepředbíhal čas mluvení; což patří ke čtvrtému. Ani nepřekračoval :míru v mluvení; což patří k druhému.

Jiná pak pozůstávají ve vnějších posuncích, totiž v potlačování pozdvižení zraku, což patří k prvnímu; a v krocení vnějšího smíchu a jiných znamení nepříhodné veselosti, což patří k třetímu.

K prvnímu se tedy musí říci, že někdo může věřiti bez nepravdy, a prohlašovati, že je horší všech, pro skryté nedostatky, které v sobě poznává, a pro dary Boží, které jsou skryty v jiných. Pročež Augustin praví, v kn. O panenství: "Pokládejte některé za skrytě vyšší, ač se jevíte lepšími." Podobně také bez nepravdy může někdo vyznávati a věřiti, že je neužitečný ve všem a nehodný z vlastních sil, takže celou svou dostatečnost vztahuje k Bohu, podle onoho II. Kor. 3: "Ne, jako bychom byli schopni něco mysliti ze sebe, jakožto ze sebe, nýbrž naše dostatečnost je z Boha." Avšak není nevhodné, že se připisují pokoře ta, která patří jiným ctnostem, neboť, jako jedna neřest vzniká z jiné, tak přirozeným pořadem úkon jedné ctnosti vychází z úkonu druhé.

K druhému se musí říci, že člověk přichází k pokoře skrze dvojí. A to nejprve a hlavně skrze dar milosti. A vzhledem k tomuto vnitřní předcházejí vnějším. Jiné pak je lidské úsilí, jímž člověk nejprve zadrží vnější, potom dospěje k vytržení vnitřního kořene. A podle tohoto pořadu jsou zde označeny stupně pokory.

Praeterea, curiositas esse videtur in inspectione ludorum, unde Augustinus dicit, in VI Confess., quod, *quodam pugnae casu, cum clamor ingens totius populi vehementer Alypium pulsasset, curiositate victus, aperuit oculos*. Sed inspectio ludorum non videtur esse vitiosa, quia huiusmodi inspectio delectabilis redditur propter repraesentationem, in qua homo naturaliter delectatur, ut philosophus dicit, in sua poetria. Non ergo circa sensibilium cognitionem est vitium curiositatis.

II-II q. 167 a. 2 arg. 3

Praeterea, ad curiositatem pertinere videtur actus proximorum perquirere, ut dicit Beda. Sed perquirere facta aliorum non videtur esse vitiosum, quia sicut dicitur Eccli. XVII, *unicuique mandavit Deus de proximo suo*. Ergo vitium curiositatis non est in huiusmodi particularibus sensibilibus cognoscendis.

II-II q. 167 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro de vera Relig., quod *concupiscentia oculorum reddit homines curiosos*. Ut autem dicit Beda, concupiscentia oculorum est non solum in discendis magicis artibus, sed etiam in contemplandis spectaculis, et in dignoscendis et carpendis vitiis proximorum, quae sunt quaedam particularia sensibilia. Cum ergo concupiscentia oculorum sit quoddam vitium, sicut etiam superbia vitae et concupiscentia carnis, contra quae dividitur, I Ioan. II; videtur quod vitium curiositatis sit circa sensibilium cognitionem.

II-II q. 167 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod cognitio sensitiva ordinatur ad duo. Uno enim modo, tam in hominibus quam in aliis animalibus, ordinatur ad corporis sustentationem, quia per huiusmodi cognitionem homines et alia animalia vitant nociva, et conquirunt ea quae sunt necessaria ad corporis sustentationem. Alio modo, specialiter in homine ordinatur ad cognitionem intellectivam, vel speculativam vel practicam. Apponere ergo studium circa sensibilia cognoscenda, dupliciter potest esse vitiosum. Uno modo, inquantum cognitio sensitiva non ordinatur in aliquid utile, sed potius avertit hominem ab aliqua utili consideratione. Unde Augustinus dicit, in X Confess., *canem currentem post leporem iam non specto cum in circo fit. At vero in agro, si casu transeam, avertit me fortassis ab aliqua magna cogitatione, atque ad se convertit illa venatio, et nisi iam mihi demonstrata infirmitate mea, cito admoneas, vanus hebesco*. Alio modo, inquantum cognitio sensitiva ordinatur ad aliquod noxium, sicut inspectio mulieris ordinatur ad concupiscendum; et diligens inquisitio eorum quae ab aliis fiunt, ordinatur ad detrahendum. Si quis autem cognitioni sensibilium intendit ordinate, propter necessitatem sustentandae naturae, vel propter studium intelligendae veritatis, est virtuosa studiositas circa sensibilem cognitionem.

II-II q. 167 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod luxuria et gula sunt circa delectationes quae sunt in usu rerum tangibilium. Sed

zvědavost. A sluje žádost očí, protože oči jsou v poznání mezi smysly hlavní, pročež každé smysly pojaté sluje viděně, jak praví Augustin, v X. Vyzn. A jak Augustin dodává, "z toho se nejzřejměji rozpoznává, co ve smyslech koná rozkoš, co zvědavost: že rozkoš sleduje krásná, jemná, zvučná, chutná a měkká, zvědavost však také těmto opačná, aby zkoumala, nikoli aby podstoupila obtíže, nýbrž z náruživosti zkoumati a poznati.

K druhému se musí říci, že přihlížeti hrám stává se nepřestným, pokud se tím člověk stává náchylným k nepřestem buď nevázanosti nebo krutosti skrze to, co se tam představuje. Pročež praví Zlatoústý, VI. hom. k Mat., že "cizoložníky a nestydaté dělají takové podívané".

K třetímu se musí říci, že prohlížeti nebo zkoumati skutky jiných s dobrým úmyslem, buď k užitku vlastnímu. aby totiž člověk z dobrých skutků bližního byl povzbuzen k lepšímu, nebo také k užitku jeho, aby totiž byl napraven, jestliže koná něco nepřestně, podle pravidla lásky a povinnosti úřadu, je chvalitebné podle onoho Žid. 10: "Pozorujte se navzájem pro povzbuzení lásky a dobrých skutků." Ale je nepřestné, dbá-li někdo pozorování skutků bližního, aby pohrdal nebo nactiutrhal nebo alespoň neužitečně slídil. Proto se praví Přísl. 2: "Nečiň úklady a nehledej bezbožnost v domě spravedlivého a nepustoš jeho pokoj."

CLXVIII. O skromnosti pokud spočívá ve vnějších pohybech těla.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Potom jest uvažovati o skromnosti, pokud spočívá ve vnějších pohybech těla.

A o tom jsou čtyři otázky:

1. Zda ve vnějších pohybech těla, které se konají vážně, může býti i ctnost i nepřest.

2. Zda může být nějaká ctnost ohledně úkonů hry.

3. O hříchu, který se děje v nadbytku hry.

4. O hříchu z nedostatku hry.

CLXVIII.1. Zda ve vnějších pohybech těla je nějaká ctnost.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že ve vnějších pohybech těla není žádná ctnost. Každá ctnost totiž náleží k duchovní výzdobě duše, podle onoho Žalm. 44: "Veškera sláva její, královské dcery, je uvnitř." Glossa: "to jest ve svědomí", Ale tělesné pohyby nejsou uvnitř, nýbrž zevně, Tedy ohledně takových pohybů nemůže býti ctnost.

Mimo to ctnosti v nás nejsou od přirozenosti, jak je patrné z Filosofa, ve II. Ethic. Ale vnější tělesné pohyby jsou v člověku od přirozenosti, podle níž mají někteří rychlý pohyb, a někteří pohyb pomalý; a totéž je v jiných odlišnostech vnějších pohybů. Tedy ohledně takových pohybů nebere se nějaká ctnost.

circa delectationem cognitionis omnium sensuum est curiositas. *Et vocatur concupiscentia oculorum, quia oculi sunt ad cognoscendum in sensibus principales, unde omnia sensibilia videri dicuntur*, ut Augustinus dicit, in X Confess. Et sicut Augustinus ibidem subdit, *ex hoc evidentius discernitur quid voluptatis, quid curiositatis agatur per sensus, quod voluptas pulchra, suavia, canora, sapida, lenia sectatur; curiositas autem etiam his contraria, tentandi causa, non ad subeundam molestiam, sed experiendi noscendique libidinem*.

II-II q. 167 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod inspectio spectaculorum vitiosa redditur inquantum per hoc homo fit pronus ad vitia vel lasciviae vel crudelitatis, per ea quae ibi repraesentantur. Unde Chrysostomus dicit quod *adulteros et inverecundos constituunt tales inspectiones*.

II-II q. 167 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod prospicere facta aliorum bono animo, vel ad utilitatem propriam, ut scilicet homo ex bonis operibus proximi provocetur ad melius, vel etiam ad utilitatem illius, ut scilicet corrigatur si quid ab eo agitur vitiose, secundum regulam caritatis et debitum officii, est laudabile, secundum illud Heb. X, *considerate vos invicem in provocationem caritatis et bonorum operum*. Sed quod aliquis intendit ad consideranda vitia proximorum ad despiciendum vel detrahendum, vel saltem inutiliter inquietandum, est vitiosum. Unde dicitur Prov. XXIV, *ne insidieris et quaeras iniquitatem in domo iusti, neque vastes requiem eius*.

168. De modestia quae consistit in exterioribus motibus corporis.

Prooemium

II-II q. 168 pr.

Deinde considerandum est de modestia secundum quod consistit in exterioribus motibus corporis. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum in exterioribus motibus corporis qui serio aguntur, possit esse virtus et vitium. Secundo, utrum possit esse aliqua virtus circa actiones ludi. Tertio, de peccato quod fit ex excessu ludi. Quarto, de peccato ex defectu ludi.

1. Utrum in exterioribus motibus corporis qui serio aguntur possit esse virtus et vitium.

II-II q. 168 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod in exterioribus motibus corporis non sit aliqua virtus. Omnis enim virtus pertinet ad spiritualem animae decorem, secundum illud Psalmi, *omnis gloria eius filiae regis ab intus*, Glossa, idest, in conscientia. Sed motus corporales non sunt ab intus, sed exterius. Ergo circa huiusmodi motus non potest esse virtus.

II-II q. 168 a. 1 arg. 2

Praeterea, virtutes non sunt nobis a natura, ut patet per philosophum, in II Ethic. Sed motus corporales exteriores sunt hominibus a natura, secundum quam quidam sunt velocis motus et quidam tardi motus, et idem est de aliis differentiis exteriorum motuum. Ergo circa tales motus

Mimo to každá mravní ctnost je o skutcích, které jsou k druhému, jako spravedlnost; nebo ohledně vášní, jako mírnost a statečnost. Ale vnější tělesné pohyby nejsou k druhému ani také nejsou vášně. Tedy o nich není žádná ctnost.

Mimo to v každém úkonu ctnosti jest vynaložiti snahu, jak bylo shora řečeno. Ale vynakládati snahu v upravování pohybů vnějších je hanlivé. Praví totiž Ambrož, v I. O povinnostech: "Krok je chvalný, v němž je krása ovládání a důraz vážnosti, stopa klidu, ale tak, že není snažení a umělost, nýbrž pohyb je čistý a jednoduchý." Tedy se zdá, že v soustavě vnějších pohybů nespočívá ctnost.

Avšak proti jest, že krása počestnosti náleží ke ctnosti. Ale soustava vnějších pohybů náleží ke kráse počestnosti. Praví totiž Ambrož v XIX. O povinnostech: "Jako neschvaluji změkčilý a uhlazený zvuk hlasu nebo pohyb těla, tak ani hrubý nebo neotesaný. Napodobujme přírodu; její tvářnost je výraz ukázněnosti, vzor počestnosti." Tedy v soustavě vnějších pohybů je ctnost.

Odpovídám: Musí se říci, že mravní ctnost spočívá v tom, že ta, která koná člověk, jsou pořádána rozumem. Je však jasné, že vnější pohyby člověka lze rozumem pořádati, neboť na rozkaz rozumu se vnější údy hýbají. Z čehož jest jasné, že v uspořádání těchto pohybů spočívá mravní ctnost. Uspořádání těchto pohybů se však bere ve dvojím: A to, jedním způsobem podle vhodnosti osobě, jiným způsobem podle vhodnosti vnějším osobám, záležitostem nebo místům. Proto praví Ambrož v I. O povin.: "To jest držeti krásu žití: dávati vhodné každému pohlaví a osobě." A to náleží k prvnímu. - Ohledně pak druhého dodává: "Toť řád pohybů nejlepší, toť nejlepší ozdoba, přizpůsobená každému skutku." - A proto ohledně takových vnějších pohybů stanoví Andronikos dvojí: totiž ozdobu, která se týká vhodnosti osobě, takže praví, že je "znalost slušného v pohybu a v chování, a dobré uspořádání", které se týká vhodnosti různým záležitostem a těm, která k nim náležejí. Proto praví, že je to "zkušenost oddělování, to jest rozlišování skutků".

K prvnímu se tedy musí říci, že vnější pohyby jsou jistá znamení vnitřního uzpůsobení, podle onoho Eccli. 19: "Oděv těla a smích zubů a chůze člověka zvěstují, co je." A Ambrož praví, že "povaha mysli se vidí v postavení těla", a že "hlas jest jakýsi pohyb duše a těla".

K druhému se musí říci, že, ač z přirozeného uzpůsobení má člověk schopnost k tomu nebo onomu uspořádání vnějších pohybů, přece co chybí přírodě, lze doplniti pílí rozumu. Pročež praví Ambrož, v I. O povin.: "Pohyb utvářej přirozenost; je-li však v přirozenosti něco nesprávného, naprav píle."

non attenditur aliqua virtus.

II-II q. 168 a. 1 arg. 3

Praeterea, omnis virtus moralis est circa actiones quae sunt ad alterum, sicut iustitia, vel circa passiones, sicut temperantia et fortitudo. Sed exteriores motus corporales non sunt ad alterum usum, neque etiam sunt passiones. Ergo circa eos non est aliqua virtus.

II-II q. 168 a. 1 arg. 4

Praeterea, in omni opere virtutis est studium adhibendum, ut supra dictum est. Sed adhibere studium in dispositione exteriorum motuum est vituperabile, dicit enim Ambrosius, in I de Offic., *est gressus probabilis in quo sit species auctoritatis, gravitatisque pondus, tranquillitatis vestigium, ita tamen si studium desit atque affectatio, sed motus sit purus ac simplex*. Ergo videtur quod circa compositionem exteriorum motuum non consistat virtus.

II-II q. 168 a. 1 s. c.

Sed contra est quod decor honestatis pertinet ad virtutem. Sed compositio exteriorum motuum pertinet ad decorem honestatis, dicit enim Ambrosius, in I de Offic., *sicut molliculum et infractum aut vocis sonum aut gestum corporis non probo, ita neque agrestem aut rusticum. Naturam imitemur, effigies eius formula disciplinae, forma honestatis est*. Ergo circa compositionem exteriorum motuum est virtus.

II-II q. 168 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod virtus moralis consistit in hoc quod ea quae sunt hominis per rationem ordinantur. Manifestum est autem quod exteriores motus hominis sunt per rationem ordinabiles, quia ad imperium rationis exteriora membra moventur. Unde manifestum est quod circa horum motuum ordinationem virtus moralis consistit ordinatio autem horum motuum attenditur quantum ad duo, uno quidem modo, secundum convenientiam personae; alio modo, secundum convenientiam ad exteriores personas, negotia seu loca. Unde dicit Ambrosius, in I de Offic., *hoc est pulchritudinem vivendi tenere, convenientia cuique sexui et personae reddere*, et hoc pertinet ad primum. Quantum autem ad secundum, subditur, *hic ordo gestorum optimus, hic ornatus ad omnem actionem accommodus*. Et ideo circa huiusmodi exteriores motus ponit Andronicus duo. Scilicet ornatum, qui respicit convenientiam personae, unde dicit quod est scientia circa decens in motu et habitudine. Et bonam ordinationem, quae respicit convenientiam ad diversa negotia et ea quae circumstant, unde dicit quod est experientia separationis, idest distinctionis, actionum.

II-II q. 168 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod motus exteriores sunt quaedam signa interioris dispositionis, secundum illud Eccli. XIX, *amictus corporis, et risus dentium, et ingressus hominis, enuntiant de illo*. Et Ambrosius dicit, in I de Offic., quod *habitus mentis in corporis statu cernitur, et quod vox quaedam animi est corporis motus*.

II-II q. 168 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod, quamvis ex naturali dispositione habeat homo aptitudinem ad hanc vel illam dispositionem exteriorum motuum, tamen quod deest naturae, potest suppleri ex industria rationis. Unde Ambrosius dicit, in I de Offic., *motum natura informat, si*

K třetímu se musí říci, že, jak bylo řečeno, vnější pohyby jsou jakási znamení vnitřního uzpůsobení, které se bere hlavně podle vášní duše: A proto řízení vnějších pohybů vyžaduje řízení vnitřních vášní. Proto praví Ambrož, v I. O povin., že odtud, totiž z vnějších pohybů, "člověk našeho srdce skrytý je oceňován buď jako lehký nebo vychloubavý nebo hanebný nebo naopak vážný a stálý a čistý a zralý". Z vnějších pohybů také jiní lidé pojímají o nás úsudek, podle onoho Eccli. 19: "Z pohledu se poznává muž a z výrazu tváře se poznává rozumný." A proto řízení vnějších pohybů je zařízeno jaksi k jiným, podle toho, co praví Augustin v Řeholi: "Ve všech vašich pohybech nic nebuďte, co by uráželo něčí pohled, nýbrž co sluší vaší svatosti." A proto řízení vnějších pohybů lze uvésti na dvě ctnosti, kterých se dotýká Filosof ve IV. Ethic. Pokud totiž skrze vnější pohyby jsme zařízeni k jiným, náleží řízení vnějších pohybů k přátelství nebo k přívětivosti, která se týká potěšení a zármutků, které jsou ve slovech a skutcích vzhledem k druhým, s nimiž člověk žije. Pokud však vnější pohyby jsou znamení vnitřního uzpůsobení, je řídit náleží ctnosti pravdivosti, podle níž někdo se projevuje takovým ve slovech a skutcích, jaký je uvnitř.

Ke čtvrtému se musí říci, že v soustavě vnějších pohybů se kárá snaha, kterou někdo užívá ve vnějších pohybech nějakého klamu, takže se neshodují s uzpůsobením vnitřním. Musí se však takové snahy užívati, kdyby v nich bylo něco neuspořádaného, aby se napravilo. Pročež praví Ambrož, v I. O povin.: "Chybějí umělost, nechybějí opravování."

CLXVIII.2. Zda ve hrách může býti nějaká ctnost.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že ve hrách nemůže býti nějaká ctnost. Praví totiž Ambrož v I. O povin.: "Pán praví: Běda vám, kteří se smějete, neboť budete plakati. Považuji tedy za nepřípustné nejen nevázané, nýbrž také všechny žerty." Ale to, co lze konati ctnostně, není zcela nepřípustné. Nemůže tedy býti na hry ctnost.

Mimo to ctnost je, kterou Bůh v nás bez nás působí, jak jsme měli shora. Ale Zlatoústý praví v 6. hom. k Mat.: "Nedává Bůh hry, nýbrž ďábel. Poslyš, co kdysi hrající utrpěli. Sedl lid, aby jedl a pil, a vstali ke hrám." Tedy na hry nemůže být ctnost.

Mimo to Filosof praví ve II. Ethic., že úkony hry nejsou zařízeny k něčemu jinému. Ale ke ctnosti se vyžaduje, aby volící jednal pro jiné, jak je patrné z Filosofa, v II. Ethic. Tedy na hry nemůže býti ctnost.

Avšak proti jest, co praví Augustin, ve II. O hudbě: "Chci, aby ses konečně šetřil, neboť sluší moudrému, aby občas *quid sane in natura vitii est, industria emendet.*

II-II q. 168 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut dictum est, exteriores motus sunt quaedam signa interioris dispositionis, quae praecipue attenditur secundum animae passiones. Et ideo moderatio exteriorum motuum requirit moderationem interiorum passionum. Unde Ambrosius dicit, in I de Offic., quod hinc, scilicet ex motibus exterioribus, *homo cordis nostri absconditus aut levior aut iactanctior aut turbidior, aut gravior et constantior et purior et maturior aestimatur*. Per motus etiam exteriores alii homines de nobis iudicium capiunt, secundum illud Eccli. XIX, *ex visu cognoscitur vir, et ab occursu faciei cognoscitur sensatus*. Et ideo moderatio exteriorum motuum quodammodo ad alios ordinatur, secundum illud quod Augustinus dicit, in regula, *in omnibus motibus vestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem*. Et ideo moderatio exteriorum motuum potest reduci ad duas virtutes quas philosophus tangit in IV Ethic. Inquantum enim per exteriores motus ordinamur ad alios, pertinet exteriorum motuum moderatio ad amicitiam vel affabilitatem, quae attenditur circa delectationes et tristitias quae sunt in verbis et factis in ordine ad alios quibus homo convivit. Inquantum vero exteriores motus sunt signa interioris dispositionis, pertinet eorum moderatio ad virtutem veritatis, secundum quam aliquis talem se exhibet in verbis et factis qualis est interius.

II-II q. 168 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod in compositione exteriorum motuum studium vituperatur per quod aliquis fictione quadam in exterioribus motibus utitur, ita quod interiori dispositioni non conveniant. Debet tamen tale studium adhiberi ut, si quid in eis inordinatum est, corrigatur. Unde Ambrosius dicit, in I de Offic., *ars desit, non desit correctio*.

2. Utrum circa actiones ludi possit esse aliqua virtus.

II-II q. 168 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod in ludis non possit esse aliqua virtus. Dicit enim Ambrosius, in I de Offic., *dominus ait, vae, vobis qui ridetis, quia flebitis. Non solum ergo profusos, sed etiam omnes iocos declinandos arbitror*. Sed illud quod potest virtuose fieri, non est totaliter declinandum. Non ergo circa ludos potest esse virtus.

II-II q. 168 a. 2 arg. 2

Praeterea, virtus est quam Deus in nobis sine nobis operatur, ut supra habitum est. Sed Chrysostomus dicit, *non dat Deus ludere, sed Diabolus. Audi quid ludentes passi sunt, sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere*. Ergo circa ludos non potest esse virtus.

II-II q. 168 a. 2 arg. 3

Praeterea, philosophus dicit, in X Ethic., quod *operationes ludi non ordinantur in aliquid aliud*. Sed ad virtutem requiritur ut propter aliquid eligens operetur, sicut patet per philosophum, in II Ethic. Ergo circa ludos non potest esse aliqua virtus.

II-II q. 168 a. 2 s. c.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in II musicae, *volo*

zmírnil ostrost napětí v konání věcí." Ale toto uvolnění ducha v konání věcí se děje hravými slovy a skutky. Tedy užívati jich občas náleží moudrému a ctnostnému. Filosof také, ve IV. Ethic., stanoví na hry ctnost eutrapelie, kterou my můžeme nazvat příjemnost, či dobré obracení, což níže.

Odpovídám: Musí se říci, že, jako člověk potřebuje tělesného klidu na občerstvení těla, neboť nemůže nepřetržitě pracovati, protože má omezenou sílu, která jest úměrná určitým pracím, tak také je se strany duše, jejíž síla je také omezená a úměrná určitým skutkům. A proto, když nad svou míru se napíná k nějakým skutkům, namáhá se a tím se unaví, zvláště proto, že při činnosti duše zároveň i tělo pracuje, pokud totiž rozumová duše užívá sil, působících prostřednictvím tělesných ústrojí. Smyslová dobra pak jsou sourodá člověku, a proto, když duše vystupuje nad smyslová, dbajíc výkonů rozumu, vzniká odtud nějaká únava duševní, ať se zabývá člověk výkony rozumu činorodého nebo badavého. Nejvíce pak, dbá-li výkonů života nazíravého, protože tak více vystupuje nad smyslová, ač snad v některých vnějších výkonech činorodého rozumu spočívá větší námaha tělesná. V obojím pak tím se více unavuje jeden než druhý, čím prudčeji se oddává výkonům rozumu. Jako však tělesná únava pomine tělesným odpočinkem, tak také musí únava duševní pomíjeti odpočinkem duše.

Odpočinkem pak duše je potěšení, jak jsme měli shora, když se jednalo o vášních. A proto je třeba poskytnouti léku proti duševní únavě skrze nějaké potěšení přerušením napětí usilovné snahy rozumu, jak čteme v Rozpravách Otců, že blahoslavený Jan Evangelista, když některé pohoršovalo, když jej nalezli ve hře s jeho žáky, rozkázal prý jednomu z nich, který držel luk, aby vystřelil šíp. Když to vícekráte učinil, tázal se, zda by to mohl činiti nepřetržitě. On odpověděl, že kdyby to neustále činil, luk by praskl. Z toho blažený Jan dovodil, že podobně by se zlomil duch člověka, kdyby nikdy -nepovolilo jeho napětí. Taková pak slova nebo jednání, ve kterých se nehledá než potěšení duševní, slují hravá nebo žertovná. A proto je nutné takových občas užívati, jakožto nějakého odpočinutí duše. A totéž praví Filosof ve IV. Ethic., že "v obcování tohoto života jest ve hře nějaké odpočinutí". A proto je třeba občas něčeho takového užíti. - Při tom však se zdá třeba, vystříhati se hlavně trojího: Z nichž první a hlavní jest, aby se řečené potěšení nehledalo v nějakých skutcích nebo slovech hanebných nebo škodlivých. Proto praví Tullius, v I. O povin., že "jeden rod žertování je neušlechtilý, rozpustilý, nečestný, nestoudný", Jiného pak je dbáti, aby se zcela nerozplynula vážnost duše. Proto praví Ambrož, v I. O povin.: "Střežme se, chtějíce uvolniti ducha, zrušiti celou harmonii, jako nějaký souzvuk dobrých skutků." A Tullius praví, v I. O povin., že "jako dětem nedáváme volnost hráti všechno, nýbrž to, co neodporuje počestnému jednání, tak také sviť v samém žertu nějaké světlo šlechetného ducha". - Za třetí pak je třeba dbáti, jako ve všech lidských skutcích, aby bylo příhodné osobě, času a místu, a podle jiných okolností náležitě bylo uspořádáno, aby totiž byla "hodna času a osoby", jak praví Tullius tamtéž. Taková pak se pořádají podle pravidla rozumu. Zběhlost však, jednající podle rozumu, je mravní ctnost. A proto na hry může býti nějaká ctnost, kterou nazývá Filosof eutrapelii. A nazývá se někdo eutrapelos podle dobrého obracení, protože totiž dobře obrací nějaké výroky nebo skutky k potěše; a pokud tato *tandem tibi parcas, nam sapientem decet interdum remittere aciem rebus agendis intentam*. Sed ista remissio animi a rebus agendis fit per ludicra verba et facta. Ergo his uti interdum ad sapientem et virtuosum pertinet. Philosophus etiam ponit virtutem eutrapeliae circa ludos, quam nos possumus dicere iucunditatem.

II-II q. 168 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut homo indiget corporali quiete ad corporis refocillationem, quod non potest continue laborare, propter hoc quod habet finitam virtutem, quae determinatis laboribus proportionatur; ita etiam est ex parte animae, cuius etiam est virtus finita ad determinatas operationes proportionata, et ideo, quando ultra modum suum in aliquas operationes se extendit, laborat, et ex hoc fatigatur, praesertim quia in operationibus animae simul etiam laborat corpus, inquantum scilicet anima, etiam intellectiva, utitur viribus per organa corporea operantibus. Sunt autem bona sensibilia connaturalia homini. Et ideo, quando anima supra sensibilia elevatur operibus rationis intenta, nascitur exinde quaedam fatigatio animalis, sive homo intendat operibus rationis practicae, sive speculativae. Magis tamen si operibus contemplationis intendat, quia per hoc magis a sensibilibus elevatur, quamvis forte in aliquibus operibus exterioribus rationis practicae maior labor corporis consistat. In utrisque tamen tanto aliquis magis animaliter fatigatur, quanto vehementius operibus rationis intendat. Sicut autem fatigatio corporalis solvitur per corporis quietem, ita etiam oportet quod fatigatio animalis solvatur per animae quietem. Quies autem animae est delectatio, ut supra habitum est, cum de passionibus ageretur. Et ideo oportet remedium contra fatigationem animalem adhibere per aliquam delectationem, intermissa intentione ad insistendum studio rationis. Sicut in collationibus patrum legitur quod beatus Evangelista Ioannes, cum quidam scandalizarentur quod eum cum suis discipulis ludentem invenerunt, dicitur mandasse uni eorum, qui arcum gerebat, ut sagittam traheret. Quod cum pluries fecisset, quaesivit utrum hoc continue faceret posset. Qui respondit quod, si hoc continue faceret, arcus frangeretur. Unde beatus Ioannes subintulit quod similiter animus hominis frangeretur, si nunquam a sua intentione relaxaretur. Huiusmodi autem dicta vel facta, in quibus non quaeritur nisi delectatio animalis, vocantur ludica vel iocosa. Et ideo necesse est talibus interdum uti, quasi ad quandam animae quietem. Et hoc est quod philosophus dicit, in IV Ethic., quod *in huius vitae conversatione quaedam requies cum ludo habetur*, et ideo oportet interdum aliquibus talibus uti. Circa quae tamen tria videntur praecipue esse cavenda. Quorum primum et principale est quod praedicta delectatio non quaeratur in aliquibus operationibus vel verbis turpibus vel nocivis. Unde Tullius dicit, in I de Offic., quod *unum genus iocandi est illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum*. Aliud autem attendendum est, ne totaliter gravitas animae resolvatur. Unde Ambrosius dicit, in I de Offic., *caveamus ne, dum relaxare animum volumus, solvamus omnem harmoniam, quasi concentum quendam bonorum operum*. Et Tullius dicit, in I de Offic., quod *sicut pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam quae ab honestatis actionibus non sit aliena; sic in ipso ioco aliquod probi ingenii lumen eluceat*. Tertio autem est attendendum, sicut et in omnibus aliis humanis actibus, ut congruat personae et tempori et loco, et secundum alias

ctnost člověka zdržuje od nezřízeného hraní, je obsažena pod skromností.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak bylo řečeno, žertovná musejí býti vhodná záležitostem a osobám; proto též Tullius praví, v I. Rhetor., že, "když posluchači jsou unaveni, není neužitečné, začne- li řečník nějakou věc novou nebo směšnou, jestliže ovšem hodnota věci neodnímá možnost žertování". Posvátná nauka však obírá se největšími věcmi, podle onoho Přísl. 8: "Poslouchejte, neboť o největších věcech budu mluviti." Proto Ambrož nevylučuje úplně žert z lidského obcování, nýbrž z posvátné nauky; pročež předesílá: "Ač mnohdy jsou žerty počestné a milé, přece se nehodí do církevního řádu; protože, jak bychom mohli užívati toho, co nenalézáme ve svatých Písmech?"

K druhému se musí říci, že ono slovo Zlatoústého jest rozuměti o těch, kteří nezřízeně užívají her, a zvláště o těch, kteří kladou cíl v potěšení hrou, jako se praví o některých Moudr. 15: "Domnívali se, že náš život je hra", proti nimž praví Tullius, v I. O povin.: "Nejsme od přírody tak zrozeni, abychom se zdáli učinění k žertu a hře, nýbrž spíše k přísnosti a k jistým snahám těžším a větším."

K třetímu se musí říci, že samy úkony hry podle svého druhu nejsou zařízeny k nějakému cíli, ale potěšení, které je v takových úkonech, je zařízeno k nějakému občerstvení a odpočinku duše. A podle toho, děje-li se mírně, je dovoleno užívati hry. Proto praví Tullius, v I. O povin.: "Užívati žertu a hry je sice dovoleno, ale jako spánku a ostatních odpočinků, tehdy, když jsme vykonali těžké a vážné věci."

CLXVIII.3. Zda v nadbytku hry může býti hřích.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že v nadbytku hry nemůže býti hřích. To totiž, co omlouvá z hříchu, nesejde hřích. Ale hra někdy omlouvá od hříchu: mnohá totiž, kdyby se dála vážně, byla by těžkými hříchy, která vykonána žertem, jsou buď všední, nebo nejsou hříchy. Tady se zdá, že přebytečná hra není hřích.

Mimo to všechny ostatní neřesti se uvedou na sedm hlavních neřestí, jak praví Řehoř v XXXI. Moral. Ale nadbytek ve hrách nezdá se možné uvésti na některou hlavní neřest. Tedy se zdá, že není hřích.

Mimo to hlavně herci se zdají výstřední ve hře, kteří celý svůj život zařídili na hraní. Kdyby tedy nadbytek hry byl hřích, pak všichni herci by byli ve stavu hříchu; hřešili by

circumstantias debite ordinetur, ut scilicet sit et tempore et homine dignus, ut Tullius dicit, ibidem. Huiusmodi autem secundum regulam rationis ordinantur. Habitus autem secundum rationem operans est virtus moralis. Et ideo circa ludos potest esse aliqua virtus, quam philosophus eutrapeliam nominat. Et dicitur aliquis eutrapelus a bona versione, quia scilicet bene convertit aliqua dicta vel facta in solatium. Et inquantum per hanc virtutem homo refrenatur ab immoderantia ludorum, sub modestia continetur.

II-II q. 168 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut dictum est, iocosa debent congruere negotiis et personis. Unde et Tullius dicit, in I Rhet., quod quando auditores sunt defatigati, *non est inutile ab aliqua re nova aut ridicula oratorem incipere, si tamen rei dignitas non adimit iocandi facultatem*. Doctrina autem sacra maximis rebus intendit, secundum illud Prov. VIII, *audite, quoniam de rebus magnis locutura sum*. Unde Ambrosius non excludit universaliter iocum a conversatione humana, sed a doctrina sacra. Unde praemittit, *licet interdum honesta ioca ac suavia sint, tamen ab ecclesiastica abhorrent regula, quoniam quae in Scripturis sanctis non reperimus, ea quem ad modum usurpare possumus?*

II-II q. 168 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod verbum illud Chrysostomi est intelligendum de illis qui inordinate ludis utuntur, et praecipue eorum qui finem in delectatione ludi constituunt, sicut de quibusdam dicitur Sap. XV, *aestimaverunt esse ludum vitam nostram*. Contra quod dicit Tullius, in I de Offic., *non ita generati a natura sumus ut ad ludum et iocum facti esse videamur, sed ad severitatem potius, et ad quaedam studia graviora atque maiora*.

II-II q. 168 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod ipsae operationes ludi, secundum suam speciem, non ordinantur ad aliquem finem. Sed delectatio quae in talibus actibus habetur, ordinatur ad quandam animae recreationem et quietem. Et secundum hoc, si moderate fiat, licet uti ludo. Unde Tullius dicit, in I de Offic., *ludo et ioco uti quidem licet, sed, sicut somno et quietibus ceteris, tunc cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus*.

3. Utrum in superfluitate ludi possit esse aliquo vitium.

II-II q. 168 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod in superfluitate ludi non possit esse peccatum. Illud enim quod excusat a peccato, non videtur esse peccatum. Sed ludus quandoque excusat a peccato, multa enim, si serio fierent, gravia peccata essent, quae quidem, ioco facta, vel nulla vel levia sunt. Ergo videtur quod in superabundantia ludi non sit peccatum.

II-II q. 168 a. 3 arg. 2

Praeterea, omnia alia vitia reducuntur ad septem vitia capitalia, ut Gregorius dicit, XXXI Moral. Sed superabundantia in lucis non videtur reduci ad aliquod capitalium vitiorum. Ergo videtur quod non sit peccatum.

II-II q. 168 a. 3 arg. 3

Praeterea, maxime histriones in ludo videntur superabundare, qui totam vitam suam ordinant ad

také všichni, kdo by užívali jejich služby, nebo kdo by jim něco uštědřili jakožto příznivci hříchu, co se zdá nesprávné. Čteme totiž v Životech Otců, že blaženému Pafnuciovi bylo zjeveno, že kterýsi šprýmař bude jeho společníkem v budoucím životě.

Avšak proti jest, že k onomu Přísl. 14: "Smích se smísí s bolestí a konec radosti zaujme nářek", praví Glosa: "zármutek věčný". Ale v nadbytku hry je nezřízený smích a nezřízená radost. Tedy je tam smrtelný hřích, neboť pouze jemu náleží věčný zármutek.

Odpovídám: Musí se říci, že ve všem, co lze říditi podle rozumu, sluje nadbytečným, co přesahuje pravidlo rozumu; zmenšené pak sluje něco, pokud nedosahuje pravidla rozumu. Bylo však řečeno, že hravá či žertovná slova nebo skutky lze říditi podle rozumu. A proto za nadbytek hry se bere, co přesahuje pravidlo rozumu; to pak může býti dvojmo. Jedním způsobem ze samého druhu skutků, které se berou ke hře; a ten způsob žertování sluje podle Tullia "neušlechtilý, rozpustilý, neřestný, nestoudný", když totiž někdo užívá ke hře hanebných slov nebo skutků, nebo také těch, která se obracejí ke škodě bližnímu, což jsou o sobě smrtelné hříchy. A tak je patrné, že nadbytek ve hře je hříchem smrtelným. Jiným způsobem může býti nadbytek ve hře z nedostatku náležitých okolností, třebas, když někteří užívají her buď v čase nebo na místě nenáležitém, nebo také nevhodně záležitosti nebo osobě. A to pak může býti někdy hřích smrtelný pro prudké přilnutí ke hře, jejímuž potěšení dává někdo přednost před milováním Boha, takže proti přikázáním Božím nebo církevním neváhá užívati takových her. Někdy však je hřích všední, třebas, když někdo nepřilne tak ke hře, že by chtěl proto něco spáchati proti Bohu.

K prvnímu se tedy musí říci, že něco je hříchem pro pouhý úmysl, protože totiž se ději někomu na bezpráví jeho; kterýžto úmysl vylučuje hra, jejíž úmysl se nese k potěšení, nikoliv k bezpráví někoho. A v takových omlouvá hra od hříchu nebo zmenšuje hřích. Některá však jsou, která jsou podle svého druhu hříchy, jako vražda, smilstvo a podobná; a taková nejsou omlouvána hrou, ba jimi stává se hra neřestnou a nestydatou.

K druhému se musí říci, že nadbytek ve hře náleží k nejapné veselosti, o které praví Řehoř, že je dcerou obžerství. Pročež Exod. 32 se praví: "Seděl lid, aby jedl a pil, a povstal ke hře."

K třetímu se musí říci, že, jako bylo řečeno, hra je nutná pro lidské žití. Ke všem však, která jsou užitečná lidskému žití, lze ustanoviti nějaké dovolené služby. A proto i služba herců, která je zařízena k poskytování útěchy lidem, není nedovolená, Ani nejsou ve stavu hříchu, jen když užívají hry mírně, to jest, neužívajíce žádných nedovolených slov nebo úkonů ke hře, a neužívajíce hry při záležitostech a dobách nenáležitých. A třebaže v lidských věcech nemají ludendum. Si ergo superabundantia ludi esset peccatum, tunc omnes histriones essent in statu peccati. Peccarent etiam omnes qui eorum ministerio uterentur, vel qui eis aliqua largirentur, tanquam peccati fautores. Quod videtur esse falsum. Legitur enim in vitis patrum, quod beato Paphnutio revelatum est quod quidam ioculator futurus erat sibi consors in vita futura.

II-II q. 168 a. 3 s. c.

Sed contra est quod, super illud Prov. XIV, *risus dolori miscebitur et extrema gaudii luctus occupat*, dicit Glossa, luctus perpetuus. Sed in superfluitate ludi est inordinatus risus et inordinatum gaudium. Ergo est ibi peccatum mortale, cui soli debetur luctus perpetuus.

II-II q. 168 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod in omni eo quod est dirigibile secundum rationem, superfluum dicitur quod regulam rationis excedit, diminutum autem dicitur aliquid secundum quod deficit a regula rationis. Dictum est autem quod ludicra sive iocosa verba vel facta sunt dirigibilia secundum rationem. Et ideo superfluum in ludo accipitur quod excedit regulam rationis. Quod quidem potest esse dupliciter. Uno modo, ex ipsa specie actionum quae assumuntur in ludum, quod quidem iocandi genus secundum Tullium dicitur esse illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum, quando scilicet utitur aliquis, causa ludi, turpibus verbis vel factis, vel etiam his quae vergunt in proximi nocumentum, quae de se sunt peccata mortalia. Et sic, patet quod excessus in ludo est peccatum mortale. Alio autem modo potest esse excessus in ludo secundum defectum debitarum circumstantiarum, puta cum aliqui utuntur ludo vel temporibus vel locis indebitis, aut etiam praeter convenientiam negotii seu personae. Et hoc quidem quandoque potest esse peccatum mortale, propter vehementiam affectus ad ludum, cuius delectationem praeponit aliquis dilectioni Dei, ita quod contra praeceptum Dei vel Ecclesiae talibus ludis uti non refugiat. Quandoque autem est peccatum veniale, puta cum aliquis non tantum afficitur ad ludum quod propter hoc vellet aliquid contra Deum committere.

II-II q. 168 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod aliqua sunt peccata propter solam intentionem, quia scilicet in iniuriam alicuius fiunt, quam quidem intentionem excludit ludus, cuius intentio ad delectationem fertur, non ad iniuriam alicuius. Et in talibus ludus excusat a peccato, vel peccatum diminuit. Quaedam vero sunt quae secundum suam speciem sunt peccata, sicut homicidium, fornicatio et similia. Et talia non excusantur per ludum, quinimmo ex his ludus redditur flagitiosus et obscenus.

II-II q. 168 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod superfluitas in ludo pertinet ad ineptam laetitiam, quam Gregorius dicit esse filiam gulae. Unde Exod. XXXII dicitur, *sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere*.

II-II q. 168 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut dictum est, ludus est necessarius ad conversationem humanae vitae. Ad omnia autem quae sunt utilia conversationi humanae, deputari possunt aliqua officia licita. Et ideo etiam officium histrionum, quod ordinatur ad solatium hominibus exhibendum, non est secundum se illicitum, nec sunt in statu peccati, dummodo moderate ludo utantur, idest, non

jiného zaměstnání ve srovnání s jinými lidmi, přece ve srovnání se sebou a s Bohem mají jiné vážné a ctnostné skutky, třebas, když se modlí a pořádají své vášně a skutky a někdy také chudým dávají almužny. Pročež ti, kteří jim mírně přispívají, nehřeší, nýbrž jednají spravedlivě tím, že jim udělují mzdu za jejich službu.

Jestliže však někteří zbytečně svůj majetek na ně promarní, nebo také podporují takové herce, kteří užívají nedovolených her, hřeší jakožto příznivci jejich hříchu. Pročež praví Augustin, k Jan., že "darovati své věci hercům je nesmírná nešest, nikoliv ctnost". Leda by snad nějaký herec byl v krajní nouzi. a v té by se mu musilo pomoci. Praví totiž Ambrož, v knize O povin.: "Syť umírajícího hladem: kdokoliv totiž můžeš nasycením člověka zachrániti, zabils, nenasytil-lis."

CLXVIII.4. Zda v nedostatku hry spočívá nějaký hřích.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že v nedostatku hry nespočívá nějaký hřích. Žádný hřích se totiž nepřikazuje kajícníku. Ale Augustin praví v XV. O pravém a nepravém pokání, mluvě o kajícníku: "Zdržuj se her a divadel světa, kdo chce dosíci dokonalé milosti odpuštění." Tedy v nedostatku hry není nějaký hřích.

Mimo to žádný hřích není schvalován u svatých. Ale u některých se schvaluje, že se zdržovali hry. Praví se totiž Jerem. 15: "Neseděl jsem ve shromáždění hráčů." A Tob. 3 se praví: "Nikdy jsem se nemísil s hrajícími, ani jsem neměl podíl s těmi, kteří chodí v lehkomyslnosti." Tedy v nedostatku hry nemůže býti hřích.

Mimo to Andronikos praví, že drsnost, kterou počítá mezi ctnosti, je zběhlost, podle níž někteří ani nepřinášejí jiným potěšení rozmluvami, ani od nich je nedostávají. Ale to náleží k nedostatku hry. Tedy nedostatek hry spíše náleží ke ctnosti než k nešesti.

Avšak proti jest, co praví Filosof, ve II. Ethic., že nedostatek hry je nešest.

Odpovídám: Musí se říci, že všechno, co je v lidských věcech proti rozumu, je nešestné. Je však proti rozumu, aby se někdo stával druhým obtížným, třebas, když neposkytuje potěšení, a také potěšení druhých kazí. Proto praví Seneka, O čtyřech ctnostech: "Tak se chovej moudře, aby tě nikdo nepokládal za drsného, ani tebou nepohrdal jako méněcenným." Ti však, kteří nedbají hry, ani sami neřeknou nic směšného, a říkajícím jsou obtížní, protože totiž nepřijímají umírněné hry druhých. A proto takoví jsou nešestní a slují tvrdí a hrubí, jak praví Filosof, ve IV. Ethic.

Ale poněvadž hra je užitečná pro odpočinek a potěšení, potěšení však a odpočinek se nehledají pro sebe v lidském životě, nýbrž pro činnost, jak se praví v X. Ethic., proto nedostatek hry je méně nešestný než nadbytek hry. Pročež praví Filosof v IX. Ethic., že "máme míti málo přátel pro potěšení, protože málo potěšení stačí pro život jako koření, utendo aliquibus illicitis verbis vel factis ad ludum, et non adhibendo ludum negotiis et temporibus indebitis. Et quamvis in rebus humanis non utantur alio officio per comparationem ad alios homines, tamen per comparationem ad seipsos et ad Deum, alias habent seriosas et virtuosas operationes, puta dum orant, et suas passiones et operationes componunt, et quandoque etiam pauperibus eleemosynas largiuntur. Unde illi qui moderate eis subveniunt, non peccant, sed iusta faciunt, mercedem ministerii eorum eis attribuendo. Si qui autem superflue sua in tales consumunt, vel etiam sustentant illos histriones qui illicitis ludis utuntur, peccant, quasi eos in peccato foventes. Unde Augustinus dicit, super Ioan., quod *donare res suas histrionibus vitium est immane*. Nisi forte aliquis histrio esset in extrema necessitate, in qua esset ei subveniendum. Dicit enim Ambrosius, in libro de Offic., *pasce fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem servare poteris, si non paveris, occidisti*.

4. Utrum in defectu ludi possit esse aliquod vitium.

II-II q. 168 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod in defectu ludi non consistat aliquod peccatum. Nullum enim peccatum indicitur poenitenti. Sed Augustinus dicit, de poenitente loquens, *cohibeat se a ludis, a spectaculis saeculi, qui perfectam vult consequi remissionis gratiam*. Ergo in defectu ludi non est aliquod peccatum.

II-II q. 168 a. 4 arg. 2

Praeterea, nullum peccatum ponitur in commendatione sanctorum. Sed in commendatione quorundam ponitur quod a ludo abstinuerunt, dicitur enim Ierem. XV, non sedi in Concilio ludentium; et Tobiae III dicitur, *nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his qui in levitate ambulant, participem me praebui*. Ergo in defectu ludi non potest esse peccatum.

II-II q. 168 a. 4 arg. 3

Praeterea, Andronicus ponit austeritatem, quam inter virtutes numerat, esse *habitum secundum quem aliqui neque afferunt aliis delectationes collocutionum, neque ab aliis recipiunt*. Sed hoc pertinet ad defectum ludi. Ergo defectus ludi magis pertinet ad virtutem quam ad vitium.

II-II q. 168 a. 4 s. c.

Sed contra est quod philosophus, in II et IV Ethic., ponit defectum in ludo esse vitiosum.

II-II q. 168 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod omne quod est contra rationem in rebus humanis, vitiosum est. Est autem contra rationem ut aliquis se aliis onerosum exhibeat, puta dum nihil delectabile exhibet, et etiam delectationes aliorum impedit. Unde Seneca dicit, *sic te geras sapienter ut nullus te habeat tanquam asperum, nec contemnat quasi vilem*. Illi autem qui in ludo deficiunt, neque ipsi dicunt aliquod ridiculum; et dicentibus molesti sunt, quia scilicet moderatos aliorum ludos non recipiunt. Et ideo tales vitiosi sunt, et dicuntur duri et agrestes, ut philosophus dicit, in IV Ethic. Sed quia ludus est utilis propter delectationem et quietem; delectatio autem et quies non propter se quaeruntur in humana vita, sed propter operationem, ut dicitur in X Ethic., defectus ludi minus est vitiosus quam ludi superexcessus. Unde philosophus jako v pokrmu dostačí málo soli".

K prvnímu se tedy musí říci, že kajícníkům se nařizuje lkáti nad hříchy, a proto se jim zakazuje hra. A nenáleží to k nešestnému nedostatku, protože to samo je podle rozumu, že se jim hru omezuje.

K druhému se musí říci, že Jeremiáš tam mluví podle vhodnosti doby, jejíž stav vyžadoval, spíše lkání. Proto dodává: "Sám jsem seděl, protože naplnils mně hořkostí." Co se pak praví Tob. 3, náleží ke hře zbytečné, což je patrné z toho, co následuje: "Ani jsem neměl podíl s těmi, kteří chodí v lehkomyslnosti."

K třetímu se musí říci, že drsnost, pokud je ctnost, nevylučuje všechna potěšení, nýbrž jen zbytečná a nezřízená. Pročež zdá se náležeti k přívětivosti, kterou nazývá Filosof přátelstvím, nebo k eutrapelii nebo příjemnosti. A přece ji tak jmenuje a vymezuje podle shodnosti s mírností, která má potlačovati potěšení.

CLXIX. O skromnosti ve vnější výpravě.

Předmluva

Dělí se na dva články.

Potom jest uvažovati o skromnosti, pokud spočívá ve vnější výpravě.

A o tom jsou dvě otázky.

1. Zda ohledně vnější výpravy může býti ctnost nebo nešest.

2. Zda ženy hřeší smrtelně nadbytečnou úpravností.

CLXIX.1.Zda ohledně vnější výpravnosti může býti ctnost nebo nešest.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že ohledně vnější úpravnosti nemůže býti ctnost nebo nešest. Vnější úpravnost totiž není v nás od přirozenosti, a proto také se mění podle různosti dob a míst. Pročež Augustin praví ve III. O křest'. nábož., že "u starých Římanů bylo hanebné míti tuniky rukávcové po kotníky, nyní však jich nemíti je hanebné počestně narozeným". Ale, jak praví Filosof ve II. Ethic, od přírody máme způsobilost ke ctnostem. Tedy ohledně takových není ctnost nebo nešest.

Mimo to, kdyby ohledně vnějšího pěstění byla ctnost a nešest, bylo by třeba, aby nadbytek v takových byl nešestný a také nedostatek nešestný. Ale nadbytek ve vnějším pěstění nezdá se býti nešestný, neboť i kněží a služebníci oltáře při posvátných úkonech užívají drahocenných obleků. Podobně také nedostatek v takových nezdá se býti nešestný, protože ke chvále kterýchsi se praví Žid. 11: "Chodili ve skopovicích a v kožích kozích." Nezdá se tedy, že by v takových byla ctnost nebo nešest.

dicit, in IX Ethic., quod *pauci amici propter delectationem sunt habendi*, quia parum de delectatione sufficit ad vitam, quasi pro condimento; sicut parum de sale sufficit in cibo.

II-II q. 168 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, quia poenitentibus luctus indicitur pro peccatis, ideo interdicitur eis ludus. Nec hoc pertinet ad vitium defectus, quia hoc ipsum est secundum rationem quod in eis ludus diminuatur.

II-II q. 168 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod Ieremias ibi loquitur secundum congruentiam temporis cuius status magis luctum requirebat. Unde subdit, *solus sedebam, quoniam amaritudine replevisti me*. Quod autem dicitur Tobiae III, pertinet ad ludum superfluum. Quod patet ex eo quod sequitur, *neque cum his qui in levitate ambulant participem me praebui*.

II-II q. 168 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod austeritas, secundum quod est virtus, non excludit omnes delectationes, sed superfluas et inordinatas. Unde videtur pertinere ad affabilitatem, quam philosophus amicitiam nominat, vel ad eutrapeliam, sive iucunditatem. Et tamen nominat et definit eam sic secundum convenientiam ad temperantiam, cuius est delectationes reprimere.

169. De modestia secundum quod consistit in exteriori apparatu.

Prooemium

II-II q. 169 pr.

Deinde considerandum est de modestia secundum quod consistit in exteriori apparatu. Et circa hoc quaeruntur duo. Primo, utrum circa exteriorem apparatum possit esse virtus et vitium. Secundo, utrum mulieres mortaliter peccent in superfluo ornatu.

1. Utrum circa exteriorem apparatum possit esse virtus et vitium.

II-II q. 169 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod circa exteriorem ornatum non possit esse virtus et vitium. Exterior enim ornatus non est in nobis a natura, unde et secundum diversitatem temporum et locorum variantur. Unde Augustinus dicit, in III de Doct. Christ., quod *talares et manicatas tunicas habere apud veteres Romanos flagitium erat, nunc autem honesto loco natis non eas habere flagitium est*. Sed sicut philosophus dicit, in II Ethic., *naturalis inest nobis aptitudo ad virtutes*. Ergo circa huiusmodi non est virtus et vitium.

II-II q. 169 a. 1 arg. 2

Praeterea, si circa exteriorem cultum esset virtus et vitium, oporteret quod superfluitas in talibus esset vitiosa, et etiam defectus vitiosus. Sed superfluitas in cultu exteriori non videtur esse vitiosa, quia etiam sacerdotes et ministri altaris in sacro ministerio pretiosissimis vestibus utuntur. Similiter etiam defectus in talibus non videtur esse vitiosus, quia in laudem quorundam dicitur, Heb. XI, *circuierunt in melotis et in pellibus caprinis*. Non ergo videtur quod in talibus possit esse virtus et vitium.

Mimo to každá ctnost je božská nebo mravní nebo rozumová. Ale ohledně těchto není ctnost rozumová, která se dokonává v nějakém poznání pravdy. Podobně také tam není ctnost božská, která má za předmět Boha. A není tam ani některá z ctností mravních, kterých se dotýká Filosof ve II. Ethic. Tedy se zdá, že ohledně takového pěstění nemůže býti ctnost a neřest.

Avšak proti, počestnost náleží ke ctnosti. Ale ve vnějším pěstění se pozoruje nějaká počestnost. Praví totiž Ambrož v I. O povin.: "Upravenost těla nebudiž umělkovaná, nýbrž přirozená, jednoduchá, spíše zanedbaná než vybraná, ne pomocí vzácného a zářivého oděvu, nýbrž obyčejného, aby počestnosti nebo nutnosti nic nechybělo, nic nepřidávalo lesku." Tedy ve vnějším pěstění může býti ctnost a neřest.

Odpovídám: Musí se říci, že v samých věcech vnějších, kterých člověk užívá, není nějaká neřest, nýbrž se strany člověka, který jich neumírněně užívá. A tato neumírněnost může býti dvojmo. A to; jedním způsobem ve srovnání se zvyklostí lidí, se kterými někdo žije. Pročež praví Augustin ve III. Vyzn.: "Hanebnosti, které jsou proti mravům lidí, jest se vystříhati podle různosti mravů, aby vnitřní dohoda obce nebo národa, zvykem nebo zákonem utvrzená, nebyla porušena choutkou žádného občana nebo cizince. Hanebná je totiž každá část, nepřizpůsobená svému celku." - Jiným způsobem může býti neumírněnost v užívání takových věcí z nezřízeného citu užívajícího, z něhož se někdy přihází, že člověk příliš náruživě takových užívá, but podle zvyku těch, s nimiž žije, nebo mimo jejich zvyk. Pročež praví Augustin ve III. O křesť. nauce: "V užívání věcí nesmí býti náruživost, která nejen nepravostně zneužívá samého zvyku těch, s nimiž žije, nýbrž také často překročivši jeho hranice, hanebným propuknutím zjevuje svou ošklivost, která se skrývala za závorami veřejných mravů."

Přihází se pak tento nezřízený cit trojmo vzhledem k nadbytku. Jedním způsobem tím, že někdo nadbytečným pěstěním šatu hledá slávu lidskou, pokud totiž šat a jiná taková náležejí k úpravnosti. Proto praví Řehoř v kterési homilii: "Jsou mnozí, kteří pěstění jemných a drahých šatů nemají za hřích. Kdyby to však nebyla vina, řeč Boží by tak bděle nevyjadřovala, že boháč, který byl trápen v pekle, byl oděn v jemné plátno a purpur. Nikdo totiž drahý šat, totiž přesahující vlastní postavení, nehledá než z marnivosti. - Jiným způsobem, pokud člověk zbytečným pěstěním šatů hledá požitek, pokud šat je zařízen k hovění tělu. - Za třetí, pokud věnuje přílišnou péči vnějšímu pěstění šatů, i když není nějaká nezřízenost se strany cíle. A podle toho stanoví Andronikos tři ctnosti ohledně vnějšího pěstování, totiž pokoru, která vylučuje úmysl slávy; a proto praví, že pokora je zbělhost, nekonající zbytečná vydání a přípravy; a spokojenost, která vylučuje úmysl požitků. A proto praví, že spokojenost je zbělhost, ustávající na potřebném a určující ta, která jsou vhodná životu, podle onoho Apoštolova, I. Tim. posl.: "Majíce co jísti a čím se odívati, jsme tím spokojeni." A jednoduchost, která vylučuje nadbytečnou pečlivost o taková. Proto praví, že jednoduchost je zbělhost, spokojená tím, co přijde. Se strany pak nedostatku podobně může býti dvojí nezřízenost z citu. A to, jedním způsobem z nedbalosti člověka, který nevynakládá snahu nebo práci na to, aby užíval vnějšího pěstění jak je třeba. Proto praví Filosof v VII. Ethic., že

II-II q. 169 a. 1 arg. 3

Praeterea, omnis virtus aut est theologica, aut moralis, aut intellectualis. Sed circa huiusmodi non consistit virtus intellectualis, quae perficit in aliqua cognitione veritatis. Similiter etiam nec est ibi virtus theologica, quae habet Deum pro obiecto. Nec etiam est ibi aliqua virtutum moralium quas philosophus tangit. Ergo videtur quod circa huiusmodi cultum non possit esse virtus et vitium.

II-II q. 169 a. 1 s. c.

Sed contra, honestas ad virtutem pertinet. Sed in exteriori cultu consideratur quaedam honestas, dicit enim Ambrosius, in I de Offic., *decor corporis non sit affectatus, sed naturalis; simplex, neglectus magis quam expeditus; non pretiosis et albentibus adiutus vestimentis, sed communibus, ut honestati vel necessitati nihil desit, nihil accedat nitori*. Ergo in exteriori cultu potest esse virtus et vitium.

II-II q. 169 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod in ipsis rebus exterioribus quibus homo utitur, non est aliquod vitium, sed ex parte hominis qui immoderate utitur eis. Quae quidem immoderantia potest esse dupliciter. Uno quidem modo, per comparationem ad consuetudinem hominum cum quibus aliquis vivit. Unde dicit Augustinus, in III Confess., *quae contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diversitate vitanda sunt, ut pactum inter se civitatis et gentis consuetudine vel lege firmatum, nulla civis aut peregrini libidine violetur. Turpis enim est omnis pars universo suo non congruens*. Alio modo potest esse immoderatio in usu talium rerum ex inordinato affectu utentis, ex quo quandoque contingit quod homo nimis libidinose talibus utatur, sive secundum consuetudinem eorum cum quibus vivit, sive etiam praeter eorum consuetudinem. Unde Augustinus dicit, in III de Doct. Christ., *in usu rerum abesse oportet libidinem, quae non solum ipsa eorum inter quos vivit consuetudine nequiter abutitur; sed etiam saepe fines eius egressa, foeditatem suam, quae inter claustra morum solemnium latitabat, flagitiosissima eruptione manifestat*. Contingit autem ista inordinatio affectus tripliciter, quantum ad superabundantiam. Uno modo, per hoc quod aliquis ex superfluo cultu vestium hominum gloriam quaerit, prout scilicet vestes et alia huiusmodi pertinent ad quendam ornatum. Unde Gregorius dicit, in quadam homilia, *sunt nonnulli qui cultum subtilium pretiosarumque vestium non putant esse peccatum. Quod videlicet si culpa non esset nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret quod dives qui torquebatur apud Inferos, bysso et purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta pretiosa*, scilicet excedentia proprium statum, nisi ad inanem gloriam quaerit. Alio modo, secundum quod homo per superfluum cultum vestium quaerit delicias, secundum quod vestis ordinatur ad corporis fomentum. Tertio modo, secundum quod nimiam sollicitudinem apponit ad exteriorem vestium cultum, etiam si non sit aliqua inordinatio ex parte finis. Et secundum hoc, Andronicus ponit tres virtutes circa exteriorem cultum. Scilicet, humilitatem, quae excludit intentionem gloriae. Unde dicit quod humilitas est habitus non superabundans in sumptibus et praeparationibus. Et per se sufficientiam, quae excludit intentionem deliciarum. Unde dicit quod per se sufficientia est habitus contentus quibus oportet, et determinativa eorum quae ad vivere convenit (secundum

náleží k změkčilosti, že někdo vleče šat po zemi, aby neměl námah se zdviháním. - Jiným způsobem z toho, že sám nedostatek vnějšího pěstění zařizuje ke slávě. Proto praví Augustin, ve II. O řeči Páně na hoře, že "ne pouze v lesku a nádheře věcí tělesných, nýbrž také v samé žalostné špině může býti vychloubavost, a to tím nebezpečnější, že pod jménem služby Boží klame". A Filosof praví, ve IV. Ethic., že nadbytek a nezřízený nedostatek náleží k vychloubavosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že, ač samo vnější pěstění není od přirozenosti, přece náleží k přirozenému rozumu, aby vnější pěstění řídil. A podle toho je nám vrozeno přijmouti tuto ctnost, která vnější pěstění řídí.

K druhému se musí říci, že ti, kteří jsou postaveni v hodnostech, nebo také služebníci oltáře, vzácnějšími šaty než ostatní se odívají nikoliv pro svou slávu, nýbrž k naznačení vznešenosti své služby nebo pocty Boží, a proto u nich to není neřestné. Pročež Augustin praví, ve III. O křesť. nauce: "Kdokoli tak užívá vnějších věcí, že překročí meze obyčeje dobrých, mezi nimiž bije, buď něco naznačuje, nebo je hříšný, poněvadž totiž pro požitek nebo okázalost takových užívá." Podobně také se strany nedostatku se přihází hřích. Nehřeší však vždy, kdo užívá oděvu levnějšího než druzí. Neboť, činí-li to z chlubivosti nebo pýchy, aby vynikal nad jiné, je to neřest pověrčivosti. Jestliže to však činí pro tryznění těla nebo pokořování ducha, náleží to k ctnosti mírnosti. Proto praví Augustin, ve III. kn. O křesť. nauce: "Kdo skrovněji užívá pomíjejících věcí než jak mají mravy těch, s nimiž žije, buď je mírný nebo pověrčivý." Zvláště pak náleží užívati laciných šatů těm, kteří jiné povzbuzují slovem a příkladem k pokání, jak učinili proroci, o nichž zde mluví Apoštol. Proto kterási Glossa praví k Mat. 3: "Kdo káže pokání, obléká šat pokání."

K třetímu se musí říci, že takové vnější pěstění jest jakési znamení lidského postavení. A proto nadbytek a nedostatek a střed v takových lze uvésti na ctnost pravdivosti, kterou Filosof stanoví pro skutky a slova, kterými se něco naznačuje ohledně stavu člověka.

CLXIX.2.Zda úpravnost žen je bez smrtelného hříchu.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že úpravnost žen není bez smrtelného hříchu. Všechno totiž, co je proti příkazu Božího zákona, je smrtelný hřích. Ale úpravnost žen je proti příkazu Božího zákona. Praví se totiž I. Petr. 3:

illud apostoli, I ad Tim. ult., *habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti simus*). Et simplicitatem, quae excludit superfluam sollicitudinem talium. Unde dicit quod simplicitas est habitus contentus his quae contingunt. Ex parte autem defectus similiter potest esse duplex inordinatio secundum affectum. Uno quidem modo, ex negligentia hominis qui non adhibet studium vel laborem ad hoc quod exteriori cultu utatur secundum quod oportet. Unde philosophus dicit, in VII Ethic., quod ad mollitiem pertinet quod aliquis *trahat vestimentum per terram, ut non laboret elevando ipsum*. Alio modo, ex eo quod ipsum defectum exterioris cultus ad gloriam ordinant. Unde dicit Augustinus, in libro de Serm. Dom. in monte, *non in solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus et luctuosis esse posse iactantiam, et eo periculosiorem quo sub nomine servitutis Dei decipit*. Et philosophus dicit, in IV Ethic., quod *superabundantia et inordinatus defectus ad iactantiam pertinet*.

II-II q. 169 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, quamvis ipse cultus exterior non sit a natura, tamen ad naturalem rationem pertinet ut exteriorem cultum moderetur. Et secundum hoc, innati sumus hanc virtutem suscipere, quae exteriorem cultum moderatur.

II-II q. 169 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod illi qui in dignitatibus constituuntur, vel etiam ministri altaris, pretiosioribus vestibus quam ceteri induuntur, non propter sui gloriam, sed ad significandam excellentiam sui ministerii vel cultus divini. Et ideo in eis non est vitiosum. Unde Augustinus dicit, in III de Doct. Christ., *quisquis sic utitur exterioribus rebus ut metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est*, dum scilicet propter delicias vel ostentationem talibus utitur. Similiter etiam ex parte defectus contingit esse peccatum, non tamen semper qui vilioribus quam ceteri vestibus utitur, peccat. Si enim hoc faciat propter iactantiam vel superbiam, ut se ceteris praeferat, vitium superstitionis est. Si autem hoc faciat propter macerationem carnis vel humiliationem spiritus, ad virtutem temperantiae pertinet. Unde Augustinus dicit, in III de Doct. Christ., *quisquis restrictius rebus utitur quam se habeant mores eorum cum quibus vivit, aut temperans aut superstitiosus est*. Praecipue autem competit vilibus vestimentis uti his qui alios verbo et exemplo ad poenitentiam hortantur, sicut fuerunt prophetae, de quibus apostolus ibi loquitur. Unde quaedam Glossa dicit, Matth. III, *qui poenitentiam praedicat, habitum poenitentiae praetendit*.

II-II q. 169 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod huiusmodi exterior cultus indicium quoddam est conditionis humanae. Et ideo excessus et defectus et medium in talibus possunt reduci ad virtutem veritatis, quam philosophus ponit circa facta et dicta quibus aliquid de statu hominis significatur.

2. Utrum mulieres mortaliter peccent in superfluo ornatu.

II-II q. 169 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod ornatus mulierum non sit sine peccato mortali. Omne enim quod est contra praeceptum divinae legis, est peccatum

"Jejich," totiž žen, "nebudiž vnější učesávání a obkládání zlatem nebo pěstování oblékaných šatů;" pročež praví Glossa Cyprianova: "Hedvábím a purpurem oděné nemohou upřímně obléci Krista; zlatem a perlami a šperky ozdobené ztratily výzdobu mysli i těla." Ale to se neděje než smrtelným hříchem, Tedy úpravnost žen nemůže býti bez smrtelného hříchu.

Mimo to Cyprian praví v knize O šatu panen: "Myslím, že třeba napomenouti nejen panny nebo vdovy, nýbrž i vdané a vůbec všechny ženy, že nesmějí žádným způsobem dílo Boží a stvoření a štípení jeho kaziti používáním žluté barvy nebo černého prášku nebo červeně nebo jakéhokoliv přípravku, porušujícího vrozené tahy." A pak dodává: "Vkládají ruce na Boha, když to, co on utvořil, zamýšlejí přetvořiti. Je to napadání Božího díla, je kažení pravdy. Nebudeš moci vidět

Boha, jestliže nemáš oči, které Bůh udělal, nýbrž které ďábel předělal, učesána od svého nepřítele s ním budeš stejně hořeli." Ale to náleží jen smrtelnému hříchu. Tedy úpravnost žen není bez smrtelného hříchu.

Mimo to, jako nepřísluší ženě, aby užívala mužského oděvu, tak také jí nepřísluší, aby užívala nezřízené úpravnosti. Ale první je hřích; praví se totiž Deut. 22: "Neodívej se žena šatem mužským, ani muž šatem ženským." Tedy se také zdá, že zbytečná úpravnost žen je smrtelný hřích.

Avšak proti jest, že podle toho by se zdáli smrtelně hřešiti umělci, připravující takové úpravnosti.

Odpovídám: Musí se říci, že ohledně úpravnosti žen je třeba dbáti některých, která byla obecně řečena shora ohledně vnějšího pěstování, a ještě něčeho jiného zvláštního, že totiž ženské pěstění podnečuje k nevázanosti, podle onoho Přísl. 7: "Hle, nadbíhá mu žena v oděvu nevěstím, připravená klamati duše." Může však žena dovoleně usilovati o to, aby se líbila muži, aby pohrdnuv jí neupadl v cizoložství. Proto se praví I. Kor. 7, že "žena, která je vdaná, přemýšlí o tom, co je světské, jak by se líbila muži". A proto upravuje-li se vdaná žena proto, aby se líbila svému muži, může to činiti bez hříchu. Ony ženy však, které nemají muže, a nechtějí míti, nebo jsou ve stavu nedovolujícím míti, nemohou bez hříchu žádati, líbiti se žádostivým pohledům mužů, protože to jest dávati jim podnět hříchu. A jestliže z toho úmyslu se upravují, aby jiné podněcovaly k dychtivosti, hřeší smrtelně; jestli však z jakési lehkomyslnosti nebo také z jakési marnivosti pro jakousi vychloubavost, není to vždy smrtelný hřích, nýbrž někdy všední. A týž způsob je v tom u mužů. Pročež praví Augustin v listě Possidiovi: "Nechci, abys ukvapeně odsuzoval při zdobení zlatem nebo šatem, leč u těch, kteří ani nejsou sezdáni, ani nechtějí sňatek, a proto mají mysliti, jak se zalíbí Bohu. Oni však myslí, co je světa, jak se zalíbí buď muži ženám nebo ženy mužům, leč že odkrývati vlasy nesluší se ani ženám vdaným, jimž i Apoštol přikazuje zahalovati hlavu." V tom případě však by mohly býti některé omluveny od hříchu, když by se to nedělo z nějaké marnivosti, nýbrž pro opačný zvyk, ačkoli takový zvyk

mortale. Sed ornatus mulierum est contra praeceptum divinae legis, dicitur enim I Pet. III, *quarum, scilicet mulierum sit non extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus*. Ubi dicit Glossa Cypriani, *serico et purpura indutae Christum sincere induere non possunt, auro et margaritis adornatae et monilibus, ornamenta mentis et corporis perdiderunt*. Sed hoc non fit nisi per peccatum mortale. Ergo ornatus mulierum non potest esse sine peccato mortali.

II-II q. 169 a. 2 arg. 2

Praeterea, Cyprianus dicit, in libro de habitu Virgin., *non virgines tantum aut viduas, sed et nuptas puto et omnes omnino feminas admonendas, quod opus Dei et facturam eius et plasma adulterare nullo modo debeant, adhibito flavo colore vel nigro pulvere vel rubore, aut quolibet lineamenta nativa corrumpente medicamine*. Et postea subdit, *manus Deo inferunt, quando illud quod ille formavit, reformare contendunt. Impugnatio ista est divini operis, praevaricatio est veritatis. Deum videre non poteris, quando oculi tibi non sunt quos Deus fecit, sed quos Diabolus infecit, de inimico tuo compta, cum illo pariter arsura*. Sed hoc non debetur nisi peccato mortali. Ergo ornatus mulieris non est sine peccato mortali.

II-II q. 169 a. 2 arg. 3

Praeterea, sicut non congruit mulieri quod veste virili utatur, ita etiam ei non competit quod inordinato ornatu utatur. Sed primum est peccatum, dicitur enim Deut. XXII, *non induatur mulier veste virili, nec vir veste muliebri*. Ergo videtur quod etiam superfluus ornatus mulierum sit peccatum mortale.

II-II q. 169 a. 2 s. c.

Sed contra est quia secundum hoc videretur quod artifices huiusmodi ornamenta praeparantes mortaliter peccarent.

II-II q. 169 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod circa ornatum mulierum sunt eadem attendenda quae supra communiter dicta sunt circa exteriorem cultum, et insuper quiddam aliud speciale, quod scilicet muliebris cultus viros ad lasciviam provocat, secundum illud Prov. VII, *ecce, mulier occurrit illi ornatu meretricio praeparata ad decipiendas animas*. Potest tamen mulier licite operam dare ad hoc quod viro suo placeat, ne per eius contemptum in adulterium labatur. Unde dicitur I ad Cor. VII, quod *mulier quae nupta est cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro*. Et ideo si mulier coniugata ad hoc se ornet ut viro suo placeat, potest hoc facere absque peccato. Illae autem mulieres quae viros non habent, nec volunt habere, et sunt in statu non habendi, non possunt absque peccato appetere placere virorum aspectibus ad concupiscendum, quia hoc est dare eis incentivum peccandi. Et si quidem hac intentione se ornent ut alios provocent, ad concupiscentiam, mortaliter peccant. Si autem ex quadam levitate, vel etiam ex vanitate propter quandam iactantiam, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale. Et eadem ratio, quantum ad hoc, est de viris. Unde Augustinus dicit, in epistola ad Possidium, *nolo ut de ornamentis auri vel vestis praeproperam habeas in prohibendo sententiam, nisi in eos qui neque coniugati sunt, neque coniugari cupientes, cogitare debent quomodo placeant Deo. Illi autem cogitant quae sunt mundi, quomodo placeant vel viri uxoribus, vel*

není chvalný.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak tamtéž praví Glossa: "ženy těch, kteří byli v soužení, pohrdaly muži, a aby se jiným líbily, krásně se upravovaly", což zakazuje Apoštol. O tom případu též mluví Cyprian. Nezakazuje však vdaným ženám úpravnost, aby se líbily mužům, aby se jim nedávala příležitost hřešiti s jinými. Pročež praví Apoštol, I. Tim. 2: "Ženy v šatě úpravném, zdobice se stydlivostí a střízlivostí, nikoli pletenci vlasů nebo zlatem nebo perlami nebo rouchem drahým;" čímž se dává rozuměti, že střízlivé a umírněné zdobení se nezakazuje ženám, nýbrž zbytečné, neslušné a necudné.

K druhému se musí říci, že líčení žen, o kterém mluví Cyprian, je jakýsi druh předstírání, které nemůže býti bez hříchu. Pročež praví Augustin, v listě Possidiovi: "Líčiti se barvičkami, aby se jevila ruměnější nebo bělejší, je cizoložný klam, a nepochybuji, že ani sami manželé jim nechtějí býti klamáni, jimž jedině (totiž manželům) smějí se ženy zdobiti, ač se jim to nepříkazuje." Není však vždy takové líčení hříchsmrtelný, nýbrž pouze když se děje pro nevázanost nebo na pohrdání Bohem, o kterýchžto případech mluví Cyprian. Jest však věděti, že jiné je předstírati krásu, kterou kdo nemá, a jiné zakrývati ošklivost, pocházející z nějaké příčiny, třebas z nemoci nebo něčeho takového. To je totiž dovoleno, protože podle Apoštola, I. Kor. 12: "Ty údy našeho těla, které máme za méně čestné; přiodíváme čestněji."

K třetímu se musí říci, že, jak bylo řečeno, vnější pěstění musí odpovídati postavení osoby podle obecné zvyklosti. A proto samo sebou je nečestné, když žena užívá šatu mužského, nebo naopak. A zvláště proto, že to může býti příčinou nevázanosti; a zvláště se zakazuje v zákoně proto, že pohané takové záměny šatu užívali k modlosužebné pověře. Může však někdy býti bez hříchu pro nějakou nutnost, nebo jako ukrytí před nepřítelem, nebo pro nedostatek jiného šatu, nebo pro něco jiného takového.

Ke čtvrtému se musí říci, že, je-li nějaké umění na tvoření nějakých děl, kterých nemohou užívati lidé bez hříchu, v důsledku by hřešili umělci, tvoříce takové věci, jakožto poskytujíce přímo jiným příležitost hříchu, třebas, kdyby někdo vyráběl modly, nebo, co náleží k uctívání modlosužebnému. Jestliže však je nějaké umění, jehož děl mohou lidé užívati dobře nebo špatně, jako jsou meče, šípy a jiná taková, vykonávání takových umění není hřích. A jedině ta mohou slouti umění. Proto praví Zlatoústý, v L. hom. k Mat.: "Pouze ta lze nazývati umění, jež poskytují a sestrojují nezbytná a příhodná našemu životu." Jestliže však děl nějakého umění častěji někteří zneužívají, ač ze sebe nejsou nedovolená, mají býti přesto úřadem vládce v obci vyhubena, podle učení Platonova. Poněvadž tedy ženy *mulieres maritis, nisi quod capillos nudare feminas, quas etiam caput velare apostolus iubet, nec maritatas decet*. In quo tamen possent aliquae a peccato excusari, quando hoc non fieret ex aliqua vanitate, sed propter contrariam consuetudinem, quamvis talis consuetudo non sit laudabilis.

II-II q. 169 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Glossa ibidem dicit, *mulieres eorum qui in tribulatione erant, contemnebant viros, et ut aliis placerent, se pulchre ornabant, quod fieri apostolus prohibet*. In quo etiam casu loquitur Cyprianus, non autem prohibet mulieribus coniugatis ornari ut placeant viris, ne detur eis occasio peccandi cum aliis. Unde I ad Tim. dicit apostolus, *mulieres in habitu ornato, cum verecundia et sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro aut margaritis aut veste pretiosa*, per quod datur intelligi quod sobrius et moderatus ornatus non prohibetur mulieribus, sed superfluus et inverecundus et impudicus.

II-II q. 169 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod mulierum fucatio, de qua Cyprianus loquitur, est quaedam species fictionis, quae non potest esse sine peccato. Unde Augustinus dicit, in epistola ad Possidium, *fucari figmentis, quo rubicundior vel candidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittendae sunt feminae ornari, secundum veniam, non secundum imperium*. Non tamen semper talis fucatio est cum peccato mortali, sed solum quando fit propter lasciviam, vel in Dei contemptum, in quibus casibus loquitur Cyprianus. Sciendum tamen quod aliud est fingere pulchritudinem non habitam, et aliud est occultare turpitudinem ex aliqua causa provenientem, puta aegritudine vel aliquo huiusmodi. Hoc enim est licitum, quia secundum apostolum, I ad Cor., *quae putamus ignobiliora esse membra corporis, his honorem abundantiorem circundamus*.

II-II q. 169 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut dictum est, cultus exterior debet competere conditioni personae secundum communem consuetudinem. Et ideo de se vitiosum est quod mulier utatur veste virili aut e converso, et praecipue quia hoc potest esse causa lasciviae. Et specialiter prohibetur in lege, quia gentiles tali mutatione habitus utebantur ad idololatriae superstitionem. Potest tamen quandoque hoc fieri sine peccato propter aliquam necessitatem, vel causa occultandi ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti, vel propter aliquid aliud huiusmodi.

II-II q. 169 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod, si qua ars est ad faciendum aliqua opera quibus homines uti non possunt absque peccato, per consequens artifices talia faciendo peccarent, utpote praebentes directe aliis occasionem peccandi, puta si quis fabricaret idola, vel aliqua ad cultum idololatriae pertinentia. Si qua vero ars sit cuius operibus homines possunt bene et male uti, sicut gladii, sagittae et alia huiusmodi, usus talium artium non est peccatum, et eae solae artes sunt dicendae. Unde Chrysostomus dicit, super Matth., *eas solas oportet artes vocare quae necessariorum, et eorum quae continent vitam nostram, sunt tributivae et constructivae*. Si tamen operibus

se mohou dovoleně zdobiti, buď aby zachovaly slušnost svého stavu, nebo také něco přidati, aby se líbily mužům, důsledek je, že výrobci takovýchto ozdob nehřeší užíváním takového umění, leda snad vynalézáním nějakých zbytečností a zvláštností. Proto praví Zlatoústý, že i v řemesle obuvnickém a tkalcovském je třeba mnohé vymýtiti, neboť řemeslo přivedli k prostopášnosti, porušujíce jeho potřebnost, zaměňujíce umění za umění špatnosti."

CLXX. O přikázáních mírnosti.

Předmluva

Dělí se na dva články.

Potom jest uvažovati o přikázáních mírnosti. A nejprve o přikázáních samé mírnosti; za druhé o přikázáních jejích částí.

CLXX.1. Zda přikázání mírnosti se v Božím zákoně vhodně podávají.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že přikázání mírnosti se nevhodně v božském zákoně podávají. Statečnost je totiž více ctností než mírnost, jak bylo shora řečeno. Ale žádné přikázání statečnosti se neklade mezi přikázání Desatera, která jsou hlavní přikázání zákona. Tedy nevhodně mezi přikázání Desatera se klade zákaz cizoložství, které je protivou mírnosti, jak je patrné z řečeného shora.

Mimo to mírnost není pouze ohledně pohlavních, nýbrž také ohledně potěšení pokrmů a nápojů. Ale mezi přikázáními Desatera se nezakazuje nějaká nešest, náležející k potěšení pokrmů a nápojů, ani také náležející k nějakému jinému druhu nečistoty. Tedy také se nemá klásti nějaké přikázání, zakazující cizoložství, což náleží k potěšení pohlavních.

Mimo to hlavnější v úmyslu zákonodárcově je naváděti ke ctnostem, než zakazovati nešesti; proto jsou totiž zakazovány nešesti, aby zanikly překážky ctností. Ale přikázání Desatera jsou hlavní v zákoně Božím. Tedy mezi přikázání Desatera spíše se mělo dáti nějaké přikázání kladné, přímo navádějící ke ctnosti mírnosti, než přikázání záporné, zakazující cizoložství, které jest přímo protilehlé.

Proti tomu jest autorita Písma v Desateru.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak praví Apoštol, I. Tim. 1, "cílem přikázání je láska", ke které jsme naváděni dvěma přikázáními, náležejícími k milování Boha a bližního. A proto ona přikázání se kladou do Desatera, která jsou přiměji zařízena k milování Boha a bližního. Mezi nešestmi však, protilehlými mírnosti, nejvíce zdá se proti milování bližního cizoložství, kterým někdo uchvátí věc cizí, zneužívaje totiž manželky bližního. A proto mezi přikázáními Desatera se hlavně zakazuje cizoložství, nejen pokud se skutkem vykoná, nýbrž i pokud se srdcem žádá.

alicuius artis ut pluries aliqui male uterentur, quamvis de se non sint illicitae, sunt tamen per officium principis a civitate extirpandae, secundum documenta Platonis. Quia ergo mulieres licite se possunt ornare, vel ut conservent decentiam sui status, vel etiam aliquid superaddere ut placeant viris; consequens est quod artifices talium ornamentorum non peccant in usu talis artis, nisi forte inveniendo aliqua superflua et curiosa. Unde Chrysostomus dicit, super Matth., quod *etiam ab arte calceorum et textorum multa abscidere oportet. Etenim ad luxuriam deduxerunt necessitatem eius corrumpentes, artem male arti commiscentes*.

170. De praeceptis temperantiae.

Prooemium

II-II q. 170 pr.

Deinde considerandum est de praeceptis temperantiae. Et primo, de praeceptis ipsius temperantiae. Secundo, de praeceptis partium eius.

1. Utrum praecepta temperantiae convenienter in lege divina tradantur.

II-II q. 170 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod praecepta temperantiae inconvenienter in lege divina tradantur. Fortitudo enim est potior virtus quam temperantia, ut supra dictum est. Sed nullum praeceptum fortitudinis ponitur inter praecepta Decalogi, quae sunt potiora legis praecepta. Ergo inconvenienter inter praecepta Decalogi ponitur prohibitio adulterii, quod contrariatur temperantiae, ut ex supra dictis patet.

II-II q. 170 a. 1 arg. 2

Praeterea, temperantia non solum est circa venerea, sed etiam circa delectationem ciborum et potuum. Sed inter praecepta Decalogi non prohibetur aliquod vitium pertinens ad delectationem ciborum et potuum, neque etiam pertinens ad aliquam aliam speciem luxuriae. Ergo neque etiam debet poni aliquod praeceptum prohibens adulterium, quod pertinet ad delectationem venereorum.

II-II q. 170 a. 1 arg. 3

Praeterea, principalius est in intentione legislatoris inducere ad virtutes quam vitia prohibere, ad hoc enim vitia prohibentur, ut virtutum impedimenta tollantur. Sed praecepta Decalogi sunt principalia in lege divina. Ergo inter praecepta Decalogi magis debuit poni praeceptum aliquod affirmativum directe inducens ad virtutem temperantiae, quam praeceptum negativum prohibens adulterium, quod ei directe opponitur.

II-II q. 170 a. 1 s. c.

In contrarium est auctoritas Scripturae.

II-II q. 170 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut apostolus dicit, I ad Tim. I, finis praecepti caritas est, ad quam duobus praeceptis inducimur pertinentibus ad dilectionem Dei et proximi. Et ideo illa praecepta in Decalogo ponuntur quae directius ordinantur ad dilectionem Dei et proximi. Inter vitia autem temperantiae opposita, maxime dilectioni proximi videtur opponi adulterium, per quod aliquis usurpat sibi rem alienam, abutendo scilicet uxore proximi. Et ideo inter praecepta Decalogi praecipue prohibetur adulterium, non solum secundum quod opere exercetur,

K prvnímu se tedy musí říci, že mezi druhy nešestí, které jsou protilehlé statečnosti, není žádná, která by tak přímo odporovala milování bližního jako cizoložství, jež je druh nečistoty, která odporuje mírnosti. A přece nešest odvážnosti, která je protilehlá statečnosti, někdy bývá příčinou vraždy, která se mezi přikázáními Desatera zakazuje. Praví se totiž Eccli. 8: "S odvážlivcem nechoď cestou, aby snad na tobě nezatížil své špatnosti."

K druhému se musí říci, že obžerství neodporuje přímo milování bližního jako cizoložství, ani také některý jiný druh nečistoty. Neděje se totiž takové bezpráví otci zprzněním panny, která není určena jeho manželství, jako se děje bezpráví manželu cizoložstvím ženy, na jejíž tělo má moc on, nikoli manželka.

K třetímu se musí říci, že přikázání Desatera, jak bylo shora řečeno, jsou nějaké všeobecné zásady Božího zákona, pročež musí býti obecné. Nemohla však býti dána nějaká obecná přikázání kladná o mírnosti, protože užívání jí se mění podle různých dob, jak praví Augustin v knize O dobru manželství, a podle různých zákonů a zvyků lidí.

CLXX.2. Zda se vhodně podávají v zákoně Božím přikázání o ctnostech připojených mírnosti.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že se nevhodně podávají v zákoně Božím přikázání o ctnostech, připojených mírnosti. Neboť přikázání Desatera, jak bylo řečeno, jsou jisté všeobecné zásady celého zákona Božího. Ale "pýcha je počátek každého hříchu", jak se praví Eccli. I0. Tedy do přikázání Desatera měl býti vložen nějaký zákaz pýchy.

Mimo to ona přikázání se mají hlavně dáti do Desatera, kterými lidé. nejvíce se kloní k plnění zákona, protože ta se zdají býti hlavní. Ale pokorou, kterou se člověk podrobuje Bohu, zdá se člověk nejlépe připraven k zachování Božího zákona. Proto se poslušnost počítá mezi stupni pokory, jak jsme měli shora, a totéž zdá se třeba říci o tichosti, kterou se stává, že člověk neodporuje božskému Písmu, jak praví Augustin v Řeholi. Tedy se zdá, že o pokoře a tichosti měla býti dána v Desateru nějaká přikázání.

Mimo to bylo řečeno, že cizoložství se v Desateru zakazuje, protože odporuje milování bližního. Ale také nezřízenost vnějších pohybů, která je protilehlá skromnosti, je protilehlá milování bližního. Proto praví Augustin v Řeholi: "V žádném vašem pohybu nebudiž nic, co by uráželo čímkoliv pohled." Tedy se zdá, že i taková nezřízenost měla býti zakázána nějakým přikázáním Desatera.

Proti tomu dostačí autorita Písma.

sed etiam secundum quod corde concupiscitur.

II-II q. 170 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod inter species vitiorum quae opponuntur fortitudini, nulla est quae ita directe contrarietur dilectioni proximi sicut adulterium, quod est species luxuriae, quae temperantiae contrariatur. Et tamen vitium audaciae, quod opponitur fortitudini, quandoque solet esse causa homicidii, quod inter praecepta Decalogi prohibetur, dicitur enim Eccli. VIII, *cum audace non eas in via, ne forte gravet mala sua in te*.

II-II q. 170 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod gula directe non opponitur dilectioni proximi, sicut adulterium, neque etiam aliqua alia species luxuriae. Non enim tanta fit iniuria patri per stuprum virginis, quae non est eius connubio deputata, quanta fit iniuria viro per adulterium, cuius corporis potestatem ipse habet, non uxor.

II-II q. 170 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod praecepta Decalogi, ut supra dictum est, sunt quaedam universalia divinae legis principia, unde oportet ea esse communia. Non potuerunt autem aliqua praecepta communia affirmativa de temperantia dari, quia usus eius variatur secundum diversa tempora, sicut Augustinus dicit, in libro de bono Coniug., et secundum diversas hominum leges et consuetudines.

2. Utrum praecepta de virtutibus annexis temperantiae convenienter in Scriptura tradantur.

II-II q. 170 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter tradantur in divina lege praecepta de virtutibus annexis temperantiae. Praecepta enim Decalogi, ut dictum est, sunt quaedam universalia principia totius legis divinae. Sed superbia est initium omnis peccati, ut dicitur Eccli. X. Ergo inter praecepta Decalogi debuit aliquod poni prohibitivum superbiae.

II-II q. 170 a. 2 arg. 2

Praeterea, illa praecepta maxime debent in Decalogo poni per quae homines maxime inclinantur ad legis impletionem, quia ista videntur esse principalia. Sed per humilitatem, per quam homo Deo subiicitur, maxime videtur homo disponi ad observantiam divinae legis, unde obedientia inter gradus humilitatis computatur, ut supra habitum est. Et idem etiam videtur esse dicendum de mansuetudine, per quam fit ut homo divinae Scripturae non contradicat, ut Augustinus dicit, in II de Doct. Christ. Ergo videtur quod de humilitate et mansuetudine aliqua praecepta in Decalogo poni debuerunt.

II-II q. 170 a. 2 arg. 3

Praeterea, dictum est quod adulterium in Decalogo prohibetur quia contrariatur dilectioni proximi. Sed etiam inordinatio exteriorum motuum, quae contrariatur modestiae, dilectioni proximi opponitur, unde Augustinus dicit, in regula, *in omnibus motibus vestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum*. Ergo videtur quod etiam huiusmodi inordinatio debuit prohiberi per aliquod praeceptum Decalogi.

II-II q. 170 a. 2 s. c.

In contrarium sufficit auctoritas Scripturae.

Odpovídám: Musí se říci, že ctnosti, připojené mírnosti, lze pozorovati dvojmo: jedním způsobem o sobě, druhým způsobem podle svých účinků. O sobě pak nemají přímého vztahu k milování Boha nebo bližního, nýbrž spíše si všímají jakéhosi umiřování těch, která náležejí člověku samému. - Avšak ve svých účincích mohou přihlížeti k milování Boha nebo bližního. A podle toho jsou v Desateru nějaká přikázání, náležející k zákazu účinků neřestí protilehlých částem mírnosti, jako z hněvu, který je protilehlý tichosti, postoupí leckdy někdo k vraždě, která je v Desateru zakázána; nebo k odnětí povinné úcty rodičům, což může také pocházeti z pýchy, ze které také mnozí přestupují přikázání první desky.

K prvnímu se tedy musí říci, že pýcha je počátek hříchu, ale skrytý v srdci, a její nezřízenost také nepovází všichni. Proto zákaz jí nemusil býti dán mezi přikázání Desatera, která jsou první zásady, o sobě známé.

K druhému se musí říci, že přikázání, která o sobě navádějí k zachování zákona, již předpokládají zákon. Proto nemohou býti prvními přikázáními zákona, aby se vložila do Desatera.

K třetímu se musí říci, že nezřízenost vnějších pohybů nenáleží k urážení bližního ze samého druhu skutku, jako vražda, cizoložství a krádež, která jsou v Desateru zakázána, nýbrž pouze, pokud jsou známkami vnitřní nezřízenosti, jak bylo shora řečeno.

CLXXI. O proroctví.

Předmluva

Dělí se na šest článků.

Když bylo řečeno o jednotlivých ctnostech a nešestech, které patří k podmínkám a stavům všech lidí, nyní se má uvážiti o těch, která vlastně patří některým lidem. Rozdíl pak mezi lidmi se shledává podle těch, která patří k pohotovostem a úkonům, trojím způsobem: jedním způsobem podle milostí zdarma daných; poněvadž, jak se praví I. Kor. 12: "Jsou rozdělení milostí: a jednomu se dává skrze Ducha řeč moudrosti, jinému řeč vědění", atd. Jiný pak rozdíl jest podle různých životů, totiž činného a nazíravého, které se berou podle různých snah prací; proto také se tam praví, že "jsou rozdělení prací". Neboť jiná je snaha práce u Marty, "která byla pečlivá a namáhala se pozornou obsluhou", což patří k činnému životu; jiná však jest u Marie, která "sedíc u nohou Páně, poslouchala jeho slovo", což patří k nazíravému, jak máme Luk. 10. Třetím způsobem podle rozdílu úřadů a stavů., jak se praví Efes. 4, 11: "A on pak dal některé za apoštoly, jiné zase za proroky, jiné opět za evangelisty, a jiné za pastýře a učitele", což patří k různým úřadům, o nichž se praví I. Kor. 12, 5: "Jsou rozdělení úřadů." Jest však považíti ohledně milostí zdarma daných, o nichž se naskytuje první úvaha, že některé z nich patří k poznání, některé zase k mluvení, některé opět k

II-II q. 170 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod virtutes temperantiae annexae dupliciter considerari possunt, uno modo, secundum se; alio modo, secundum suos effectus. Secundum se quidem, non habent directam habitudinem ad dilectionem Dei vel proximi, sed magis respiciunt quandam moderationem eorum quae ad ipsum hominem pertinent. Quantum autem ad effectus suos, possunt respicere dilectionem Dei vel proximi. Et secundum hoc, aliqua praecepta in Decalogo ponuntur pertinentia ad prohibendum effectus vitiorum oppositorum temperantiae partibus, sicut ex ira, quae opponitur mansuetudini, procedit interdum aliquis ad homicidium, quod in Decalogo prohibetur, vel ad subtrahendum debitum honorem parentibus. Quod etiam potest ex superbia provenire, ex qua etiam multi transgrediuntur praecepta primae tabulae.

II-II q. 170 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod superbia est initium peccati, sed latens in corde, cuius etiam inordinatio non perpenditur communiter ab omnibus. Unde eius prohibitio non debuit poni inter praecepta Decalogi, quae sunt sicut prima principia per se nota.

II-II q. 170 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod praecepta quae inducunt ad observantiam legis, praesupponunt iam legem. Unde non possunt esse prima legis praecepta, ut in Decalogo ponantur.

II-II q. 170 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod inordinatio exteriorum motuum non pertinet ad offensam proximi secundum ipsam speciem actus, sicut homicidium, adulterium et furtum, quae in Decalogo prohibentur, sed solum secundum quod sunt signa interioris inordinationis, ut supra dictum est.

171. De prophetia quantum ad eius essentiam.

Prooemium

II-II q. 171 pr.

Postquam dictum est de singulis virtutibus et vitiis quae pertinent ad omnium hominum conditiones et status, nunc considerandum est de his quae specialiter ad aliquos homines pertinent. Invenitur autem differentia inter homines, secundum ea quae ad habitus et actus animae rationalis pertinent, tripliciter. Uno quidem modo, secundum diversas gratias gratis datas, quia, ut dicitur I ad Cor. XII, *divisiones gratiarum sunt, et alii datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae,* et cetera. Alia vero differentia est secundum diversas vitas, activam scilicet et contemplativam, quae accipitur secundum diversa operationum studia. Unde et ibidem dicitur quod divisiones operationum sunt. Aliud enim est studium operationis in Martha, quae *sollicita erat et laborabat circa frequens ministerium*, quod pertinet ad vitam activam, aliud autem in Maria, *quae, sedens secus pedes domini, audiebat verbum illius*, quod pertinet ad contemplativam, ut habetur Luc. X. Tertio modo, secundum diversitatem officiorum et statuum, prout dicitur Ephes. IV, *et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores et doctores*. Quod činnosti. Všechna pak, která patří k poznání, jsou obsažena v proroctví. Neboť prorocké zjevení se vztahuje nejen k budoucím výkonům lidí, nýbrž také k božským věcem, jak vzhledem k těm, která se všem předkládají k věření, jež patří k víře, tak vzhledem k vyšším tajemstvím, jež patří dokonalým, a která náležejí k moudrosti. Také je prorocké zjevení o těch, která patří k duchovým podstatám, od nichž jsme naváděni jak k dobrému, tak ke zlému, což patří k rozlišování duchů. Vztahuje se také k řízení lidských úkonů, což patří k vědění, jak bude níže patrné. A proto nejprve přichází úvaha o proroctví a o vytržení, které je nějaký stupeň proroctví.

O proroctví se naskytuje čtverá úvaha, z nichž první jest o jeho podstatě; druhá o jeho příčině; třetí o způsobu prorockého poznání; čtvrtá o rozdělení proroctví.

O prvním je šest otázek.

1. Zda proroctví patří k poznání.
2. Zda jest pohotovost.
3. Zda se týká pouze budoucích náhodných.
4. Zda prorok poznává všechna prorokovatelná.
5. Zda prorok rozeznává ta, která božsky postřehuje, od těch, která vidí vlastním duchem.
6. Zda v proroctví může býti nepravda.

CLXXI.1.Zda proroctví náleží k poznání.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že proroctví nenáleží k poznání. Neboť se praví, Eccli 48, že "mrtvé tělo Eliseovo prorokovalo"; a níže hl. 49 se praví o Josefovi, že "jeho kosti byly navštíveny a po smrti prorokovaly". Ale v těle nebo v kostech po smrti nezůstává žádné poznání. Tedy proroctví nenáleží k poznání.

Mimo to I. Kor. 14 se praví: "Kdo prorokuje, lidem mluví ku vzdělání." Avšak mluvení jest účinek poznání, není však samo poznání. Tedy se zdá, že proroctví nenáleží k poznání.

Mimo to každá poznávací dokonalost vylučuje pošetilost a nerozum. Ale tato mohou býti zároveň s proroctvím; neboť se praví, Ose. 9: "Znejte, Israeli, proroka pošetilého a bez rozumu." Tedy proroctví není poznávací dokonalost.

Mimo to, jako zjevení náleží k rozumu, tak se zdá vnuknutí náležeti k citu, protože znamená jakési hnutí. Ale proroctví sluje vnuknutí nebo zjevení, podle Kassiodora, v Předmluvě k žalt. Tedy se zdá, že proroctví nenáleží více k rozumu než k citu.

Avšak proti jest, co se praví I. Kor. 9: "Neboť kdo dnes sluje prorok, kdysi slul Vidoucí." Ale vidění naleží k poznání. Tedy proroctví náleží k poznání.

Odpovídám: Musí se říci, že proroctví nejprve a hlavně záleží v poznání, protože totiž proroci poznávají ta, která pertinet ad diversa ministeria, de quibus dicitur, I ad Cor. XII, divisiones ministrationum sunt. Est autem attendendum circa gratias gratis datas, de quibus occurrit consideratio prima, quod quaedam eorum pertinent ad cognitionem; quaedam vero ad locutionem; quaedam vero ad operationem. Omnia vero quae ad cognitionem pertinent, sub prophetia comprehendi possunt. Nam prophetica revelatio se extendit non solum ad futuros hominum eventus, sed etiam ad res divinas, et quantum ad ea quae proponuntur omnibus credenda, quae pertinent ad fidem, et quantum ad altiora mysteria, quae sunt perfectorum, quae pertinent ad sapientiam; est etiam prophetica revelatio de his quae pertinent ad spirituales substantias, a quibus vel ad bonum vel ad malum inducimur, quod pertinet ad discretionem spirituum; extendit etiam se ad directionem humanorum actuum, quod pertinet ad scientiam; ut infra patebit. Et ideo primo occurrit considerandum de prophetia; et de raptu, qui est quidam prophetiae gradus. De prophetia autem quadruplex consideratio occurrit, quarum prima est de essentia eius; secunda, de causa ipsius; tertia, de modo propheticae cognitionis; quarta, de divisione prophetiae. Circa primum quaeruntur sex. Primo, utrum prophetia pertineat ad cognitionem. Secundo, utrum sit habitus. Tertio, utrum sit solum futurorum contingentium. Quarto, utrum propheta cognoscat omnia prophetabilia. Quinto, utrum propheta discernat ea quae divinitus percipit, ab his quae proprio spiritu videt. Sexto, utrum prophetiae possit subesse falsum.

1. Utrum pertineat ad cognitionem.

II-II q. 171 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod prophetia non pertineat ad cognitionem. Dicitur enim Eccli. XLVIII, quod *corpus Elisei mortuum prophetavit*, et infra, XLIX, dicitur de Ioseph quod *ossa ipsius visitata, sunt, et post mortem prophetavit*. Sed in corpore vel ossibus post mortem non remanet aliqua cognitio. Ergo prophetia non pertinet ad cognitionem.

II-II q. 171 a. 1 arg. 2

Praeterea, I ad Cor. XIV dicitur, *qui prophetat, hominibus loquitur ad aedificationem*. Sed locutio est effectus cognitionis, non autem est ipsa cognitio. Ergo videtur quod prophetia non pertinet ad cognitionem.

II-II q. 171 a. 1 arg. 3

Praeterea, omnis cognoscitiva perfectio excludit stultitiam et insaniam. Sed haec simul possunt esse cum prophetia, dicitur enim Osee IX, *scitote, Israel, stultum prophetam, insanum*. Ergo prophetia non est cognoscitiva perfectio.

II-II q. 171 a. 1 arg. 4

Praeterea, sicut revelatio pertinet ad intellectum, ita inspiratio videtur pertinere ad affectum, eo quod importat motionem quandam. Sed prophetia dicitur esse inspiratio vel revelatio, secundum Cassiodorum. Ergo videtur quod prophetia non magis pertineat ad intellectum quam ad affectum.

II-II q. 171 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dicitur I Reg. IX, *qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns*. Sed visio pertinet ad cognitionem. Ergo prophetia ad cognitionem pertinet.

II-II q. 171 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod prophetia primo et

jsou daleko a vzdálena od poznání lidí. Odtud lze nazývati proroky (propheta) od pro, předem, což jest zdaleka, a fanos, což je zjevení, protože totiž jim se zjevuje něco, co je daleko. A proto, jak Isidor praví v VII. Etym.: " Ve Starém zákoně sluli Vidoucí, poněvadž viděli to, co ostatní neviděli, a prohlédali to, co bylo skryto v tajemství." Pročež i pohané je nazývali Věštci, od vědění mysli, jak tamtéž předesílá.

Ale poněvadž, jak se praví I. Kor. 12: "Každému dává se projevování ducha k užitku", a níže, hl. 14, se praví: "K vzdělání Církve snažte se oplývati", je z toho patrné, že proroctví druhotně záleží v mluvení, pokud proroci to, co od Boha poučení poznávají, ku vzdělání jiných zvěstují, podle onoho Isai. 21: "Co jsem slyšel od Pána zástupů, Boha Izraelova, zvěstuji vám." A podle toho, jak Isidor praví, Etymol. 7, "mohou slouti Proroci co Předpovídači, neboť předem mluví", to jest zdaleka mluví a o budoucích pravdu předpovídají. Ta pak, která nad poznání lidské Bůh zjevuje, nemohou býti potvrzována rozumem lidským, který přesahují pro činnost síly Boží, podle onoho Mark. posl.: "Kázali všude a Pán spolupůsobil a potvrzoval řeč následováním divů." Proto za třetí k proroctví náleží konání zázraků, jako nějaké potvrzení prorocké výpovědi. Proto se praví Deut. posl.: "Nepovstal dále prorok v Izraeli, jako Mojžíš, kterého zná Pán tváří v tvář ve všech divech a zázracích."

K prvnímu se tedy musí říci, že ony výroky mluví o proroctví co do tohoto třetího, jež se bere jako důkaz proroctví.

K druhému se musí říci, že Apoštol tam mluví o výpovědi prorocké.

K třetímu se musí říci, že ti, kteří slují proroci pošetilí a bez rozumu, nejsou praví proroci, nýbrž nepraví; a o nich je řečeno Jerem. 23: "Nenaslouchejte slovům proroků, kteří vám prorokují a klamou vás: vidění svého srdce říkají, ne z úst Páně"; a Ezech. 13: "Toto praví Pán: "Běda prorokům nemoudrým, kteří sledují ducha svého a nic nevidí."

Ke čtvrtému se musí říci, že v proroctví se vyžaduje, aby pozornost mysli byla pozvednuta k vnímání božských. Proto se praví Ezech. 2: "Synu člověka, stůj na svých nohou a budu mluviti s tebou." Toto pak pozvednutí pozornosti nastává hýbáním Duchem Svatým. Pročež se tamtéž dodává: "I vstoupil do mne duch a postavil mně na mé nohy." Když však pozornost mysli jest pozvednuta do výsostí, vnímá božská; proto se tamtéž dodává: "I slyšel jsem mluvícího ke mně." Tak tedy k proroctví se vyžaduje vnuknutí co do pozvednutí mysli, podle onoho Job. 32: "Vnuknutí všemohoucího dává rozumění"; zjevení pak, co do samého. vnímání božských; v čemž se dokonává proroctví, a skrze ně se odstraňuje závoj temnosti a nevědomosti, podle onoho Job. 12: "Který odhaluje hloubky z temnot."

principaliter consistit in cognitione, quia videlicet cognoscunt quaedam quae sunt procul remota ab hominum cognitione. Unde possunt dici prophetae a phanos, quod est apparitio, quia scilicet eis aliqua quae sunt procul, apparent. Et propter hoc, ut Isidorus dicit, in libro Etymol., *in veteri testamento appellabantur videntes, quia videbant ea quae ceteri non videbant, et prospiciebant quae in mysterio abscondita erant*. Unde et gentilitas eos appellabat vates, a vi mentis. Sed quia, ut dicitur I ad Cor. XII, unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem; et infra, XIV, dicitur, *ad aedificationem Ecclesiae quaerite ut abundetis*, inde est quod prophetia secundario consistit in locutione, prout prophetae ea quae divinitus edocti cognoscunt, ad aedificationem aliorum annuntiant, secundum illud Isaiae XXI, *quae audivi a domino exercituum, Deo Israel, annuntiavi vobis*. Et secundum hoc, ut Isidorus dicit, in libro Etymol., possunt dici prophetae quasi praefatores, eo quod porro fantur, idest, a remotis fantur, et de futuris vera praedicunt. Ea autem quae supra humanam cognitionem divinitus revelantur, non possunt confirmari ratione humana, quam excedunt, sed operatione virtutis divinae, secundum illud Marci ult., *praedicaverunt ubique, domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis*. Unde tertio ad prophetiam pertinet operatio miraculorum, quasi confirmatio quaedam propheticae Annuntiationis. Unde dicitur Deut. ult., *non surrexit propheta ultra in Israel sicut Moyses, quem nosset dominus facie ad faciem, in omnibus signis atque portentis*.

II-II q. 171 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod auctoritates illae loquuntur de prophetia quantum ad hoc tertium, quod assumitur ut prophetiae argumentum.

II-II q. 171 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod apostolus ibi loquitur quantum ad propheticam enuntiationem.

II-II q. 171 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod illi qui dicuntur prophetae insani et stulti, non sunt veri prophetae, sed falsi, de quibus dicitur Ierem. XXIII, *nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis et decipiunt vos, visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini*; et Ezech. XIII, *haec dicit dominus, vae prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident*.

II-II q. 171 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod in prophetia requiritur quod intentio mentis elevetur ad percipienda divina, unde dicitur Ezech. II, *fili hominis, sta super pedes tuos, et loquar tecum*. Haec autem elevatio intentionis fit spiritu sancto movente, unde ibi subditur, *et ingressus est in me spiritus, et statuit me super pedes meos*. Postquam autem intentio mentis elevata est ad superna, percipit divina, unde subditur, *et audivi loquentem ad me*. Sic igitur ad prophetiam requiritur inspiratio quantum ad mentis elevationem, secundum illud Iob XXXII, *inspiratio omnipotentis dat intelligentiam*, revelatio autem, quantum ad ipsam perceptionem divinorum, in quo perficitur prophetia; per ipsam removetur obscuritatis et ignorantiae velamen, secundum illud Iob XII, qui revelat profunda de tenebris.

CLXXI.2.Zda proroctví je pohotovost.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že proroctví je pohotovost, poněvadž, jak praví II. Ethic.: "Trojí je v duši, možnost, vášeň a pohotovost." Ale proroctví není možnost, poněvadž by bylo ve všech lidech, jimž mohoucnosti duše jsou společné; podobně také není vášeň, poněvadž vášně náležejí k síle žádostivé, jak shora bylo řečeno, kdežto proroctví náleží hlavně k poznání, jak bylo řečeno. Tedy proroctví je pohotovost.

Mimo to každá dokonalost duše, která není vždycky v uskutečnění, je pohotovost. Ale proroctví je nějaká dokonalost duše: není však vždycky v uskutečnění, jinak by se neříkalo spící prorok. Tedy se zdá, že proroctví je pohotovost.

Mimo to proroctví se počítá mezi milosti zdarma dané. Ale milost je něco pohotovostního v duši, jak jsme měli shora. Tedy proroctví jest pohotovost.

Avšak proti, "pohotovost jest, jíž kdo jedná, kdykoli chce", jak praví Vykladač, III. O duši. Ale nikdo nemůže užívati proroctví, kdykoli chce, jak je patrné IV. Král. 3 o Eliseovi; "toho když se Josafat tázal na budoucí, a duch proroctví mu chyběl, rozkázal přivésti hudce, aby naň duch proroctví chválou zpěvu sestoupil a jeho ducha budoucností naplnil", jak praví Řehoř, K Ezech. Tedy proroctví není pohotovost.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak praví Apoštol, Efes. 9: "Všechno, co je zjevováno, je světlo"; poněvadž totiž jako zjevení tělesným viděním je skrze světlo tělesné; tak také zjevení viděním rozumovým je skrze světlo rozumové. Musí tedy zjevení býti přiměřeno světlu, skrze které nastává, jako účinek je přiměřený své příčině. Ježto tedy proroctví náleží k poznání, které jest nad přirozený rozum, jak bylo řečeno, důsledek jest, že k proroctví se vyžaduje nějaké světlo rozumové, přesahující světlo přirozeného rozumu. Pročež Mich. 7: "Když budu seděti ve tmách, Pán jest mé světlo." Světlo pak může někdo míti dvojmo. Jedním způsobem na způsob trvalého tvaru, jako světlo tělesné je ve slunci a v ohni; jiným způsobem na způsob jakési přechodné trpnosti či vtisknutí, jako je světlo ve vzduchu. Avšak světlo prorocké není v rozumu prorokově na způsob tvaru trvalého, jinak by bylo nutné, aby vždy prorok měl schopnost prorokovati, což je zřejmě nesprávné, praví totiž Řehoř, v Hom. k Ezechielovi: "Někdy prorocký duch chybí prorokům, a vždycky není pohotově jejich myslím, aby, ježto jej nemají, poznali, že jej mají darmo, až jej budou míti." Proto Eliseus řekl o ženě Sunamitce, IV. Král. 4: "Její duše je v hořkosti, a Pán mi zatajil a neoznámil mi." A důvod toho. je, že rozumové světlo, jež je v někom na způsob trvalého tvaru a dokonalého, zdokonaluje rozum hlavně k poznání původů těch, která v tom světle se zjevují. Jako světlem činného rozumu rozum zvláště poznává první původy všech těch, jež jsou přirozeně poznávána. Původ však těch, jež se vztahují k nadpřirozenému poznání, jež jsou zjevována proroctvím, je sám Bůh, který v bytnosti není viděn od proroků, je však viděn od blažených ve vlasti, v nichž toto světlo je na způsob jakéhosi tvaru trvalého a dokonalého, podle onoho Žalm. 35: "Ve tvém světle uvidíme světlo."

2. Utrum sit habitus.

II-II q. 171 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod prophetia sit habitus. Quia ut dicitur in II Ethic., *tria sunt in anima, potentia, passio et habitus*. Sed prophetia non est potentia, quia sic inesset omnibus hominibus, quibus potentiae animae sunt communes. Similiter etiam non est passio, quia passiones pertinent ad vim appetitivam, ut supra habitum est; prophetia autem pertinet principaliter ad cognitionem, ut dictum est. Ergo prophetia est habitus.

II-II q. 171 a. 2 arg. 2

Praeterea, omnis perfectio animae quae non semper est in actu, est habitus. Sed prophetia est quaedam animae perfectio, non autem semper est in actu, alioquin non diceretur dormiens propheta. Ergo videtur quod prophetia sit habitus.

II-II q. 171 a. 2 arg. 3

Praeterea, prophetia computatur inter gratias gratis datas. Sed gratia est habituale quiddam in anima, ut supra habitum est. Ergo prophetia est habitus.

II-II q. 171 a. 2 s. c.

Sed contra, habitus est quo quis agit cum voluerit, ut dicit Commentator, in III de anima. Sed aliquis non potest uti prophetia cum voluerit, sicut patet IV Reg. III, de Eliseo, *quem cum Iosaphat de futuris requireret, et prophetiae spiritus ei deesset, psaltem fecit applicari, ut prophetiae ad hunc spiritus per laudem psalmodiae descenderet, atque eius animum de venturis repleret*, ut Gregorius dicit, super Ezech. Ergo prophetia non est habitus.

II-II q. 171 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut apostolus dicit, ad Ephes. V, *omne quod manifestatur, lumen est*, quia videlicet, sicut manifestatio corporalis visionis fit per lumen corporale, ita etiam manifestatio visionis intellectualis fit per lumen intellectuale. Oportet ergo ut manifestatio proportionetur lumini per quod fit, sicut effectus proportionatur suae causae. Cum ergo prophetia pertineat ad cognitionem quae supra naturalem rationem existit, ut dictum est; consequens est quod ad prophetiam requiratur quoddam lumen intelligibile excedens lumen naturalis rationis, unde dicitur Mich. VII, *cum sedero in tenebris, dominus lux mea est*. Lumen autem dupliciter alicui inesse potest, uno modo, per modum formae permanentis, sicut lumen corporale est in sole et in igne; alio modo, per modum cuiusdam passionis sive impressionis transeuntis, sicut lumen est in aere. Lumen autem propheticum non inest intellectui prophetae per modum formae permanentis, alias oporteret quod semper prophetae adesset facultas prophetandi, quod patet esse falsum, dicit enim Gregorius, super Ezech., *aliquando prophetiae spiritus deest prophetis, nec semper eorum mentibus praesto est, quatenus, cum hunc non habent, se hunc agnoscant ex dono habere cum habent*. Unde Eliseus dixit de muliere Sunamite, IV Reg., *anima eius in amaritudine est, et dominus celavit a me et non indicavit mihi*. Et huius ratio est quia lumen intellectuale in aliquo existens per modum formae permanentis et perfectae, perficit intellectum principaliter ad cognoscendum principium eorum quae per illud lumen manifestantur, sicut per lumen intellectus agentis praecipue intellectus cognoscit prima principia omnium eorum quae naturaliter cognoscuntur. Principium autem eorum quae ad

Zbývá tedy, že prorocké světlo je v duši prorokově na způsob jakési trpnosti či přechodného vtisknutí; a to je naznačeno Exod. 33: "Když pak bude přecházeti velebnost má, postavím tě do skalní sluje", atd.; a III. Král. 19 se praví Eliášovi: "Vyjdi a postav se na hoře proti Pánu, a hle, Pán přechází", atd. A odtud je, že, jako vzduch potřebuje stále nového osvětlování, tak také mysl prorokova stále potřebuje nového zjevování, jako žák, který ještě si neosvojil zásady umění, potřebuje, aby o jednotlivých byl poučován. Proto též Isai. 50 se praví: "Zrána budí mi ucho, abych mu naslouchal jako učiteli." A to také naznačuje sám způsob vyslovování proroctví, podle něhož se praví, že mluvil Pán k tomu neb onomu prorokovi; nebo že stalo se slovo Páně; nebo ruka Páně nad ním. Pohotovost však je tvar trvalý. Z čehož jest jasné, že proroctví, vlastně řečeno, není pohotovost.

K prvnímu se tedy musí říci, že ono dělení Filosofovo neobsahuje naprosto všechna, jež jsou v duši, nýbrž ta, jež mohou býti původy mravních činů; a ty někdy vznikají z trpnosti, někdy pak z pohotovosti, někdy však z holé možnosti, jak je patrné u těch, kteří něco dělají z úsudku rozumu, dříve než mají pohotovost. Lze však proroctví převésti na trpnost, ale, bere-li se jméno trpnosti za každé přijímání, jak praví Filosof v III. O duši, že "rozumění je jakési trpění". Neboť, jako v přirozeném poznání trpný rozum trpí od světla činného rozumu, tak také v prorockém poznání lidský rozum trpí od osvícení božským světlem.

K druhému se musí říci, že, jako v tělesných věcech, když odejde trpnost, zůstává jakási způsobilost k tomu, aby opět trpěly, jako dřevo, jež už jednou plálo, snáze zase vzplane, tak také v prorokově rozumu, když přestane skutečné osvícení, zůstane jakási způsobilost k tomu, že snáze je znova osvícen; jako také mysl jednou roznícená ke zbožnosti snáze potom je přivolána k bývalé zbožnosti. Proto Augustin, v knize O modlitbě k Bohu, praví, že jsou nutné časté modlitby, "aby pojatá zbožnost úplně nevyhasla". Lze však říci, že někdo sluje prorok, i když přestane skutkové prorocké osvícení, pro božské poslání, podle onoho Jerem. 1: "A za proroka národům jsem tě dal."

K třetímu se musí říci, že každý dar milosti člověka pozvedá k něčemu, co je nad lidskou přirozenost. A to může býti dvojmo: jedním způsobem co do podstaty skutku, jako konati zázraky, a poznávati neznámou a skrytou Boží moudrost; a k těmto skutkům se nedává člověku pohotovostní dar milosti; jiným způsobem jest něco nad lidskou přirozenost co do způsobu skutku, ne však co do jeho podstaty; jako milovati Boha a poznávati ho v zrcadle tvorů; a k tomu se dává pohotovostní dar milosti.

supernaturalem cognitionem pertinent, quae per prophetiam manifestantur, est ipse Deus, qui per essentiam a prophetis non videtur. Videtur autem a beatis in patria, in quibus huiusmodi lumen inest per modum cuiusdam formae permanentis et perfectae, secundum illud Psalmi, *in lumine tuo videbimus lumen*. Relinquitur ergo quod lumen propheticum insit animae prophetae per modum cuiusdam passionis vel impressionis transeuntis. Et hoc significatur Exod. XXXIII, *cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petrae,* et cetera. Et III Reg. XIX, dicitur ad Eliam, *egredere, et sta in monte coram domino, et ecce, dominus transit,* et cetera. Et inde est quod, sicut aer semper indiget nova illuminatione, ita etiam mens prophetae semper indiget nova revelatione, sicut discipulus qui nondum est adeptus principia artis, indiget ut de singulis instruatur. Unde et Isaiae I dicitur, *mane erigit mihi aurem, et audiam quasi magistrum*. Et hoc etiam ipse modus loquendi prophetiam designat, secundum quod dicitur quod locutus est dominus ad talem vel talem prophetam, aut quod factum est verbum domini, sive manus domini super eum. Habitus autem est forma permanens. Unde manifestum est quod prophetia, proprie loquendo, non est habitus.

II-II q. 171 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod illa divisio philosophi non comprehendit absolute omnia quae sunt in anima, sed ea quae possunt esse principia moralium actuum, qui quandoque fiunt ex passione, quandoque autem ex habitu, quandoque autem ex potentia nuda, ut patet in his qui ex iudicio rationis aliquid operantur antequam habeant habitum. Potest tamen prophetia ad passionem reduci, si tamen nomen passionis pro qualibet receptione accipiatur; prout philosophus dicit, in III de anima, quod *intelligere pati quoddam est*. Sicut enim in cognitione naturali intellectus possibilis patitur ex lumine intellectus agentis, ita etiam in cognitione prophetica intellectus humanus patitur ex illustratione divini luminis.

II-II q. 171 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut in rebus corporalibus, abeunte passione, remanet quaedam habilitas ad hoc quod iterum patiatur, sicut lignum semel inflammatum facilius iterum inflammatur; ita etiam in intellectu prophetae, cessante actuali illustratione, remanet quaedam habilitas ad hoc quod facilius iterato illustretur. Sicut etiam mens semel ad devotionem excitata, facilius postmodum ad devotionem pristinam revocatur, propter quod Augustinus, in libro de orando Deum, dicit esse necessarias crebras orationes, ne concepta devotio totaliter exstinguatur. Potest tamen dici quod aliquis dicitur propheta etiam cessante actuali prophetica illustratione, ex deputatione divina, secundum illud Ierem. I, *et prophetam in gentibus dedi te*.

II-II q. 171 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod omne donum gratiae hominem elevat ad aliquid quod est supra naturam humanam. Quod quidem potest esse dupliciter. Uno modo, quantum ad substantiam actus, sicut miracula facere, et cognoscere incerta et occulta divinae sapientiae. Et ad hos actus non datur homini donum gratiae habituale. Alio modo est aliquid supra naturam humanam quantum ad modum actus, non autem quantum ad substantiam ipsius, sicut diligere Deum, et cognoscere eum in speculo creaturarum. Et ad hoc datur donum gratiae habituale.

CLXXI.3.Zda proroctví je pouze o budoucích náhodných.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že proroctví je pouze o budoucích náhodných. Neboť praví Kassiodorus, že "proroctví je vnuknutí nebo zjevení božské, oznamující výsledky věcí neochvějně pravdivě". Ale výsledky patří k náhodným budoucím. Tedy pouze o náhodných budoucích je prorocké zjevení.

Mimo to milost proroctví odděluje se od moudrosti a víry, které jsou o božských; a od rozlišování duchů, které jest o duších stvořených; a od vědy, která jest o věcech lidských, jak je patrné I. Kor. 12. Zběhlosti však a úkony odlišují se podle svých předmětů, jak je zřejmé. z dříve řečeného. Tedy se zdá, že proroctví není o ničem k nim patřícím. Zbývá tedy, že je pouze o náhodných budoucích.

Mimo to rozličnost předmětu působí rozličnost druhu, jak je patrné ze shora řečeného. Je-li tedy nějaké proroctví o budoucích náhodných, některé však o nějakých jiných věcech, zdá se následovati, že není týž druh proroctví.

Avšak proti jest, co praví Řehoř, K Ezech., že "některé proroctví je o budoucím, jako to, co se praví Isai. 7: "Ejhle, panna počne a porodí syna"; některé o minulém, jako to, co se praví Gen. 1: "Na počátku stvořil Bůh nebe a zemi"; některé o přítomném, jako to, co se praví I. Kor. 14: "Kdyby všichni prorokovali, vstoupil pak někdo nevěřící, tajnosti srdce jeho se zjeví." Není tedy proroctví pouze o náhodných budoucích.

Odpovídám: Musí se říci, že zjevení, které se děje skrze nějaké světlo, na vše to se může vztahovati, co světlu tomu podléhá; jako vidění tělesné se vztahuje na všechny barvy, a přirozené poznání duše se vztahuje na všechno to, co podléhá světlu činného rozumu. Poznání prorocké pak je skrze světlo božské, v němž lze poznati všechny věci božské i lidské, jak duchovní, tak tělesné: a proto prorocké zjevení se na vše to vztahuje; jako na to, co patří k vznešenosti Boha a andělů, prorocké zjevení, službou duchů učiněné Isaiášovi, hl. 6., kde se praví: " Viděl jsem Pána seděti na trůnu vysoko vyzdviženém." Jeho proroctví obsahuje i to, co patří tělesům přírodním, podle onoho Isai. 40: "Kdo hrstí změřil vody?" atd. Obsahuje také věci, jež ,patří k mravům lidským, podle onoho Isai. 58: "Lámej lačnému chléb svůj", atd. Obsahuje i to, co patří do budoucích příhod, podle onoho Isai. 47: "Přijde ti náhle dvojí jednoho dne, neplodnost a ovdovění."

Je však uvážiti, že, protože proroctví jest o těch, která jsou daleko od našeho poznávání, tím s.píše ta proroctví patří, čím jsou dále od lidského poznání. Ta pak mají tři stupně. Prvním z nich jest těch, jež jsou daleko od tohoto člověka, ať podle smyslu nebo podle rozumu, ne však od poznání všech lidí; jako smyslem poznává nějaký člověk věci, jež jsou mu přítomny místně; jiný však je svým smyslem nepoznává, ježto nejsou přítomna. A tak Elisej prorocky poznal, co jeho žák Giezi dělal, jsa nepřítomen, jak máme ve IV. Král. 5. Podobně myšlenky srdce druhého bývají

3. Utrum sit solum futurorum contingentium.

II-II q. 171 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod prophetia sit solum futurorum contingentium. Dicit enim Cassiodorus quod *prophetia est inspiratio vel revelatio divina rerum eventus immobili veritate denuntians*. Sed eventus pertinet ad contingentia futura. Ergo de solis contingentibus futuris fit revelatio prophetica.

II-II q. 171 a. 3 arg. 2

Praeterea, gratia prophetiae dividitur contra sapientiam et fidem quae sunt de divinis; et discretionem spirituum, quae est de spiritibus creatis; et scientiam, quae est de rebus humanis; ut patet I ad Cor. XII. Habitus autem et actus distinguuntur secundum obiecta, ut patet per ea quae supra dicta sunt. Ergo videtur quod de nullo pertinente ad aliquod horum sit prophetia. Relinquitur ergo quod sit solum de futuris contingentibus.

II-II q. 171 a. 3 arg. 3

Praeterea, diversitas obiecti causat diversitatem speciei, ut ex supra dictis patet. Si ergo prophetia quaedam sit de futuris contingentibus, quaedam autem de quibusdam aliis rebus, videtur sequi quod non sit eadem species prophetiae.

II-II q. 171 a. 3 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, super Ezech., quod prophetia quaedam est de futuro, sicut id quod dicitur Isaiae VII, *ecce, virgo concipiet et pariet filium*; quaedam de praeterito, sicut id quod dicitur Gen. I, *in principio creavit Deus caelum et terram*; quaedam de praesenti, sicut id quod dicitur I ad Cor. XIV, *si omnes prophetent, intret autem quis infidelis, occulta cordis eius manifesta fiunt*. Non ergo est prophetia solum de contingentibus futuris.

II-II q. 171 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod manifestatio quae fit per aliquod lumen, ad omnia illa se extendere potest quae illi lumini subiiciuntur, sicut visio corporalis se extendit ad omnes colores, et cognitio naturalis animae se extendit ad omnia illa quae subduntur lumini intellectus agentis. Cognitio autem prophetica est per lumen divinum, quo possunt omnia cognosci, tam divina quam humana, tam spiritualia quam corporalia. Et ideo revelatio prophetica ad omnia huiusmodi se extendit. Sicut de his quae pertinent ad Dei excellentiam et Angelorum, spirituum ministerio revelatio prophetica facta est, ut Isaiae VI, ubi dicitur, *vidi dominum sedentem super solium excelsum et elevatum*. Eius etiam prophetia continet ea quae pertinent ad corpora naturalia, secundum illud Isaiae XL, quis mensus est pugillo aquas, et cetera? Continet etiam ea quae ad mores hominum pertinent, secundum illud Isaiae LVIII, frange esurienti panem tuum, et cetera. Continet etiam ea quae pertinent ad futuros eventus, secundum illud Isaiae XLVII, *venient tibi subito haec duo in die una, sterilitas et viduitas*. Considerandum tamen quod, quia prophetia est de his quae procul a nostra cognitione sunt, tanto aliqua magis proprie ad prophetiam pertinent, quanto longius a cognitione humana existunt. Horum autem est triplex gradus. Quorum unus est eorum quae sunt procul a cognitione huius hominis, sive secundum sensum sive secundum intellectum, non autem a

prorocky někomu zjeveny, jak se praví I. Kor.14, a tím způsobem také ta, jež někdo ví dokázaně, druhému mohou býti prorocky zjevena. Druhý pak stupeň je těch, jež přesahují všeobecné poznání všech lidí, ne že nejsou o sobě poznatelná, nýbrž pro nedostatečnost lidského poznání; jako tajemství Trojice, jež bylo zjeveno skrze Serafíny, zpívající: Svatý, Svatý. Svatý, atd., jak máme Isai. 6. Poslední pak stupeň je těch, která jsou daleko od poznávání všech lidí, protože v sobě nejsou poznatelná; jako náhodná budoucí, jejichž pravda není určitá. A proto'že co je všeobecně a o sobě, je více než co je částečně a skrze jiné, proto k proroctví patří nejvlastněji zjevení příhod budoucích, odkud se zdá vzato, též jméno proroctví. Pročež praví Řehoř, K Ezech.: "A protože proroctvím bylo nazváno, že budoucí předpovídá, když mluví o minulém nebo přítomném, obsah jména ztrácí."

K prvnímu se tedy musí říci, že proroctví se tam vymezuje podle toho, co vlastně jméno proroctví znamená. A tím způsobem se proroctví také odděluje od jiných milostí zdarma daných.

Z čehož je patrná; odpověď *k druhému*. Ačkoli by se mohlo říci, že všechna, jež spadají pod proroctví, shodují se v tom pojmu, že nejsou člověku poznatelna bez Božího zjevení; ta však, která patří k moudrosti a vědě a vykládání řečí, mohou býti od člověka přirozeným rozumem poznána, ale vyšším způsobem se to zjevuje skrze osvícení'Božím světlem. Ačkoli pak víra jest neviditelných člověku, přece k ní nepatří poznání těch, která se věří, nýbrž že člověk s jistotou přisvědčuje k těm, která jsou od jiných poznávána.

K třetímu se musí říci, že v prorockém poznání tvarové je světlo Boží, od jehož jednoty má proroctví jednotu druhu, ačkoliv jsou různá, která se skrze Boží světlo prorocky zjevují.

CLXXI.4.Zda prorok poznává božským zjevením vše, co může býti prorocky poznáno.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že prorok poznává božským zjevením vše, co může býti prorocky poznáno. Praví se totiž, Amos 3: "Pán Bůh neučiní slovo, nezjeví-li své tajemství svým služebníkům prorokům." Ale všechna, jež se prorocky zjevují, jsou od Boha. Tedy není v nich nic, co by nebylo zjeveno prorokovi.

Mimo to Boží díla jsou dokonalá, jak se praví Deut. 32. Ale proroctví je božské zjevení, jak bylo řečeno. Tedy je dokonalé; což by nebylo, kdyby nebylo dokonale zjeveno prorocky vše prorokovatelné, neboť "dokonalé je, čemu nic

cognitione omnium hominum. Sicut sensu cognoscit aliquis homo quae sunt sibi praesentia secundum locum, quae tamen alius humano sensu, utpote sibi absentia, non cognoscit, et sic Eliseus prophetice cognovit quae Giezi, discipulus eius, in absentia fecerat, ut habetur IV Reg. V. Et similiter cogitationes cordis unius alteri prophetice manifestantur, ut dicitur I ad Cor. XIV. Et per hunc modum etiam ea quae unus scit demonstrative, alii possunt prophetice revelari. Secundus autem gradus est eorum quae excedunt universaliter cognitionem omnium hominum, non quia secundum se non sint cognoscibilia, sed propter defectum cognitionis humanae, sicut mysterium Trinitatis. Quod revelatum est per Seraphim dicentia, sanctus, sanctus, sanctus, etc., ut habetur Isaiae VI. Ultimus autem gradus est eorum quae sunt procul ab omnium hominum cognitione quia in seipsis non sunt cognoscibilia, ut contingentia futura, quorum veritas non est determinata. Et quia quod est universaliter et secundum se, potius est eo quod est particulariter et per aliud; ideo ad prophetiam propriissime pertinet revelatio eventuum futurorum, unde et nomen prophetiae sumi videtur. Unde Gregorius dicit, super Ezech., quod, *cum ideo prophetia dicta sit quod futura praedicat, quando de praeterito vel praesenti loquitur, rationem sui nominis amittit*.

II-II q. 171 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod prophetia ibi definitur secundum id quod proprie significatur nomine prophetiae. Et per hunc etiam modum prophetia dividitur contra alias gratias gratis datas.

II-II q. 171 a. 3 ad 2

Unde patet responsio ad secundum. Quamvis possit dici quod omnia quae sub prophetia cadunt, conveniunt in hac ratione quod non sunt ab homine cognoscibilia nisi per revelationem divinam. Ea vero quae pertinent ad sapientiam et scientiam et interpretationem sermonum, possunt naturali ratione ab homine cognosci, sed altiori modo manifestantur per illustrationem divini luminis. Fides autem etsi sit de invisibilibus homini, tamen ad ipsam non pertinet eorum cognitio quae creduntur, sed quod homo per certitudinem assentiat his quae sunt ab aliis cognita.

II-II q. 171 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod formale in cognitione prophetica est lumen divinum, a cuius unitate prophetia habet unitatem speciei, licet sint diversa quae per lumen divinum prophetice manifestantur.

4. Utrum propheta cognoscat omnia prophetabilia.

II-II q. 171 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod propheta per divinam inspirationem cognoscat omnia quae possunt prophetice cognosci. Dicitur enim Amos III, *non faciet dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas*. Sed omnia quae prophetice revelantur, sunt verba divinitus facta. Nihil ergo eorum est quod non reveletur prophetae.

II-II q. 171 a. 4 arg. 2

Praeterea, Dei perfecta sunt opera, ut dicitur Deut. XXXII. Sed prophetia est divina revelatio, ut dictum est. Ergo est perfecta. Quod non esset nisi omnia nechybí", jak se praví III. Fysic. Tedy prorokovi jsou zjevována všechna prorokovatelná.

Mimo to božské světlo, které působí proroctví, je mocnější, než světlo přirozeného rozumu, od něhož pochází lidské vědění. Ale člověk, který má nějaké vědění, poznává vše, co k tomu vědění patří. Jako gramatik poznává všechna gramatická. Tedy se zdá, že prorok poznává vše prorokovatelné.

Avšak proti jest, co praví Řehoř, Hom. K Ezech., že "někdy se prorocký duch duše prorokujícího dotkne přítomností, a budoucností se nedotkne; někdy však přítomností se nedotkne, a budoucností se dotkne". Nepoznává tedy prorok vše prorokovatelné.

Odpovídám: Musí se říci, že není nutné, aby různá byla zároveň, leč pro nějaké jedno; v němž jsou spjata, a na němž závisí; jako bylo řečeno shora, že nutně jsou všechny ctnosti spolu v opatrnosti nebo lásce. Avšak všechna, jež se poznávají skrze nějaký původ, jsou spjata v onom původu a na něm závisí. A proto, kdo poznává dokonale původ v cele jeho síle, poznává zároveň všechna, jež se poznávají skrze ten původ. Není však žádná nutnost znáti všechna zároveň při neznalosti nebo povšechné znalosti původu, nýbrž každé z nich o sobě musí býti zjeveno; a v důsledku některá z nich mohou býti známa a jiná neznáma. Původ pak těch, jež se zjevují prorocky božským světlem, je sama první pravda, kterou samu nevidí proroci. A proto nemohou znáti všechna prorokovatelná, nýbrž každý z nich poznává z nich některá podle zvláštního zjevení té neb oné věci.

K prvnímu se tedy musí říci, že Pán zjevuje prorokům vše, co je nutné k poučení věřícího lidu, ale ne všechno všem, nýbrž něco jednomu, něco jinému.

K druhému se musí říci, že proroctví jest jako cosi nedokonalého v rodu božského zjevení; pročež se praví I. Kor. 13, že "proroctví zanikne", a že "z části prorokujeme", to jest nedokonale. Avšak dokonalost božského zjevení bude ve vlasti; proto se dodává: "Když přijde, co. je dokonalé, zanikne, co je z části." Pročež není třeba, aby prorockému zjevení nic nechybělo, nýbrž aby nechybělo nic z těch, k nimž je proroctví zařízeno.

K třetímu se musí říci, že ten, kdo má nějakou vědu, poznává původy té vědy, na nichž závisí všechna, jež má ona věda. A proto; kdo dokonale má zběhlost nějaké vědy, ví vše, co k oné vědě patří. Ale skrze proroctví se nepoznává sám v sobě původ všech prorockých poznání, jímž je Bůh. Pročež není podobného důvodu.

prophetabilia prophetae revelarentur, quia perfectum est cui nihil deest, ut dicitur in III Physic. Ergo prophetae omnia prophetabilia revelantur.

II-II q. 171 a. 4 arg. 3

Praeterea, lumen divinum, quod causat prophetiam, est potentius quam lumen naturalis rationis, ex quo causatur humana scientia. Sed homo qui habet aliquam scientiam, cognoscit omnia quae ad illam scientiam pertinent, sicut grammaticus cognoscit omnia grammaticalia. Ergo videtur quod propheta cognoscat omnia prophetabilia.

II-II q. 171 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, super Ezech., quod *aliquando spiritus prophetiae ex praesenti tangit animum prophetantis, et ex futuro nequaquam tangit, aliquando autem ex praesenti non tangit, et ex futuro tangit*. Non ergo propheta cognoscit omnia prophetabilia.

II-II q. 171 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod diversa non est necesse esse simul nisi propter aliquid unum in quo connectuntur et a quo dependent, sicut supra habitum est quod virtutes omnes necesse est esse simul propter prudentiam vel caritatem. Omnia autem quae per aliquod principium cognoscuntur, connectuntur in illo principio et ab eo dependent. Et ideo qui cognoscit perfecte principium secundum totam eius virtutem, simul cognoscit omnia quae per illud principium cognoscuntur. Ignorato autem communi principio vel communiter apprehenso, nulla necessitas est simul omnia cognoscendi, sed unumquodque eorum per se oportet manifestari, et per consequens aliqua eorum possunt cognosci, et alia non cognosci. Principium autem eorum quae divino lumine prophetice manifestantur, est ipsa veritas prima, quam prophetae in seipsa non vident. Et ideo non oportet quod omnia prophetabilia cognoscant, sed quilibet eorum cognoscit ex eis aliqua, secundum specialem revelationem huius vel illius rei.

II-II q. 171 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod dominus omnia quae sunt necessaria ad instructionem fidelis populi, revelat prophetis, non tamen omnia omnibus, sed quaedam uni, quaedam alii.

II-II q. 171 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod prophetia est sicut quiddam imperfectum in genere divinae revelationis, unde dicitur I ad Cor. XIII, quod prophetiae evacuabuntur, et quod ex parte prophetamus, idest imperfecte. Perfectio autem divinae revelationis erit in patria, unde subditur, *cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est*. Unde non oportet quod propheticae revelationi nihil desit, sed quod nihil desit eorum ad quae prophetia ordinatur.

II-II q. 171 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod ille qui habet aliquam scientiam, cognoscit principia illius scientiae, ex quibus omnia quae sunt illius scientiae dependent. Et ideo qui perfecte habet habitum alicuius scientiae, scit omnia quae ad illam scientiam pertinent. Sed per prophetiam non cognoscitur in seipso principium propheticalium cognitionum quod est Deus. Unde non est similis ratio.

CLXXI.5.Zda prorok vždy rozlišuje, co mluví z ducha vlastního a co z ducha prorockého.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že prorok vždy rozlišuje, co mluví z ducha vlastního a co z ducha prorockého. Neboť praví Augustin, v VI. Vyzn., že "jeho matka říkala, že rozlišuje, nevím jakou chutí, kterou nedovedla vyjádřiti slovy, jaký je rozdíl mezi zjevujícím Bohem a sněním její duše". Ale proroctví je božské zjevení, jak bylo řečeno. Tedy prorok vždy rozlišuje, co mluví z ducha prorockého, od toho, co mluví z ducha vlastního.

Mimo to "Bůh neporoučí něco nemožného", jak praví Jeronym. Poroučí se však prorokům, Jerem. 23: "Prorok, který má sen, vypravuj sen; a kdo má mou řeč, mluv mou řeč pravdivě." Tedy prorok může rozlišovati, co má z ducha prorockého, od toho; co vidí jinak.

Mimo to větší jest jistota, jež je z božského světla, než ta, jež je ze světla přirozeného rozumu. Ale ten, kdo má vědění, ze světla přirozeného rozumu jistě ví, že má. Tedy ten, kdo má proroctví z božského světla, je mnohem více jist, že má.

Avšak proti jest, co praví Řehoř, Hom. K Ezech.: "Jest věděti, že někdy svatí proroci při radění z velikého cviku prorockého řeknou něco ze svého ducha a domnívají se, že to řekli z ducha prorockého."

Odpovídám: Musí se říci, že mysl prorokova je poučována od Boha dvojmo. Jedním způsobem výslovným zjevením; jiným způsobem nějakým přetajným vnukáním, "které nevědomky lidské mysli trpí", jak praví Augustin, Ke Gen, Slov. Tedy o těch, která prorok poznává výrazně skrze ducha prorockého, má největší jistotu, a má za jisté, že tato jsou mu Bohem zjevena. Pročež se praví Jer. 26: "V pravdě mne poslal Bůh k vám, abych do vašich uší mluvil všechna tato slova"; jinak, kdyby o tom sám neměl jistotu, víra, která se opírá o výroky proroků, nebyla by jistá. A známku prorocké jistoty můžeme vzíti z toho, že Abraham, napomenut v prorockém vidění, připravoval se na obětování jednorozeného syna; což by nikterak nebýval činil, kdyby nebyl o božském zjevení naprosto jist.

Ale k těm, jež poznává z vnukání, někdy se má tak, že nemůže úplně rozlišiti, zda myslil z nějakého božského vnuknutí nebo duchem vlastním. Neboť ne všechno, co poznáváme z božského vnukání, zjevuje se nám pod prorockou jistotou; neboť takové vnukání je cosi nedokonalého v rodu proroctví. A takovým způsobem jest rozuměti slovo Řehořovo. Aby se však z toho nemohl přihoditi omyl, "Duchem Svatým hned opravení, od něho slyší ta, jež jsou pravdivá; a sami sebe usvědčí, že mluvili nepravdivá", jak tamtéž dodává Řehoř.

První pak důvody platí o těch, jež jsou zjevována prorockým duchem. A tak je patrná odpověď ke všem námitkám.

5. Utrum propheta discernat ea quae divinitus percipit ab his quae proprio spiritu videt.

II-II q. 171 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod propheta discernat semper quid dicat per spiritum proprium, et quid per spiritum prophetiae. Dicit enim Augustinus, in VI Confess., quod mater sua *dicebat discernere se, nescio quo sapore, quem verbis explicare non poterat, quid interesset inter Deum revelantem et inter animam suam somniantem*. Sed prophetia est revelatio divina, ut dictum est. Ergo propheta semper discernit id quod dicit per spiritum prophetiae, ab eo quod loquitur spiritu proprio.

II-II q. 171 a. 5 arg. 2

Praeterea, Deus non praecipit aliquid impossibile, sicut Hieronymus dicit. Praecipitur autem prophetis, Ierem. XXIII, *propheta qui habet somnium, narret somnium, et qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere*. Ergo propheta potest discernere quid habeat per spiritum prophetiae, ab eo quod aliter videt.

II-II q. 171 a. 5 arg. 3

Praeterea, maior est certitudo quae est per divinum lumen quam quae est per lumen rationis naturalis. Sed per lumen rationis naturalis ille qui habet scientiam, pro certo scit se habere. Ergo ille qui habet prophetiam per lumen divinum, multo magis certus est se habere.

II-II q. 171 a. 5 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, super Ezech., *sciendum est quod aliquando prophetae sancti, dum consuluntur, ex magno usu prophetandi quaedam ex suo spiritu proferunt, et se haec ex prophetiae spiritu dicere suspicantur*.

II-II q. 171 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod mens prophetae dupliciter a Deo instruitur, uno modo, per expressam revelationem; alio modo, *per quendam instinctum, quem interdum etiam nescientes humanae mentes patiuntur*, ut Augustinus dicit, II super Gen. ad Litt. De his ergo quae expresse per spiritum prophetiae propheta, cognoscit, maximam certitudinem habet, et pro certo habet quod haec sibi sunt divinitus revelata. Unde dicitur Ierem. XXVI, *in veritate misit me dominus ad vos, ut loquerer in aures vestras omnia verba haec*. Alioquin, si de hoc ipse certitudinem non haberet, fides, quae dictis prophetarum innititur, certa non esset. Et signum propheticae certitudinis accipere possumus ex hoc quod Abraham, admonitus in prophetica visione, se praeparavit ad filium unigenitum immolandum, quod nullatenus fecisset nisi de divina revelatione fuisset certissimus. Sed ad ea quae cognoscit per instinctum, aliquando sic se habet ut non plene discernere possit utrum hoc cogitaverit aliquo divino instinctu, vel per spiritum proprium. Non autem omnia quae cognoscimus divino instinctu, sub certitudine prophetica nobis manifestantur, talis enim instinctus est quiddam imperfectum in genere prophetiae. Et hoc modo intelligendum est verbum Gregorii. Ne tamen ex hoc error possit accidere *per spiritum sanctum citius correcti, ab eo quae vera sunt audiunt, et semetipsos, quia falsa dixerint, reprehendunt*, ut ibidem Gregorius subdit.

II-II q. 171 a. 5 ad arg.

Primae autem rationes procedunt quantum ad ea quae prophetico spiritu revelantur. Unde patet responsio ad

CLXXI.6.Zda ta, jež prorocky jsou posuzována nebo zvěstována, mohou býti nepravdivá.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že ta, jež prorocky jsou poznávána nebo zvěstována, mohou býti nepravdivá. Proroctví je totiž o budoucích náhodných, jak bylo řečeno. Ale budoucí náhodná mohou nenastati, jinak by z nutnosti nastávala. Tedy v proroctví může býti nepravda.

Mimo to Isaiáš prorocky předpověděl Ezechiášovi, řka: "Obstarej svůj dům, neboť ty zemřeš a nebudeš žíti", a přece bylo přidáno potom jeho životu patnáct let, jak máme IV. Král. 20, a Isai. 38. Podobně též Jerem. 18 Pán praví: "Náhle promluvím proti lidu a království, že je vykořením, zničím a rozptýlím. Bude-li však onen lid litovati svého zla, které jsem mluvil proti němu, bude i mně líto zla, které jsem myslil, že mu učiním." A to je zjevné na příkladu Ninivských, podle onoho Jon. 3: "Smiloval se Pán nad zlem, které řekl, že jim učiní, a neučinil." Tedy v proroctví může býti nepravda.

Mimo to každá podmíněná, jejíž předvětí je nutné naprostě, má důsledek nutný naprostě; protože tak se má důsledek v podmíněné k předvětí, jako závěr k návěštím v sylogismu. Z nutných však nikdy nenastane sylogisováním než nutné. Ale jestliže v proroctví nemůže býti nepravda, musí býti pravdivá tato podmíněná: Bylo-li něco prorokováno, bude. Této však podmíněné předvětí jest nutné naprostě, poněvadž je o minulosti. Tedy i důsledek bude nutný naprostě: což je nevhodné, protože tak proroctví by nebylo o náhodných. Nesprávně je tedy, že v proroctví nemůže býti nepravda.

Avšak proti jest, co praví Kassiodor v Prol. Žalt., že "proroctví je vnuknutí nebo zjevení Boží, ohlašující výsledky věcí nepohnutelnou pravdou." Nebyla by však pravda proroctví nepohnutelná, kdyby v něm mohla býti nepravda. Tedy nemůže v něm býti nepravda.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak je z řečených patrné, proroctví je nějaké poznání, rozumu prorokovu vtisknuté ze zjevení božského na způsob nějaké nauky. Pravda poznání však je táž v žáku i v učícím, protože poznání přiučivšího se jest podobou poznání učícího; jako také ve věcech přírodních tvar zplozeného je jakási podoba tvaru zplodivšího. A na ten způsob také Jeronym praví, k onomu Dan. 2, že "proroctví je nějaké znamení božského předvědění". Musí tedy býti táž pravda prorockého poznání i vyřčení, která je poznání Božího, v němž nemůže býti nepravda, jak bylo řečeno. Pročež v proroctví nemůže býti nepravda.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak bylo řečeno, jistota omnia obiecta.

6. Utrum prophetiae possit subesse falsum.

II-II q. 171 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod ea quae prophetice cognoscuntur vel annuntiantur, possint esse falsa. Prophetia enim est de futuris contingentibus, ut dictum est, sed futura contingentia possunt non evenire, alioquin ex necessitate contingerent. Ergo prophetiae potest subesse falsum.

II-II q. 171 a. 6 arg. 2

Praeterea, Isaias prophetice praenuntiavit Ezechiae dicens, *dispone domui tuae, quia morieris tu, et non vives*, et tamen additi sunt vitae eius postea quindecim anni, ut habetur IV Reg. XX, et Isaiae XXXVIII. Similiter etiam Ierem. XVIII, dominus dicit, *repente loquar adversum gentem et adversum regnum, ut eradicem et destruam et disperdam illud. Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum adversus eam, agam et ego poenitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei*. Et hoc apparet per exemplum Ninivitarum, secundum illud Ionae III, *misertus est dominus super malitiam quam dixit ut faceret eis, et non fecit*. Ergo prophetiae potest subesse falsum.

II-II q. 171 a. 6 arg. 3

Praeterea, omnis conditionalis cuius antecedens est necessarium absolute, consequens est necessarium absolute, quia ita se habet consequens in conditionali ad antecedens, sicut conclusio ad praemissas in syllogismo; ex necessariis autem nunquam contingit syllogizare nisi necessarium, ut probatur in I posteriorum. Sed si prophetiae non potest subesse falsum, oportet hanc conditionalem esse veram, si aliquid est prophetatum, erit. Huius autem conditionalis antecedens est necessarium absolute, cum sit de praeterito. Ergo et consequens erit necessarium absolute. Quod est inconveniens, quia sic prophetia non esset contingentium. Falsum est ergo quod prophetiae non possit subesse falsum.

II-II q. 171 a. 6 s. c.

Sed contra est quod Cassiodorus dicit, quod *prophetia est inspiratio vel revelatio divina, rerum eventus immobili veritate denuntians*. Non autem esset immobilis veritas prophetiae si posset ei falsum subesse. Ergo non potest ei subesse falsum.

II-II q. 171 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod, sicut ex dictis patet, prophetia est quaedam cognitio intellectui prophetae impressa ex revelatione divina per modum cuiusdam doctrinae. Veritas autem eadem est cognitionis in discipulo et in docente, quia cognitio addiscentis est similitudo cognitionis docentis; sicut et in rebus naturalibus forma generati est similitudo quaedam formae generantis. Et per hunc etiam modum Hieronymus dicit quod prophetia est quoddam signum divinae praescientiae. Oportet igitur eandem esse veritatem propheticae cognitionis et enuntiationis quae est cognitionis divinae, cui impossibile est subesse falsum, ut in primo habitum est. Unde prophetiae non potest subesse falsum.

II-II q. 171 a. 6 ad 1

Božího předvědění nevylučuje náhodnost jednotlivých budoucích, poněvadž směřuje k nim, pokud jsou přítomná a již určená k jednomu. A proto také proroctví, jež je vtisknutá podoba nebo znamení Božího předvědění, svou nepohnutelnou pravdou náhodnost budoucích nevylučuje.

K druhému se musí říci, že Boží předvědění přihlíží k budoucím podle dvojího: totiž pokud jsou sama v sobě, pokud totiž na ně přítomná hledí; a pokud jsou ve svých příčinách, pokud totiž vidí zařízení příčin k výsledkům. A ačkoliv budoucí náhodná, pokud jsou sama v sobě, jsou určená k jednomu, přece, pokud jsou ve svých příčinách, nejsou určená, takže by se nemohla jinak přihoditi. A ačkoliv ono dvojí poznání vždy v rozumu Božím je spojeno, nespojuje se vždy v prorockém zjevení; protože vliv činitelův se vždy nerovná jeho síle. Proto někdy zjevení prorocké je jakási vtisknutá podoba Božího předvědění, pokud se vztahuje na budoucí náhodná v nich samých; a taková tak se přihodí, jak jsou prorokována; jako ono Isai 7: "Hle, panna počne." Někdy však prorocké zjevení je vtisknutá podoba Božího předvědění, pokud totiž poznává řád příčin k účinkům: a tehdy někdy jinak se přihodí, než je prorokováno; a přece v proroctví není nepravda, neboť smysl proroctví je, že povaha jak přírodních nižších příčin, tak lidských skutků to má, aby takový výsledek nastal. A podle toho se rozumí slovo Isaiáše, 38, řkoucího: "Zemřeš a nebudeš žíti," to jest, povaha tvého těla je zařízena k smrti; a co se praví Jon. 3: "Ještě čtyřicet dní a Ninive bude podvráceno." Že pak Bůh lituje, to se praví metaforicky, pokud jedná na způsob litujícího; že totiž změní ohlášené, ač nezmění úradek.

K třetímu se musí říci, že, ježto jest táž pravda proroctví a Božího předvědění, jak bylo řečeno, tím způsobem je pravdivá tato podmíněná: "Bylo-li něco předpověděno, bude," jako ta: "Bylo-li něco předvěděno, bude;" v obojí totiž je nemožné, aby předvětí nebylo. Proto i důsledek je nutný, ne pokud je budoucí vzhledem k nám, nýbrž pokud se uvažuje ve své přítomnosti, pokud podléhá předvědění Božímu, jak bylo řečeno.

CLXXII.O příčině proroctví.

Předmluva

Dělí se na šest článků.

Potom se má uvažovati o příčině proroctví. A o tom je šest otázek:

1. Zda proroctví je přirozené.
2. Zda je od Boha prostřednictvím andělů.
3. Zda k proroctví je třeba přirozené vlohy.
4. Zda se vyžaduje dobrota mravů.
5. Zda je některé proroctví od démonů.
6. Zda proroci démonů praví někdy pravdu.

Ad primum ergo dicendum quod, sicut in primo dictum est, certitudo divinae praescientiae non excludit contingentiam singularium futurorum, quia fertur in ea secundum quod sunt praesentia et iam determinata ad unum. Et ideo etiam prophetia, quae est divinae praescientiae similitudo impressa vel signum, sua immobili veritate futurorum contingentiam non excludit.

II-II q. 171 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod divina praescientia respicit futura secundum duo, scilicet secundum quod sunt in seipsis, inquantum scilicet ipsa praesentialiter intuetur; et secundum quod sunt in suis causis, inquantum scilicet videt ordinem causarum ad effectus. Et quamvis contingentia futura, prout sunt in seipsis, sint determinata ad unum; tamen prout sunt in suis causis, non sunt determinata, quin possint aliter evenire. Et quamvis ista duplex cognitio semper in intellectu divino coniungatur, non tamen semper coniungitur in revelatione prophetica, quia impressio agentis non semper adaequat eius virtutem. Unde quandoque revelatio prophetica est impressa quaedam similitudo divinae praescientiae prout inspicit ipsa futura contingentia in seipsis. Et talia sic eveniunt sicut prophetantur, sicut illud Isaiae VII, *ecce, virgo concipiet*. Quandoque vero prophetica revelatio est impressa similitudo divinae praescientiae prout cognoscit ordinem causarum ad effectus. Et tunc quandoque aliter evenit quam prophetetur. Nec tamen prophetiae subest falsum, nam sensus prophetiae est quod inferiorum causarum dispositio, sive naturalium sive humanorum actuum, hoc habet ut talis effectus eveniat. Et secundum hoc intelligitur verbum Isaiae dicentis, *morieris, et non vives*, idest, dispositio corporis tui ad mortem ordinatur; et quod dicitur Ionae III, *adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur*, idest, hoc merita eius exigunt, ut subvertatur. Dicitur autem Deus poenitere metaphorice, inquantum ad modum poenitentis se habet, prout scilicet mutat sententiam, etsi non mutet consilium.

II-II q. 171 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod, quia eadem est veritas prophetiae et divinae praescientiae, ut dictum est, hoc modo ista conditionalis est vera, si aliquid est prophetatum, erit, sicut ista, si aliquid est praescitum, erit. In utraque enim antecedens est impossibile non esse. Unde et consequens est necessarium, non secundum quod est futurum respectu nostri, sed ut consideratur in suo praesenti, prout subiicitur praescientiae divinae, ut in primo dictum est.

172. De causa prophetiae.

Prooemium

II-II q. 172 pr.

Deinde considerandum est de causa prophetiae. Et circa hoc quaeruntur sex. Primo, utrum prophetia sit naturalis. Secundo, utrum sit a Deo mediantibus Angelis. Tertio, utrum ad prophetiam requiratur dispositio naturalis. Quarto, utrum requiratur bonitas morum. Quinto, utrum sit aliqua prophetia a Daemonibus. Sexto, utrum prophetae Daemonum aliquando dicant verum.

CLXXII.1. Zda proroctví může býti přirozené.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že proroctví může býti přirozené. Neboť Řehoř praví, ve IV. Rozml., že "někdy sama síla duši svou jemností něco předvídá". A Augustin praví, XII. Ke Gen. Slov., že "lidské duši, pokud je zbavena smyslů těla, přísluší budoucí předvídati". To však patří k proroctví. Tedy duše může přirozeně dosáhnouti proroctví.

Mimo to poznávání lidské duše je větší ve bdění než ve spaní. Ale někteří ve spaní přirozeně předvídají některá budoucí, jak je patrné z Filosofa, v knize O spánku a bdění. Tedy tím spíše může člověk přirozeně předvídati budoucí.

Mimo to člověk podle své přirozenosti je dokonalejší než pouzí živočichové. Ale někteří pouzí živočichové předvídají budoucí, jich se týkající, jako mravenci předvídají budoucí deště, což je patrné z toho, že před deštěm začínají do díry skládati zrnka; a podobně ryby předvídají budoucí bouře, jak se usuzuje z jejich pohybu, když se vyhýbají místům bouře. Tedy tím spíše lidé mohou předvídati budoucí jich se týkající, o nichž je proroctví. Tedy proroctví je od přirozenosti.

Mimo to Přísl. 29 se praví: "Až přestane proroctví, bude rozptýlen národ"; a tak je patrné, že proroctví je nutné k zachování lidí. Než přirozenost neselhává v nutných. Tedy se zdá, že proroctví je od přirozenosti.

Avšak proti jest, co se praví II. Petr. 1: "Neboť nebylo kdysi z vůle lidské uvedeno proroctví, nýbrž z vdechnutí Ducha Svatého mluvili svatí lidé Boží."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, prorocké předvědění ohledně budoucích může býti dvojmo. Jedním způsobem, pokud jsou sama v sobě, druhým způsobem pokud jsou ve svých příčinách. Avšak předvídati budoucí, pokud jsou sama v sobě, jest vlastní Božímu rozumu, jehož věčnosti jsou všechna přítomna, jak bylo řečeno v Prvním. A proto takové předvědění budoucích nemůže býti od přirozenosti, nýbrž pouze z božského zjevení. Budoucí však ve svých příčinách mohou býti předvídána přirozeným poznáním také od člověka; jako lékař budoucí zdraví nebo smrt předvídá v některých příčinách, jejichž postup k takovým účinkům zkušeností předem poznal.

A jsoucnost takového poznání od přirozenosti v člověku Ize rozuměti dvojmo. Jedním způsobem tak, že duše hned z toho, co má v sobě, může předvídati budoucí; a tak, jak praví Augustin, "někteří chtěli, že lidská duše má v sobě nějakou sílu věšteckou." A to zdá se býti podle mínění Platona, který tvrdil, že duše mají poznání všech věcí, pro podíl idejí; avšak ono poznání je v nich zamžené pro připojení těla; a to v některých více, v jiných zase méně podle různé čistoty těla. A podle toho by se mohlo říci, že

1. Utrum prophetia sit naturalis.

II-II q. 172 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod prophetia possit esse naturalis. Dicit enim Gregorius in IV Dialog., quod *ipsa aliquando animarum vis sua subtilitate aliquid praevidet*. Et Augustinus dicit, in XII super Gen. ad Litt., quod animae humanae, secundum quod a sensibus corporis abstrahitur competit futura praevidere. Hoc autem pertinet ad prophetiam. Ergo anima naturaliter potest assequi prophetiam.

II-II q. 172 a. 1 arg. 2

Praeterea, cognitio animae humanae magis viget in vigilando quam in dormiendo. Sed in dormiendo quidam naturaliter praevident quaedam futura, ut patet per philosophum, in libro de somno et Vigil. Ergo multo magis potest homo naturaliter futura praecognoscere.

II-II q. 172 a. 1 arg. 3

Praeterea, homo secundum suam naturam est perfectior animalibus brutis. Sed quaedam animalia bruta habent praecognitionem futurorum ad se pertinentium, sicut formicae praecognoscunt pluvias futuras, quod patet ex hoc quod ante pluviam incipiunt grana in foramen reponere; et similiter etiam pisces praecognoscunt tempestates futuras, ut perpenditur ex eorum motu, dum loca tempestuosa declinant. Ergo multo magis homines naturaliter praecognoscere possunt futura ad se pertinentia, de quibus est prophetia. Est ergo prophetia a natura.

II-II q. 172 a. 1 arg. 4

Praeterea, Prov. XXIX dicitur, *cum prophetia defecerit, dissipabitur populus*, et sic patet quod prophetia necessaria est ad hominum conservationem. Sed natura non deficit in necessariis. Ergo videtur quod prophetia sit a natura.

II-II q. 172 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dicitur II Pet. I, *non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirante, locuti sunt sancti Dei homines*. Ergo prophetia non est a natura, sed ex dono spiritus sancti.

II-II q. 172 a. 1 co.

Ad secundum dicendum quod aliud est iudicium de his quae propter se quaeruntur, et de his quae quaeruntur propter aliud. In his enim quae propter se quaeruntur, quanto virtus agentis ad plura et remotiora se extendit, tanto potior est, sicut medicus reputatur melior qui potest plures, et magis a sanitate distantes sanare. In his autem quae non quaeruntur nisi propter aliud, quanto agens potest ex paucioribus et propinquioribus ad suum intentum pervenire, tanto videtur esse maioris virtutis, sicut magis laudatur medicus qui per pauciora et leviora potest sanare infirmum. Visio autem imaginaria in cognitione prophetica non requiritur propter se, sed propter manifestationem intelligibilis veritatis. Et ideo tanto potior est prophetia, quanto minus ea indiget.

II-II q. 174 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod nihil prohibet aliquid esse simpliciter melius, quod tamen minus proprie recipit alicuius praedicationem, sicut cognitio patriae est nobilior quam cognitio viae, quae tamen magis proprie dicitur

obnáší jakousi temnost a vzdálenost od rozumové pravdy; a proto vlastněji slují proroky, kdo vidí obrazným viděním; ačkoliv ono proroctví je ušlechtilejší, které je skrze rozumové vidění, je-li totiž v obojím zjevena táž pravda. Vlévá-li však Bůh někomu nové rozumové světlo, ne aby poznal nějaká nadpřirozená, nýbrž aby soudil podle jistoty božské pravdy ta, která lze poznati lidským rozumem, tak takové rozumové proroctví je pod oním, které jde s obrazným viděním, vedoucím k nadpřirozené pravdě: a takové proroctví měli všichni ti, kteří jsou vypočítáváni v řadě proroků, kteří také odtud slují zvláště proroci, že zastávali prorockou službu. Pročež mluvili za osobu Páně, říkajíce lidu: "Toto praví Hospodin," což nečinili ti, kteří psali svatopisy. Z těch mnozí častěji mluvili o těch, která lze poznati lidským rozumem, ne jako za osobu Boží, nýbrž za svou osobu, s pomocí ovšem božského světla.

Ke čtvrtému se musí říci, že osvětlení božským paprskem v přítomném životě se neděje bez zahalení nějakými obrazy, poněvadž člověku podle přítomného stavu je sourodé, že nerozumí bez představy. Mnohdy však stačí představy, které jsou vybrány ze smyslů nějakým obecným způsobem, a nevyžaduje se Boží, obstarání nějakého obrazného vidění. A takto se praví, že prorocké zjevení nastává bez obrazového vidění.

CLXXIV.3. Zda stupně proroctví mohou se rozlišiti podle vidění obrazného.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že proroctví se nemohou rozlišiti podle vidění obrazného. Neboť stupeň některé věci se nepostřehuje podle toho, co je pro jiné., nýbrž podle toho, co je pro sebe. Avšak v proroctví pro sebe je hledáno vidění rozumové, pro jiné však vidění obrazné, jak bylo shora řečeno. Tedy, zdá se, že proroctví se nerozlišuje podle vidění obrazného, nýbrž pouze dle rozumového.

Mimo to se zdá, že jeden prorok má jeden stupeň proroctví. Ale jednomu prorokovi se zjevuje podle různých vidění obrazných. Tedy různost obrazného vidění nerůzní stupně proroctví.

Mimo to podle Glossy na začátku Žaltáře proroctví pozůstává ve slovech a činech, ve snu a vidění. Nemají se tedy stupně proroctví spíše rozlišovati podle obrazného vidění, k němuž patří vidění a sen, než podle slov a činů.

Avšak proti jest, že prostředek rozlišuje stupně poznání, jako vědění z příčiny je vyšší, poněvadž je skrze ušlechtilejší prostředek, než vědění z účinku, nebo také než domněnka. Ale vidění obrazné je v prorockém poznání jako jakýsi prostředek. Tedy stupně proroctví mají se rozlišovati podle vidění obrazného.

fides, eo quod nomen fidei importat imperfectionem cognitionis. Similiter autem prophetia importat quandam obscuritatem et remotionem ab intelligibili veritate. Et ideo magis proprie dicuntur prophetae qui vident per imaginariam visionem, quamvis illa prophetia sit nobilior quae est per intellectualem visionem, dum tamen sit eadem veritas utrobique revelata. Si vero lumen intellectuale alicui divinitus infundatur non ad cognoscendum aliqua supernaturalia, sed ad iudicandum secundum certitudinem veritatis divinae ea quae humana ratione cognosci possunt; sic talis prophetia intellectualis est infra illam quae est cum imaginaria visione ducente in supernaturalem veritatem; cuiusmodi prophetiam habuerunt omnes illi qui numerantur in ordine prophetarum. Qui etiam ex hoc specialiter dicuntur prophetae, quia prophetico officio fungebantur, unde et ex persona domini loquebantur, dicentes ad populum, haec dicit dominus; quod non faciebant illi qui Hagiographa conscripserunt, quorum plures loquebantur frequentius de his quae humana ratione cognosci possunt, non quasi ex persona Dei, sed ex persona propria, cum adiutorio tamen divini luminis.

II-II q. 174 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod illustratio divini radii in vita praesenti non fit sine velaminibus phantasmatum qualiumcumque, quia connaturale est homini, secundum statum praesentis vitae, ut non intelligat sine phantasmate. Quandoque tamen sufficiunt phantasmata quae communi modo a sensibus abstrahuntur, nec exigitur aliqua visio imaginaria divinitus procurata. Et sic dicitur revelatio prophetica fieri sine imaginaria visione.

3. De diversitate graduum prophetiae.

II-II q. 174 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod gradus prophetiae non possint distingui secundum visionem imaginariam. Gradus enim alicuius rei non attenditur secundum id quod est propter aliud, sed secundum id quod est propter se. In prophetia autem propter quaeritur visio intellectualis, propter aliud autem visio imaginaria, ut supra dictum est. Ergo videtur quod gradus prophetiae non distinguantur secundum imaginariam visionem, sed solum secundum intellectualem.

II-II q. 174 a. 3 arg. 2

Praeterea, unius prophetae videtur esse unus gradus prophetiae. Sed uni prophetae fit revelatio secundum diversas imaginarias visiones. Ergo diversitas imaginariae visionis non diversificat gradus prophetiae.

II-II q. 174 a. 3 arg. 3

Praeterea, secundum Glossam, in principio Psalterii, prophetia consistit in dictis et factis, somnio et visione. Non ergo debet prophetiae gradus magis distingui secundum imaginariam visionem, ad quam pertinet visio et somnium, quam secundum dicta et facta.

II-II q. 174 a. 3 s. c.

Sed contra est quod medium diversificat gradus cognitionis, sicut scientia propter quid est altior, eo quod est per nobilius medium, quam scientia quia, vel etiam quam opinio. Sed visio imaginaria in cognitione prophetica est sicut quoddam medium. Ergo gradus prophetiae distingui debent secundum imaginariam visionem.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, proroctví, v němž se skrze rozumové světlo zjevuje nějaká nadpřirozená pravda skrze vidění obrazné, zaujímá střední stupeň mezi oním proroctvím, v němž se zjevuje nadpřirozená pravda bez obrazného vidění, a oním, v němž skrze rozumové světlo bez obrazného vidění člověk je řízen k poznání a konání těch, která patří k lidskému obcování. Avšak spíše je proroctví vlastní poznávati než jednati. A proto nejnižší stupeň proroctví je ten, když je někdo vnitřním nutkáním hýbán vykonati něco navenek, jak se praví o Samsonovi Soudc. 15, že "duch Boží padl naň a jako se spaluje dřevo při žáru ohně, tak i pouta, jimiž byl svázán, se rozlomila a spadla". Druhý pak stupeň proroctví jest, když někdo vnitřním světlem je osvícen k poznání některých, která však nepřesahují hranice přirozeného poznání, jak se praví III. Král, 4 0 Šalomounovi, že "mluvil podobenství a rozprávěl o stromech od cedru, který je na Libanonu, až po ysop, který vyrůstá ze zdi, a rozprávěl o dobytku a ptactvu a plazech a rybách", a toto vše bylo z božského vdechnutí, neboť se před tím praví: "Bůh dal Šalomounovi moudrost a opatrnost velmi hojnou."

Než tyto dva stupně jsou nižší než proroctví vlastně řečené, poněvadž nedosahují nadpřirozené pravdy. Ono pak proroctví, v němž se zjevuje nadpřirozená pravda skrze obrazné vidění, rozlišuje se nejprve podle různosti snu, jenž přichází ve spánku, a vidění, jež se děje při bdění, a patří k vyššímu stupni proroctví, poněvadž se zdá větší ta síla prorockého světla, která někoho, zaujatého smyslovými, ve bdění převede k nadpřirozeným, než ona, která nachází duši člověka ve spaní odloučenou od smyslových. - Za druhé pak stupně proroctví se rozlišují vzhledem k vyjádření obrazných znamení, jimiž se vyjadřuje poznatelná pravda. A poněvadž nejvýraznějšími znameními poznatelné pravdy jsou slova, proto se zdá vyšší stupeň proroctví, když prorok buď ve bdění nebo ve spaní slyší slova, vyjadřující poznatelnou pravdu, než když vidí nějaké věci, naznačující pravdu, jako Gen.41, sedm plných klasů znamená sedm let hojnosti. A také v těchto znameních se zdá proroctví tím vyšší, čím výraznější jsou znamení; jako když Jeremiáš z obrazu vařícího kotle viděl požár města, jak se praví Jerem. 1. - Za třetí pak se ukazuje vyšší stupeň proroctví, když prorok nejen vidí znamení slovy nebo skutků, nýbrž také vidí ve bdění nebo ve spánku někoho k sobě mluvícího nebo, něco ukazujícího, poněvadž tím se ukazuje, že mysl prorokova se více přibližuje ke zjevující příčině. - Za čtvrté pak lze viděti výši prorockého stupně z postavení toho, jenž je viděn. Neboť je vyšší stupeň proroctví, jestliže ten jenž mluví nebo ukazuje, je viděn v bdění ;nebo ve spánku v podobě anděla, než je-li viděn v podobě lidské. A ještě větší, je-li viděn v bdění nebo ve spánku v podobě Boha, podle onoho Isai. 6: "Viděl jsem Pána sedícího."

Avšak nade všemi těmito stupni je třetí rod proroctví, v němž poznatelná a nadpřirozená pravda je ukazována bez obrazného vidění; to však převyšuje podstatu proroctví vlastně řečeného, jak bylo řečeno. A proto je důsledek, že stupně proroctví vlastně řečeného se rozlišují podle obrazného vidění.

visionem.

II-II q. 174 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, prophetia in qua per lumen intelligibile revelatur aliqua supernaturalis veritas per imaginariam visionem, medium gradum tenet inter illam prophetiam in qua revelatur supernaturalis veritas absque imaginaria visione, et illam in qua per lumen intelligibile absque imaginaria visione dirigitur homo ad ea cognoscenda vel agenda quae pertinent ad humanam conversationem. Magis autem est proprium prophetiae cognitio quam operatio. Et ideo infimus gradus prophetiae est cum aliquis ex interiori instinctu movetur ad aliqua exterius facienda, sicut de Samsone dicitur, Iudic. XV, quod *irruit spiritus domini in eum, et sicut solent ad ardorem ignis ligna consumi, ita et vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt et soluta*. Secundus autem gradus prophetiae est cum aliquis ex interiori lumine illustratur ad cognoscendum aliqua quae tamen non excedunt limites naturalis cognitionis, sicut dicitur de Salomone, III Reg. IV, quod *locutus est parabolas, et disputavit super lignis, a cedro quae est in Libano usque ad hyssopum quae egreditur de pariete, et disseruit de iumentis et volucribus et reptilibus et piscibus*. Et hoc totum fuit ex divina inspiratione, nam praemittitur, *dedit Deus sapientiam Salomoni, et prudentiam multam nimis*. Hi tamen duo gradus sunt infra prophetiam proprie dictam, quia non attingunt ad supernaturalem veritatem. Illa autem prophetia in qua manifestatur supernaturalis veritas per imaginariam visionem, diversificatur primo, secundum differentiam somnii, quod fit in dormiendo; et visionis, quae fit in vigilando. Quae pertinet ad altiorem gradum prophetiae, quia maior vis prophetici luminis esse videtur quae animam occupatam circa sensibilia in vigilando abstrahit ad supernaturalia, quam illa quae animam hominis abstractam a sensibilibus invenit in dormiendo. Secundo autem diversificantur gradus prophetiae quantum ad expressionem signorum imaginabilium quibus veritas intelligibilis exprimitur. Et quia signa maxime expressa intelligibilis veritatis sunt verba ideo altior gradus prophetiae videtur quando propheta audit verba exprimentia intelligibilem veritatem, sive in vigilando sive in dormiendo, quam quando videt aliquas res significativas veritatis, sicut septem spicae plenae significant septem annos ubertatis. In quibus etiam signis tanto videtur prophetia esse altior, quanto signa sunt magis expressa, sicut quod Ieremias vidit incendium civitatis sub similitudine ollae succensae, sicut dicitur Ierem. I. Tertio autem ostenditur esse altior gradus prophetiae quando propheta non solum videt signa verborum vel factorum, sed etiam videt, in vigilando vel in dormiendo, aliquem sibi colloquentem aut aliquid demonstrantem, quia per hoc ostenditur quod mens prophetae magis appropinquat ad causam revelantem. Quarto autem potest attendi altitudo gradus prophetalis ex conditione eius qui videtur. Nam altior gradus prophetiae est si ille qui loquitur vel demonstrat, videatur, in vigilando vel dormiendo, in specie Angeli, quam si videatur in specie hominis. Et adhuc altior si videatur, in dormiendo vel vigilando, in specie Dei, secundum illud Isaiae VI, vidi dominum sedentem. Super omnes autem hos gradus est tertium genus prophetiae, in quo intelligibilis veritas et supernaturalis absque imaginaria visione ostenditur. Quae tamen excedit rationem prophetiae proprie dictae, ut dictum est. Et ideo

K prvnímu se tedy musí říci, že rozlišení rozumového světla nemůžeme poznati, leč pokud se soudí z nějakých obrazných a smyslových znamení. A proto z různosti představovaných se dovozuje různost rozumového světla.

K druhému se musí říci, že, jak bylo shora řečeno, proroctví není na způsob trvající pohotovosti, nýbrž spíše na způsob přechodné trpnosti. Proto není nevhodné, aby jednomu a témuž proroku dálo se prorocké zjevení v různých dobách podle různých stupňů.

K třetímu se musí říci, že slova a činy, o nichž je tam řeč, nepatří ke zjevení proroctvím, nýbrž k oznámení, které se děje podle uzpůsobení těch, jimž je oznamováno to, co bylo prorokovi zjeveno. A to se děje někdy skrze slova, někdy skrze skutky. Oznámení však a konání zázraků mají se k proroctví následně, jak bylo shora řečeno.

CLXXIV.4. Zda Mojžíš byl nejvznešenější ze všech proroků.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že Mojžíš nebyl nejvznešenější ze všech proroků. Neboť Glossa na začátku Žaltáře praví, že "David sluje prorok nejvznešenějším způsobem". Nebyl tedy Mojžíš nejvznešenější ze všech.

Mimo to větší zázraky učinil Josue, který zastavil slunce a měsíc, jak máme Jos. 10; a Isaiáš, který způsobil couvnutí slunce, jak Isai. 38, než Mojžíš, který rozdělil Rudé moře; podobně také Eliáš, o němž se praví Eccli. 48: "Kdo se může pochlubiti jako ty, který jsi vzal mrtvého z podsvětí?" Nebyl tedy Mojžíš nejvznešenější z proroků.

Mimo to Mat. 11 se praví, že "mezi zrozenci žen nepovstal větší Jana Křtitele". Nebyl tedy Mojžíš vznešenější než všichni proroci.

Avšak proti jest, co se praví Deut. posl.: "Nepovstal více prorok v Israeli jako Mojžíš."

Odpovídám: Musí se říci, že, ačkoli v něčem nějaký jiný prorok byl větší než Mojžíš, přece, jednoduše řečeno, Mojžíš byl větší než všichni ostatní. Neboť u proroctví, jak je patrné z řečených, pozoruje se i poznání, jak podle vidění rozumového, tak podle vidění obrazného, i oznámení a potvrzení skrze zázraky. Mojžíš byl tedy vznešenější než jiní. A to, nejprve co do rozumového poznání, poněvadž viděl samu Boží podstatu, jako Pavel v uchvácení, jak praví Augustin, XII. Ke Gen. Slov. Proto Num. 12 se praví, že "zjevně a ne skrze záhady viděl Boha". - Za druhé co do obrazného vidění, které měl jako dle libosti, nejen slyše slova, nýbrž také vida mluvícího, i v podobě Boha, nejen ve spánku, nýbrž také ve bdění. Pročež Exod. 33 se praví, že "Pán k němu mluvil tváří v tvář, jako

consequens est quod gradus prophetiae proprie dictae distinguantur secundum imaginariam visionem.

II-II q. 174 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod discretio luminis intelligibilis non potest a nobis cognosci nisi secundum quod iudicatur per aliqua signa imaginaria vel sensibilia. Et ideo ex diversitate imaginatorum perpenditur diversitas intellectualis luminis.

II-II q. 174 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut supra dictum est, prophetia non est per modum habitus immanentis, sed magis per modum passionis transeuntis. Unde non est inconveniens quod uni et eidem prophetae fiat revelatio prophetica diversis vicibus secundum diversos gradus.

II-II q. 174 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod dicta et facta de quibus ibi fit mentio, non pertinent ad revelationem prophetiae, sed ad denuntiationem, quae fit secundum dispositionem eorum quibus denuntiatur id quod prophetae revelatum est; et hoc fit quandoque per dicta, quandoque per facta. Denuntiatio autem et operatio miraculorum consequenter se habent ad prophetiam, ut supra dictum est.

4. Utrum Moyses fuerit eximius prophetarum.

II-II q. 174 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod Moyses non fuerit excellentior omnibus prophetis. Dicit enim Glossa, in principio Psalterii, quod *David dicitur propheta per excellentiam*. Non ergo Moyses fuit excellentissimus omnium.

II-II q. 174 a. 4 arg. 2

Praeterea, maiora miracula facta sunt per Iosue, qui fecit stare solem et lunam, ut habetur Iosue X, et per Isaiam, qui fecit retrocedere solem, ut habetur Isaiae XXXVIII, quam per Moysen, qui divisit mare rubrum. Similiter etiam per Eliam, de quo dicitur, Eccli. XLVIII, *quis poterit tibi similiter gloriari, qui sustulisti mortuum ab Inferis?* Non ergo Moyses fuit excellentissimus prophetarum.

II-II q. 174 a. 4 arg. 3

Praeterea, Matth. XI dicitur quod *inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista*. Non ergo Moyses fuit excellentior omnibus prophetis.

II-II q. 174 a. 4 s. c.

Sed contra est quod dicitur Deut. ult., *non surrexit propheta ultra in Israel sicut Moyses*.

II-II q. 174 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, licet quantum ad aliquid aliquis alius prophetarum fuerit maior Moyse, simpliciter tamen Moyses fuit omnibus maior. In prophetia enim, sicut ex praedictis patet, consideratur et cognitio, tam secundum visionem intellectualem quam secundum visionem imaginariam; et denuntiatio; et confirmatio per miracula. Moyses ergo fuit aliis excellentior, primo quidem, quantum ad visionem intellectualem, eo quod vidit ipsam Dei essentiam, sicut Paulus in raptu; sicut Augustinus dicit, XII super Gen. ad Litt. Unde dicitur, Num. XII, quod palam, non per aenigmata Deum videt. Secundo, quantum ad imaginariam visionem, quam quasi ad nutum habebat, non solum audiens verba, sed etiam

mluvívá člověk ke svému příteli". - Za třetí co do oznámení, neboť mluvil všemu věřícímu lidu za osobu Boha, jakožto nově předkládaje zákon, kdežto jiní proroci mluvili k lidu za osobu Boha, jakožto naváděj́ce k zachovávání zákona Mojžíšova, podle onoho Malach. 4: "Buďte pamětlivi zákona Mojžíše, mého služebníka." - Za čtvrté co do konání zázraků, které činil všemu věřícímu lidu. Pročež Deut. posl. se praví: "Potom již nepovstal v Izraeli prorok jako Mojžíš, jejž znal Pán tváří v tvář, se všemi divy a zázraky, které mu kázal činiti v Egyptě faraonovi a všem jeho služebníkům a veškeré jeho zemi."

K prvnímu se tedy musí říci, že proroctví Davidovo blízko se dotýká vidění Mojžíšova co do vidění rozumového, poněvadž oba obdrželi zjevení poznatelné a nadpřirozené pravdy bez obrazného vidění. Avšak vidění Mojžíšovo bylo vznešenější co do poznání Božství. Ale David více poznal a vyjádřil tajemství Kristova vtělení.

K druhému se musí říci, že ona znamení oněch proroků byla větší podle podstaty skutku, avšak zázraky Mojžíšovy byly přece větší podle způsobu konání, poněvadž byly učiněny všemu lidu.

K třetímu se musí říci, že Jan patří k Novému zákonu, jehož služebníci mají přednost i před Mojžíšem, jakožto vidoucí odhaleněji, jak máme II. Kor. 3.

CLXXIV.5. Zda nějaký stupeň proroctví je také v blažených.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že nějaký stupeň proroctví je také v blažených. Neboť Mojžíš, jak bylo řečeno, viděl Boží bytnost. Tedy ze stejného důvodu mohou blažení slouti proroci.

Mimo to proroctví je Boží zjevení. Avšak Boží zjevení se dějí také blaženým andělům. Tedy také blažené anděly lze nazývati proroky.

Mimo to Kristus od okamžiku početí měl patření, a přece sám se nazývá prorokem, Mat. 13, kde praví: "Není prorok beze cti leč ve své otčině." Tedy také patřící a blažené lze nazývati proroky.

Mimo to o Samuelovi se praví Eccli. 46: "Pozdvihl hlas svůj od země, aby proroctvím byla zahlazena nepravost lidu." Tedy ze stejného důvodu jiné svaté po smrti lze nazývati proroky.

Avšak proti jest, že II. Petr. I řeč prorocká je přirovnávána k "lampě, svítící v mlhavém místě". Avšak v blažených není mlhy. Tedy nemohou slouti proroky.

videns loquentem, etiam in specie Dei, non solum in dormiendo, sed etiam in vigilando. Unde dicitur Exod. XXXIII, quod *loquebatur ei dominus facie ad faciem, sicut homo solet loqui cum amico suo*. Tertio, quantum ad denuntiationem, quia loquebatur toti populo fidelium ex persona Dei quasi de novo legem proponens; alii vero prophetae loquebantur ad populum in persona Dei quasi inducentes ad observantiam legis Moysi, secundum illud Malach. IV, *mementote legis Moysi, servi mei*. Quarto, quantum ad operationem miraculorum, quae fecit toti uni populo infidelium. Unde dicitur Deut. ult., *non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset dominus facie ad faciem, in omnibus signis atque portentis quae per eum misit ut faceret in terra Aegypti, Pharaoni et omnibus servis eius, universaeque terrae illius*.

II-II q. 174 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod prophetia David ex propinquo attingit visionem Moysi quantum ad visionem intellectualem, quia uterque accepit revelationem intelligibilis et supernaturalis veritatis absque imaginaria visione. Visio tamen Moysi fuit excellentior quantum ad cognitionem divinitatis, sed David plenius cognovit et expressit mysteria incarnationis Christi.

II-II q. 174 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod illa signa illorum prophetarum fuerunt maiora secundum substantiam facti, sed tamen miracula Moysi fuerunt maiora secundum modum faciendi, quia sunt facta toti populo.

II-II q. 174 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod Ioannes pertinet ad novum testamentum, cuius ministri praeferuntur etiam ipsi Moysi, quasi magis revelate speculantes, ut habetur II ad Cor. III.

5. Utrum aliquis comprehensor possit esse propheta.

II-II q. 174 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod etiam aliquis gradus prophetiae est in beatis. Moyses enim, ut dictum est, vidit divinam essentiam. Qui tamen propheta dicitur. Ergo, pari ratione, beati possunt dici prophetae.

II-II q. 174 a. 5 arg. 2

Praeterea, prophetia est divina revelatio. Sed divinae revelationes fiunt etiam Angelis beatis. Ergo etiam Angeli beati possunt dici prophetae.

II-II q. 174 a. 5 arg. 3

Praeterea, Christus ab instanti conceptionis fuit comprehensor. Et tamen ipse prophetam se nominat, Matth. XIII, ubi dicit, *non est propheta sine honore nisi in patria sua*. Ergo etiam comprehensores et beati possunt dici prophetae.

II-II q. 174 a. 5 arg. 4

Praeterea, de Samuele dicitur, Eccli. XLVI, *exaltavit vocem eius de terra in prophetia, delere impietatem gentis*. Ergo, eadem ratione, alii sancti post mortem possunt dici prophetae.

II-II q. 174 a. 5 s. c.

Sed contra est quod II Pet. I, sermo propheticus comparatur lucernae lucenti in caliginoso loco. Sed in

Odpovídám: Musí se říci, že proroctví obnáší jakési vidění nějaké nadpřirozené pravdy, jakožto jsoucí daleko. A to se přihází dvojmo. Jedním způsobem se strany samého poznání, poněvadž totiž nadpřirozená pravda není poznávána sama v sobě, nýbrž v nějakých svých účincích. A bude ještě vzdálenější, děje-li se to skrze útvary tělesných věcí, nikoli skrze poznávané účinky. A nejvíce je takové prorocké vidění, které se děje skrze útvary a podoby tělesných věcí. - Jiným způsobem je nějaké vidění daleko se strany samého vidoucího, protože totiž nebyl ještě přiveden k poslední dokonalosti, podle onoho II. Kor. 5: "Dokud jsme v těle, dlíme v cizině od Pána." Než žádným z těchto dvou způsobů blažení nejsou daleko. Proto nemohou býti nazýváni proroky.

K prvnímu se tedy musí říci, že ono vidění Mojžíšovo bylo náhlé na způsob trpnosti, ne však stálé. na způsob blaženosti; pročež dosud byl vidoucí daleko. A proto nepozbývá takové vidění zcela rázu proroctví.

K druhému se musí říci, že andělé dostávají Boží zjevení ne jako jsoucí daleko, nýbrž jako úplně již s Bohem spojení. Pročež takové zjevení nemá ráz proroctví.

K třetímu se musí říci, že Kristus byl zároveň patřícím a poutníkem. Pokud byl tedy patřícím, nenáleží mu ráz proroctví, nýbrž pouze pokud byl poutníkem.

Ke čtvrtému se musí říci, že také Samuel dosud nedosáhl stavu blaženosti. Pročež, ačkoli z Boží vůle sama duše Samuelova předpověděla Saulovi výsledek války, jejžto Bůh to zjevil, má to ráz proroctví. Avšak není týž důvod ohledně svatých, kteří jsou již v otčině. A nevadí, že se to udává vykonáno pomocí démonů, poněvadž, ačkoli démoni nemohou zavolati duši některého svatého, ani nutiti k nějakému skutku, přece to může nastati Boží mocí, když hledajícímu rady u démona sám Bůh skrze svého posla řekne pravdu, jako skrze Eliáše sdělil pravdu královským poslům, kteří byli posláni poradit se boha do Akkaronu, jak máme IV. Král. 1. Ačkoli také lze říci, že to nebyla duše Samuelova, nýbrž démon, mluvící za jeho osobu; Mudrc pak ho nazývá Samuelem a jeho předpověď prorockou dle domnění Saulova i přítomných, kteří se tak domnívali.

CLXXIV.6. Zda stupně proroctví se mění podle postupu času.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že stupně proroctví se mění podle postupu času. Neboť proroctví je zařízeno k poznání božských, jak je patrné z řečených. Ale jak praví Řehoř, XVI. Homil. k Ezech., "postupem času pokračoval vzrůst božského poznání". Tedy mají se také rozlišovati stupně proroctví podle postupu času.

beatis nulla est caligo. Ergo non possunt dici prophetae.

II-II q. 174 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod prophetia importat visionem quandam alicuius supernaturalis veritatis ut procul existentis. Quod quidem contingit esse dupliciter. Uno modo, ex parte ipsius cognitionis, quia videlicet veritas supernaturalis non cognoscitur in seipsa, sed in aliquibus suis effectibus. Et adhuc erit magis procul si hoc fit per figuras corporalium rerum, quam per intelligibiles effectus. Et talis maxime est visio prophetica quae fit per similitudines corporalium rerum. Alio modo visio est procul ex parte ipsius videntis, qui scilicet non est totaliter in ultimam perfectionem adductus, secundum illud II ad Cor. V, *quandiu in corpore sumus, peregrinamur a domino*. Neutro autem modo beati sunt procul. Unde non possunt dici prophetae.

II-II q. 174 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod visio illa Moysi fuit raptim, per modum passionis, non autem permanens, per modum beatitudinis. Unde adhuc videns erat procul. Propter hoc, non totaliter talis visio amittit rationem prophetiae.

II-II q. 174 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod Angelis fit revelatio divina non sicut procul existentibus, sed sicut iam totaliter Deo coniunctis. Unde talis revelatio non habet rationem prophetiae.

II-II q. 174 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod Christus simul erat comprehensor et viator. Inquantum ergo erat comprehensor, non competit sibi ratio prophetiae, sed solum inquantum erat viator.

II-II q. 174 a. 5 ad 4

Ad quartum dicendum quod etiam Samuel nondum pervenerat ad statum beatitudinis. Unde et, si voluntate Dei ipsa anima Samuelis Sauli eventum belli praenuntiavit, Deo sibi hoc revelante, pertinet ad rationem prophetiae. Non est autem eadem ratio de sanctis qui sunt modo in patria. Nec obstat quod arte Daemonum hoc dicitur factum. Quia etsi Daemones animam alicuius sancti evocare non possunt, neque cogere ad aliquid agendum; potest tamen hoc fieri divina virtute ut, dum Daemon consulitur, ipse Deus per suum nuntium veritatem enuntiat, sicut per Eliam veritatem respondit nuntiis regis qui mittebantur ad consulendum Deum Accaron, ut habetur IV Reg. I. Quamvis etiam dici possit quod non fuerit anima Samuelis, sed Daemon ex persona eius loquens, quem sapiens Samuelem nominat, et eius praenuntiationem prophetiam, secundum opinionem Saulis et adstantium, qui ita opinabantur.

6. Utrum prophetia creverit per temporis processum.

II-II q. 174 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod gradus prophetiae varientur secundum temporis processum. Prophetia enim ordinatur ad cognitionem divinorum, ut ex dictis patet. Sed sicut Gregorius dicit, *per successiones temporum crevit divinae cognitionis augmentum*. Ergo et gradus prophetiae secundum processum temporum debent distingui.

Mimo to prorocké zjevení se děje na způsob božského mluvení k člověku. Proroci pak ta, která jim byla zjevena, oznamují jak slovem, tak písmem, neboť se praví I. Král. 3, že "před Samuelem řeč Páně byla vzácná", to jest řídká, později však byla k mnohým. Podobně také neshledává se napsání knih proroků před dobou Isaiášovou, jemuž bylo řečeno: "Vezmi si velkou knihu a napiš v ní písmem lidovým," jak je patrné Isai. 8, po kterážto době více proroků sepsalo svá proroctví. Tedy zdá se, že podle postupu časů pokročil stupeň proroctví.

Mimo to Pán praví, Mat. 11: "Zákon a proroci až do Jana prorokovali." Potom však byl dar proroctví v učednících Kristových mnohem vznešenější než byl ve starých prorocích, podle onoho Efes. 3: "Za jiných pokolení nebylo známo synům lidským," totiž tajemství Kristovo "jako nyní bylo zjeveno svatým jeho apoštolům a prorokům v duchu". Tedy zdá se, že podle postupu času vzrostl stupeň proroctví.

Avšak proti jest, že Mojžíš byl nejvznešenější z proroků, jak bylo řečeno, který však byl před jinými proroky. Tedy stupeň proroctví nepostoupil podle postupu času.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, proroctví je zařízeno k poznání božské pravdy, na niž patříce, nejen jsme poučováni ve víře, nýbrž také jsme řízeni ve svých skutcích, podle onoho Žalm. 42: "Vyšli své. světlo a svou pravdu: to mně vedlo." Avšak naše víra pozůstává hlavně ve dvou: nejprve totiž v pravém poznání Boha, podle onoho Žid. 11: "Přistupující k Bohu musí věřiti, že jest;" za druhé v tajemství vtělení Kristova, podle onoho Jan. 14: "Věříte v Boha, i ve mně věřte." Mluvíme-li tedy o proroctví, pokud je zařízeno k cíli Božství, tak zajisté vzrostlo podle tří rozdílností časů, totiž před zákonem, pod zákonem a pod milostí. Neboť před zákonem Abraham a Otcové byli prorocky poučeni o těch, která patří k víře v Božství. Proto se také nazývají proroky, podle onoho Žalmu 104: "Mým prorokům neubližujte," což je zvláště řečeno k vůli Abrahámovi a Izákovi. Pod zákonem pak prorocké zjevení o těch, která patří k víře Božství, dálo se vznešeněji než před tím, poněvadž o těch věcech bylo třeba použiti nejen zvláštní osoby nebo některé rodiny, nýbrž celý národ. Proto Pán praví Mojžíšovi, Exod. 6: "Já Pán, který jsem se ukázal Abrahamovi, Isákovi a Jakobovi, jako Bůh všemohoucí, a své jméno Adonai jsem jim neoznámil," poněvadž totiž předcházející Otcové byli vyučeni ve víře o všemohoucnosti jednoho Boha, avšak Mojžíš byl později poučen o jednoduchosti Boží podstaty, když mu bylo řečeno, Exod. 3: "Já jsem, který jsem," kteréžto jméno je od Židů naznačováno oním jménem Adonai, pro úctu k onomu nevýslovnému jménu. Potom však v době milosti sám Syn Boží zjevil tajemství Trojice, podle onoho Mat. posl.: "Jdouce, učte všechny národy, křtíce je ve jménu Otce i Syna i Ducha svatého."

V jednotlivých pak údobích první zjevení bylo vznešenější. První pak zjevení před zákonem se stalo Abrahamovi, v jehož době začali se lidé odkloňovati od víry v jednoho Boha, přikloňujíce se k modloslužbě, kdežto před tím nebylo třeba takového zjevení, kdy všichni trvali v uctívání

II-II q. 174 a. 6 arg. 2

Praeterea, revelatio prophetica fit per modum divinae allocutionis ad hominem, a prophetis autem ea quae sunt eis revelata denuntiantur et verbo et scripto. Dicitur autem I Reg. III, quod ante Samuelem, sermo domini erat pretiosus, idest rarus, qui tamen postea ad multos factus est. Similiter etiam non inveniuntur libri prophetarum esse conscripti ante tempus Isaiae, cui dictum est, *sume tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis*, ut patet Isaiae VIII, post quod tempus plures prophetae suas prophetias conscripserunt. Ergo videtur quod secundum processum temporum profecerit prophetiae gradus.

II-II q. 174 a. 6 arg. 3

Praeterea, dominus dicit, Matth. XI, *lex et prophetae usque ad Ioannem prophetaverunt*. Postmodum autem fuit donum prophetiae in discipulis Christi multo excellentius quam fuerit in antiquis prophetis, secundum illud Ephes. III, *aliis generationibus non est agnitum filiis hominum*, scilicet mysterium Christi, *sicut nunc revelatum est sanctis apostolis eius et prophetis in spiritu*. Ergo videtur quod secundum processum temporis creverit prophetiae gradus.

II-II q. 174 a. 6 s. c.

Sed contra est quia Moyses fuit excellentissimus prophetarum, ut dictum est, qui tamen alios prophetas praecessit. Ergo gradus prophetiae non profecit secundum temporis processum.

II-II q. 174 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, prophetia ordinatur ad cognitionem divinae veritatis, per cuius contemplationem non solum in fide instruimur, sed etiam in nostris operibus gubernamur, secundum illud Psalmi, *emitte lucem tuam et veritatem tuam, ipsa me deduxerunt*. Fides autem nostra in duobus principaliter consistit, primo quidem in vera Dei cognitione, secundum illud Heb. XI, *accedentem ad Deum oportet credere quia est*; secundo, in mysterio incarnationis Christi, secundum illud Ioan. XIV, creditis in Deum, et in me credite. Si ergo de prophetia loquamur inquantum ordinatur ad fidem deitatis, sic quidem crevit secundum tres temporum distinctiones, scilicet ante legem, sub lege, et sub gratia. Nam ante legem, Abraham et alii patres prophetice sunt instructi de his quae pertinent ad fidem deitatis. Unde et prophetae nominantur, secundum illud Psalmi, in prophetis meis nolite malignari, quod specialiter dicitur propter Abraham et Isaac. Sub lege autem, facta est revelatio prophetica de his quae pertinent ad fidem deitatis excellentius quam ante, quia iam oportebat circa hoc instrui non solum speciales personas aut quasdam familias, sed totum populum. Unde dominus dicit Moysi, Exod. VI, *ego dominus, qui apparui Abraham, Isaac et Iacob in Deo omnipotente, et nomen meum Adonai non indicavi eis*, quia scilicet praecedentes patres fuerunt instructi in communi de omnipotentia unius Dei, sed Moyses postea plenius fuit instructus de simplicitate divinae essentiae, cum dictum est ei, Exod. III, ego sum qui sum; quod quidem nomen significatur a Iudaeis per hoc nomen Adonai, propter veneretionem illius ineffabilis nominis. Postmodum vero, tempore gratiae, ab ipso filio Dei revelatum est mysterium Trinitatis, secundum illud Matth. ult., *euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti*. In singulis tamen statibus prima revelatio excellentior fuit. Prima

jednoho Boha. Izákovi se pak dostalo nižšího zjevení, jakožto založeného na zjevení, učiněném Abrahamovi. Proto mu bylo řečeno Gen. 26: "Já jsem Bůh Abrahama, otce tvého;" a podobně bylo řečeno Jakobovi Gen. 28: "Já jsem Bůh Abrahama, otce tvého, a Bůh Izákův." A podobně za údobí zákona první zjevení, učiněné Mojžíšovi, bylo vznešenější, neboť na něm se zakládá všecko jiné zjevení proroků. Tak také v době milosti na zjevení učiněném apoštolům o víře v Jednotu a Trojici: se zakládá celá víra Církve, podle onoho Mat. 16: "Na této skále," totiž tvého vyznání, "postavím svou Církev".

Co se pak týká víry ve vtělení Kristovo, je zjevné, že čím byli Kristu bližší, buď před nebo po, většinou byli plněji o tom poučeni; však plněji po než před, jak praví Apoštol, Efes. 3. Co se pak týká řízení lidských skutků, prorocké zjevení bylo rozlišeno ne podle postupu času, nýbrž podle stavu záležitostí, poněvadž, jak se praví Přísl. 29: "Až přestane proroctví, bude rozptýlen národ." A proto v každé době byli lidé Bohem poučeni o svých skutcích podle toho, jak bylo třeba ke spáse vyvolených.

K prvnímu se tedy musí říci, že výrok Řehořův je rozuměti o době před vtělením Kristovým, co do poznání tohoto tajemství.

K druhému se musí říci, že, jak praví Augustin, v XVIII. O Městě Božím: "jako v první době říše Assyrské byl Abraham, jemuž se dály sliby zjevně, tak i na začátku západního Babylonu, to jest města Říma, za jehož vlády měl přijíti Kristus, aby se v něm naplnily ony slibující předpovědi proroků, nejen mluvících, nýbrž také píšících na svědectví tak velké věci budoucí, že se totiž splní sliby, učiněné Abrahamovi. Neboť, ježto národu izraelskému skoro nikdy nechybělo proroků od doby, kdy tam začali býti králové, byli pouze k jeho užitku, nikoli pohanů. Když se však zjevněji zakládalo ono prorocké písmo, které mělo jednou prospěti pohanům, tehdy mělo začít, kdy se zakládalo toto město totiž Řím, které mělo vládnouti pohanům." Proto pak bylo třeba hlavně v době králů v onom národě nadbytku proroků, poněvadž národ tehdy nebyl utlačován cizinci, nýbrž měl vlastního krále. A tedy bylo třeba, aby byl proroky poučován o skutcích, jakožto mající svobodu.

K třetímu se musí říci, že proroci, předpovídající příchod Kristův, nemohli trvati leč až do Jana, který přítomně ukázal Krista prstem. A přece, jak dí JeronÝm tamtéž. "nepraví se to, aby vyloučilo proroky po Janovi. Neboť ve Skutcích apoštolských čteme, že též Agabus prorokoval, i čtyři panny, dcery Filipovy". Také Jan napsal prorockou knihu o konci Církve. A žádné době nechybělo některých, kteří měli ducha proroctví, ne sice aby hlásali nové učení víry, nýbrž k řízení lidských skutků, jak vypravuje Augustin, V. O Městě Božím, že "Theodosius Augustus poslal k Janovi; usazenému v egyptské poušti, o němž se z rozšířené pověsti dověděl, že je obdařen prorockým duchem, a od něho obdržel jistou zprávu o vítězství".

autem revelatio ante legem facta est Abrahae, cuius tempore coeperunt homines a fide unius Dei deviare, ad idololatriam declinando, ante autem non erat necessaria talis revelatio, omnibus in cultu unius Dei persistentibus. Isaac vero facta est inferior revelatio, quasi fundata super revelatione facta Abrahae, unde dictum est ei, Gen. XXVI, *ego sum Deus patris tui Abraham*. Et similiter ad Iacob dictum, Gen. XXVIII, *ego sum Deus Abraham, patris tui, et Deus Isaac*. Similiter etiam in statu legis, prima revelatio facta Moysi fuit excellentior, supra quam fundatur omnis alia prophetarum revelatio. Ita etiam in tempore gratiae, super revelatione facta apostolis de fide unitatis et Trinitatis fundatur tota fides Ecclesiae, secundum illud Matth. XVI, super hanc petram, scilicet confessionis tuae, aedificabo Ecclesiam meam. Quantum vero ad fidem incarnationis Christi, manifestum est quod quanto fuerunt Christo propinquiores, sive ante sive post, ut plurimum, plenius de hoc instructi fuerunt. Post tamen plenius quam ante, ut apostolus dicit, ad Ephes. III. Quantum vero ad directionem humanorum actuum, prophetica revelatio diversificata est, non secundum temporis processum, sed secundum conditionem negotiorum, quia, ut dicitur Prov. XXIX, cum defecerit prophetia, dissipabitur populus. Et ideo quolibet tempore instructi sunt homines divinitus de agendis, secundum quod erat expediens ad salutem electorum.

II-II q. 174 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod dictum Gregorii est intelligendum de tempore ante Christi incarnationem, quantum ad cognitionem huius mysterii.

II-II q. 174 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod sicut Augustinus dicit, XVIII de Civ. Dei, *quemadmodum regni Assyriorum primo tempore extitit Abraham, cui promissiones apertissimae fierent; ita in Occidentalis Babylonis*, idest Romanae urbis, *exordio qua imperante fuerat Christus venturus, in quo implerentur illa promissa, oracula prophetarum, non solum loquentium verum etiam scribentium, in tantae rei futurae testimonium, solverentur*, scilicet promissiones Abrahae factae. *Cum enim prophetae nunquam fere defuissent populo Israel ex quo ibi reges esse coeperunt, in usum tantummodo eorum fuere, non gentium. Quando autem Scriptura manifestius prophetica condebatur, quae gentibus quandoque prodesset, tunc condebatur haec civitas, scilicet Romana, quae gentibus imperaret*. Ideo autem maxime tempore regum oportuit prophetas in illo populo abundare, quia tunc populus non opprimebatur ab alienigenis, sed proprium regem habebat, et ideo oportebat per prophetas eum instrui de agendis, quasi libertatem habentem.

II-II q. 174 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod prophetae praenuntiantes Christi adventum non potuerunt durare nisi usque ad Ioannem, qui praesentialiter Christum digito demonstravit. Et tamen, ut Hieronymus ibidem dicit, *non hoc dicitur ut post Ioannem excludat prophetas, legimus enim in actibus apostolorum et Agabum prophetasse, et quatuor virgines filias Philippi*. Ioannes etiam librum propheticum conscripsit de fine Ecclesiae. Et singulis temporibus non defuerunt aliqui prophetiae spiritum habentes, non quidem ad novam doctrinam fidei depromendam, sed ad humanorum actuum directionem, sicut Augustinus refert, V de Civ. Dei, quod Theodosius

Augustus *ad Ioannem in Aegypti eremo constitutum, quem prophetandi spiritu praeditum fama crebrescente didicerat, misit, et ab eo nuntium victoriae certissimum accepit*.

CLXXV. O vytržení.

Předmluva

Dělí se na šest článků.

Potom se má uvažovati o vytržení. A o tom je šest otázek.

1. Zda bývá lidská duše vytržena k božským.
2. Zda vytržení patří k síle poznávací nebo žádostivé.
3. Zda Pavel viděl ve vytržení Boží podstatu.
4. Zda byl zbaven smyslů.
5. Zda v onom stavu duše byla úplně odloučena od těla.
6. Co ohledně toho věděl a co neznal.

CLXXV.1. Zda lidská duše bývá vytržena k božským.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že lidská duše nebývá vytržena k božským. Neboť někteří vymezují vytržení: "Povznešení silou vyšší přirozenosti od toho, co je podle přirozenosti, k tomu, co je nad přirozenost." Avšak je podle lidské přirozenosti, aby byl člověk povznášen k božským, neboť Augustin praví na začátku Vyzn.: "Učinil jsi nás, Pane, pro sebe, a je neklidné naše srdce, dokud nespočine v tobě." Tedy lidská duše nebývá vytržena k božským.

Mimo to Diviš praví, VIII. hl. O Bož. Jmén., že "spravedlnost Boží se vidí v tom, že všem věcem uděluje podle jejich způsobu hodnoty." Ale, že někdo je povznesen nad to, co je podle přirozenosti, to nepatří ke způsobu nebo hodnotě člověka. Tedy, zdá se, že mysl člověka nebývá Bohem vytržena k božským.

Mimo to vytržení obnáší jakési násilí. Ale Bůh nás neřídí násilím a přinucením, jak praví Damašský. v II. kn. O pravé víře. Tedy mysl člověka nebývá vytržena k božským.

Avšak proti jest, co praví Apoštol, II. Kor. 12: "Znám člověka v Kristu, který byl vytržen až do třetího nebe," kdež praví Glosa "vytržen, to jest proti přirozenosti povznesen".

Odpovídám: Musí se říci, že vytržení obnáší jakési násilí, jak bylo řečeno. "Avšak násilným se nazývá, "čeho původ je mimo, bez spolupráce toho, co trpí násilí," jak se praví v III. Ethic. Každé však spolupracuje k tomu, k čemu tíhne podle vlastní náklonnosti buď dobrovolně nebo přirodní. A proto ten, kdo je vytržen od něčeho vnějšího, musí býti vytržen k něčemu, co se různí od toho, k čemu jeho náklonnost tíhne. A tato různost se postřehuje dvojmo. Jedním způsobem vzhledem k cíli náklonnosti, třebas, je-li hozen vzhůru kámen, který má přirozený sklon k tomu, aby klesal dolů. Jiným způsobem vzhledem ke způsobu tíhnutí, třebas, je-li kámen prudčeji vržen dolů než je jeho přirozený pohyb.

Tak tedy i o duši člověka se dvojmo říká vytržení k tomu, co je mimo přirozenost. Jedním způsobem vzhledem ke konci vytržení, třebas, když je vytržena trestům, podle onoho Žalmu 49: "Aby nevytrhl, a nebyl, kdo vysvobodí." Jiným způsobem vzhledem ke způsobu člověku

175. De raptu.

Prooemium

II-II q. 175 pr.

Deinde considerandum est de raptu. Et circa hoc quaeruntur sex. Primo, utrum anima hominis rapiatur ad divina. Secundo, utrum raptus pertineat ad vim cognoscitivam vel appetitivam. Tertio, utrum Paulus in raptu viderit Dei essentiam. Quarto, utrum fuerit alienatus a sensibus. Quinto, utrum totaliter fuerit anima a corpore separata in statu illo. Sexto, quid circa hoc scivit, et quid ignoravit.

1. Utrum anima hominis rapiatur ad divina.

II-II q. 175 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima hominis non rapiatur ad divina. Definitur enim a quibusdam raptus, *ab eo quod est secundum naturam, in id quod est supra naturam, vi superioris naturae elevatio*. Est autem secundum naturam hominis ut ad divina elevetur, dicit enim Augustinus, in I Confess., *fecisti nos, domine, ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te*. Non ergo hominis anima rapitur ad divina.

II-II q. 175 a. 1 arg. 2

Praeterea, Dionysius dicit, VIII cap. de Div. Nom., quod *iustitia Dei in hoc attenditur, quod omnibus rebus distribuit secundum suum modum et dignitatem*. Sed quod aliquis elevetur supra id quod est secundum naturam, non pertinet ad modum hominis vel dignitatem. Ergo videtur quod non rapiatur mens hominis a Deo in divina.

II-II q. 175 a. 1 arg. 3

Praeterea, raptus quandam violentiam importat. Sed Deus non regit nos per violentiam et coacte, ut Damascenus dicit. Non ergo mens hominis rapitur ad divina.

II-II q. 175 a. 1 s. c.

Sed contra est quod, II ad Cor. XII, dicit apostolus, *scio hominem in Christo raptum usque ad tertium caelum*, ubi dicit Glossa, raptum, idest, contra naturam elevatum.

II-II q. 175 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod raptus violentiam quandam importat, ut dictum est. Violentum autem dicitur, *cuius principium est extra, nil conferente eo qui vim patitur*, ut dicitur in III Ethic. Confert autem unumquodque ad id in quod tendit secundum propriam inclinationem, vel voluntariam vel naturalem. Et ideo oportet quod ille qui rapitur ab aliquo exteriori, rapiatur in aliquid quod est diversum ab eo in quod eius inclinatio tendit. Quae quidem diversitas potest attendi dupliciter. Uno quidem modo, quantum ad finem inclinationis, puta si lapis, qui naturaliter inclinatur ad hoc quod feratur deorsum, proiiciatur sursum. Alio modo, quantum ad modum tendendi, puta si lapis velocius proiiciatur deorsum quam sit motus eius naturalis. Sic igitur et anima hominis dicitur rapi in id quod est praeter naturam, uno modo, quantum ad terminum raptus, puta quando rapitur ad poenas, secundum illud Psalmi, ne quando rapiat, et non

sourodnému, jenž jest, aby skrze smyslová rozuměl pravdu. A proto, když je zbaven vnímání smyslových, říká se vytržení, třebaže je povznášen k těm, k nimž je přirozeně zařízen, jen když není z vlastního úmyslu; jak se přihází ve snu, který je podle přirozenosti, a proto nemůže vlastně slouti vytržení. Než toto zbavení, ať se děje k čemukoli, může vzniknouti z trojí příčiny. Jedním způsobem z příčiny tělesné, jako se přihází u těch, kteří pro nějakou nemoc jsou zbaveni smyslů. - Druhým způsobem z moci démonů, jak je patrné u posedlých. - Třetím způsobem z moci božské, a tak mluvíme nyní o vytržení, pokud totiž někdo je božskou mocí povznesen k některým nadpřirozeným, se zbavením smyslů, podle onoho Ezech. 8: "Duch mne povznesl mezi nebe a zemi a zavedl mne ve vidění Jerusalema." Třeba však věděti, že někdo sluje vytržený, nejen pro zbavení smyslů, nýbrž také pro odtrhnutí od těch, jimž věnoval pozornost, jako když někdo proti vůli upadne do rozptýlení mysli. Avšak toto se neříká tak vlastně.

K prvnímu se musí říci, že člověku je přirozené, aby dospěl k božským přes vnímání smyslových, podle onoho Řím. 1: "Neviditelná Boží se vidí poznána skrze ta, která byla učiněna."

Ale tento způsob, že někdo je povznesen k božským se zbavením smyslů, není člověku přirozený.

K druhému se musí říci, že způsobu a hodnotě člověka náleží, aby byl poznášen k božským, již z toho, že člověk byl učiněn k obrazu Božímu. A poněvadž božské dobro do nekonečna přesahuje lidskou schopnost, člověk potřebuje, aby k uchopení onoho dobra byl nadpřirozeně podporován; což se děje jakýmkoliv dobrodiním milosti. Pročež není proti přirozenosti, nýbrž nad schopnost přirozenosti, že lidská mysl je takto vytržením povznášena.

K třetímu se musí říci, že slovo Damašského jest rozuměti o těch, která má člověk konati. Avšak je třeba, aby byl člověk povznesen jakousi silnější činností k těm, která převyšují schopnost svobodného rozhodování. Tu sice vzhledem k něčemu lze nazvati donucením, uváží-li se totiž způsob činnosti, ne však uváží-li se konec činnosti, k němuž je zařízena přirozenost člověka a jeho úmysl.

CLXXV.2. Zda vytržení patří více k síle poznávací než k síle žádostivé.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že vytržení patří více k síle žádostivé než k síle poznávací. Neboť Diviš praví, IV. hl. O Bož. Jmén.: "Extasi pak působí božská láska." Ale láska patří k síle žádostivé. Tedy i extase či vytržení.

Mimo to Řehoř praví, v II. Rozml., že "ten, který pásl vepře, těkavostí mysli a nečistoty padl pod sebe. Petr však, kterého osvobodil anděl, a jeho mysl uchvátil do extase, nebyl sice mimo sebe, ale nad sebe". Avšak onen marnotratný syn citem upadl do nižších. Tedy také ti, kteří jsou vytrženi k vyšším, utrpí to skrze cit.

Praeterea, miracula attribuuntur fidei, secundum illud Matth. XVII, *si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, et transibit*. Fides autem sine operibus mortua est, ut dicitur Iac. II, et sic non videtur quod habeat propriam operationem. Ergo videtur quod mali, qui non sunt bonorum operum, miracula facere non possunt.

II-II q. 178 a. 2 arg. 3

Praeterea, miracula sunt quaedam divina testimonia, secundum illud Heb. II, *contestante Deo signis et portentis et variis virtutibus*. Unde et in Ecclesia aliqui canonizantur per testimonia miraculorum. Sed Deus non potest esse testis falsitatis. Ergo videtur quod mali homines non possint miracula facere.

II-II q. 178 a. 2 arg. 4

Praeterea, boni sunt Deo coniunctiores quam mali. Sed non omnes boni faciunt miracula. Ergo multo minus mali faciunt.

II-II q. 178 a. 2 s. c.

Sed contra est quod apostolus dicit, I ad Cor. XIII, *si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum*. Sed quicumque non habet caritatem, est malus, quia *hoc solum donum spiritus sancti est quod dividit inter filios regni et filios perditionis*, ut Augustinus dicit, XV de Trin. Ergo videtur quod etiam mali possunt miracula facere.

II-II q. 178 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod miraculorum aliqua quidem non sunt vera, sed phantastica facta, quibus scilicet ludificatur homo, ut videatur ei aliquid quod non est. Quaedam vero sunt vera facta, sed non vere habent rationem miraculi, quae fiunt virtute aliquarum naturalium causarum. Et haec duo possunt fieri per Daemones, ut supra dictum est. Sed vera miracula non possunt fieri nisi virtute divina, operatur enim ea Deus ad hominum utilitatem. Et hoc duplociter, uno quidem modo, ad veritatis praedicatae confirmationem; alio modo, ad demonstrationem sanctitatis alicuius quem Deus vult hominibus proponere in exemplum virtutis. Primo autem modo, miracula possunt fieri per quemcumque qui veram fidem praedicat et nomen Christi invocat, quod etiam interdum per malos fit. Et secundum hunc modum, etiam mali possunt miracula facere. Unde super illud Matth. VII, nonne in nomine tuo prophetavimus etc. dicit Hieronymus, *prophetare, vel virtutes facere et Daemonia eiicere, interdum non est eius meriti qui operatur, sed invocatio nominis Christi hoc agit, ut homines Deum honorent, ad cuius invocationem fiunt tanta miracula*. Secundo autem modo, non fiunt miracula nisi a sanctis, ad quorum sanctitatem demonstrandam miracula fiunt vel in vita eorum vel etiam post mortem, sive per eos sive per alios. Legitur enim Act. XIX, quod *Deus faciebat virtutes per manus Pauli, et etiam desuper languidos deferebantur a corpore eius sudaria, et recedebant ab eis languores*. Et sic etiam nihil prohibet per aliquem peccatorem miracula fieri ad invocationem alicuius sancti. Quae tamen miracula non dicitur ille facere, sed ille ad cuius sanctitatem demonstrandam haec fierent.

II-II q. 178 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut supra dictum est, cum de oratione ageretur, oratio in impetrando non innititur merito, sed divinae misericordiae, quae etiam ad

hříšníků je Bohem vyslyšena. Pročež praví Augustin, K Jan., že ono slovo slepý mluvil jako ještě nenatřený, to jest dosud dokonale neosvícený, neboť hříšníky vyslýchá Bůh. - Co se však praví, že modlitba neslyšícího zákon je odporná, jest rozuměti pokud je ze zásluhy hříšníkovy. Ale mnohdy dosáhne z milosrdenství Božího, nebo pro spásu toho, jenž se modlí, jako byl vyslyšen publikán, jak se praví Luk. 18, nebo také pro spásu jiných a pro slávu Boží.

K druhému se musí říci, že víra beze skutků sluje mrtvá vzhledem k samému věřícímu, který skrze ni nežije životem milosti. Nic však nebrání, aby věc živá nepůsobila skrze nástroj mrtvý, jako člověk působí holí. A tím způsobem působí Bůh skrze nástroj víry člověka hříšníka.

K třetímu se musí říci, že zázraky jsou vždy pravá svědectví toho, nač se uváději. Proto od zlých, kteří prohlašují nesprávnou nauku, nikdy nejsou pravé zázraky na potvrzení jejich nauky, ač někdy by mohly býti na doporučení jména Kristova, které vzývají, a silou svátostí, které podávají. Od těch však, kteří pravou nauku prohlašují, bývají mnohdy pravé zázraky na potvrzení nauky, nikoliv však na svědectví svatosti. Pročež praví Augustin, v kn. Osmdesátitří otáz.: "Jinak konají zázraky magové, jinak dobří křesťané, jinak zlí. Magové soukromými smlouvami s démony, dobří křesťané skrze veřejnou spravedlnost, špatní křesťané skrze znamení veřejné spravedlnosti.

Ke čtvrtému se musí říci, že, jak Augustin praví, "napomíná nás Pán, abychom chápali, že i lidé zločinní konají některé zázraky jaké nemohou konati svatí". A jak praví Augustin, "proto nedostává se toho každému svatému, aby velezhoubným omylem nebyli klamáni slabí, domnívajíce se, že v takových činech jsou větší dary než ve skutcích spravedlnosti, kterými se získává věčný život.

CLXXIX. O rozdělení života na činný a rozjímavý.

Předmluva

Dělí se na dva články.

Potom jest uvažovati o životě činném a rozjímavém, kdež se naskytne čtverá úvaha. Z nich první jest o rozdělení života na činný a rozjímavý; druhá o životě rozjímavém: třetí o životě činném: čtvrtá o srovnání života činného a rozjímavého. O prvním jsou dvě otázky:

1. Zda se život vhodně rozděluje na činný a nazíravý.

2. Zda toto rozdělení je dostatečné.

CLXXIX.1. Zda se život vhodně rozděluje na činný a nazíravý.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že se život nevhodně rozděluje na činný a nazíravý. Neboť duše je původ života skrze svou bytnost. Praví totiž Filosof, ve II. O duši, že žití je živým bytím. Činnosti a nazírání je však duše původem skrze své mohutnosti. Tedy se zdá, že život se nerozděluje vhodně na činný a nazíravý.

malos se extendit. Et ideo etiam quandoque peccatorum oratio a Deo exauditur. Unde Augustinus dicit, super Ioan., quod *illud verbum caecus locutus est quasi adhuc inunctus*, idest nondum perfecte illuminatus, nam peccatores exaudit Deus. Quod autem dicitur quod oratio non audientis legem est execrabilis, intelligendum est quantum est ex merito peccatoris. Sed interdum impetrat ex misericordia Dei, vel propter salutem eius qui orat, sicut auditus est publicanus, ut dicitur Luc. XVIII; vel etiam propter salutem aliorum et gloriam Dei.

II-II q. 178 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod fides sine operibus dicitur esse mortua quantum ad ipsum credentem, qui per eam non vivit vita gratiae. Nihil autem prohibet quod res viva operetur per instrumentum mortuum, sicut homo operatur per baculum. Et hoc modo Deus operatur per fidem hominis peccatoris instrumentaliter.

II-II q. 178 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod miracula semper sunt vera testimonia eius ad quod inducuntur. Unde a malis qui falsam doctrinam enuntiant, nunquam fiunt vera miracula ad confirmationem suae doctrinae, quamvis quandoque fieri possint ad commendationem nominis Christi, quod invocant, et virtute sacramentorum quae exhibent. Ab his autem qui veram doctrinam enuntiant, fiunt quandoque vera miracula ad confirmationem doctrinae, non autem ad testificationem sanctitatis. Unde Augustinus dicit, in libro octoginta trium quaest., *aliter magi faciunt miracula, aliter boni Christiani, aliter mali, magi per privatos contractus cum Daemonibus, boni Christiani per publicam iustitiam, mali Christiani per signa publicae iustitiae*.

II-II q. 178 a. 2 ad 4

Ad quartum dicendum quod, sicut Augustinus ibidem dicit, *ideo non omnibus sanctis ista attribuuntur, ne perniciosissimo errore decipiantur infirmi, aestimantes in talibus factis esse maiora dona quam in operibus iustitiae, quibus vita aeterna comparatur*.

179. De divisione vitae per activam et contemplativam.

Prooemium

II-II q. 179 pr.

Consequenter considerandum est de vita activa et contemplativa. Ubi quadruplex consideratio occurrit, quarum prima est de divisione vitae per activam et contemplativam; secunda, de vita contemplativa; tertia, de vita activa; quarta, de comparatione vitae activae ad contemplativam. Circa primum quaeruntur duo. Primo, utrum vita convenienter dividatur per activam et contemplativam. Secundo, utrum divisio sit sufficiens.

1. Utrum vita convenienter dividatur per activam et contemplativam.

II-II q. 179 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod vita non convenienter dividatur per activam et contemplativam. Anima enim est principium vitae per suam essentiam, dicit enim philosophus, in II de anima, quod vivere viventibus est esse. Actionis autem et contemplationis principium est anima per suas potentias. Ergo videtur

Mimo to nevhodně se rozděluje dřívější skrze odlišnosti pozdějšího. Avšak činné a nazíravé, nebo badavé a činorodé, jsou odlišnosti rozumu, jak je patrné v III. O duši. Žíti je však dříve než rozuměti, neboť žíti je v živoucích nejdříve podle duše bylinné, jak je patrné z Filosofa, v II. O duši. Tedy nevhodně se dělí život na činný a nazíravý.

Mimo to slovo život obnáší pohyb, jak je patrné z Diviše. ve IV. O Božích Jmén. Ale nazírání spočívá spíše v klidu, podle onoho Moudr. 8: "Vešed do domu svého spočinu u ní." Tedy se zdá, že život se nevhodně rozděluje na činný a nazíravý.

Avšak proti jest, co praví Řehoř, K Ezech.: "Dva jsou životy, ve kterých nás Bůh všemohoucí svatými slovy vyučuje, totiž činný a nazíravý."

Odpovídám: Musí se říci, že ona vlastně slují živoucí, která mají ze sebe pohyb nebo činnost. To však nejvíce přísluší někomu ze sebe, co je mu vlastní, a k čemu se nejvíce kloní. A proto každé živoucí ukazuje žití z činnosti sobě nejvíce vlastní, k níž se nejvíce kloní. Jako se praví, že život rostlin spočívá v tom, že se vyživují a plodí, živočichů pak v tom, že cítí a se hýbají, lidí pak v tom, že rozumějí a jednají podle rozumu. Pročež i u lidí se zdá životem každého člověka to, co jej nejvíce těší, a čím se nejvíce zabývá, a v čem hlavně chce někdo spolužíti s přítelem, jak se praví v IV. Ethic. Protože tedy někteří lidé hlavně se zabývají nazíráním pravdy, kdežto někteří se zabývají hlavně vnější činností, proto se život člověka vhodně rozděluje na činný a nazíravý.

K prvnímu se tedy musí říci, že vlastní tvar čehokoliv, činící, že jest v uskutečnění, je původem jeho vlastní činnosti. A proto žití sluje bytí živých z toho, že živoucí takovým způsobem jednají proto, že mají bytí skrze svůj tvar.

K druhému se musí říci, že život všeobecně vzatý se nerozděluje na činný a nazíravý, nýbrž život člověka, který má druh z toho, že má rozum. A proto je stejné rozdělení rozumu a života lidského.

K třetímu se musí říci, že nazírání má sice klid od vnějších pohybů, nicméně však samo nazírání jest jistý pohyb rozumu, pokud každá činnost sluje pohyb, jak praví Filosof, ve III. O duši; neboť cítiti a rozuměti jsou jisté pohyby, pokud pohyb sluje úkon dokonalého. A tím způsobem Diviš, ve IV. O Bož. Jmén. stanoví tři pohyby duše nazírající, totiž přímý, kruhovitý a křivý.

quod vita non convenienter dividatur per activam et contemplativam.

II-II q. 179 a. 1 arg. 2

Praeterea, inconvenienter dividitur prius per differentias posterioris. Activum autem et contemplativum, sive speculativum et practicum, sunt differentiae intellectus, ut patet in III de anima. Vivere autem est prius quam intelligere, nam vivere inest viventibus primo secundum animam vegetabilem, ut patet per philosophum, in II de anima. Ergo inconvenienter dividitur vita per activam et contemplativam.

II-II q. 179 a. 1 arg. 3

Praeterea, nomen vitae importat motum, ut patet per Dionysium, VI cap. de Div. Nom. Sed contemplatio consistit magis in quiete, secundum illud Sap. VIII, *intrans in domum meam, conquiescam cum illa*. Ergo videtur quod vita non convenienter dividatur per activam et contemplativam.

II-II q. 179 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Gregorius, super Ezech., dicit, *duae sunt vitae in quibus nos omnipotens Deus per sacrum eloquium erudit, activa videlicet et contemplativa*.

II-II q. 179 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod illa proprie dicuntur viventia quae ex seipsis moventur seu operantur. Illud autem maxime convenit alicui secundum seipsum, quod est proprium ei, et ad quod maxime inclinatur. Et ideo unumquodque vivens ostenditur vivere ex operatione sibi maxime propria, ad quam maxime inclinatur, sicut plantarum vita dicitur in hoc consistere quod nutriuntur et generant; animalium vero in hoc quod sentiunt et moventur; hominum vero in hoc quod intelligunt et secundum rationem agunt. Unde etiam et in hominibus vita uniuscuiusque hominis videtur esse id in quo maxime delectatur, et cui maxime intendit, et in hoc praecipue vult quilibet convivere amico, ut dicitur in IX Ethic. Quia ergo quidam homines praecipue intendunt contemplationi veritatis, quidam principaliter intendunt exterioribus actionibus, inde est quod vita hominis convenienter dividitur per activam et contemplativam.

II-II q. 179 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod propria forma uniuscuiusque faciens ipsum esse in actu, est principium propriae operationis ipsius. Et ideo vivere dicitur esse viventium ex eo quod viventia per hoc quod habent esse per suam formam, tali modo operantur.

II-II q. 179 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod vita universaliter sumpta non dividitur per activam et contemplativam, sed vita hominis, qui speciem sortitur ex hoc quod habet intellectum. Et ideo eadem est divisio intellectus et vitae humanae.

II-II q. 179 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod contemplatio habet quidem quietem ab exterioribus motibus, nihilominus tamen ipsum contemplari est quidam motus intellectus, prout quaelibet operatio dicitur motus; secundum quod philosophus dicit, in III de anima, quod sentire et intelligere sunt motus quidam, prout motus dicitur actus perfecti. Et hoc modo Dionysius, IV cap. de Div. Nom., ponit tres motus animae contemplantis, scilicet rectum, circularem et obliquum.

2. Utrum divisio sit sufficiens.

II-II q. 179 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod vita non sufficienter dividatur per activam et contemplativam. Philosophus enim, in I Ethic. dicit quod tres sunt vitae maxime excellentes, scilicet voluptuosa, civilis, quae videtur esse eadem activae, et contemplativa. Insufficienter ergo dividitur vita per activam et contemplativam.

II-II q. 179 a. 2 arg. 2

Praeterea, Augustinus, XIX de Civ. Dei, ponit tria vitae genera, scilicet otiosum, quod pertinet ad contemplationem; actuosum, quod pertinet ad vitam activam; et addit tertium ex utroque compositum. Ergo videtur quod insufficienter dividatur vita per activam et contemplativam.

II-II q. 179 a. 2 arg. 3

Praeterea, vita hominis diversificatur secundum quod homines diversis actionibus student. Sed plura quam duo sunt humanarum actionum studia. Ergo videtur quod vita debeat in plura membra dividi quam in activum et contemplativum.

II-II q. 179 a. 2 s. c.

Sed contra est quod istae duae vitae significantur per duas uxores Iacob, activa quidem per Liam, contemplativa vero per Rachelem; et per duas mulieres quae dominum hospitio receperunt, contemplativa quidem per Mariam, activa vero per Martham; ut Gregorius dicit, in VI Moral. Non autem esset haec congrua significatio si essent plures quam duae vitae. Ergo sufficienter dividitur vita per activam et contemplativam.

II-II q. 179 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, divisio ista datur de vita humana, quae quidem attenditur secundum intellectum. Intellectus autem dividitur per activum et contemplativum, quia finis intellectivae cognitionis vel est ipsa cognitio veritatis, quod pertinet ad intellectum contemplativum; vel est aliqua exterior actio, quod pertinet ad intellectum practicum sive activum. Et ideo vita etiam sufficienter dividitur per activam et contemplativam.

II-II q. 179 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod vita voluptuosa ponit finem in delectatione corporali, quae communis est nobis et brutis. Unde, sicut philosophus ibidem dicit, est vita bestialis. Propter quod, non comprehenditur sub praesenti divisione, prout vita humana dividitur in activam et contemplativam.

II-II q. 179 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod media conficiuntur ex extremis, et ideo virtute continentur in eis, sicut tepidum in calido et frigido, et pallidum in albo et nigro. Et similiter sub activo et contemplativo comprehenditur id quod est ex utroque compositum. Et tamen, sicut in quolibet mixto praedominatur aliquod simplicium, ita etiam in medio genere vitae superabundat quandoque quidem contemplativum, quandoque vero activum.

II-II q. 179 a. 2 ad 3

CLXXIX.2. Zda se život rozděluje dostatečně na činný a nazíravý.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že se život nedostatečně rozděluje na činný a nazíravý. Filosof totiž praví v I. Ethic., že jsou tři životy nejvíce vynikající, totiž rozkošnický, občanský, který se zdá totožný s činným, a nazíravý. Nedostatečné se tedy zdá dělení života na činný a nazíravý.

Mimo to Augustin, v XIX, O Městě Božím udává tři druhy života: nečinný, který náleží k nazírání, výkonný, který náleží k životu činnému, a přidává třetí, složený z obou. Tedy se zdá, že nedostatečně se dělí život na činný a nazíravý.

Mimo to život člověka se rozlišuje dle snah lidí v různých činnostech. Ale jsou více než dvě snahy lidských činností. Tedy se zdá, že život se musí děliti na více členů než na činný a nazíravý.

Avšak proti jest, že tyto dva životy jsou naznačeny dvěma manželkami Jakobovými: činný Liou, nazíravý pak Ráchel. A také dvěma ženami, které přijaly Pána pohostinu: nazíravý totiž Marií, činný pak Martou, jak praví Řehoř v VI. Moral. Nebylo by to však vhodné naznačení, kdyby bylo více životů než dva. Tedy vhodně se dělí život na činný a nazíravý.

Odpovídáme: 'Musí se říci, že, jak bylo řečeno, život lidský takto se dělí na činný a nazíravý, protože cílem rozumového poznání je buď samo poznání pravdy, což náleží k rozumu nazíravému, nebo je nějaká vnější činnost, což náleží k rozumu činorodému. A proto se také život dostatečně rozděluje na činný a nazíravý.

K prvnímu se tedy musí říci, že život rozkošnický klade cíl v potěšení tělesném, které je nám společné se zvířaty. Pročež, jak praví tamtéž Filosof, je to život zvířecí. Proto není obsažen v přítomném rozdělení, pokud se život lidský dělí na činný a nazíravý.

K druhému se musí říci, že prostřední vznikají z krajních, a proto jsou v nich obsažena, jako vlažné v horkém a studeném, a bledé v bílém a černém. A podobně v činném a nazíravém je obsaženo to, co je z obojího složené. A přece, jako v každém smíšeném převládá něco jednoduchého, tak také ve středním druhu života převládá někdy nazíravé, někdy pak činné.

K třetímu se musí říci, že všechny snahy lidských činností,

jsou-li zařízeny k potřebě přítomného života podle správného rozumu, náležejí k životu činnému, který spořádanými skutky vyhovuje potřebě přítomného života. Jestliže však slouží jakékoli dychtivosti, náležejí k životu rozkošnickému, který není obsažen v životě činném. Lidské snahy však, které jsou zařízeny k uvažování o pravdě, náležejí k životu rozjímavému.

CLXXX. O životě nazíravém.

Předmluva

Dělí se na osm článků.

Pak jest uvažovati o životě nazíravém. A o tom jest osm otázek.

1. Zda nazíravý život náleží pouze k rozumu, nebo spočívá také v citu.

2. Zda k nazíravému životu náležejí ctnosti mravní.

3. Zda nazíravý život spočívá pouze v jednom úkonu nebo v mnoha.

4. Zda k nazíranému životu náleží uvažování o kterékoliv pravdě.

5. Zda nazíravý život člověka v tomto stavu se může pozvednouti až k vidění Boha.

6. O pohybech nazírání, které označuje Diviš.

7. O potěšení z nazírání.

8. O trvání nazírání.

CLXXX.1. Zda život nazíravý nemá nic v citu, nýbrž všechno v rozumu.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že nazíravý život nemá nic v citu, nýbrž všechno v rozumu. Praví totiž Filosof v II. Metafysic., že cílem nazírání je pravda. Pravda však náleží zcela rozumu. Tedy se zdá, že život nazíravý zcela záleží na rozumu.

Mimo to praví Řehoř, v VI. Moral., že Rachel, což se překládá viděný původ, znamená život nazíravý. Ale vidění původu náleží vlastně rozumu. Tedy nazíravý život náleží vlastně rozumu.

Mimo to praví Řehoř, K Ezech., že k nazíravému životu náleží odložení vnějšího zaměstnání. Ale síla citová čili žádostivá naklání k vnějším skutkům. Tedy se zdá, že nazíravý život nenáleží nějakým způsobem k síle žádostivé.

Avšak proti jest, co tamtéž praví Řehoř, že nazíravý život jest "držeti celou myslí lásku Boží a bližénskou a pěstovati jedině touhu po Stvořiteli". Ale touha a láska náleží k síle citové nebo žádostivé, jak jsme měli shora. Tedy i nazíravý život má něco ze síly citové nebo žádostivé.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, těch život sluje nazíravý, kteří hlavně zamýšlejí nazírání pravdy. Avšak úmysl jest úkon vůle, jak jsme měli shora, protože úmysl se týká cíle, který je předmětem vůle. A proto

Ad tertium dicendum quod omnia studia humanarum actionum, si ordinentur ad necessitatem praesentis vitae secundum rationem rectam, pertinent ad vitam activam, quae per ordinatas actiones consulit necessitati vitae praesentis. Si autem deserviant concupiscentiae cuicumque, pertinent ad vitam voluptuosam, quae non continetur sub vita activa. Humana vero studia quae ordinantur ad considerationem veritatis, pertinent ad vitam contemplativam.

180. De vita contemplativa.

Prooemium

II-II q. 180 pr.

Deinde considerandum est de vita contemplativa. Et circa hoc quaeruntur octo. Primo, utrum vita contemplativa pertineat tantum ad intellectum, an consistat etiam in affectu. Secundo, utrum ad vitam contemplativam pertineant virtutes morales. Tertio, utrum vita contemplativa consistat solum in uno actu, aut in pluribus. Quarto, utrum ad vitam contemplativam pertineat consideratio cuiuscumque veritatis. Quinto, utrum vita contemplativa hominis in hoc statu possit elevari usque ad Dei visionem. Sexto, de motibus contemplationis quos Dionysius assignat, quarto capitulo de divinis nominibus. Septimo, de delectatione contemplationis. Octavo, de duratione contemplationis.

1. Utrum vita contemplativa pertineat tantum ad intellectum an consistat etiam in affectu.

II-II q. 180 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod vita contemplativa nihil habeat in affectu, sed totum in intellectu. Dicit enim philosophus, in II Metaphys., quod *finis contemplationis est veritas*. Veritas autem pertinet ad intellectum totaliter. Ergo videtur quod vita contemplativa totaliter in intellectu consistat.

II-II q. 180 a. 1 arg. 2

Praeterea, Gregorius dicit, in VI Moral., quod *Rachel, quae interpretatur visum principium, vitam contemplativam significat*. Sed visio principii pertinet proprie ad intellectum. Ergo vita contemplativa proprie ad intellectum pertinet.

II-II q. 180 a. 1 arg. 3

Praeterea, Gregorius dicit. Super Ezech. Quod ad vitam contemplativam pertinet ab exteriori actione quiescere. Sed vis affectiva sive appetitiva inclinat ad exteriores actiones. Ergo videtur quod vita contemplativa non pertineat aliquo modo ad vim appetitivam.

II-II q. 180 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Gregorius ibidem dicit, quod *contemplativa vita est caritatem Dei et proximi tota mente retinere, et soli desiderio conditoris inhaerere*. Sed desiderium et amor ad vim affectivam sive appetitivam pertinet, ut supra habitum est. Ergo etiam vita contemplativa habet aliquid in vi affectiva sive appetitiva.

II-II q. 180 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, vita contemplativa illorum esse dicitur qui principaliter

nazíravý život co do samé bytnosti činnosti náleží rozumu, v tom však, co hýbá k vykonávání takově činnosti, náleží vůli, která hýbá všemi ostatními mohutnostmi a také rozum k jejich úkonu, jak bylo shora řečeno.

Síla žádostivá pak hýbá k pozorování něčeho buď smyslově nebo rozumově. A to někdy pro milování věci viděné, protože, jak se praví Mat. 6, "Kde je tvůj poklad, tam je též tvé srdce"; někdy pak pro milování samého poznávání, kterého někdo z pozorování dosahuje. A proto Řehoř stanovil nazíravý život v lásce Boží, pokud totiž někdo z lásky k Bohu vzplane k pohlížení na jeho krásu. A poněvadž každého těší, když dosáhne toho, co miluje, proto nazíravý život končí potěšením, které je v citu, a z toho také láska sílí.

K prvnímu se tedy musí říci, že právě z toho, že pravda je cílem nazírání, má ráz dobra žádoucího a milovaného a těšícího. A podle toho náleží k síle žádostivé.

K druhému se musí říci, že k samému vidění prvního původu, totiž Boha, povzbuzuje milování jeho. Proček praví Řehoř, K Ezech., že "nazíravý život, pošlapav všechny starosti, vzplane po vidění tváře svého Stvořitele".

K třetímu se musí říci, že síla žádostivá hýbá nejen údy tělesnými k vykonávání vnějších skutků, nýbrž také rozum k vykonávání činnosti nazírání, jak bylo řečeno.

CLXXX.2. Zda mravní ctnosti náležejí k nazíravému životu.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že mravní ctnosti náležejí k nazíravému životu. Praví totiž Řehoř, K Ezech., že "nazíravý život je celou myslí držeti lásku Boží a bližénskou". Ale všechny ctnosti mravní, o jejichž úkonech jsou dána při kázání zákona, uvedou se na lásku Boží a bližénskou, protože "plnost zákona je láska", jak se praví Řím. 13. Tedy se zdá, že mravní ctnosti náležejí k životu nazíravému.

Mimo to nazíravý život je zařízen hlavně k patření na Boha. Praví totiž Řehoř, že "duch, pošlapav všechny starosti, vzplane po vidění tváře svého Stvořitele". Ale k tomu nemůže dospěti nikdo leč čistotou, kterou působí mravní ctnost. Praví se totiž Mat. 5: "Blahoslavení čistého srdce, neboť oni Boha budou viděti". A Žid. 12: "Dbejte pokoje se všemi, a svatosti, bez níž nikdo nebude viděti Boha." Tedy se zdá, že mravní ctnosti náležejí k nazíravému životu.

Mimo to praví Řehoř, že "nazíravý život je krásný v duši", pročež je naznačen Racheli, o níž se praví Gen. 29, že byla

intendunt ad contemplationem veritatis. Intentio autem est actus voluntatis, ut supra habitum est, quia intentio est de fine, qui est voluntatis obiectum. Et ideo vita contemplativa, quantum ad ipsam essentiam actionis, pertinet ad intellectum, quantum autem ad id quod movet ad exercendum talem operationem, pertinet ad voluntatem, quae movet omnes alias potentias, et etiam intellectum, ad suum actum, ut supra dictum est. Movet autem vis appetitiva ad aliquid inspiciendum, vel sensibiliter vel intelligibiliter, quandoque quidem propter amorem rei visae, quia, ut dicitur Matth. VI, ubi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum, quandoque autem propter amorem ipsius cognitionis quam quis ex inspectione consequitur. Et propter hoc Gregorius constituit vitam contemplativam in caritate Dei, inquantum scilicet aliquis ex dilectione Dei inardescit ad eius pulchritudinem conspiciendam. Et quia unusquisque delectatur cum adeptus fuerit id quod amat, ideo vita contemplativa terminatur ad delectationem, quae est in affectu, ex qua etiam amor intenditur.

II-II q. 180 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ex hoc ipso quod veritas est finis contemplationis, habet rationem boni appetibilis et amabilis et delectantis. Et secundum hoc pertinet ad vim appetitivam.

II-II q. 180 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod ad ipsam visionem primi principii, scilicet Dei, incitat amor ipsius. Unde Gregorius dicit, super Ezech., quod *vita contemplativa, calcatis curis omnibus, ad videndam faciem sui creatoris inardescit*.

II-II q. 180 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod vis appetitiva movet non solum membra corporalia ad exteriores actiones exercendas, sed etiam intellectum ad exercendum operationem contemplationis, ut dictum est.

2. Utrum ad vitam contemplativam pertineant virtutes morales.

II-II q. 180 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam. Dicit enim Gregorius, super Ezech., quod *contemplativa vita est caritatem quidem Dei et proximi tota mente retinere*. Sed omnes virtutes morales, de quarum actibus dantur praecepta legis, reducuntur ad dilectionem Dei et proximi, quia plenitudo legis est dilectio, ut dicitur Rom. XIII. Ergo videtur quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam.

II-II q. 180 a. 2 arg. 2

Praeterea, contemplativa vita praecipue ordinatur ad Dei contemplationem, dicit enim Gregorius, super Ezech., *quod, calcatis curis omnibus, ad videndum faciem sui creatoris inardescit*. Sed ad hoc nullus potest pervenire nisi per munditiam, quam causat virtus moralis, dicitur enim Matth. V, *beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt; et* Heb. XII, *pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum*. Ergo videtur quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam.

II-II q. 180 a. 2 arg. 3

Praeterea, Gregorius dicit, super Ezech., quod

krásné tváře. Ale krása duše se bere podle mravních ctností a hlavně podle mírnosti, jak praví Ambrož v I. O povin. Tedy se zdá, že mravní ctnosti náležejí k životu nazíravému.

Avšak proti jest, že mravní ctnosti jsou zařízeny k vnějším skutkům. Ale Řehoř praví, v VI. Moral., že "k nazíravému životu náleží odložiti vnější činnost. Tedy mravní ctnosti nenáležejí k nazíravému životu.

Odpovídám: Musí se říci, že k životu nazíravému může něco náležeti dvojmo: jedním způsobem bytnostně, jiným způsobem přípravně. Bytnostně pak mravní ctnosti nenáležejí k nazíravému životu, protože cílem nazíravého života je uvažování pravdy. Avšak "pro mravní ctnosti má malou moc vědění", jež náleží k uvažování o pravdě, jak praví Filosof ve II. Ethic. Pročež sám praví, v X. Ethic., že mravní ctnosti náležejí ke štěstí činnému, nikoli k nazíravému.

Přípravně však mravní ctnosti náležejí k životu nazíravému. Neboť překážkou úkonu nazírání, v němž bytnostně spočívá nazíravý život, je i prudkost vášní, kterou je odváděna pozornost duše od rozumových ke smyslovým, i vnější lomozy. Mravní ctnosti však brání prudkosti vášní a ukliďňují lomozy vnějších zaměstnání. A proto mravní ctnosti náležejí přípravně k životu nazíravému.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak bylo shora řečeno, nazíravý život má pohnutku se strany citu. A podle toho milování Boha a bližního se vyžaduje k životu nazíravému. Příčiny hýbající však nepatří k bytnosti věci, nýbrž připravují a zdokonalují věc. Pročež nenásleduje, že mravní ctnosti náležejí bytnostně k nazíravému životu.

K druhému se musí říci, že svatost, to jest čistota, je působena ctnostmi, které jsou ohledně vášní, překážejících čistotě rozumu. Pokoje pak příčinou je spravedlnost, která je ohledně činností, podle onoho Isai. 32: "Dílo spravedlnosti pokoj"; pokud totiž ten, kdo se zdržuje bezpráví druhým, odstraňuje příležitosti hádek a hlomozů. A tak mravní ctnosti uzpůsobují k životu nazíravému, pokud působí pokoj a čistotu.

K třetímu se musí říci, že krása, jak bylo shora řečeno, spočívá v jakési jasnosti a náležitém poměru. Obojí z těchto však se nalézá jako v kořeni v rozumu, kterému náleží zařídit i světlo zjevující i zařizování náležitého poměru v jiných. A proto v životě nazíravém, který spočívá v úkonu rozumu, o sobě a bytnostně se nachází krása. Pročež Moudr. 8 se praví o nazírání moudrosti: "Milovníkem stal jsem se její krásy." V mravních ctnostech pak se nachází krása podílně, pokud totiž mají podíl řádu rozumu; a hlavně v mírnosti, která potlačuje dychtivosti, které nejvíce zatemňují světlo rozumu. A odtud je, že ctnost čistoty činí člověka nejvíce schopným nazírání, pokud pohlavní potěšení nejvíce snižují mysl ke

contemplativa vita speciosa est in animo unde significatur per Rachelem, de qua dicitur, Gen. XXIX, quod erat pulchra facie. Sed pulchritudo animi attenditur secundum virtutes morales, et praecipue secundum temperantiam, ut Ambrosius dicit, in I de Offic. Ergo videtur quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam.

II-II q. 180 a. 2 s. c.

Sed contra est quod virtutes morales ordinantur ad exteriores actiones. Sed Gregorius dicit, in VI Moral., quod ad contemplativam vitam pertinet ab exteriori actione quiescere. Ergo virtutes morales non pertinent ad vitam contemplativam.

II-II q. 180 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod ad vitam contemplativam potest aliquid pertinere dupliciter, uno modo, essentialiter; alio modo, dispositive. Essentialiter quidem virtutes morales non pertinent ad vitam contemplativam. Quia finis contemplativae vitae est consideratio veritatis. Ad virtutes autem morales scire quidem, quod pertinet ad considerationem veritatis, parvam potestatem habet, ut philosophus dicit, in II Ethic. Unde et ipse, in X Ethic., virtutes morales dicit pertinere ad felicitatem activam, non autem ad contemplativam. Dispositive autem virtutes morales pertinent ad vitam contemplativam. Impeditur enim actus contemplationis, in quo essentialiter consistit vita contemplativa, et per vehementiam passionum, per quam abstrahitur intentio animae ab intelligibilibus ad sensibilia; et per tumultus exteriores. Virtutes autem morales impediunt vehementiam passionum, et sedant exteriorum occupationum tumultus. Et ideo virtutes morales dispositive ad vitam contemplativam pertinent.

II-II q. 180 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut dictum est, vita contemplativa habet motivum ex parte affectus, et secundum hoc dilectio Dei et proximi requiritur ad vitam contemplativam. Causae autem moventes non intrant essentiam rei, sed disponunt et perficiunt rem. Unde non sequitur quod virtutes morales essentialiter pertineant ad vitam contemplativam.

II-II q. 180 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod sanctimonia, idest munditia, causatur ex virtutibus quae sunt circa passiones impedientes puritatem rationis. Pax autem causatur ex iustitia, quae est circa operationes, secundum illud Isaiae XXXII, opus iustitiae pax, inquantum scilicet ille qui ab iniuriis aliorum abstinet, subtrahit litigiorum et tumultuum occasiones. Et sic virtutes morales disponunt ad vitam contemplativam, inquantum causant pacem et munditiam.

II-II q. 180 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod pulchritudo, sicut supra dictum est, consistit in quadam claritate et debita proportione. Utrumque autem horum radicaliter in ratione inventur, ad quam pertinet et lumen manifestans, et proportionem debitam in aliis ordinare. Et ideo in vita contemplativa, quae consistit in actu rationis, per se et essentialiter invenitur pulchritudo. Unde Sap. VIII de contemplatione sapientiae dicitur, *amator factus sum formae illius*. In virtutibus autem moralibus invenitur pulchritudo participative, inquantum scilicet participant ordinem rationis, et praecipue in temperantia, quae reprimit concupiscentias maxime lumen rationis

smyslovým, jak praví Augustin v I. Samomluv.

CLXXX.3. Zda k životu nazíravému náležejí různé úkony.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že k životu nazíravému náležejí různé úkony. Richard od sv. Viktora, v I. O nazírání rozlišuje totiž mezi nazíráním, rozjímáním a přemýšlením. Ale všechna tato zdají se náležeti k životu nazíravému. Tedy se zdá, že nazíravý život má různé úkony.

Mimo to praví Apoštol, II. Kor. 3: "My pak, patříce s tváří odkrytou na slávu Páně, přetvořujeme se v týž obraz." Ale to náleží k nazíravému životu. Tedy mimo ona tři řečená také patření náleží k životu nazíravému.

Mimo to praví Bernard, v V. O uvažování, že "první a největší nazírání je obdiv velebnosti". Ale obdiv podle Damašského je druh bázně. Tedy se zdá, že více úkonů se vyžaduje k nazíravému životu.

Mimo to se praví, že k životu nazíravému náleží modlitba, čtení a rozjímání. Náleží také k životu nazíravému poslouchání, neboť o Marii, kterou se naznačuje nazíravý život, se praví Luk. 10, že "sedíc u nohou Páně, naslouchala jeho slovům". Tedy se zdá, že se vyžaduje více úkonů k nazíravému životu.

Avšak proti jest, že život tu sluje činnost, kterou se člověk hlavně zabývá. Jestliže tedy je více činností nazíravého života, nebude jeden nazíravý život, nýbrž několik.

Odpovídám: Musí se říci, že o nazíravém životě nyní mluvíme, pokud náleží člověku. Mezi člověkem a andělem je pak ten rozdíl, jak je patrné z Diviše, VII. O Božích Jmén., že anděl jednoduchým pohledem vidí pravdu, kdežto člověk jakýmsi postupem z mnohých dospívá k patření jednoduché pravdy. Tak tedy nazíravý život má sice jeden úkon, ve kterém se konečně dokoná, totiž patření pravdy, od kterého má jednotu. Má však mnohé úkony, kterými dospívá k tomuto konečnému úkonu, z nichž některé náležejí k přijímání zásad, ze kterých se vychází k nazírání pravdy, jiné pak náležejí k uplatňování zásad na pravdu toho, co se hledá, poslední pak a naplňující úkon je samo nazírání pravdy.

K prvnímu se tedy musí říci, že přemýšlení podle Richarda od svatého Viktora zdá se náležeti k prohlížení mnohých, z nichž někdo usiluje sebrati jednu pravdu jednoduchou. Proto pod přemýšlením mohou býti obsaženy i smyslové vjemy na poznávání nějakých účinků, i představy, i pochody rozumu ohledně různých znamení nebo čehokoli obscurantes. Et inde est quod virtus castitatis maxime reddit hominem aptum ad contemplationem, inquantum delectationes venereae maxime deprimunt mentem ad sensibilia, ut Augustinus dicit, in libro Soliloquiorum.

3. Utrum vita contemplativa consistat solum in uno actu aut in pluribus.

II-II q. 180 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod ad vitam contemplativam pertineant diversi actus. Richardus enim de sancto Victore distinguit *inter contemplationem, meditationem et cogitationem*. Sed omnia ista videntur ad vitam contemplativam pertinere. Ergo videtur quod vitae contemplativae sint diversi actus.

II-II q. 180 a. 3 arg. 2

Praeterea, apostolus, II ad Cor. III, dicit, *nos autem, revelata facie gloriam domini speculantes, transformamur in eandem claritatem*. Sed hoc pertinet ad vitam contemplativam. Ergo, praeter tria praedicta, etiam speculatio ad vitam contemplativam pertinet.

II-II q. 180 a. 3 arg. 3

Praeterea, Bernardus dicit, in libro de Consid., quod *prima et maxima contemplatio est admiratio maiestatis*. Sed admiratio, secundum Damascenum, ponitur species timoris. Ergo videtur quod plures actus ad vitam contemplativam requirantur.

II-II q. 180 a. 3 arg. 4

Praeterea, ad vitam contemplativam pertinere dicuntur oratio, lectio et meditatio. Pertinet etiam ad vitam contemplativam auditus, nam de Maria, per quam vita contemplativa significatur, dicitur, Luc. X, quod *sedens secus pedes domini, audiebat verba illius*. Ergo videtur quod plures actus ad vitam contemplativam requirantur.

II-II q. 180 a. 3 s. c.

Sed contra est quod vita hic dicitur operatio cui homo principaliter intendit. Si igitur sunt plures operationes vitae contemplativae, non erit una vita contemplativa, sed plures.

II-II q. 180 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod de vita contemplativa nunc loquimur secundum quod ad hominem pertinet. Haec est autem differentia inter hominem et Angelum, ut patet per Dionysium, VII cap. de Div. Nom., quod Angelus simplici apprehensione veritatem intuetur, homo autem quodam processu ex multis pertingit ad intuitum simplicis veritatis. Sic igitur vita contemplativa unum quidem actum habet in quo finaliter perficitur, scilicet contemplationem veritatis, a quo habet unitatem, habet autem multos actus quibus pervenit ad hunc actum finalem. Quorum quidam pertinent ad acceptionem principiorum, ex quibus procedit ad contemplationem veritatis; alii autem pertinent ad deductionem principiorum in veritatem cuius cognitio inquiritur; ultimus autem completivus actus est ipsa contemplatio veritatis.

II-II q. 180 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod cogitatio, secundum Richardum de sancto Victore, pertinere videtur ad multorum inspectionem, ex quibus aliquis colligere intendit unam simplicem veritatem. Unde sub cogitatione comprehendi possunt et perceptiones sensuum, ad

vedoucího k poznání hledané pravdy. Ačkoli, podle Augustina ve XIV. O Troj., "poznání může slouti každá skutková činnost rozumu". Rozjímání však se zdá náležeti k postupu rozumu, z nějakých zásad, vedoucích k nazírání nějaké pravdy. A k témuž náleží uvažování podle Bernarda, ačkoli podle Filosofa, ve III. O duši, každá činnost rozumu sluje uvažování. Ale nazírání náleží k samému jednoduchému vidění pravdy. Proto týž Richard praví, I. kn. O nazírání, že nazírání je pronikavý a svobodný pohled duše na věci pozorované, rozjímání pak je pohled duše, zaměstnaný hledáním pravdy, přemýšlení pak je pohled duše, náchylný k těkavosti.

K druhému se musí říci, že patření se tu praví, jak dí tamtéž Glossa Augustinova, od zrcadla. Vidění pak v zrcadle je vidění příčinu skrze účinek, v němž se její podoba odráží. Pročež patření se zdá uveditelné na rozjímání.

K třetímu se musí říci, že údiv je druh bázně, vycházející z postřehu nějaké věci, převyšující naši schopnost. Proto údiv jest úkon, sledující nazírání vysoké pravdy. Bylo totiž řečeno, že nazírání končí v citu.

Ke čtvrtému se musí říci, že člověk k poznání pravdy dospívá dvojmo: jedním způsobem skrze ta, která přijímá od jiného; a tak vzhledem k těm, která přijímá člověk od Boha, je nutná modlitba, podle onoho Moudr. 7: "Vzýval jsem, a přišel ke mně duch moudrosti." Vzhledem pak k těm, která přijímá od člověka, je nutný poslech, pokud přijímá z hlasu mluvícího, a čtení, pokud přijímá z toho, co je podáváno v písmě. Jiným způsobem je nutné, aby používal vlastního učení. A tak je nutné rozjímání.

CLXXX.4. Zda život nazíravý spočívá pouze v nazírání na Boha nebo také v uvažování o kterékoli pravdě.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že nazíravý život nespočívá pouze v nazírání na Boha, nýbrž také v uvažování o kterékoli pravdě. Praví se totiž Žalm. 138: "Podivuhodná tvá díla, a má duše poznává je dychtivě." Ale poznání Božích děl se děje skrze nějaké nazírání pravdy. Tedy se zdá, že k nazíravému životu náleží nazírati nejen božskou pravdu, nýbrž také. jakoukoliv jinou.

Mimo to praví Bernard, v V. knize O uvažování, že "první nazírání je údiv nad Velebností, druhé je soudů Božích, třetí jeho dobrodiní, čtvrté jeho zaslíbení". Ale z těchto čtyř pouze první náleží k Boží pravdě, kdežto ostatní tři náležejí k jejím účinkům. Tedy nazíravý život nespočívá pouze v úvaze božské pravdy, nýbrž také v úvaze pravdy, týkající se Božích účinků.

cognoscendum aliquos effectus; et imaginationes; et discursus rationis circa diversa signa, vel quaecumque perducentia in cognitionem veritatis intentae. Quamvis secundum Augustinum, XIV de Trin., cogitatio dici possit omnis actualis operatio intellectus. Meditatio vero pertinere videtur ad processum rationis ex principiis aliquibus pertingentis ad veritatis alicuius contemplationem. Et ad idem pertinet consideratio, secundum Bernardum. Quamvis secundum philosophum, in II de anima, omnis operatio intellectus consideratio dicatur. Sed contemplatio pertinet ad ipsum simplicem intuitum veritatis. Unde idem Richardus dicit quod *contemplatio est perspicax et liber animi contuitus in res perspiciendas; meditatio autem est intuitus animi in veritatis inquisitione occupatus; cogitatio autem est animi respectus ad evagationem pronus*.

II-II q. 180 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut dicit Glossa Augustini ibidem, *speculantes dicit a speculo, non a specula*. Videre autem aliquid per speculum est videre causam per effectum, in quo eius similitudo relucet. Unde speculatio ad meditationem reduci videtur.

II-II q. 180 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod admiratio est species timoris consequens apprehensionem alicuius rei excedentis nostram facultatem. Unde admiratio est actus consequens contemplationem sublimis veritatis. Dictum est enim quod contemplatio in affectu terminatur.

II-II q. 180 a. 3 ad 4

Ad quartum dicendum quod homo ad cognitionem veritatis pertingit dupliciter. Uno modo, per ea quae ab alio accipit. Et sic quidem, quantum ad ea quae homo a Deo accipit, necessaria est oratio, secundum illud Sap. VII, *invocavi, et venit in me spiritus sapientiae*. Quantum vero ad ea quae accipit ab homine, necessarius est auditus, secundum quod accipit ex voce loquentis; et lectio, secundum quod accipit ex eo quod per Scripturam est traditum. Alio modo, necessarium est quod adhibeat proprium studium. Et sic requiritur meditatio.

4. Utrum ad vitam contemplativam pertineat consideratio cuiuscumque veritatis.

II-II q. 180 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod vita contemplativa non solum consistat in contemplatione Dei, sed etiam in consideratione cuiuscumque veritatis. Dicitur enim in Psalmo, *mirabilia opera tua, et anima mea cognoscet nimis*. Sed cognitio divinorum operum fit per aliquam veritatis contemplationem. Ergo videtur quod ad vitam contemplativam pertineat non solum divinam veritatem, sed etiam quamlibet aliam contemplari.

II-II q. 180 a. 4 arg. 2

Praeterea, Bernardus, in libro de Consid., dicit quod *prima contemplatio est admiratio maiestatis; secunda est iudiciorum Dei; tertia est beneficiorum ipsius; quarta est promissorum*. Sed inter haec quatuor solum primum pertinet ad divinam veritatem, alia vero tria pertinent ad effectus ipsius. Ergo vita contemplativa non solum consistit in consideratione divinae veritatis, sed etiam in consideratione veritatis circa divinos effectus.

Mimo to Richard od svatého Viktora v I. O nazírání rozlišuje šest druhů nazírání. První z nich je pouze podle obraznosti, když pozorujeme věci tělesné. Druhé pak je v obraznosti podle rozumu, pokud totiž uvažujeme řád a uspořádání smyslových. Třetí je v rozumu podle obraznosti, když totiž z pohledu na viditelná pozvedáme se k neviditelným. Čtvrté pak je v rozumu podle rozumu, když totiž duch se zabývá neviditelnými, jichž obraznost nezná. Páté pak je nad rozum, ale ne mimo rozum, když z Božího zjevení poznáváme ta, která lidským rozumem nelze pochopiti. Šesté pak je nad rozum a mimo rozum, když totiž božským osvícením poznáváme ta, která se zdají odporovati lidskému rozumu, jako ta, která se praví o tajemství Trojice. Ale pouze poslední zdá se náležeti k Boží pravdě. Tedy nazírání pravdy si nevšímá pouze Boží pravdy, nýbrž také té, která se pozoruje ve tvorech.

Mimo to v nazíravém životě se hledá nazírání pravdy, pokud je dokonalostí člověka. Ale kterákoli pravda je dokonalostí lidského rozumu. Tedy v jakémkoli nazírání pravdy spočívá nazíravý život.

Avšak proti jest, co praví Řehoř v VI. Moral., že "v nazírání se hledá původ, jímž je Bůh".

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, k nazíravému životu náleží něco dvojmo: jedním způsobem hlavně, druhým způsobem druhotně a přípravně. Hlavně však k nazíravému životu náleží nazírání pravdy Boží, protože toto nazírání je cíl celého lidského života. Proto praví Augustin v I. O Trojici, že "nazírání na Boha se nám přislibuje jako cíl všech skutků a věčná dokonalost radostí", která bude dokonalá v budoucím životě, když budeme viděti Boha tváří v tvář, pročež nás též učiní dokonale blaženými. Nyní však nazírání Boží pravdy nám náleží nedokonale, totiž skrze zrcadlo a v záhadě, pročež se nám skrze ně dostává jakéhosi začátku blaženosti, která se zde začíná, aby v budoucím pokračovala. Proto i Filosof v X. Ethic. do nazírání na nejlepší rozumový předmět klade poslední štěstí člověka.

Poněvadž však Božími účinky jsme uváděni k nazírání Boha, podle onoho Řím. 1: "Neviditelná Boží vidí se pochopena z těch, která byla učiněna," odtud jest, že nazírání na Boží účinky druhotně náleží k nazíravému životu, pokud totiž je z toho člověk uváděn k poznání Boha. Pročež praví Augustin v knize O pravém náboženství 29, že "v pozorování tvorů nemá se prováděti marná a pomíjející zvědavost, nýbrž se má konati krok k nesmrtelným a vždy zůstávajícím":

Tak tedy z předeslaného je patrné, že jistým pořadem náležejí k nazíravému životu čtyři: a to, nejprve mravní ctnosti, za druhé pak jiné úkony mimo nazírání, za třetí pak nazírání na Boží účinky, čtvrté pak a naplňující je samo nazírání Boží pravdy.

K prvnímu se tedy musí říci, že David hledal poznání díla

II-II q. 180 a. 4 arg. 3

Praeterea Richardus de sancto Victore distinguit sex species contemplationum, quarum prima est secundum solam imaginationem, dum attendimus res corporales; secunda autem est in imaginatione secundum rationem, prout scilicet sensibilium ordinem et dispositionem consideramus; tertia est in ratione secundum imaginationem, quando scilicet per inspectionem rerum visibilium ad invisibilia sublevamur; quarta autem est in ratione secundum rationem, quando scilicet animus intendit invisibilibus, quae imaginatio non novit; quinta autem est supra rationem, quando ex divina revelatione cognoscimus quae humana ratione comprehendi non possunt; sexta autem est supra rationem et praeter rationem, quando scilicet ex divina illuminatione cognoscimus ea quae humanae rationi repugnare videntur, sicut ea quae dicuntur de mysterio Trinitatis. Sed solum ultimum videtur ad divinam veritatem pertinere. Ergo contemplatio non solum respicit divinam veritatem, sed etiam eam quae in creaturis consideratur.

II-II q. 180 a. 4 arg. 4

Praeterea, in vita contemplativa quaeritur contemplatio veritatis inquantum est perfectio hominis. Sed quaelibet veritas est perfectio humani intellectus. Ergo in qualibet contemplatione veritatis consistit vita contemplativa.

II-II q. 180 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, in VI Moral., quod *in contemplatione principium, quod Deus est, quaeritur*.

II-II q. 180 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut iam dictum est, ad vitam contemplativam pertinet aliquid dupliciter, uno modo, principaliter; alio modo, secundario vel dispositive. Principaliter quidem ad vitam contemplativam pertinet contemplatio divinae veritatis, quia huiusmodi contemplatio est finis totius humanae vitae. Unde Augustinus dicit, in I de Trin., quod *contemplatio Dei promittitur nobis actionum omnium finis, atque aeterna perfectio gaudiorum*. Quae quidem in futura vita erit perfecta, quando videbimus eum facie ad faciem, unde et perfecte beatos faciet. Nunc autem contemplatio divinae veritatis competit nobis imperfecte, videlicet per speculum et in aenigmate, unde per eam fit nobis quaedam inchoatio beatitudinis, quae hic incipit ut in futuro terminetur. Unde et philosophus, in X Ethic., in contemplatione optimi intelligibilis ponit ultimam felicitatem hominis. Sed quia per divinos effectus in Dei contemplationem manuducimur, secundum illud Rom. I, *invisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta, conspiciuntur*, inde est quod etiam contemplatio divinorum effectuum secundario ad vitam contemplativam pertinet, prout scilicet ex hoc manuducitur homo in Dei cognitionem. Unde Augustinus dicit, in libro de vera Relig., quod *in creaturarum consideratione non vana et peritura curiositas est exercenda, sed gradus ad immortalia et semper manentia faciendus*. Sic igitur ex praemissis patet quod ordine quodam quatuor ad vitam contemplativam pertinent, primo quidem, virtutes morales; secundo autem, alii actus praeter contemplationem; tertio vero, contemplatio divinorum effectuum; quarto vero completivum est ipsa contemplatio divinae veritatis.

II-II q. 180 a. 4 ad 1

Božího, aby tím byl veden k Bohu. Pročež jinde praví Žalm. 142: "Rozjímal jsem o všech dílech tvých, a o skutcích tvých rukou jsem rozjímal; rozpřáhl jsem ruce své k tobě."

K druhému se musí říci že z pozorování Božích soudů je veden člověk k nazírání Boží spravedlnosti, z pozorování pak Božích dobrodiní a zaslíbení je veden člověk k poznání Božího milosrdenství čili dobroty, jakožto skrze účinky prokázané nebo prokazovatelné.

K třetímu se musí říci, ze v oněch šesti se označují stupně, kterými se vstupuje přes tvory k nazírání Boha. Neboť na první stupeň se klade pojetí samých smyslových; na druhý pak stupeň se klade pokrok od smyslových k rozumovým; na třetí stupeň se klade posuzování smyslových podle rozumových; na čtvrtý pak stupeň se klade naprosté pozorování rozumových, ke kterým se přichází skrze smyslová; na pátý pak stupeň se klade nazírání na rozumová, která nelze nalézti skrze smyslová, ale rozumem lze je pochopiti; na šestý stupeň se klade nazírání na rozumová, která nemůže rozum ani nalézti ani pochopiti, která totiž náležejí k vysokému nazírání Boží pravdy, u které se konečně nazírání dokonává.

Ke čtvrtému se musí říci, že poslední dokonalostí lidského rozumu je pravda Boží; jiné pak pravdy zdokonalují rozum ve vztahu k pravdě Boží.

CLXXX.5. Zda život nazíravý podle stavu tohoto života může dospěti k vidění Boží bytnosti.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že nazíravý život podle stavu tohoto života může dospěti k vidění Boží bytnosti, neboť, jak máme Gen. 32, Jakub řekl: "Viděl jsem Boha tváří v tvář a zůstala zachována má duše." Ale vidění Boží tváře je vidění Boží bytnosti. Tedy se zdá, že někdo nazíráním v přítomném životě může dospěti k vidění Boží bytnosti.

Mimo to Řehoř praví v VI. Moral., že "mužové nazíraví se vracejí k sobě dovnitř v tom, že přemítají o duchovních a nikterak netáhnou s sebou stíny tělesných věcí, nebo vloudivší se snad rukou rozlišování odhánějí. Ale toužíce viděti neomezené světlo, potlačují všechny obrazy své omezenosti a v tom, čeho touží dosíci nad sebou, přemáhají, co jsou". Ale člověku nepřekáží ve vidění Boží bytnosti, která je světlo neomezené, leč to, že má nutnost dbáti tělesných představ. Tedy se zdá, že nazírání v tomto životě může dospěti k vidění neomezeného světla v bytnosti.

Mimo to Řehoř praví ve II. Rozmluv: "Duši vidoucí Stvořitele těsný je každý tvor. Muž tedy Boží," totiž blažený Benedikt, "který viděl na věži ohnivou kouli a anděly, vracející se do nebe, nepochybně to mohl zříti jen

Ad primum ergo dicendum quod David cognitionem operum Dei quaerebat ut ex hoc manuduceretur in Deum. Unde alibi dicit, *meditabor in omnibus operibus tuis, et in factis manuum tuarum meditabor, expandi manus meas ad te*.

II-II q. 180 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod ex consideratione divinorum iudiciorum manuducitur homo in contemplationem divinae iustitiae, ex consideratione autem divinorum beneficiorum et promissorum, manuducitur homo in cognitionem divinae misericordiae seu bonitatis, quasi per effectus exhibitos vel exhibendos.

II-II q. 180 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod per illa sex designantur gradus quibus per creaturas in Dei contemplationem ascenditur. Nam in primo gradu ponitur perceptio ipsorum sensibilium; in secundo vero gradu ponitur progressus a sensibilibus ad intelligibilia; in tertio vero gradu ponitur diiudicatio sensibilium secundum intelligibilia; in quarto vero gradu ponitur absoluta consideratio intelligibilium in quae per sensibilia pervenitur; in quinto vero gradu ponitur contemplatio intelligibilium quae per sensibilia inveniri non possunt, sed per rationem capi possunt; in sexto gradu ponitur consideratio intelligibilium quae ratio nec invenire nec capere potest, quae scilicet pertinent ad sublimem contemplationem divinae veritatis, in qua finaliter contemplatio perficitur.

II-II q. 180 a. 4 ad 4

Ad quartum dicendum quod ultima perfectio humani intellectus est veritas divina, aliae autem veritates perficiunt intellectum in ordine ad veritatem divinam.

5. Utrum vita contemplativa hominis possit in statu viae elevari usque ad Dei visionem.

II-II q. 180 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod vita contemplativa, secundum statum huius vitae, possit pertingere ad visionem divinae essentiae. Quia, ut habetur Gen. XXXII, Iacob dixit, *vidi Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea*. Sed visio faciei est visio divinae essentiae. Ergo videtur quod aliquis per contemplationem in praesenti vita possit se extendere ad videndum Deum per essentiam.

II-II q. 180 a. 5 arg. 2

Praeterea, Gregorius dicit, in VI Moral., quod *viri contemplativi ad semetipsos introrsus redeunt, in eo quod spiritualia rimantur, et nequaquam secum rerum corporalium umbras trahunt, vel fortasse tractas manu discretionis abigunt, sed incircumscriptum lumen videre cupientes, cunctas circumscriptionis suae imagines deprimunt, et in eo quod super se contingere appetunt, vincunt quod sunt*. Sed homo non impeditur a visione divinae essentiae, quae est lumen incircumscriptum, nisi per hoc quod necesse habet intendere corporalibus phantasmatibus. Ergo videtur quod contemplatio praesentis vitae potest se extendere ad videndum incircumscriptum lumen per essentiam.

II-II q. 180 a. 5 arg. 3

Praeterea, Gregorius, in II Dialog., dicit, *animae videnti creatorem angusta est omnis creatura. Vir ergo Dei*,

světlem Božím." Ale blažený Benedikt dosud žil v přítomné životě. Tedy nazírání v tomto životě může dospěti k vidění Boží bytovosti.

Avšak proti jest, co praví Řehoř v hom. XIV. K Ezech.: "Dokud se žije v tomto smrtelném těle, nikdo v síle nazírání tak nepokročí, aby upřel zrak mysli na sám paprsek neomezeného světla."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak praví Augustin ve XII. Ke Gen. Slov.: "Nikdo vidoucí Boha nežije v tomto životě, kterým se smrtelně žije v těchto smyslech těla, nýbrž, neumře-li kdo nějakým způsobem tomuto životu, buď vůbec vyšed z těla, nebo zbaven tělesných smyslů, nepovznese se k onomu vidění;" což bylo podrobněji probráno shora, kde byla řeč o uchvácení, a v První, kde se jednalo o vidění Boha.

Tak se tedy musí říci, že v tomto životě může býti někdo dvojmo: jedním způsobem podle uskutečnění, pokud totiž v uskutečnění užívá tělesných smyslů; a tak žádným způsobem nazírání v přítomném životě nemůže dospěti k vidění Boží bytnosti. Jiným způsobem může být: někdo v tomto životě možností a nikoliv podle uskutečnění, pokud totiž jeho duše je spojena s jeho smrtelným tělem jako tvar, ale tak, že neužívá tělesných smyslů, ani obraznosti, jak se přihází v uchvácení. A tak může nazírání v tomto životě dospěti k vidění Boží bytnosti. Pročež nejvyšší stupeň nazírání v přítomném životě jest, jaký měl Pavel v uchvácení, podle kterého byl uprostřed mezi stavem života přítomného a budoucího.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak praví Diviš v listě mnichu Kajovi, "jestliže někdo vida Boha, rozuměl, co viděl, neviděl jeho, nýbrž něco z těch, která jsou jeho". A Řehoř praví, ve XIV. hom. K Ezech., že "všemohoucí Bůh není ještě viděn ve svém jasu, nýbrž na cosi v něm nahlíží duše, čím občerstvena pokračuje, a pak dospívá k slavnému vidění jeho." Tím tedy, co řekl Jakub: "Viděl jsem Boha tváří v tvář," nelze rozuměti, že viděl Boží bytnost, nýbrž že viděl tvar, totiž obrazný, ve kterém mu Bůh mluvil, nebo, protože "každého z tváře poznáváme, nazval poznání Boha tváří jeho", jak praví tamtéž Glossa Řehořova.

K druhému se musí říci, že lidské nazírání podle stavu přítomného života nemůže býti bez představ, protože člověku je přirozené, aby viděl rozumové podoby v představách, jak praví Filosof ve III. O duši. Ale přece rozumové poznání nespočívá v představách samých. nýbrž. v nich nazírá čistou rozumovou pravdu. A to nejen v poznání přirozeném, nýbrž také v těch, která poznáváme skrze zjevení. Praví totiž Diviš, II. hl. Nebes. Hier., že "andělské hierarchie nám ukazuje božský jas v nějakých obrazných symbolech, a jeho silou se vracíme k jednoduchému paprsku", to jest k jednoduchému poznání rozumové pravdy. A tak jest rozuměti, co praví Řehoř, že "nazírající netáhnou s sebou stíny tělesných věcí", protože totiž u nich nestane jejich nazírání, nýbrž spíše u scilicet beatus Benedictus, *qui in turri globum igneum, Angelos quoque ad caelos redeuntes videbat, haec procul dubio cernere non nisi in Dei lumine poterat*. Sed beatus Benedictus adhuc praesenti vita vivebat. Ergo contemplatio praesentis vitae potest se extendere ad videndam Dei essentiam.

II-II q. 180 a. 5 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, super Ezech., *quandiu in hac mortali carne vivitur, nullus ita in contemplationis virtute proficit ut in ipso incircumscripti luminis radio mentis oculos infigat*.

II-II q. 180 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod, sicut Augustinus dicit, XII super Gen. ad Litt., *nemo videns Deum vivit ista vita qua mortaliter vivitur in istis sensibus corporis, sed nisi ab hac vita quisque quodammodo moriatur, sive omnino exiens de corpore sive alienatus a carnalibus sensibus, in illam non subvehitur visionem*. Quae supra diligentius pertractata sunt, ubi dictum est de raptu; et in primo, ubi actum est de Dei visione. Sic igitur dicendum est quod in hac vita potest esse aliquis dupliciter. Uno modo, secundum actum, inquantum scilicet actualiter utitur sensibus corporis. Et sic nullo modo contemplatio praesentis vitae potest pertingere ad videndum Dei essentiam. Alio modo potest esse aliquis in hac vita potentialiter, et non secundum actum, inquantum scilicet anima eius est corpori mortali coniuncta ut forma, ita tamen quod non utatur corporis sensibus, aut etiam imaginatione, sicut accidit in raptu. Et sic potest contemplatio huius vitae pertingere ad visionem divinae essentiae. Unde supremus gradus contemplationis praesentis vitae est qualem habuit Paulus in raptu, secundum quem fuit medio modo se habens inter statum praesentis vitae et futurae.

II-II q. 180 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Dionysius, in epistola ad Caium monachum, dicit, *si aliquis videns Deum intellexit quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid eorum quae sunt eius*. Et Gregorius dicit, super Ezech., quod *nequaquam omnipotens Deus iam in sua claritate conspicitur, sed quiddam sub illa speculatur anima, unde recta proficiat, et post ad visionis eius gloriam pertingat*. Per hoc ergo quod Iacob dixit, vidi Deum facie ad faciem, non est intelligendum quod Dei essentiam viderit, sed quod formam, scilicet imaginariam, vidit in qua Deus locutus est ei. Vel, *quia per faciem quemlibet agnoscimus, cognitionem Dei* faciem eius vocavit, sicut Glossa Gregorii ibidem dicit.

II-II q. 180 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod contemplatio humana, secundum statum praesentis vitae, non potest esse absque phantasmatibus, quia connaturale est homini ut species intelligibiles in phantasmatibus videat, sicut philosophus dicit, in III de anima. Sed tamen intellectualis cognitio non sistit in ipsis phantasmatibus, sed in eis contemplatur puritatem intelligibilis veritatis. Et hoc non solum in cognitione naturali, sed etiam in eis quae per revelationem cognoscimus, dicit enim Dionysius, I cap. Cael. Hier., quod *Angelorum hierarchias manifestat nobis divina claritas in quibusdam symbolis figuratis*; ex cuius virtute restituimur in simplum radium, idest in simplicem cognitionem intelligibilis veritatis. Et sic intelligendum

pozorování rozumové pravdy.

K třetímu se musí říci, že z oněch slov Řehořových se nedává rozuměti, že blažený Benedikt v onom vidění viděl Boha v bytnosti, nýbrž chce ukázati, že z osvícení Božím světlem lze snadno cokoli viděti, protože vidoucímu Stvořitele těsný je každý tvor. Pročež dodává: "Byť totiž sebe méně spatřil ze světla Stvořitelova, krátké se mu zdá všechno, co je stvořené."

CLXXX.6. Zda činnost nazíravá se vhodně rozděluje na tři pohyby: kruhovitý, přímý a křivý.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že se nevhodně rozlišují v nazírání činnosti tři pohyby, kruhovitý, přímý a křivý. Nazírání totiž náleží pouze ke klidu, podle onoho Moudr. 8: "Vejda do domu svého spočinu s ní." Ale pohyb je protilehlý klidu. Nemají se tedy činnosti nazíravého života označovati pohyby.

Mimo to činnost nazíravého života náleží rozumu, v němž se člověk shoduje s anděly. Ale u andělů jinak označuje Diviš tyto pohyby než v duši. Praví totiž ve IV. O Bož. Jmén., že andělův "kruhový pohyb je podle osvícení krásnem a dobrem". Pohyb kruhový duše však určuje podle mnohých, z nichž první je "vejití duše do sebe od hmotných"; druhé je jakési "shrnutí jejích sil, kterým je duše zbavena bludu a vnějšího zaměstnání"; třetí pak jest "jednota s těmi, která jsou nahoře". Podobně také odlišně popisuje přímý pohyb obojích. Neboť přímým pohybem andělovým nazývá, "pokud postupuje k obstarávání podřízených", kdežto přímý pohyb duše klade do dvojího: a to, nejprve do toho, že "postupuje k těm, která jsou ohledně jí"; za druhé pak do toho, že "od vnějších se pozvedá k jednoduchým nazíráním". Ale i křivý pohyb obou různě určuje. Neboť křivý pohyb u andělů označuje v tom, že obstarávajíce mající méně, zůstávají v totožnosti ohledně Boha; kdežto křivý pohyb u duše označuje v tom, že duše je osvěcována božskými poznáními rozumově. Nezdá se tedy, že se vhodně označují úkony nazírání řečenými způsoby.

Mimo to Richard od svatého Viktora v I. O nazír. udává mnohá jiná rozlišení pohybů obdobně s ptáky nebeskými, z nichž "někteří hned se vznesou do výše, hned se zase ponoří dolů, a to je vidíme častěji opakovati. Jiní pak zahýbají mnohokrát vpravo a vlevo, jiní pak často letí vpřed a dozadu, kdežto jiní jako v kruhu se točí v širších nebo užších kruzích, jiní pak jako nehybně visíce zůstávají na jednom místě". Tedy se zdá, že nejsou pouze tři pohyby nazírání.

est quod Gregorius dicit, quod contemplantes corporalium rerum umbras non secum trahunt, quia videlicet in eis non sistit eorum contemplatio, sed potius in consideratione intelligibilis veritatis.

II-II q. 180 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod ex verbis illis Gregorii non datur intelligi quod beatus Benedictus Deum in illa visione per essentiam viderit, sed vult ostendere quod, *quia videnti creatorem angusta est omnis creatura*, consequens est quod per illustrationem divini luminis de facili possint quaecumque videri. Unde subdit, *quamlibet enim parum de luce creatoris aspexerit, breve ei fit omne quod creatum est*.

6. De motibus contemplationis quos Dionysius assignat xv cap. De Div. Nom..

II-II q. 180 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter operatio contemplationis distinguatur per tres motus, circularem rectum et obliquum, IV cap. de Div. Nom. Contemplatio enim ad quietem pertinet, secundum illud Sap. VIII, *intrans in domum meam, conquiescam cum illa*. Sed motus quieti opponitur. Non ergo operationes contemplativae vitae per motus designari debent.

II-II q. 180 a. 6 arg. 2

Praeterea, actio contemplativae vitae ad intellectum pertinet, secundum quem homo cum Angelis convenit. Sed in Angelis aliter assignat Dionysius hos motus quam in anima. Dicit enim motum circularem Angeli esse secundum illuminationes pulchri et boni. Motum autem circularem animae secundum plura determinat. Quorum primum est introitus animae ab exterioribus ad seipsam; secundum est quaedam convolutio virtutum ipsius, per quam anima liberatur ab errore et ab exteriori occupatione; tertium autem est unio ad ea quae supra se sunt. Similiter etiam differenter describit motum rectum utriusque. Nam rectum motum Angeli dicit esse secundum quod procedit ad subiectorum providentiam. Motum autem rectum animae ponit in duobus, primo quidem, in hoc quod progreditur ad ea quae sunt circa ipsam; secundo autem, in hoc quod ab exterioribus ad simplices contemplationes elevatur. Sed et motum obliquum diversimode in utrisque determinat. Nam obliquum motum in Angelis assignat ex hoc quod, providendo minus habentibus, manent in identitate circa Deum. Obliquum autem motum animae assignat ex eo quod anima illuminatur divinis cognitionibus rationabiliter et diffuse. Non ergo videntur convenienter assignari operationes contemplationis per modos praedictos.

II-II q. 180 a. 6 arg. 3

Praeterea, Richardus de sancto Victore, in libro de Contempl., ponit multas alias differentias motuum, ad similitudinem volatilium caeli. *Quarum quaedam nunc ad altiora se attollunt, nunc autem in inferiora demerguntur, et hoc saepius repetere videntur; aliae vero dextrorsum vel sinistrorsum divertunt multoties; quaedam vero moventur in anteriora vel posteriora frequenter; aliae vero quasi in gyrum vertuntur, secundum latiores vel contractiores circuitus; quaedam vero quasi immobiliter suspensae in uno loco manent*. Ergo videtur quod non sint

Pro opak jest výrok Divišův.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, činnost rozumu, v níž podstatně spočívá nazírání, sluje pohyb, pokud pohyb jest úkon dokonalého, jak praví Filosof, ve III. O duši. Poněvadž pak přicházíme k poznání rozumových skrze smyslová, smyslové úkony pak nejsou bez pohybu, odtud jest, že úkony rozumové se popisují jako nějaké pohyby, a podle různosti pohybů se označuje jejich odlišnost. V pohybech však tělesných dokonalejší a první jsou pohyby místní. A proto pod jejich podobou se popisují nejpřednější úkony rozumové. Ty pak se rozlišují trojmo. Neboť jeden je kruhový, podle kterého se něco hýbá jednotvárně okolo téhož středu; jiný pak je přímý, podle kterého něco postupuje od jednoho k druhému, třetí pak je křivý, jako složený z obou. A proto v úkonech rozumových to, co jednoduše má jednotvárnost, přisuzuje se pohybu kruhovitému. Činnost však rozumová, podle které se postupuje od jednoho k druhému, připisuje se pohybu přímému, činnost pak rozumová, mající něco z jednotvárnosti zároveň s postupem k různým, připisuje se pohybu křivému.

K prvnímu se tedy musí říci, že tělesné pohyby vnější jsou protilehlé klidu nazírání, kterým se rozumí zbavení vnějších zaměstnání. Ale pohyby rozumových úkonů náležejí k samému klidu nazírání.

K druhému se musí říci, že člověk v rozumu se shoduje s anděly v rodu, ale rozumová síla je mnohem vyšší u anděla než u člověka. A proto jiným způsobem třeba tyto pohyby označovati u andělů a u lidí, jak se mají různě k jednotvárnosti. Rozum andělský má totiž poznání jednotvárné podle dvojího. A to, nejprve, protože neziskává rozumovou pravdu z měnivosti věcí složitých; za druhé, protože nerozumí rozumovou pravdu přemítavě, nýbrž jednoduchým patřením. Rozum duše však přijímá pravdu ze smyslových věcí a rozumí ji s nějakým přemítáním samého rozumu. A proto Diviš kruhovitý pohyb u andělů označuje, pokud jednotvárně a neustále, bez začátku a bez konce, patří na Boha, jako pohyb kruhovitý, nemající začátku a konce, je jednotvárně kolem téhož středu.

V duší však, dříve než přijde k této jednotvárnosti, se vyžaduje, aby se odstranila její dvojí různotvárnost. A to nejprve ta, která je z různosti vnějších věcí, pokud totiž opustí vnější. A to je první, co klade do kruhovitého pohybu duše, "vstup její od vnějších do sebe". Za druhé pak je třeba odstraniti druhou různotvárnost, která je z přemítání rozumu, a to se děje tím, že všechny úkony duše se uvedou na jednoduché nazírání rozumové pravdy. A to je, co praví za druhé, že "je nutné jednotvárné shrnutí rozumových sil jejích", aby totiž bez přemítání se upíralo její patření na nazírání jediné jednoduché pravdy. A v této činnosti duše není bludu, jako je patrné, že není bludu v rozumění prvních zásad, které poznáváme jednoduchým patřením. A pak, po těchto dvou za třetí se udává solum tres motus contemplationis.

II-II q. 180 a. 6 s. c.

In contrarium est auctoritas Dionysii.

II-II q. 180 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, operatio intellectus, in qua contemplatio essentialiter consistit, motus dicitur secundum quod motus est actus perfecti, ut philosophus dicit, in III de anima. Quia enim per sensibilia in cognitionem intelligibilium devenimus, operationes autem sensibiles sine motu non fiunt, inde est quod etiam operationes intelligibiles quasi motus quidam describuntur, et secundum similitudinem diversorum motuum earum differentia assignatur. In motibus autem corporalibus perfectiores et primi sunt locales, ut probatur in VIII Physic. Et ideo sub eorum similitudine potissime operationes intelligibiles describuntur. Quorum quidem sunt tres differentiae, nam quidam est circularis, secundum quem aliquid movetur uniformiter circa idem centrum; alius autem est rectus, secundum quem aliquid procedit ab uno in aliud, tertius autem est obliquus, quasi compositus ex utroque. Et ideo in operationibus intelligibilibus id quod simpliciter habet uniformitatem, attribuitur motui circulari; operatio autem intelligibilis secundum quam proceditur de uno in aliud, attribuitur motui recto; operatio autem intelligibilis habens aliquid uniformitatis simul cum processu ad diversa, attribuitur motui obliquo.

II-II q. 180 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod motus corporales exteriores opponuntur quieti contemplationis, quae intelligitur esse ab exterioribus occupationibus. Sed motus intelligibilium operationum ad ipsam quietem contemplationis pertinent.

II-II q. 180 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod homo convenit in intellectu cum Angelis in genere, sed vis intellectiva est multo altior in Angelo quam in homine. Et ideo alio modo oportet hos motus in animabus et in Angelis assignare, secundum quod diversimode se habent ad uniformitatem. Intellectus enim Angeli habet cognitionem uniformem secundum duo, primo quidem, quia non acquirit intelligibilem veritatem ex varietate rerum compositarum; secundo, quia non intelligit veritatem intelligibilem discursive, sed simplici intuitu. Intellectus vero animae a sensibilibus rebus accipit intelligibilem veritatem; et cum quodam discursu rationis eam intelligit. Et ideo Dionysius motum circularem in Angelis assignat inquantum uniformiter et indesinenter, absque principio et fine, intuentur Deum, sicut motus circularis, carens principio et fine, uniformiter est circa idem centrum. In anima vero, antequam ad istam uniformitatem perveniatur, exigitur quod duplex eius diffformitas amoveatur. Primo quidem, illa quae est ex diversitate exteriorum rerum, prout scilicet relinquit exteriora. Et hoc est quod primo ponit in motu circulari animae introitum ipsius ab exterioribus ad seipsam. Secundo autem oportet quod removeatur secunda diffformitas, quae est per discursum rationis. Et hoc idem contingit secundum quod omnes operationes animae reducuntur ad simplicem contemplationem intelligibilis veritatis. Et hoc est quod secundo dicit, quod necessaria est uniformis convolutio intellectualium virtutum ipsius, ut scilicet, cessante discursu, figatur eius intuitus in

jednotvárnost shodná s anděly, pokud duše, pomíjejíc všechno, zůstává na jediném nazírání Boha. A to je, co praví: "Potom, tak učiněna jednotvárnou jednotně," to jest shodně, "spojením sil je vedena ke krásnu a dobru". - Pohyb pak přímý u andělů nelze bráti z toho, že v pozorování postupuje od jednoho k druhému, nýbrž pouze podle řádu svého obstarávání, pokud totiž anděl vyšší osvěcuje nižší přes prostřední. A to je, co praví, že "přímo se pohybují andělé, když zahájí obstarávání podřízených, procházejíce všemi přímými", to jest, v těch, která podle správného řádu jsou rozdělena. Ale přímý pohyb klade v duši v tom, že od vnějších zaměstnání postupuje k poznávání rozumových.

Křivý pohyb pak udává v andělu složený z přímého a kruhovitého, pokud podle nazírání na Boha obstarává nižší. V duši však udává pohyb křivý podobně složený z přímého a kruhovitého, pokud totiž usuzováním užívá božských osvícení.

K třetímu se musí říci, že ony různosti pohybu, které se berou podle odlišnosti toho, co je nahoru a dolů, napravo a nalevo, vpřed a vzad a podle různých kroužení, všechny jsou obsaženy v pohybu přímém nebo křivém, neboť všemi se označuje postupování rozumu. Pakli je to od rodu k druhu nebo od celku k části, bude to, jak sám vykládá, podle nahoru a dolů; je-li však od jednoho protilehlého k druhému, bude to podle napravo a nalevo; pakli jest od příčin k účinkům, bude to vpřed a vzad; a jestliže je podle případků, které obklopují věc blízkou nebo vzdálenou, bude to kroužení. Postupování rozumu však, když je od smyslových k rozumovým podle řádu přirozeného rozumu, náleží k pohybu přímému. Když je však podle osvícení božských, náleží k pohybu křivému, jak je patrné z řečeného. Pouze pak nehybnost, kterou udává, náleží k pohybu kruhovitému. Z čehož je patrné, že Diviš mnohem dostatečněji a hlouběji popisuje pohyb nazírání.

CLXXX.7. Zda nazírání má potěšení.

Při sedmé se pokračuje takto: Zdá se, že nazírání nemá potěšení. Potěšení totiž náleží k síle žádostivé. Ale nazírání hlavně spočívá v rozumu. Tedy se zdá, že potěšení nenáleží k nazírání:

Mimo to každé zápolení a každý zápas překáží potěšení. Ale v nazírání je zápolení a zápas. Praví totiž Řehoř ve XIV. hom. k Ezech., že "duše, když usiluje nazírati Boha, jako v nějakém zápase postavena, hned jaksi vítězí, protože rozumem a citem okouší něco z neomezeného světla, hned podléhá, protože okoušejíc zase prahne". Tedy nazíravý život neobsahuje potěšení.

Mimo to potěšení sleduje dokonalou činnost, jak se praví v X. Ethic. Ale nazírání cesty je dokonalé, podle onoho I. contemplatione unius simplicis veritatis. Et in hac operatione animae non est error, sicut patet quod circa intellectum primorum principiorum non erratur, quae simplici intuitu cognoscimus. Et tunc, istis duobus praemissis, tertio ponitur uniformitas conformis Angelis, secundum quod, praetermissis omnibus in sola Dei contemplatione persistit. Et hoc est quod dicit, deinde, sicut uniformis facta, unite, idest conformiter, unitis virtutibus, ad pulchrum et bonum manuducitur. Motus autem rectus in Angelis accipi non potest secundum hoc quod in considerando procedat ab uno in aliud, sed solum secundum ordinem suae providentiae, secundum scilicet quod Angelus superior inferiores illuminat per medios. Et hoc est quod dicit, quod in directum moventur Angeli quando procedunt ad subiectorum providentiam, recta omnia transeuntes, idest, secundum ea quae secundum rectum ordinem disponuntur. Sed rectum motum ponit in anima secundum hoc quod ab exterioribus sensibilibus procedit ad intelligibilium cognitionem. Obliquum autem motum ponit in Angelo, compositum ex recto et circulari, inquantum secundum contemplationem Dei inferioribus provident. In anima autem ponit motum obliquum, similiter ex recto et circulari compositum, prout illuminationibus divinis ratiocinando utitur.

II-II q. 180 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod illae diversitates motuum quae accipiuntur secundum differentiam eius quod est sursum et deorsum, dextrorsum et sinistrorsum, ante et retro, et secundum diversos circuitus, omnes continentur sub motu recto vel obliquo. Nam per omnes designatur discursus rationis. Qui quidem si sit a genere ad speciem, vel a toto ad partem, erit, ut ipse exponit, secundum sursum et deorsum. Si vero sit ab uno oppositorum in aliud, erit secundum dextrorsum et sinistrorsum. Si vero sit a causis in effectus, erit ante et retro. Si vero sit secundum accidentia quae circumstant rem, propinqua vel remota, erit circuitus. Discursus autem rationis, quando est a sensibilibus ad intelligibilia secundum ordinem naturalis rationis, pertinet ad motum rectum; quando autem est secundum illuminationes divinas, pertinet ad motum obliquum; ut ex dictis patet. Sola autem immobilitas quam ponit, pertinet ad motum circularem. Unde patet quod Dionysius multo sufficientius et subtilius motus contemplationis describit.

7. De delectatione contemplationis.

II-II q. 180 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod contemplatio delectationem non habeat. Delectatio enim ad vim appetitivam pertinet. Sed contemplatio principaliter consistit in intellectu. Ergo videtur quod delectatio non pertineat ad contemplationem.

II-II q. 180 a. 7 arg. 2

Praeterea, omnis contentio et omne certamen impedit delectationem. Sed in contemplatione est contentio et certamen, dicit enim Gregorius, super Ezech., quod *anima, cum contemplari Deum nititur, velut in quodam certamine posita, modo quasi exsuperat, quia intelligendo et sentiendo, de incircumscripto lumine aliquid degustat, modo succumbit, quia degustando iterum deficit*. Ergo vita contemplativa non habet delectationem.

II-II q. 180 a. 7 arg. 3

Praeterea, delectatio sequitur operationem perfectam, ut Kor. 13: "Vidíme nyní skrze zrcadlo v záhadě." Tedy se zdá, že nazíravý život neobsahuje potěšení.

Mimo to tělesné poranění překáží potěšení. Ale nazírání přivádí tělesné poranění, pročež se praví Gen. 32, že když Jakub řekl: "Viděl jsem Pána tváří v tvář", kulhal, protože se dotkl šlachy jeho stehna a ochrnulo. Tedy se zdá, že v nazíravém životě není potěšení.

Avšak proti jest, že o nazírání se praví Moudr. 8: "Nemá hořkosti její obcování, ani omrzelosti její soužití, nýbrž veselí a radost." A Řehoř praví, K Ezech., že "nazíravý život je sladkost velmi milá".

Odpovídám: Musí se říci, že nějaké nazírání může býti potěšením dvojmo. Jedním způsobem z důvodu samé činnosti, protože každému je potěšení činnost, odpovídající vlastní přirozenosti nebo zběhlosti. Nazírání pravdy pak náleží člověku podle jeho přirozenosti, pokud je rozumový živočich, z čehož se přihází, že všichni lidé svou povahou touží věděti, a v důsledku poznání pravdy je těší. A ještě více to těší člověka, majícího zběhlost moudrosti a vědění, z čehož se přihází, že někdo bez obtíže nazírá. Jiným způsobem se stává nazírání potěšením se strany předmětu, pokud totiž někdo nazírá věc milovanou, jako se také přihází ve vidění tělesném, které se stává potěšením nejen z toho, že samo vidění těší, nýbrž také z toho, že vidí někdo milovanou osobu. Poněvadž tedy nazíravý život spočívá hlavně v nazírání Boha, k němuž vede láska, jak bylo řečeno, proto v nazíravém životě je potěšení nejen z důvodu nazírání, nýbrž také z důvodu lásky Boží.

A z obojího přesahuje jeho potěšení každé potěšení lidské. Neboť potěšení duchovní je mocnější než tělesné, jak jsme měli shora, když se jednalo o vášních, a ona láska, kterou je milován Bůh, přesahuje každou lásku. Proto i v Žalm. 33 se praví "Okoušejte a vizte, jak libý je Pán".

K prvnímu se tedy musí říci, že nazíravý život, ač bytnostně spočívá v rozumu, přece má začátek v citu, pokud totiž někdo z lásky je pobízen k nazírání. A poněvadž konec odpovídá začátku, odtud je, že také konec a cíl nazíravého života má bytí v citu, když totiž někoho vidění milované věci těší, a samo potěšení z milované věci dále vzbuzuje lásku. Proto praví Řehoř, že "když někdo uzří toho, jehož miluje, v milování jeho více se rozohní". A to je poslední dokonalost nazíravého života, že totiž božská pravda je nejen viděna, nýbrž také milována.

K druhému se musí říci, že zápolení či zápasení, které pochází z protivnosti vnější věci, brání potěšení z oné věci. Netěší totiž nikoho věc, proti níž bojuje, nýbrž věc, pro kterou někdo bojuje, když jí dosáhne, při ostatním stejném, dicitur in X Ethic. Sed contemplatio viae est imperfecta, secundum illud I ad Cor. XIII, *videmus nunc per speculum in aenigmate*. Ergo videtur quod vita contemplativa delectationem non habeat.

II-II q. 180 a. 7 arg. 4

Praeterea, laesio corporalis delectationem impedit. Sed contemplatio inducit laesionem corporalem, unde Gen. XXXII dicitur quod Iacob, postquam dixerat, *vidi dominum facie ad faciem, claudicabat pede, eo quod tetigerit nervum femoris eius et obstupuerit*. Ergo videtur quod in vita contemplativa non sit delectatio.

II-II q. 180 a. 7 s. c.

Sed contra est quod de contemplatione sapientiae dicitur, Sap. VIII, *non habet amaritudinem conversatio illius, nec taedium convictus eius, sed laetitiam et gaudium*. Et Gregorius dicit, super Ezech., quod *contemplativa vita amabilis valde dulcedo est*.

II-II q. 180 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod aliqua contemplatio potest esse delectabilis dupliciter. Uno modo, ratione ipsius operationis, quia unicuique delectabilis est operatio sibi conveniens secundum propriam naturam vel habitum. Contemplatio autem veritatis competit homini secundum suam naturam, prout est animal rationale. Ex quo contingit quod omnes homines ex natura scire desiderant, et per consequens in cognitione veritatis delectantur. Et adhuc magis fit hoc delectabile habenti habitum sapientiae et scientiae, ex quo accidit quod sine difficultate aliquis contemplatur. Alio modo contemplatio redditur delectabilis ex parte obiecti, inquantum scilicet aliquis rem amatam contemplatur, sicut etiam accidit in visione corporali quod delectabilis redditur non solum ex eo quod ipsum videre est delectabile, sed ex eo etiam quod videt quis personam amatam. Quia ergo vita contemplativa praecipue consistit in contemplatione Dei, ad quam movet caritas, ut dictum est; inde est quod in vita contemplativa non solum est delectatio ratione ipsius contemplationis, sed ratione ipsius divini amoris. Et quantum ad utrumque eius delectatio omnem delectationem humanam excedit. Nam et delectatio spiritualis potior est quam carnalis, ut supra habitum est, cum de passionibus ageretur, et ipse amor quo ex caritate Deus diligitur, omnem amorem excedit. Unde et in Psalmo dicitur, *gustate, et videte quoniam suavis est dominus*.

II-II q. 180 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod vita contemplativa, licet essentialiter consistat in intellectu, principium tamen habet in affectu, inquantum videlicet aliquis ex caritate ad Dei contemplationem incitatur. Et quia finis respondet principio inde est quod etiam terminus et finis contemplativae vitae habetur in affectu, dum scilicet aliquis in visione rei amatae delectatur, et ipsa delectatio rei visae amplius excitat amorem. Unde Gregorius dicit, super Ezech., quod *cum quis ipsum quem amat viderit, in amorem ipsius amplius ignescit*. Et haec est ultima perfectio contemplativae vitae, ut scilicet non solum divina veritas videatur, sed etiam ut ametur.

II-II q. 180 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod contentio vel certamen quod provenit ex contrarietate exterioris rei, impedit illius rei delectationem, non enim aliquis delectatur in re contra

více ho těší, jak praví Augustin, VIII. Vyzn., že "čím větší bylo nebezpečí v boji, tím větší je radost z vítězství". Není však v nazírání zápolení a zápas z protivnosti pravdy, kterou nazíráme, nýbrž z nedostatečnosti našeho rozumu a z porušného těla, které nás táhne k nižším, podle onoho Moudr. 9: "Tělo, které se porušuje, zatěžuje duši a pozemské přebývání stlačuje mysl mnoho uvažující." A odtud je, že když člověk dospěje k nazírání pravdy, miluje ji žhavěji, ale více nenávidí vlastní nedostatečnost a tíží porušeného těla, takže říká s Apoštolem, Řím 7: "Já nešťastný člověk, kdo mě vysvobodí z tohoto smrtelného těla?" Pročež i Řehoř praví: "Když je již Bůh skrze touhu a rozum poznán, vysuší v nás všechnu rozkoš těla."

K třetímu se musí říci, že nazírání Boha v tomto životě je nedokonalé proti nazírání ve vlasti. A podobně potěšení v nazírání cesty je nedokonalé proti potěšení v nazírání ve vlasti, o kterém se praví Žalm. 35: "Proudem své rozkoše je napojíš." Ale nazírání na božská, které je na cestě, byť je nedokonalé, přece více těší než každé jiné nazírání, jakkoli dokonalé, pro vznešenost těch, na která se nazírá. Proto praví Filosof v I. O Část. živoč.: "Přihází se, že o oněch ctihodných a božských podstatách máme menší poznání; ale i když jich dosáhneme v mále, přece pro ctihodnost poznání jsou větším potěšením než všechno u nás." A to také Řehoř praví, K Ezech.: "Nazíravý život je sladkost velmi milá, která vytrhne duši nad ni, otevře nebeská a zrakům mysli odhalí duchovní."

Ke čtvrtému se musí říci, že Jakub po nazírání kulhal jednou nohou, protože "je třeba, aby oslabením milování světa někdo zesílil k milování Boha", jak praví Řehoř. A proto "po seznání líbeznosti Boží zůstává v nás jedna noha zdravá a druhá kulhá; každý totiž, kdo jednou nohou kulhá, opírá se pouze o tu nohu, kterou má zdravou", jak dodává.

CLXXX.8. Zda nazíravý život je trvalý.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že nazíravý život není trvalý. Nazíravý život totiž bytnostně spočívá v těch, která náležejí k rozumu. Ale všechny rozumové dokonalosti tohoto života budou vyprázdněny, podle onoho I. Kor. 13: "I proroctví budou vyprázdněna, i jazyky přestanou, i vědění bude zničeno." Tedy nazíravý život bude vyprázdněn.

Mimo to sladkost nazírání někdo okouší trhaně a přechodně, takže Augustin praví v X. Vyzn.: "Noříš mě v pocit velmi nezvyklý uvnitř, do nevím jaké sladkosti; ale nazpět do těchto stahují trapná závaží." Řehoř rovněž, vykládaje ono Job. 4, 'Když duch přede mnou přecházel, praví: "V libosti vnitřního nazírání mysl dlouho neutkví, protože je volána k sobě nazpět, odražena nesmírnosti světla." Tedy nazíravý život není trvalý.

quam pugnat. Sed in re pro qua quis pugnat, cum eam homo adeptus fuerit, ceteris paribus, magis in ea delectatur, sicut Augustinus dicit, in VIII Confess., quod *quanto fuit maius periculum in praelio, tanto maius est gaudium in triumpho*. Non est autem in contemplatione contentio et certamen ex contrarietate veritatis quam contemplamur, sed ex defectu nostri intellectus, et ex corruptibili corpore, quod nos ad inferiora retrahit, secundum illud Sap. IX, *corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem*. Et inde est quod quando homo pertingit ad contemplationem veritatis, ardentius eam amat, sed magis odit proprium defectum a gravitate corruptibilis corporis, ut dicat cum apostolo, *infelix ego homo. Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Unde et Gregorius dicit, super Ezech., *cum Deus iam per desiderium et intellectum cognoscitur, omnem voluptatem carnis arefacit*.

II-II q. 180 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod contemplatio Dei in hac vita imperfecta est respectu contemplationis patriae, et similiter delectatio contemplationis viae est imperfecta respectu delectationis contemplationis patriae, de qua dicitur in Psalmo, de torrente voluptatis tuae potabis eos. Sed contemplatio divinorum quae habetur in via, etsi sit imperfecta, est tamen delectabilior omni alia contemplatione quantumcumque perfecta, propter excellentiam rei contemplatae. Unde philosophus dicit, in I de partibus Animal., *accidit circa illas honorabiles existentes et divinas substantias minores nobis existere theorias. Sed etsi secundum modicum attingamus eas, tamen, propter honorabilitatem cognoscendi, delectabilius aliquid habent quam quae apud nos omnia*. Et hoc est etiam quod Gregorius dicit, super Ezech., *contemplativa vita amabilis valde dulcedo est, quae super semetipsam animam rapit, caelestia aperit, spiritualia mentis oculis patefacit*.

II-II q. 180 a. 7 ad 4

Ad quartum dicendum quod Iacob post contemplationem uno pede claudicabat, quia *necesse est ut, debilitato amore saeculi, convalescat aliquis ad amorem Dei*, ut Gregorius dicit, super Ezech., *et ideo, post agnitionem suavitatis Dei, unus in nobis sanus pes remanet, atque alius claudicat. Omnis enim qui uno pede claudicat, solum illi pedi innititur quem sanum habet*.

8. De duratione contemplationis.

II-II q. 180 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod vita contemplativa non sit diuturna. Vita enim contemplativa essentialiter consistit in his quae ad intellectum pertinent. Sed omnes intellectivae perfectiones huius vitae evacuantur, secundum illud I ad Cor. XIII, *sive prophetiae evacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruetur*. Ergo vita contemplativa evacuatur.

II-II q. 180 a. 8 arg. 2

Praeterea, dulcedinem contemplationis aliquis homo raptim et pertranseunter degustat. Unde Augustinus dicit, in X Confess., *intromittis me in affectum multum inusitatum introrsus ad nescio quam dulcedinem, sed redeo in haec aerumnosis ponderibus*. Gregorius etiam dicit, in V Moral., exponens illud Iob IV, *cum spiritus me praesente transiret, in suavitate, inquit, contemplationis*

Mimo to, co není člověku přirozené, nemůže býti trvalé. Avšak "život nazíravý je lepší než podle člověka", jak praví Filosof v X. Ethic. Tedy se zdá, že nazíravý život není trvalý.

Avšak proti jest, co praví Pán, Luk. 10: "Maria nejlepší stránku vyvolila, která nebude od ní odňata", protože, jak praví Řehoř: "nazíravý začíná zde, aby byl dokonán v nebeské vlasti".

Odpovídám: Musí se říci, že něco může slouti trvalé dvojmo: jedním způsobem podle své povahy, jiným způsobem vzhledem k nám. Je pak zjevné, že o sobě je nazíravý život trvalý dvojmo: jedním způsobem proto, že se zabývá neporušnými a nehybnými; jiným způsobem, protože nemá protivy: neboť potěšení, které je v pozorování, není nic protivou, jak se praví v I. Kopic. - Ale vzhledem k nám je rovněž trvalý nazíravý život, jak proto, že nám náleží podle činnosti neporušné stránky duše, totiž podle rozumu, pročež může trvati po tomto životě, tak také proto, že při úkonech nazíravého života tělesně se nenamáháme, takže spíše můžeme trvale v takových úkonech zůstati, jak praví Filosof v X. Ethic.

K prvnímu se tedy musí říci, že způsob nazírání není týž zde a ve vlasti, ale pravíme, že nazíravý život zůstává z důvodu lásky, v níž má i začátek i konec; a to je, co praví Řehoř: "Nazíravý zde začíná, aby byl v nebeské vlasti dokonán, protože oheň lásky, který zde začíná hořeti, vzplane k milování jeho více, až uzří toho, jejž miluje."

K druhému se musí říci, že žádná činnost nemůže dlouho trvati na svém vrcholu. Vrcholem pak nazírání je, aby dosáhl jednotvárnosti Božího nazírání, jak praví Diviš ve IV. hl. O Bož. Jmén., jak bylo shora udáno. Pročež, byť v tomto nemůže nazírání dlouho trvati, přesto může dlouho trvati v jiných úkonech nazírání.

K třetímu se musí říci, že Filosof praví, že nazíravý život je nad člověka, protože nám přísluší podle toho, že je v nás něco božského, totiž rozum, který je neporušný a netrpný o sobě, a proto jeho činnost může býti trvalejší.

CLXXXI. O životě činném.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Pak jest uvažovati o životě činném. A o tom jsou čtyři otázky.

1. Zda všechny skutky mravních ctností náležejí k životu činnému.

2. Zda opatrnost náleží k životu činnému.

intimae non diu mens figitur, quia ad semetipsam, ipsa immensitate luminis reverberata, revocatur. Ergo vita contemplativa non est diuturna.

II-II q. 180 a. 8 arg. 3

Praeterea, illud quod non est homini connaturale, non potest esse diuturnum. Vita autem contemplativa *est melior quam secundum hominem*, ut philosophus dicit, in X Ethic. Ergo videtur quod vita contemplativa non sit diuturna.

II-II q. 180 a. 8 s. c.

Sed contra est quod dominus dicit, Luc. X, *Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea*. Quia, ut Gregorius dicit, super Ezech., *contemplativa hic incipitur, ut in caelesti patria perficiatur*.

II-II q. 180 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod aliquid potest dici diuturnum dupliciter, uno modo, secundum suam naturam; alio modo, quoad nos. Secundum se quidem manifestum est quod vita contemplativa diuturna est, dupliciter. Uno modo, eo quod versatur circa incorruptibilia et immobilia. Alio modo, quia non habet contrarietatem, *delectationi enim quae est in considerando, nihil est contrarium*, ut dicitur in I Topic. Sed quoad nos etiam vita contemplativa diuturna est. Tum quia competit nobis secundum actionem incorruptibilis partis animae, scilicet secundum intellectum, unde potest post hanc vitam durare. Alio modo, quia in operibus contemplativae corporaliter non laboramus, unde magis in huiusmodi operibus continue persistere possumus, sicut philosophus dicit, in X Ethic.

II-II q. 180 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod modus contemplandi non est idem hic et in patria; sed vita contemplativa dicitur manere ratione caritatis, in qua habet et principium et finem. Et hoc est quod Gregorius dicit, super Ezech., *contemplativa hic incipit, ut in caelesti patria perficiatur, quia amoris ignis, qui hic ardere inchoat, cum ipsum quem amat viderit, in amore ipsius amplius ignescit*.

II-II q. 180 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod nulla actio potest diu durare in sui summo. Summum autem contemplationis est ut attingat ad uniformitatem divinae contemplationis, ut dicit Dionysius, sicut supra positum est. Unde etsi quantum ad hoc contemplatio diu durare non possit, tamen quantum ad alios contemplationis actus potest diu durare.

II-II q. 180 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod philosophus dicit vitam contemplativam esse supra hominem, quia competit nobis secundum hoc quod aliquid divinum est in nobis, scilicet intellectus. Qui est incorruptibilis et impassibilis secundum se, et ideo actio eius potest esse diuturnior.

181. De vita activa.

Prooemium

II-II q. 181 pr.

Deinde considerandum est de vita activa. Et circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum omnia opera virtutum moralium pertineant ad vitam activam. Secundo, utrum prudentia pertineat ad vitam activam. Tertio, utrum doctrina pertineat ad vitam activam. Quarto, de

3. Zda vyučování náleží k životu činnému.

4. O trvání života činného

CLXXXI.1. Zda všechny skutky mravních ctností náležejí k životu činnému.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že všechny skutky mravních ctností nenáležejí k životu činnému. Zdá se totiž život činný spočívati pouze v těch, která jsou k druhému. Praví totiž Řehoř ve XIV. hom. k Ezech., že "činný život je podávati chléb hladovému". A vypočítav mnohá, která jsou k druhému, nakonec dodává: "A rozdělovati, co každému jednotlivci prospívá." Ale nejsme všemi skutky mravních ctností zařizováni k jiným, nýbrž pouze podle spravedlnosti a jejích částí, jak je patrné ze shora řečeného. Nenáležejí tedy všechny skutky mravních ctností k životu činnému.

Mimo to praví Řehoř, že "Lia, která byla krhavá, ale plodná, znamená život činný, který málo vidí, zaměstnán skutky. Ale když nyní slovem, nyní příkladem zapaluje bližní k následování sebe, plodí svým dobrým skutkem mnoho synů". To však se zdá náležeti spíše k lásce, kterou milujeme bližního, než k mravním ctnostem. Tedy se zdá, že skutky mravních ctností nenáležejí k životu činnému.

Mimo to, jak bylo shora řečeno, mravní ctnosti uzpůsobují k životu nazíravému. Ale uzpůsobení a dokonalost náleží k témuž. Tedy se zdá, že mravní ctnosti nenáležejí k životu činnému.

Avšak proti jest, co praví Isidor: "V činném životě nejdříve konáním dobrých skutků se vypuzují veškeré nešesti, aby v nazíravém životě člověk s čistou bystrostí mysli přešel k patření na božské světlo." Ale veškeré nešesti se nevypuzují než úkony mravních ctností. Tedy úkony mravních ctností náležejí k činnému životu.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, život činný a nazíravý se rozlišují podle různých snah lidí, zamýšlejících různé cíle. Z nich jedna je uvažování o pravdě, která je cílem života nazíravého; druhé pak je vnější činnost, ke které je zařízen život činný. Je však zjevné, že v mravních ctnostech nehledá se hlavně nazírání pravdy, nýbrž jsou zařízeny k činnosti. Proto praví Filosof ve II. Ethic., že "vědění ctnosti prospívá málo nebo nic". Z čehož je zjevné, že mravní ctnosti náležejí bytnostně k životu činnému. Pročež i Filosof zařizuje mravní ctnosti ke štěstí činnému.

K prvnímu se tedy musí říci, že mezi mravními ctnostmi je přední spravedlnost, kterou je člověk zařizován k druhému, jak dokazuje Filosof v V. Ethic. Proto činný život se popisuje skrze ta, která jsou zařízena k druhému, ne že záleží pouze v nich, nýbrž že v nich hlavněji.

K druhému se musí říci, že úkony všech mravních ctností

diuturnitate vitae activae.

1. Utrum omnia opera virtutum moralium pertineant ad vitam activam.

II-II q. 181 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non omnes actus virtutum moralium pertineant ad vitam activam. Vita enim activa videtur consistere solum in his quae sunt ad alterum, dicit enim Gregorius, super Ezech., quod activa vita est panem esurienti tribuere, et in fine, multis enumeratis quae ad alterum pertinent, subdit, et quae singulis quibusque expediunt dispensare. Sed non per omnes actus virtutum moralium ordinamur ad alios, sed solum secundum iustitiam et partes eius, ut ex supra dictis patet. Non ergo actus omnium virtutum moralium pertinent ad vitam activam.

II-II q. 181 a. 1 arg. 2

Respondeo dicendum quod vita activa potest considerari quantum ad duo. Uno modo, quantum ad ipsum studium et exercitium exteriorum actionum. Et sic manifestum est quod vita activa impedit contemplativam, inquantum impossibile est quod aliquis simul occupetur circa exteriores actiones, et divinae contemplationi vacet. Alio modo potest considerari vita activa quantum ad hoc quod interiores animae passiones componit et ordinat. Et quantum ad hoc, vita activa adiuvat ad contemplationem, quae impeditur per inordinationem interiorum passionum. Unde Gregorius dicit, in VI Moral., *cum contemplationis arcem aliqui tenere desiderant, prius se in campo per exercitium operis probent, ut sollicite sciant si nulla iam mala proximis irrogant, si irrogata a proximis aequanimiter portant, si obiectis bonis temporalibus nequaquam mens laetitia solvitur, si subtractis non nimio maerore sauciantur. Ac deinde perpendant si, cum ad semetipsos introrsus redeunt, in eo quod spiritualia rimantur, nequaquam secum rerum corporalium umbras trahunt, vel fortasse tractas manu discretionis abigunt*. Ex hoc ergo exercitium vitae activae confert ad contemplativam, quod quietat interiores passiones, ex quibus phantasmata proveniunt, per quae contemplatio impeditur.

II-II q. 182 a. 3 ad arg.

Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam rationes illae procedunt quantum ad ipsam occupationem exteriorum actuum, non autem quantum ad effectum, qui est moderatio passionum.

CLXXXII.4. Zda život činný je dříve než nazíravý.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že život činný není dříve než nazíravý. Život nazíravý totiž přímo náleží k milování Boha, kdežto život činný k milování bližního. Ale milovati Boha předchází milování bližního, pokud bližní je milován pro Boha. Tedy se zdá, že také život nazíravý je dříve než činný.

Mimo to Řehoř praví ve XIV. hom. k Ezech.: "Jest věděti, že, jako je dobrý řád života směřovati od činného k nazíravému, tak mnohdy užitečně duch se obrací od nazíravého k činnému." Není tedy život činný jednoduše dříve než nazíravý.

Mimo to, která příslušejí různým, ta nezdají se míti nutný pořad. Ale život činný a nazíravý příslušejí různým. Praví totiž Řehoř v VI. Moral.: "Často ti, kteří mohli v tichu nazírati na Boha, padli tísněni zaměstnáními, a často ti, kteří by dobře žili, zaměstnáni lidskými zvyklostmi, mečem svého klidu zahynuli." Není tedy život činný dříve než nazíravý.

Avšak proti jest, co praví Řehoř v hom. III. k Ezech.: "Činný život je časově dříve než nazíravý, protože dobrým dílem se směřuje k nazírání."

Odpovídám: Musí se říci, že něco sluje dřívější dvojmo. Jedním způsobem podle své přirozenosti; a tímto způsobem nazíravý život je dříve než činný, pokud usiluje o přednější a lepší, pročež i hýbe a řídí život činný. Vyšší rozum totiž, který jest určen k nazírání, přirovnává se k nižšímu, který jest určen k činnosti, jako muž k ženě, kterou má muž vésti, jak praví Augustin, ve XII. O Trojici. - Jiným způsobem je něco dříve vzhledem k nám, co je totiž dříve na cestě vznikání; a tímto způsobem je život činný dříve než naziravý, protože uzpůsobuje k nazíravému, jak je patrné ze shora řečeného. Neboť uzpůsobení na cestě vznikání předchází tvaru, který jednoduše a podle své přirozenosti je prvnější.

K prvnímu se tedy musí říci, že nazíravý život není zařízen k jakémukoli milování Boha, nýbrž k dokonalému. Ale život činný je nutný k jakémukoliv milování bližního. Pročež praví Řehoř: "Bez nazíravého života mohou vstoupiti do nebeské vlasti, kteří nezanedbávají dobra, která mohou vykonati. Bez činného však vejíti nemohou, jestliže zanedbávají vykonati dobra, která mohou." Z čehož je také patrné, že život činný předchází nazíravému jako to, co je společné všem, předchází na cestě vznikání tomu, co je vlastní dokonalým.

K druhému se musí říci, že od života činného se postupuje k životu nazíravému podle řádu vznikání; od života nazíravého je pak návrat k životu činnému cestou řízení, aby totiž život činný nazíravým byl řízen, jako také z výkonů se získává zběhlost a získanou zběhlostí někdo

4. De ordine utriusque.

II-II q. 182 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod vita activa non sit prior quam contemplativa. Vita enim contemplativa directe pertinet ad dilectionem Dei, vita autem activa ad dilectionem proximi. Sed dilectio Dei praecedit dilectionem proximi, inquantum proximus propter Deum diligitur. Ergo videtur quod etiam vita contemplativa sit prior quam activa.

II-II q. 182 a. 4 arg. 2

Praeterea, Gregorius dicit, super Ezech., *sciendum est quod, sicut bonus ordo vivendi est ut ab activa in contemplativam tendatur, ita plerumque utiliter a contemplativa animus ad activam reflectitur*. Non ergo simpliciter vita activa est prior quam contemplativa.

II-II q. 182 a. 4 arg. 3

Praeterea, ea quae diversis competunt, non videntur ex necessitate ordinem habere. Sed vita activa et contemplativa diversis competunt, dicit enim Gregorius, in VI Moral., *saepe qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus pressi ceciderunt, et saepe qui occupati bene humanis usibus viverent, gladio suae quietis extincti sunt*. Non ergo vita activa prior est quam contemplativa.

II-II q. 182 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, in III Homil. Ezech., *activa vita prior est tempore quam contemplativa, quia ex bono opere tenditur ad contemplationem*.

II-II q. 182 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod aliquid dicitur esse prius dupliciter. Uno modo, secundum suam naturam. Et hoc modo vita contemplativa est prior quam activa, inquantum prioribus et melioribus insistit. Unde et activam vitam movet et dirigit, ratio enim superior, quae contemplationi deputatur, comparatur ad inferiorem, quae deputatur actioni, sicut vir ad mulierem, quae est per virum regenda, ut Augustinus dicit, XII de Trin. Alio modo est aliquid prius quoad nos, quod scilicet est prius in via generationis. Et hoc modo vita activa est prior quam contemplativa, quia disponit ad contemplativam, ut ex supra dictis patet. Dispositio enim in via generationis praecedit formam, quae simpliciter et secundum naturam est prior.

II-II q. 182 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod vita contemplativa non ordinatur ad qualemcumque Dei dilectionem, sed ad perfectam. Sed vita activa necessaria est ad dilectionem proximi qualemcumque. Unde Gregorius dicit, in III Homil. Ezech., *sine contemplativa vita intrare possunt ad caelestem patriam qui bona quae possunt, operari non negligunt, sine activa autem intrare non possunt, si negligunt bona operari quae possunt*. Ex quo etiam patet quod vita activa praecedit contemplativam, sicut id quod est commune omnium, praecedit in via generationis id quod est proprium perfectorum.

II-II q. 182 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod a vita activa proceditur ad vitam contemplativam secundum ordinem generationis, a vita autem contemplativa reditur ad vitam activam per

dokonaleji pracuje, jak se praví v II. Ethic.

K třetímu se musí říci, že ti, kdo jsou náchylní k vášním pro jejich puzení k jednání, jsou jednoduše schopnější k životu činnému pro nepokojnost ducha. Pročež praví Řehoř, že "někteří jsou tak nepokojní, že jsou-li uvolněni od práce, tíže trpí, neboť tím horší zmatky srdce snášejí, čím více volnosti mají k přemýšlení." Někteří však mají vrozenu čistotu a klid ducha, čímž se hodí k rozjímání, a kdyby oni byli zcela přiřčeni práci, budou poškozeni. Proto praví Řehoř, že "někteří lidé mají tak zahálčivou mysl, že když je stihne námaha zaměstnání, na samém začátku díla podléhají." Ale, jak sám pak dodává: "Často i líné mysli povzbudí láska k dílu a nepokojné v rozjímání bázeň brzdí." Pročež i ti, kdo jsou vhodnější k životu činnému, mohou konáním činného býti připravováni k nazíravému, a ještě též ti, kdo se spíše hodí k životu nazíravému, mohou postoupiti výkony činného, aby se tím stali připravenějšími k nazírání.

CLXXXIII. O službách a různých stavech lidí povšechně.

Předmluva

Dělí se na čtyři články.

Následuje úvaha o různosti stavů a služeb lidských. A nejprve jest úvaha o službách a stavech lidí povšechně; za druhé zvláště o stavu dokonalých.

O prvním jsou čtyři otázky:

1. Co tvoří v lidech stav.
2. Zda u lidí musejí býti různé stavy nebo různé služby.
3. O odlišnosti služeb.
4. O odlišnosti stavů.

CLXXXIII.1. Zda stav ve svém pojmu obnáší podmínku svobody nebo služebnosti.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že stav ve svém pojmu neobnáší podmínku svobody nebo otroctví. Stav se totiž říká od stání. Ale říkáme, že někdo stojí pro vzpřímenost. Pročež se praví Ezech. 2: "Synu člověka, stůj na svých nohou." A Řehoř praví v VII. Moral.: "Z veškerého stavu vzpřímenosti vypadají, kdo škodlivými slovy klesají." Ale duchovní vzpřímenost získává člověk tím, že podrobuje svou vůli Bohu. Pročež k onomu Žalm. 32, 'Přímé sluší chváliti', praví Glossa: "Přímí jsou, kdo řídí své srdce podle vůle Boží." Tedy se zdá, že pouhá poslušnost Božích přikázání stačí k pojmu stavu.

Mimo to jméno stavu zdá se obnášeti nehybnost, podle onoho I. Kor. 15: "Buďte stálí a nehybní." Pročež praví Řehoř v hom. XXI. k Ezech.: "Kámen je čtyrhranný a jakožto na každou stranu stavitelný, nezakolísá při žádné změně." Ale co působí nehybnou činnost, je ctnost, jak se praví v II. Ethic. Tedy se zdá, že každou ctnostnou činností nabývá někdo stavu.

viam directionis, ut scilicet vita activa per contemplationem dirigatur. Sicut etiam per operationes acquiritur habitus, et per habitum acquisitum perfectius aliquis operatur, ut dicitur in II Ethic.

II-II q. 182 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod illi qui sunt proni ad passiones propter eorum impetum ad agendum, sunt similiter magis apti ad vitam activam propter spiritus inquietudinem. Unde dicit Gregorius, in VI Moral., quod *nonnulli ita inquieti sunt ut, si vacationem laboris habuerint, gravius laborent, quia tanto deteriores cordis tumultus tolerant, quanto eis licentius ad cogitationes vacat*. Quidam vero habent naturaliter animi puritatem et quietem, per quam ad contemplationem sunt apti, qui si totaliter actionibus deputentur, detrimentum sustinebunt. Unde Gregorius dicit, in VI Moral., quod *quorundam hominum ita otiosae mentes sunt ut, si eos labor occupationis excipiat, in ipsa operationis inchoatione succumbant*. Sed, sicut ipse postea subdit, *saepe et pigras mentes amor ad opus excitat; et inquietas in contemplatione timor refrenat*. Unde et illi qui sunt magis apti ad activam vitam, possunt per exercitium activae ad contemplativam praeparari, et illi nihilominus qui sunt magis ad contemplativam apti, possunt exercitia vitae activae subire, ut per hoc ad contemplationem paratiores reddantur.

183. De officiis et statibus hominum in generali.

Prooemium

II-II q. 183 pr.

Consequenter considerandum est de diversitate statuum et officiorum humanorum. Et primo considerandum est de officiis et statibus hominum in generali; secundo, specialiter de statu perfectorum. Circa primum quaeruntur quatuor. Primo, quid faciat in hominibus statum. Secundo, utrum in hominibus debeant esse diversi status, sive diversa officia. Tertio, de differentia officiorum. Quarto, de differentia statuum.

1. Quid faciat in hominibus statutu.

II-II q. 183 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod status in sui ratione non importet conditionem libertatis vel servitutis. Status enim a stando dicitur. Sed stare dicitur aliquis ratione rectitudinis, unde dicitur Ezech. II, fili hominis, sta super pedes tuos; et Gregorius dicit, in VII Moral., ab *omni statu rectitudinis dispereunt qui per noxia verba dilabuntur* sed rectitudinem spiritualem acquirit homo per hoc quod subiicit suam voluntatem Deo, unde super illud Psalmi, rectos decet collaudatio, dicit Glossa, *recti sunt qui dirigunt cor suum secundum voluntatem Dei*. Ergo videtur quod sola obedientia divinorum mandatorum sufficiat ad rationem status.

II-II q. 183 a. 1 arg. 2

Praeterea, nomen status immobilitatem importare videtur, secundum illud I ad Cor. XV, stabiles estote et immobiles. Unde Gregorius dicit, super Ezech., *lapis quadrus est, et quasi ex omni latere statum habet, qui casum in aliqua permutatione non habet*. Sed virtus est quae facit immobiliter operari, ut dicitur in II Ethic. Ergo

Mimo to jméno stavu zdá se náležeti k nějaké vyvýšenosti, neboť proto někdo stojí, že je vypjat do výše. Ale různými službami stává se někdo vyšším druhého; podobně také stupni nebo různými řády jsou lidé různě stavěni do nějaké výšky. Tedy pouhá různost stupňů nebo řádů nebo služeb stačí na různost stavů.

Avšak proti jest, že v Dekret. II, ot. 6. se praví: "Je-li kdy odvolání v hrdelní při nebo ve při stavovské, nelze jednati skrze zástupce, nýbrž každý sám," kdež stavovskou záležitostí se míní týkající se svobody nebo otroctví. Tady se zdá, že nemění stav člověka než to, co se týká svobody nebo otroctví.

Odpovídám: Musí se říci, že stav, vlastně řečeno, znamená nějakou odlišnost polohy, podle které někdo podle způsobu své přirozenosti je položen jako v nějaké nehybnosti. Je totiž přirozené člověku, aby jeho hlava směřovala vzhůru a nohy tkvěly na zemi a ostatní střední údy byly rozloženy v náležitém řádu; to však se nepřihází, leží-li člověk nebo sedí, nebo je opřen, nýbrž pouze, když stojí vzpřímen. A opět se neříká, že stojí, hýbe-li se, nýbrž při klidu. A odtud jest, že v lidských úkonech se říká, že záležitost je v nějakém stavu, podle řádu vlastního uzpůsobení s jakousi nehybností či klidem. Pročež též u lidí ona, která se u nich snadno mění, a jsou jim vnější, nevytvoří stav, třebas, že někdo je bohatý nebo chudý, v hodnosti postavený nebo prostý, nebo je-li co takového. Pročež i v občanském právu se praví, že tomu, kdo je ze senátu odstraněn, je vzata spíše hodnost než stav. Ale pouze to se zdá náležeti ke stavu člověka, co se týká vázanosti lidské osoby, pokud totiž někdo je svéprávný, nebo jiného, a to nikoli z nějaké lehké příčiny, nebo ze snadno měnitelné, nýbrž z něčeho trvalého; a to je, co náleží k pojmu svobody nebo otroctví. Pročež stav se týká vlastně svobody nebo otroctví, ať v duchovních, nebo v občanských.

K prvnímu se tedy musí říci, že vzpřímenost jako taková nenáleží k pojmu stavu, nýbrž pouze pokud je sourodá člověku, přidávajíc zároveň nějaký klid. Pročež u jiných živočichů se nevyžaduje vzpřímenost k tomu, aby se řeklo, že stojí; ani se neříká, že lidé stojí ať jsou jakkoli vzpřímeni, leč při klidu.

K druhému se musí říci, že nehybnost nestačí k pojmu stavu, neboť i sedící nebo ležící je v klidu, a přece se neříká, že stojí.

K třetímu se musí říci, že služba se říká ve srovnání s úkonem; stupeň pak se říká ze vztahu vyššího a nižšího. Ale ke stavu se vyžaduje nehybnost v tom, co náleží k podmínkám osoby.

videtur quod ex omni operatione virtuosa aliquis statum nanciscatur.

II-II q. 183 a. 1 arg. 3

Praeterea, nomen status videtur ad quandam altitudinem pertinere, nam ex hoc aliquis stat quod in altum erigitur. Sed per diversa officia aliquis fit altior altero. Similiter etiam per gradus vel ordines diversos diversimode homines in quadam altitudine constituuntur. Ergo sola diversitas graduum vel ordinum vel officiorum sufficit ad diversificandum statum.

II-II q. 183 a. 1 s. c.

Sed contra est quod in decretis, Caus. II, qu. VI, dicitur, *si quando in causa capitali vel causa status interpellatum fuerit non per exploratores, sed per seipsos est agendum*, ubi causa status appellatur pertinens ad libertatem vel ad servitutem. Ergo videtur quod non variet status hominis nisi id quod pertinet ad libertatem vel servitutem.

II-II q. 183 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod status, proprie loquendo, significat quandam positionis differentiam secundum quam aliquis disponitur secundum modum suae naturae, cum quadam immobilitate. Est enim naturale homini ut caput eius in superiora tendat, et pedes in terra firmentur, et cetera membra media convenienti ordine disponantur, quod quidem non accidit si homo iaceat vel sedeat vel accumbat, sed solum quando erectus stat. Nec rursus stare dicitur si moveatur, sed quando quiescit. Et inde est quod etiam in ipsis humanis actionibus dicitur negotium aliquem statum habere secundum ordinem propriae dispositionis, cum quadam immobilitate seu quiete. Unde et circa homines, ea quae de facili circa eos variantur et extrinseca sunt, non constituunt statum, puta quod aliquis sit dives vel pauper, in dignitate constitutus vel plebeius, vel si quid aliud est huiusmodi, unde et in iure civili dicitur quod ei qui a senatu amovetur, magis dignitas quam status aufertur. Sed solum illud videtur ad statum hominis pertinere quod respicit obligationem personae hominis, prout scilicet aliquis est sui iuris vel alieni, et hoc non ex aliqua causa levi vel de facili mutabili, sed ex aliquo permanente. Et hoc est quod pertinet ad rationem libertatis vel servitutis. Unde status pertinet proprie ad libertatem vel servitutem, sive in spiritualibus sive in civilibus.

II-II q. 183 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod rectitudo, inquantum huiusmodi, non pertinet ad rationem status, sed solum inquantum est connaturalis homini, simul addita quadam quiete. Unde in aliis animalibus non requiritur rectitudo ad hoc quod stare dicantur. Nec etiam homines stare dicuntur, quantumcumque sint recti, nisi quiescant.

II-II q. 183 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod immobilitas non sufficit ad rationem status. Nam etiam sedens et iacens quiescunt, qui tamen non dicuntur stare.

II-II q. 183 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod officium dicitur per comparationem ad actum; gradus autem dicitur secundum ordinem superioritatis et inferioritatis; sed ad statum requiritur immobilitas in eo quod pertinet ad conditionem personae.

CLXXXIII.2. Zda v Církvi musí býti různost služeb nebo stavů.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že v Církvi nemusí býti různost služeb nebo stavů. Různost totiž odporuje jednotě. Ale věřící Kristovi jsou voláni k jednotě, podle onoho Jan. 17: "Aby byli jedno v nás, jako i my jsme jedno." Tedy v Církvi nemá býti různost služeb nebo stavů.

Mimo to příroda netvoří z mnohých, co může učiniti z jednoho. Ale činnost milosti je mnohem spořádanější než činnost přirozenosti. Tedy by bylo vhodnější, aby ta, která náležejí k úkonům milosti, byla spravována týmiž lidmi, takže by nebyla v Církvi různost služeb a stavů.

Mimo to se zdá dobro Církve spočívati nejvíce v pokoji, podle onoho Žalmu 147: "Jenž dal hranicím tvým pokoj," a II. Kor. posl., kde se praví: "Mějte pokoj, a Bůh pokoje bude s vámi." Ale různost překáží pokoji, který se zdá působen podobností, podle onoho Eccli. 13: "Každý živočich miluje sobě podobného." A Filosof praví v V. Politic., že "skrovná různost působí v obci nesvár." Tedy se zdá, že není třeba v Církvi různosti služeb a stavů.

Avšak proti jest, co se praví v Žalmu 44. ke chvále Církve, že je "obklopena růzností", kdež praví Glossa, že "učením apoštolů a vyznáním mučedníků a čistotou panen a pláčem kajícníků se zdobí Královna", to jest Církev.

Odpovídám: Musí se říci, že různost stavů a služeb v Církvi náleží k trojímu. A to nejprve k dokonalosti Církve samé. Jako totiž v řádu přírodních věcí dokonalost, která se shledává v Bohu jednoduše a jednotvárně, nemůže se nacházeti ve vesmíru tvorů, leč různotvárně a zmnožena, tak také plnost milosti, která je sjednocena v Kristu jakožto hlavě, přetéká rozmanitě do údů, aby tělo Kristovo bylo dokonalé. A to praví Apoštol, Efes. 4: "On také dal jedny za apoštoly, jiné pak za proroky, jiné za evangelisty, jiné za pastýře a učitele k dokonání svatých." - Za druhé pak náleží k nezbytnosti skutků, které jsou nutné v Církvi. Je totiž třeba, aby k různým úkonům byli určeni různí lidé proto, aby snáze a beze zmatku všechno vykonali. A to praví Apoštol, Řím. 12: "Jako v jednom těle máme mnoho údů, všechny údy však nemají týž úkon, tak jsme mnozí jedno tělo v Kristu."

Za třetí to náleží k hodnotě a krásе Církve, která spočívá v jakémsi řádu. Proto se praví v III. Král. 10, že "královna Sáby, vidouc všechnu moudrost Šalomounovu a příbytky služebníků a řády přislušujících, nemohla vydechnouti". Pročež i Apoštol praví II. Tim. 2, že "ve velkém domě nejsou jen nádoby zlaté a stříbrné, nýbrž také dřevěné a hliněné".

K prvnímu se tedy musí říci, že různost stavů a služeb

2. Utrum in hominibus debeant esse diversi status sive diversa officia.

II-II q. 183 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod in Ecclesia non debeat esse diversitas officiorum vel statuum. Diversitas enim unitati repugnat. Sed fideles Christi ad unitatem vocantur, secundum illud Ioan. XVII, *ut sint unum in nobis, sicut et nos unum sumus*. Ergo in Ecclesia non debet esse diversitas officiorum vel statuum.

II-II q. 183 a. 2 arg. 2

Praeterea, natura non facit per multa quod potest per unum facere. Sed operatio gratiae est multo ordinatior quam operatio naturae. Ergo convenientius esset quod ea quae pertinent ad actus gratiae, per eosdem homines administrarentur, ita ut non esset in Ecclesia diversitas officiorum et statuum.

II-II q. 183 a. 2 arg. 3

Praeterea, bonum Ecclesiae maxime videtur in pace consistere, secundum illud Psalmi, qui posuit fines tuos pacem. Et II ad Cor. ult. dicitur, *pacem habete, et Deus pacis erit vobiscum*. Sed diversitas est impeditiva pacis, quam similitudo causare videtur, secundum illud Eccli. XIII, *omne animal diligit simile sibi*. Et philosophus dicit, in VII Polit., quod modica differentia facit in civitate dissidium. Ergo videtur quod non oporteat in Ecclesia esse diversitatem statuum et officiorum.

II-II q. 183 a. 2 s. c.

Sed contra est quod in Psalmo in laudem Ecclesiae dicitur quod est circumamicta varietate, ubi dicit Glossa quod *doctrina apostolorum, et confessione martyrum, et puritate virginum et lamento poenitentium, ornatur regina*, idest Ecclesia.

II-II q. 183 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod diversitas statuum et officiorum in Ecclesia ad tria pertinet. Primo quidem, ad perfectionem ipsius Ecclesiae. Sicut enim in rerum naturalium ordine perfectio, quae in Deo simpliciter et uniformiter invenitur, in universitate creaturarum inveniri non potuit nisi differmiter et multipliciter ita etiam plenitudo gratiae, quae in Christo sicut in capite adunatur, ad membra eius diversimode redundat, ad hoc quod corpus Ecclesiae sit perfectum. Et hoc est quod apostolus dicit, ad Ephes. IV, *ipse dedit quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum*. Secundo autem pertinet ad necessitatem actionum quae sunt in Ecclesia necessariae. Oportet autem ad diversas actiones diversos homines deputari, ad hoc quod expeditius et sine confusione omnia peragantur. Et hoc est quod apostolus dicit, Rom. XII, *sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo*. Tertio hoc pertinet ad dignitatem et pulchritudinem Ecclesiae, quae in quodam ordine consistit. Unde dicitur III Reg. X, quod *videns regina Saba omnem sapientiam Salomonis, et habitacula servorum et ordines ministrantium, non habebat ultra spiritum*. Unde et apostolus dicit, II ad Tim. II, quod *in magna domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia*.

II-II q. 183 a. 2 ad 1

nepřekáží jednotě Církve, která je dokonána jednotou víry a lásky a vzájemného posloužení, podle onoho Apoštolova, Efes. 4: "Z čehož celé tělo je složeno," totiž z víry a "spojité", totiž láskou, "veškerým spojením posloužení". když totiž jeden jinému slouží.

K druhému se musí říci, že jako příroda nečiní skrze mnohá, co může učiniti skrze jedno, tak také neztenčuje na jedno to, k čemu je třeba mnohých, podle onoho Apoštolova, I. Kor. 12: "Jestliže celé tělo oko, kde je sluch?" Pročež i v Církvi, která je tělo Kristovo, bylo třeba údů rozličných, podle různých služeb a stupňů.

K třetímu se musí říci, že jako v přírodním těle jsou různé údy udržovány v jednotě silou oživujícího ducha, jehož odchodem se údy těla oddělují, tak také v těle Církve se zachovává pokoj různých údů silou Ducha Svatého, který oživuje tělo Církve, jak máme Jan. 6. Pročež praví Apoštol, Efes. 4: "Pečlivi zachovávati jednotu ducha v poutu pokoje." Odchází pak někdo z této jednoty ducha, když hledá, co jest jemu vlastní, jako také v pozemské obci hyne pokoj tím, že jednotliví občané hledají, co jest jejich. Jinak rozdílnosti služeb a stavů se více zachovává pokoj jak mysli, tak obce pozemské, pokud z toho je více těch, kteří se účastní veřejných úkonů.. Pročež praví též Apoštol, I. Kor. 12, že Bůh nás zladil tak, aby nebyla roztržka v těle, nýbrž aby údové pečovali o sebe navzájem."

CLXXXIII.3. Zda služby se rozlišují úkony.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že služby se nerozlišují úkony. Je totiž nekonečně mnoho lidských úkonů; jak v duchovních, tak v časných. Ale nekonečná nemohou se jistě rozlišovati. Tedy z růzností úkonů nemůže býti jisté rozlišení lidských služeb.

Mimo to život činný a nazíravý se rozlišují podle úkonů, jak bylo řečeno. Ale zdá se býti jiné rozlišení služeb než rozlišení životů. Nerozlišují se tedy služby úkony.

Mimo to se zdá, že řády, i církevní, i stavy, i stupně se rozlišují úkony. Jestliže se tedy služby rozlišují úkony, zdá se následovati, že totéž je rozlišení služeb, stavů a stupňů. To je však nesprávné, protože se rozličně dělí na své části. Nezdá se tedy, že služby se rozlišují úkony.

Avšak proti jest, co praví Isidor v VI. Etym., že "služba se řeklo od sluhy". Ale sluhovi náleží činnost. Tedy služby se rozlišují úkony.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo řečeno, různost v údech Církve je zařízena k trojímu, totiž k dokonalosti, k činnosti a okrase. A podle těchto tří lze bráti různost rozlišení věřících. Jedno totiž vzhledem k dokonalosti; a

Ad primum ergo dicendum quod diversitas statuum et officiorum non impedit Ecclesiae unitatem, quae perficitur per unitatem fidei et caritatis et mutuae subministrationis, secundum illud apostoli, ad Ephes. IV, ex quo totum corpus est compactum, scilicet per fidem, et connexum, scilicet per caritatem, per omnem iuncturam subministrationis, dum scilicet unus alii servit.

II-II q. 183 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod sicut natura non facit per multa quod potest facere per unum, ita etiam non coarctat in unum id ad quod multa requiruntur, secundum illud apostoli, I ad Cor. XII, *si totum corpus oculus, ubi auditus?* Unde et in Ecclesia, quae est corpus Christi, oportuit membra diversificari secundum diversa officia, status et gradus.

II-II q. 183 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod sicut in corpore naturali membra diversa continentur in unitate per virtutem spiritus vivificantis quo abscedente membra corporis separantur; ita etiam in corpore Ecclesiae conservatur pax diversorum membrorum virtute spiritus sancti, qui corpus Ecclesiae vivificat, ut habetur Ioan. VI. Unde apostolus dicit, Ephes. IV, *solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis*. Discedit autem aliquis ab hac unitate spiritus dum quaerit quae sibi sunt propria, sicut etiam in terrena civitate pax tollitur ex hoc quod cives singuli quae sua sunt quaerunt. Alioquin, per officiorum et statuum distinctionem tam mentis quam in civitate terrena magis pax conservatur, inquantum per haec plures sunt qui communicant actibus publicis. Unde et apostolus dicit, I ad Cor. XII, quod *Deus sic temperavit ut non sit schisma in corpore, sed pro invicem sollicita sint membra*.

3. De differentia officiorum.

II-II q. 183 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod officia non distinguantur per actus. Sunt enim infinitae diversitates humanorum actuum, tam in spiritualibus quam in temporalibus. Sed infinitorum non potest esse certa distinctio. Ergo per diversitates actuum non potest esse humanorum officiorum certa distinctio.

II-II q. 183 a. 3 arg. 2

Praeterea, vita activa et contemplativa secundum actus distinguuntur, ut dictum est. Sed alia videtur esse distinctio officiorum a distinctione vitarum. Non ergo officia distinguuntur per actus.

II-II q. 183 a. 3 arg. 3

Praeterea, ordines etiam ecclesiastici et status et gradus per actus distingui videntur. Si ergo officia distinguantur per actus, videtur sequi quod eadem sit distinctio officiorum, graduum et statuum. Hoc autem est falsum, quia diversimode in suas partes dividuntur. Non ergo videtur quod officia distinguantur per actus.

II-II q. 183 a. 3 s. c.

Sed contra est quod Isidorus dicit, in libro Etymol., quod *officium ab efficiendo est dictum, quasi efficium, propter decorem sermonis una mutata littera*. Sed efficere pertinet ad actionem. Ergo officia per actus distinguuntur.

II-II q. 183 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est, diversitas in membris Ecclesiae ad tria ordinatur, scilicet ad

podle toho se bere odlišnost stavů, pokud jedni jsou dokonalejší než jiní. Jiná odlišnost pak se bere vzhledem k činnosti; a to je odlišnost služeb; slují totiž různé služby těch, kteří jsou určeni k různým úkonům. Jiná pak vzhledem k řádu krásy Církve; a podle toho se bere odlišnost stupňů, pokud totiž i v témže stavu nebo službě jest jeden vyšší než druhý. Pročež i v Žalm. 47 se praví podle jiného čtení: "Bůh se pozná v jeho stupních."

K prvnímu se tedy musí říci, že hmotná různost lidských úkonů je nekonečná a podle té se nerozlišují služby, nýbrž podle tvarové různosti, která se bere podle různých druhů úkonů, podle které úkony člověka nejsou nekonečné.

K druhému se musí říci, že život říká se naprosto a proto různost životů se bere podle různosti skutků, které náležejí člověku podle něho samého. Ale výkonnost, od které se bere jméno služby, jak bylo řečeno, obnáší činnost, směřující k jinému, jak se praví v IX. Metaphys. A proto služby se rozlišují vlastně podle úkonů, které se odnášejí k jiným, jako se praví, že učitel má službu, nebo soudce, a tak o jiných. A proto praví Isidor, že službou jest, aby každý konal, co každému poslouží, to jest neškodí, nýbrž prospívá všem.

K třetímu se však musí říci, že různost stavů, služeb a stupňů se bere podle různých, jak bylo řečeno. Přihází se však, že tato tři se shodují v témže, třebas, když někdo je určen k nějakému vyššímu úkonu, má z toho zároveň službu i stupeň, a mimo to jakýsi stav dokonalosti pro vznešenost skutku, jak je patrné u biskupa. Církevní řády však zvláště se rozlišují podle různých služeb. Praví totiž Isidor: "Služby jsou mnoha druhů, ale nejvýznačnější je ta, která je v posvátných a božských věcech."

CLXXXIII.4. Zda odlišnost stavů se bere podle začínajících, pokračujících a dokonalých.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že odlišnost stavů se nebere podle začátečníků, pokročilých a dokonalých. Různé rody mají totiž také různé druhové odlišnosti. Ale podle této odlišnosti začínání, pokroku a dokonalosti se dělí stupně lásky, jak jsme měli shora, když se jednalo o lásce. Tedy se zdá, že podle toho nelze bráti odlišnost stavů.

Mimo to stav, jak bylo řečeno, týká se podmínky otroctví nebo služebnosti, ke které nezdá se náležeti řečená odlišnost začínajících, pokračujících a dokonalých. Tedy nevhodně se stav dle nich rozděluje.

Mimo to se zdá, že začátečníci, pokročilí a dokonalí se rozlišují podle více a méně, což zdá se více náleží k pojmu stupně. Ale jiné je rozdělení stupňů a stavů, jak bylo shora

perfectionem, actionem et decorem. Et secundum haec tria triplex distinctio diversitatis fidelium accipi potest. Una quidem per respectum ad perfectionem. Et secundum hoc accipitur differentia statuum, prout quidam sunt aliis perfectiores. Alia vero distinctio accipitur per respectum ad actionem. Et haec est distinctio officiorum, dicuntur enim in diversis officiis esse qui sunt ad diversas actiones deputati. Alia autem, per respectum ad ordinem pulchritudinis ecclesiasticae. Et secundum hoc accipitur differentia graduum, prout scilicet, etiam in eodem statu vel officio, unus est alio superior. Unde et in Psalmo dicitur, secundum aliam litteram, *Deus in gradibus eius cognoscetur*.

II-II q. 183 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod materialis diversitas humanorum actuum est infinita. Et secundum hanc non distinguuntur officia, sed secundum formalem diversitatem, quae accipitur secundum diversas species actuum; secundum quam actus hominis non sunt infiniti.

II-II q. 183 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod vita dicitur absolute. Et ideo diversitas vitarum accipitur secundum diversos actus qui conveniunt homini secundum seipsum. Sed efficientia, a qua sumitur nomen officii, ut dictum est, importat actionem tendentem in aliud, ut dicitur in IX Metaphys. Et ideo officia distinguuntur proprie secundum actus qui referuntur ad alios, sicut dicitur doctor habere officium, vel iudex, et sic de aliis. Et ideo Isidorus dicit quod officium est ut quisque illa agat quae nulli officiant, id est noceant, sed prosint omnibus.

II-II q. 183 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod diversitas statuum, officiorum et graduum secundum diversa sumitur, ut dictum est. Contingit tamen quod ista tria in eodem concurrant, puta, cum aliquis deputatur ad aliquem actum altiorem, simul ex hoc habet et officium et gradum; et ulterius quandoque perfectionis statum, propter actus sublimitatem sicut patet de episcopo. Ordines autem ecclesiastici specialiter distinguuntur secundum officia divina, dicit enim Isidorus, in libro Etymol., *officiorum plurima genera sunt, sed praecipuum illud est quod in sacris divinisque rebus habetur*.

4. De differentia statuum.

II-II q. 183 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod differentia statuum non attendatur secundum incipientes, proficientes et perfectos. Diversorum enim diversae sunt species et differentiae. Sed secundum hanc differentiam inchoationis, profectus et perfectionis, dividuntur gradus caritatis, ut supra habitum est, cum de caritate ageretur. Ergo videtur quod secundum hoc non sit accipienda differentia statuum.

II-II q. 183 a. 4 arg. 2

Praeterea, status, sicut dictum est, respicit conditionem servitutis vel libertatis. Ad quam non videtur pertinere praedicta differentia incipientium, proficientium et perfectorum. Ergo inconvenienter status per ista dividitur.

II-II q. 183 a. 4 arg. 3

Praeterea, incipientes, proficientes et perfecti distingui videntur secundum magis et minus, quod videtur magis

řečeno. Nerozděluje se tedy vhodně stav podle začátečníků. pokročilých a dokonalých.

Avšak proti jest, co praví Řehoř ve XXIV. Moral.: "Tři jsou způsoby obrácených: začátek, střed a dokonalost." A K Ezech. 15 praví, že "jiné jsou začátky ctnosti, jiné pokrok a jiné dokonalost."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo shora řečeno, stav se týká svobody nebo otroctví. Náležá se však v duchovních věcech dvojí otroctví a dvojí svoboda: jedno je totiž otroctví hříchu, druhé pak je otroctví spravedlnosti. Podobně je také dvojí svoboda: jedna totiž od hříchu, druhá pak od spravedlnosti, jak je patrné z Apoštola, Řím. 6: "Když jste byli otroky hříchu, byli jste svobodni od spravedlnosti; nyní však osvobozeni od hříchu, stali jste se otroky Bohu."

Je pak otroctví hříchu nebo spravedlnosti, když někdo buď ze zběhlosti hříchu se kloní ke zlému, nebo ze zběhlosti spravedlnosti se kloní k dobrému. Podobně také je svoboda od hříchu, když někdo se nedá přemáhati náklonností ke hříchu, svoboda pak od spravedlnosti je, když někdo z lásky ke spravedlnosti se nedává odvraceti od zlého. Poněvadž však člověk podle přirozené povahy se kloní ke spravedlnosti, hřích však jest proti přirozené povaze, následuje, že svoboda od hříchu je pravá svoboda, která se spojuje s otroctvím spravedlnosti, protože obojím směřuje člověk k tomu, co je mu vhodné. A podobně pravé otroctví je otroctví hříchu, s nímž se spojuje svoboda od spravedlnosti, protože totiž tím je zdržován člověk od toho, co je mu vlastní.

To však. že člověk se stává otrokem spravedlnosti nebo hříchu, přihází se lidskou snahou, jak praví Apoštol, Řím. 6: "Komu se vzdáte jako otroci k poslušnosti, toho jste otroky, jehož buďte poslušni, buď hříchu ke smrti, nebo poslušenství ke spravedlnosti." V každé lidské snaze však se musí bráti začátek, prostředek a konec. A proto je důsledek, že stav duchovního otroctví a svobody se rozlišuje dle trojího, totiž dle začátku, k němuž náleží stav začátečníků, podle středu, k němuž náleží stav pokročilých, a podle konce, k němuž náleží stav dokonalých.

K prvnímu se tedy musí říci, že svoboda od hříchu nastává skrze lásku, která se rozlévá v našich srdcích skrze Ducha Svatého, jenž nám byl dán, jak se praví Řím. 5. A proto se praví II. Kor. 3: "Kde Duch Páně, tam svoboda." A proto je totéž rozdělení lásky a stavů, náležejících k duchovní svobodě.

K druhému se musí říci, že začátečníci, pokročilí a dokonalí pokud se podle toho rozlišují různé stavy, slují lidé nikoliv podle jakékoli snahy, nýbrž podle snahy o ta, která náležejí k duchovní svobodě nebo otroctví, jak bylo řečeno.

K třetímu se musí říci, že, jak bylo shora řečeno, nic nebrání, aby se v témže shodoval stupeň a stav. Neboť i ve světských věcech ti, kteří jsou svobodní, jsou jiného stavu než otroci, a také jsou vyššího stupně.

pertinere ad rationem gradus. Sed alia est divisio graduum et statuum, ut supra dictum est. Non ergo convenienter dividitur status secundum incipientes, proficientes et perfectos.

II-II q. 183 a. 4 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, in Moral., *tres sunt modi conversorum, inchoatio, medietas atque perfectio*. Et super Ezech. dicit quod *alia sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio*.

II-II q. 183 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, status libertatem respicit vel servitutem. Invenitur autem in rebus spiritualibus duplex servitus et duplex libertas. Una quidem est servitus peccati, altera vero est servitus iustitiae; similiter etiam est duplex libertas, una quidem a peccato, alia vero a iustitia; ut patet per apostolum, qui dicit, Rom. VI, *cum servi essetis peccati, liberi fuistis iustitiae, nunc autem, liberati a peccato, servi estis facti Deo*. Est autem servitus peccati vel iustitiae, cum aliquis vel ex habitu peccati ad malum inclinatur, vel ex habitu iustitiae ad bonum. Similiter etiam libertas a peccato est cum aliquis ab inclinatione peccati non superatur, libertas autem a iustitia est cum aliquis propter amorem iustitiae non retardatur a malo. Veruntamen, quia homo secundum naturalem rationem ad iustitiam inclinatur, peccatum autem est contra naturalem rationem, consequens est quod libertas a peccato sit vera libertas, quae coniungitur servituti iustitiae, quia per utrumque tendit homo in id quod est conveniens sibi. Et similiter vera servitus est servitus peccati, cui coniungitur libertas a iustitia, quia scilicet per hoc homo impeditur ab eo quod est proprium sibi. Hoc autem quod homo efficiatur servus iustitiae vel peccati, contingit per humanum studium, sicut apostolus ibidem dicit, *cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi eius estis cui obeditis, sive peccati, ad mortem; sive obeditionis, ad iustitiam*. In omni autem humano studio est accipere principium, medium et terminum. Et ideo consequens est quod status spiritualis servitutis et libertatis secundum tria distinguatur, scilicet secundum principium, ad quod pertinet status incipientium; et medium, ad quod pertinet status proficientium; et terminum, ad quem pertinet status perfectorum.

II-II q. 183 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod libertas a peccato fit per caritatem, quae diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, ut dicitur Rom. V, et inde est quod dicitur II ad Cor. III, *ubi spiritus domini, ibi libertas*. Et ideo eadem est divisio caritatis, et statuum pertinentium ad spiritualem libertatem.

II-II q. 183 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod incipientes, proficientes et perfecti, secundum quod per hoc status diversi distinguuntur, dicuntur homines non secundum quodcumque studium, sed secundum studium eorum quae pertinent ad spiritualem libertatem vel servitutem, ut dictum est.

II-II q. 183 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut prius dictum est, nihil prohibet in idem concurrere gradum et statum. Nam et in rebus mundanis illi qui sunt liberi non solum sunt alterius status quam servi, sed etiam sunt altioris gradus.

CLXXXIV. O těch, která náležejí ke stavu dokonalých, povšechně.

Předmluva

Dělí se na osm článků.

Potom se má uvažovati o těch, která náležejí ke stavu dokonalosti, k němuž jsou jiné stavy zařízeny. Neboť úvaha o službách co do jiných úkonů náleží sice zákonodárcům, vzhledem však k posvátným výkonům patří k úvaze o svěcených, o nichž bude jednati ve třetí části.

Ohledně pak stavu dokonalých naskytuje se trojí úvaha: a to nejprve o stavu dokonalosti obecně; za druhé o těch, která patří k dokonalosti biskupů; za třetí o těch, která patří k dokonalosti řeholníků.

O prvním jest osm otázek:

1. Zda dokonalost bere se zvláště podle lásky.
2. Zda někdo může býti dokonalý v tomto životě.
3. Zda dokonalost tohoto života pozůstává hlavně v radách, nebo v přikázáních.
4. Zda kterýkoli dokonalý je ve stavu dokonalosti.
5. Zda představení a řeholníci jsou zvláště ve stavu dokonalosti.
6. Zda všichni představení jsou ve stavu dokonalosti.
7. Který stav je dokonalejší, zda řeholníků, nebo biskupů.
8. O srovnání řeholníků s plebány a arcijáhny.

CLXXXIV.1. Zda dokonalost křesťanského života se bere zvláště podle lásky.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že dokonalost křesťanského života nebere se podle lásky. Neboť Apoštol, I. Kor. 14, praví: "Zlobou buďte maličcí, avšak smysly dokonali." Avšak láska nepatří ke smyslům, nýbrž k citu. Tedy se zdá, že dokonalost křesťanského života nepozůstává hlavně v lásce.

Mimo to Efes. posl. se praví: "Vezměte zbroj Boží, abyste mohli odolati ve zlý den a ve všem státi dokonalí." O zbroji Boží pak připojuje, řka: "Stůjte opásáni na svých bedrech pravdou a oděni v pancíř spravedlnosti, ve všem berouce štít víry". Tedy dokonalost křesťanského života se bere nejen podle lásky, nýbrž také podle jiných ctností.

Mimo to ctnosti dostávají druh z úkonů jako jiné pohotovosti. Avšak Jakub 1 se praví, že "trpělivost má dokonalé dílo". Tedy zdá se, že stav dokonalosti se bere spíše podle trpělivosti.

Avšak proti jest, co se praví Kolos. 3: "Nade vše mějte lásku, která je poutem dokonalosti", poněvadž totiž všechny jiné ctnosti jaksi váže v dokonalou jednotu.

Odpovídám: Musí se říci, že každé sluje dokonalé, pokud dosahuje vlastního cíle, který je poslední dokonalostí věci. Láska však jest, která nás spojuje s Bohem, který je poslední cíl lidské mysli, poněvadž "kdo zůstává v lásce, zůstává v Bohu a Bůh v něm", jak se praví 1. Jan. 4. A

184. De statu perfectionis in communi.

Prooemium

II-II q. 184 pr.

Deinde considerandum est de his quae pertinent ad statum perfectionis, ad quem alii status ordinantur. Nam consideratio officiorum, quantum quidem ad alios actus, pertinet ad legispositores; quantum autem ad sacra ministeria, pertinet ad considerationem ordinum, de quibus in tertia parte agetur. Circa statum autem perfectorum triplex consideratio occurrit, primo quidem, de statu perfectionis in communi; secundo, de his quae pertinent ad perfectionem episcoporum; tertio, de his quae pertinent ad perfectionem religiosorum. Circa primum quaeruntur octo. Primo, utrum perfectio attendatur secundum caritatem. Secundo, utrum aliquis possit esse perfectus in hac vita. Tertio, utrum perfectio huius vitae consistat principaliter in consiliis, vel in praeceptis. Quarto, utrum quicumque est perfectus, sit in statu perfectionis. Quinto, utrum praelati et religiosi specialiter sint in statu perfectionis. Sexto, utrum omnes praelati sint in statu perfectionis. Septimo, quis status sit perfectior, utrum religiosorum vel episcoporum. Octavo, de comparatione religiosorum ad plebanos et archidiaconos.

1. Utrum perfectio attendatur secundum caritatem.

II-II q. 184 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod perfectio Christianae vitae non attendatur specialiter secundum caritatem. Dicit enim apostolus, I ad Cor. XIV, *malitia autem parvuli estote, sensibus autem perfecti*. Sed caritas non pertinet ad sensum, sed magis ad affectum. Ergo videtur quod perfectio Christianae vitae non consistat principaliter in caritate.

II-II q. 184 a. 1 arg. 2

Praeterea, ad Ephes. ult. dicitur, *accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare*. De armatura autem Dei subiungit dicens, *state succincti lumbos vestros in veritate, et induite loricam iustitiae, in omnibus sumentes scutum fidei*. Ergo perfectio Christianae vitae non solum attenditur secundum caritatem, sed etiam secundum alias virtutes.

II-II q. 184 a. 1 arg. 3

Praeterea, virtutes specificantur per actus, sicut et alii habitus. Sed Iac. I dicitur quod patientia opus perfectum habet. Ergo videtur quod status perfectionis attendatur magis secundum patientiam.

II-II q. 184 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dicitur ad Coloss. III, *super omnia, caritatem habete, quae est vinculum perfectionis*, quia scilicet omnes alias virtutes quodammodo ligat in unitatem perfectam.

II-II q. 184 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod unumquodque dicitur esse perfectum inquantum attingit proprium finem, qui est ultima rei perfectio. Caritas autem est quae unit nos Deo, qui est ultimus finis humanae mentis, *quia qui manet in*

proto podle lásky se hlavně bere dokonalost křesťanského života.

K prvnímu se tedy musí říci, že dokonalost lidských smyslů zdá se pozůstávati především v tom, že směřují k jednotě pravdy, podle onoho 1. Kor. 1: "Buďte dokonalí v témže smyslu a v témže mínění." To se však děje skrze lásku, která působí v lidech souhlas. A proto také dokonalost smyslů má svůj kořen v dokonalosti lásky.

K druhému se musí říci, že někdo může slouti dokonalý dvojmo. Jedním způsobem jednoduše. Tato dokonalost se pak bere podle toho, co patří k samé přirozenosti věci, třebas sluje-li dokonalý živočich, když nechybí mu nic z uspořádání údů, a jiných takových, která se vyžadují k životu živočichovu. Jiným způsobem něco sluje dokonalé z části. A tato okolnost se bere podle něčeho zevně přiléhajícího, třebas v bělosti nebo černosti nebo v něčem takovém. Avšak křesťanský život pozůstává zvláště v lásce, jíž se duše spojuje s Bohem. Proto se praví 1. Jan. 3: "Kdo nemiluje, zůstává ve smrti." A proto dokonalost křesťanského života bere se jednoduše podle lásky, avšak podle jiných ctností z části. A poněvadž to, co jest jednoduše, jest nejhlavnější a největší vůči jiným, odtud je, že dokonalost lásky je nejhlavnější vůči dokonalosti, která sebere podle jiných ctností.

K třetímu se musí říci, že se praví, že trpělivost má dokonale dílo, v zařízení k lásce, pokud totiž z nadbytku lásky pochází, že někdo trpělivě snáší protivná, podle onoho Řím. 8: "Kdo nás oddělí od lásky Boží? Soužení nebo úzkost?" atd.

CLXXXIV.2. Zda někdo může býti dokonalý v tomto životě.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že nikdo nemůže býti v tomto životě dokonalý. Neboť Apoštol, I. Kor. 13, praví: "Až přijde, co je dokonalé, vyprázdní se, co je z části." Avšak v tomto životě se nevyprazdňuje, co je z části, neboť v tomto životě zůstávají víra a naděje, které jsou jen z části. Tedy nikdo není v tomto životě dokonalý.

Mimo to dokonalé jest, čemu nic nechybí, jak se praví v III. Fysic. Avšak nikdo není v tomto životě, komu něco nechybí, neboť se praví Jak. 3: "V mnohém chybujeme všichni;" a v žalmu 138 se praví: "Oči mé viděly mé nedokonalé." Tedy nikdo není v tomto životě dokonalý.

Mimo to dokonalost křesťanského života, jak bylo řečeno, bere se podle lásky, která v sobě obsahuje milování Boha a bližního. Ale co do milování Boha, nikdo nemůže míti v tomto životě dokonalou lásku, neboť, jak praví Řehoř, K Ezech., "oheň lásky, který zde začíná hořeti, když vidí toho, kterého miluje, ještě více se rozohňuje v lásce k němu". Ani také co do milování bližního, poněvadž v tomto životě nemůžeme všechny bližní skutečně milovat, třebaže je milujeme pohotovostně. Avšak pohotovostní láska je nedokonalá. Tedy se zdá, že nikdo nemůže býti v

caritate, in Deo manet, et Deus in eo, ut dicitur I Ioan. IV. Et ideo secundum caritatem specialiter attenditur perfectio vitae Christianae.

II-II q. 184 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod perfectio humanorum sensuum praecipue in hoc videtur consistere ut in unitatem veritatis conveniant, secundum illud I ad Cor. I, *sitis perfecti in eodem sensu et in eadem scientia*. Hoc autem fit per caritatem, quae consensum in hominibus operatur. Et ideo etiam perfectio sensuum radicaliter in perfectione caritatis radicatur.

II-II q. 184 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod dupliciter potest dici aliquis perfectus. Uno modo, simpliciter, quae quidem perfectio attenditur secundum id quod pertinet ad ipsam rei naturam; puta si dicatur animal perfectum quando nihil ei deficit ex dispositione membrorum, et aliis huiusmodi quae requiruntur ad vitam animalis. Alio modo dicitur aliquid perfectum secundum quid, quae quidem perfectio attenditur secundum aliquid exterius adiacens, puta in albedine vel nigredine, vel aliquo huiusmodi. Vita autem Christiana specialiter in caritate consistit, per quam anima Deo coniungitur, unde dicitur I Ioan. III, qui non diligit, manet in morte. Et ideo secundum caritatem simpliciter attenditur perfectio Christianae vitae, sed secundum alias virtutes secundum quid. Et quia id quod est simpliciter est principium et maximum respectu aliorum, inde est quod perfectio caritatis est principium respectu perfectionis quae attenditur secundum alias virtutes.

II-II q. 184 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod patientia dicitur habere opus perfectum in ordine ad caritatem, inquantum scilicet ex abundantia caritatis provenit quod aliquis patienter toleret adversa, secundum illud Rom. VIII, *quis nos separabit a caritate Dei? Tribulatio? An angustia?* et cetera.

2. Utrum aliquis possit esse perfectus in hac vita.

II-II q. 184 a. 2 arg. 1

Nam si qua sunt instituta in religionibus ad procurandum victum, puta labor, mendicitas vel alia huiusmodi, referuntur ad paupertatem, ad cuius conservationem religiosi per hos modos victum suum procurant. Alia vero, quibus corpus maceratur, sicut vigiliae, ieiunia et si qua sunt huiusmodi, directe ordinantur ad votum continentiae observandum. Si qua vero sunt in religionibus instituta pertinentia ad humanos actus, quibus aliquis ordinatur ad religionis finem, scilicet ad dilectionem Dei et proximi, puta lectio, oratio, visitatio infirmorum, vel si quid aliud est huiusmodi, comprehenduntur sub voto obedientiae, quod pertinet ad voluntatem, quae secundum dispositionem alterius suos actus ordinat in finem. Determinatio autem habitus pertinet ad omnia tria vota, tanquam signum obligationis. Unde habitus regularis simul datur, vel benedicitur, cum professione.

II-II q. 186 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod per obedientiam aliquis offert Deo suam voluntatem, cui etsi subiiciantur omnia humana, quaedam tamen sunt quae speciaIiter sibi tantum subduntur, scilicet actiones humanae, nam passiones pertinent etiam ad appetitum sensitivum. Et ideo ad cohibendum passiones carnalium delectationum et exteriorum appetibilium impedientes perfectionem vitae, necessarium fuit votum continentiae et paupertatis, sed ad disponendum actiones proprias secundum quod requirit perfectionis status, requiritur votum obedientiae.

II-II q. 186 a. 7 ad 4

Ad quartum dicendum quod, sicut philosophus dicit, in IV Ethic., honor proprie et secundum veritatem non debetur nisi virtuti, sed quia exteriora bona instrumentaliter deserviunt ad quosdam actus virtutum, ex consequenti etiam eorum excellentiae honor aliquis exhibetur; et praecipue a vulgo, quod solam excellentiam exteriorem recognoscit. Honorem igitur qui a Deo et sanctis viris hominibus exhibetur propter virtutem, prout dicitur in Psalmo, *mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus*, non competit religiosis abrenuntiare, qui ad perfectionem virtutis tendunt. Honori autem qui exhibetur exteriori excellentiae, abrenuntiant ex hoc ipso quod saecularem vitam derelinquunt. Unde ad hoc non requiritur speciale votum.

8. Utrum votum obedientiae sit potissimum inter tria vota.

II-II q. 186 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod votum obedientiae non sit potissimum inter tria vota religionis. Perfectio enim religiosae vitae a Christo sumpsit exordium. Sed Christus speciaIiter dedit consilium de paupertate, non autem invenitur dedisse consilium de obedientia. Ergo votum paupertatis est potius quam votum obedientiae.

II-II q. 186 a. 8 arg. 2

Praeterea, Eccli. XXVI dicitur quod *omnis ponderatio non est digna animae continentis*. Sed votum dignioris rei est eminentius. Ergo votum continentiae est eminentius quam votum obedientiae.

II-II q. 186 a. 8 arg. 3

Praeterea, quanto aliquod votum est potius, tanto videtur esse magis indispensabile. Sed vota paupertatis et

nejvyšší velekněz, jak praví jeden Dekretál O stavu mnišském. Avšak může dovoliti, aby řeholník neposlouchal svého představeného. Tedy se zdá slib poslušnosti menší než slib chudoby a čistoty.

Avšak proti jest, co praví Řehoř v XXXV. Moral.: "Poslušnost je právem nad oběti, poněvadž obětmi se zabíjí cizí maso, poslušností však vlastní vůle." Ale řeholní sliby jsou nějaké celopaly, jak bylo řečeno shora. Tedy slib poslušnosti je přední mezi všemi řeholními sliby.

Odpovídám: Musí se říci, že slib poslušnosti je přední mezi třemi řeholními sliby. A to z trojího důvodu. Nejprve totiž, že slibem poslušnosti obětuje člověk Bohu něco většího, totiž samu vůli, která je více než vlastní tělo; jež člověk Bohu obětuje čistotou, a než vnější věci, které člověk obětuje Bohu slibem chudoby. Pročež to; co je z poslušnosti, je Bohu příjemnější než to, co se děje z vlastní vůle, podle onoho Jeronymova, co praví mnichu Rustikovi: "K tomu řeč směřuje, abych pověděl, že nezná podléhati vlastnímu rozhodnutí;" a brzo potom dodává: "Nečiň, co chceš; jez, co poručeno; měj kolik dostáváš; oblékej, co dají." Proto ani půst nestává se Bohu příjemný z vlastní vůle, podle onoho Isai. 58: "Hle, ve dnech vašeho postu shledává se vaše vůle." - Za druhé, poněvadž slib poslušnosti v sobě obsahuje jiné sliby, ale ne obráceně; neboť řeholník, ač je ze slibu vázán zachovati čistotu a chudobu, přece tato spadají též pod poslušnost, k níž patří mnohá jiná mimo zachování čistoty a chudoby. - Za třetí, poněvadž slib poslušnosti zasahuje vlastně úkony blízké cíli řehole. Čím je však něco bližší cíli, tím je lepší. A odtud také jest, že slib poslušnosti je řeholi bytnostnější. Neboť, zachovává-li někdo bez slibu poslušnosti dobrovolnou chudobu, a čistotu i ze slibu, nepatří proto k řeholnímu stavu, jenž předčí i samo panenství, ze slibu zachovávané. Praví totiž Augustin v knize O panenství: "Nikdo, pokud vím, se neodvážil panenství dáti přednost před klášterem."

K prvnímu se tedy musí říci, že radu poslušnosti obsahuje samo následování Krista, neboť kdo poslouchá, sleduje vůli druhého. A proto více patří k dokonalosti než slib chudoby, neboť. jak praví Jeronym K Mat. 19, k onomu, 'Hle, my opustili vše': "Petr přidal to, co je dokonalost, když pravil: A následovali jsme tebe."

K druhému se musí říci, že z onoho slova neplyne, že čistota je nad všechny jiné ctnostné úkony, nýbrž nad čistotu manželskou, nebo také nad vnější bohatství zlatem a stříbrem, které měří váha. Nebo čistotou se rozumí všeobecně odříkání všeho zla, jak jsme měli shora.

K třetímu se musí říci, že papež nemůže řeholníku tak prominouti slib poslušnosti, aby nebyl vázán poslouchati žádného představeného v těch, která patří k dokonalosti života, neboť ho nemůže vyjmouti z poslušnosti sebe.

continentiae *sunt adeo annexa regulae monachali ut contra ea nec summus pontifex possit licentiam indulgere*, sicut dicit quaedam decretalis, de statu monachorum, qui tamen potest indulgere ut religiosus non obediat suo praelato. Ergo videtur quod votum obedientiae sit minus voto paupertatis et continentiae.

II-II q. 186 a. 8 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, XXXV Moral., *obedientia victimis iure praeponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur*. Sed vota religionis sunt quaedam holocausta, sicut supra dictum est. Ergo votum obedientiae est praecipuum inter omnia religionis vota.

II-II q. 186 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod votum obedientiae est praecipuum inter tria vota religionis. Et hoc, triplici ratione. Primo quidem, quia per votum obedientiae aliquid maius homo offert Deo, scilicet ipsam voluntatem, quae est potior quam corpus proprium, quod offert homo Deo per continentiam; et quam res exteriores, quas offert homo Deo per votum paupertatis. Unde illud quod fit ex obedientia, est magis Deo acceptum quam id quod fit per propriam voluntatem, secundum quod Hieronymus dicit, ad rusticum monachum, *ad illud tendit oratio, ut doceam te non tuo arbitrio dimittendum*; et post pauca, *non facias quod vis, comedas quod iuberis, habeas quantum acceperis, vestiaris quod datur*. Unde et ieiunium non redditur Deo acceptum cum propria voluntate, secundum illud Isaiae LVIII, *ecce, in diebus ieiunii vestri invenitur voluntas vestra*. Secundo, quia votum obedientiae continet sub se alia vota, sed non convertitur. Nam religiosus etsi teneatur ex voto continentiam servare et paupertatem, tamen haec etiam sub obedientia cadunt, ad quam pertinent multa alia praeter continentiam et paupertatem. Tertio, quia votum obedientiae proprie se extendit ad actus propinquos fini religionis. Quanto autem aliquid propinquius est fini, tanto melius est. Et inde etiam est quod votum obedientiae est religioni essentialius. Si enim aliquis, absque voto obedientiae, voluntariam paupertatem et continentiam etiam voto servet, non propter hoc pertinet ad statum religionis, qui praefertur etiam ipsi virginitati ex voto observatae; dicit enim Augustinus, in libro de Virginitat., *nemo, quantum puto, ausus fuerit virginitatem praeferre monasterio*.

II-II q. 186 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod consilium obedientiae includitur in ipsa Christi sequela, qui enim obedit, sequitur alterius voluntatem. Et ideo magis pertinet ad perfectionem quam votum paupertatis, quia, ut Hieronymus dicit, super Matth., id quod perfectionis est addidit Petrus, cum dixit, et secuti sumus te.

II-II q. 186 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod ex verbo illo non habetur quod continentia praeferatur omnibus aliis actibus virtuosis, sed coniugali castitati; vel etiam exterioribus divitiis auri et argenti, quae pondere mensurantur. Vel per continentiam intelligitur universaliter abstinentia ab omni malo, ut supra habitum est.

II-II q. 186 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod Papa in voto obedientiae non potest sic cum religioso dispensare ut nulli praelato teneatur obedire in his quae ad perfectionem vitae

Může ho však osvoboditi od podrobenosti nižšímu představenému, což není prominutí slibu poslušnosti.

CLXXXVI.9. Zda řeholník vždycky hřeší smrtelně přestoupením těch, která jsou v řeholi.

Při deváté se postupuje takto: Zdá se, že řeholník vždy hřeší smrtelně, když přestupuje ta, která jsou v řeholi. Neboť jednati proti slibu je zavržitelný hřích, jak je patrné z toho, co praví Apoštol, I. Tim. 5, že "vdovy, které chtějí sňatek, mají zavržení, poněvadž první věrnost zrušily". Ale řeholníci jsou vykonáním slibů připoutáni k řeholi. Tedy hřeší smrtelně, přestupujíce ta, která jsou obsažena v řeholi.

Mimo to řehole je řeholníkovi uložena jako nějaký zákon.

Ale ten, kdo přestupuje nařízení zákona, hřeší smrtelně. Tedy zdá se, že mnich, přestupuje to, co je v řeholi, hřeší smrtelně.

Mimo to pohrdání přivádí smrtelný hřích. Ale, kdokoli často opakuje něco, co nezná činiti, zdá se hřešiti z pohrdání. Tedy se zdá, že řeholník hřeší smrtelně, přestupuje-li často, co je v řeholi.

Avšak proti jest, že stav řeholní je bezpečnější než stav světského života. Pročež Řehoř, na začátku Moral., přirovnává světský život k rozbouřenému moři, řeholní však život ke klidnému přístavu. Ale kdyby kterékoli přestoupení těch, která jsou obsažena v řeholi, zavazovalo řeholníka pod smrtelným hříchem, řeholní stav byl by nejnebezpečnější pro množství obyčejů. Tedy není smrtelný hřích každé přestoupení těch, která jsou v řeholi.

Odpovídám: Musí se říci, že v řeholi je něco obsaženo dvojmo, jak je patrné z řečených. Jedním způsobem jako cíl řehole, totiž ta, která patří k úkonům ctností. A přestoupení těchto, v těch, která obecně spadají pod přikázání, zavazují pod smrtelným. V těch však, která obecně přesahují nutnost přikázání, nezavazuje pod smrtelným, leč pro pohrdání, poněvadž, jak bylo řečeno shora, řeholník není vázán býti dokonalý, nýbrž směřovati k dokonalosti, proti čemuž je pohrdání dokonalostí. Jiným způsobem je něco obsaženo v řeholi, patříc k vnějšímu cvičení, jako jsou všechny vnější obyčeje, mezi nimiž jsou některá, k nimž je řeholník vázán z vykonání slibů. Avšak vykonání slibů především se týká tří řečených, totiž chudoby, čistoty a poslušnosti, všechna pak ostatní jsou zařízena k těmto. A proto přestoupení těchto tří zavazuje pod smrtelným. Přestoupení však jiných nezavazuje pod smrtelným, leč buď pro pohrdání řeholí, poněvadž to je přímo proti vykonaným slibům, jimiž někdo slibuje řeholní život, nebo pro rozkaz, ať ústně představeným daný, nebo v řeholi vyjádřený, poněvadž to by znamenalo jednati proti slibu poslušnosti.

pertinent, non enim potest eum a sua obedientia eximere. Potest tamen eum eximere ab inferioris praelati subiectione. Quod non est in voto obedientiae dispensare.

9. Utrum religiosi semper peccant mortaliter transgrediendo ea quae sunt in regula.

II-II q. 186 a. 9 arg. 1

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod religiosus semper peccet mortaliter transgrediendo ea quae sunt in regula. Facere enim contra votum est peccatum damnabile, ut patet per id quod apostolus dicit, I ad Tim. V, quod *viduae quae volunt nubere. Damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt*. Sed religiosi voto professionis ad regulam astringuntur. Ergo peccant mortaliter transgrediendo ea quae in regula continentur.

II-II q. 186 a. 9 arg. 2

Praeterea, regula imponitur religioso sicut lex quaedam. Sed ille qui transgreditur praeceptum legis, peccat mortaliter. Ergo videtur quod monachus transgrediens ea quae sunt in regula, peccet mortaliter.

II-II q. 186 a. 9 arg. 3

Praeterea, contemptus inducit peccatum mortale. Sed quicumque frequenter aliquid iterat quod non debet facere, videtur ex contemptu peccare. Ergo videtur quod, si religiosus frequenter transgrediatur id quod est in regula, peccet mortaliter.

II-II q. 186 a. 9 s. c.

Sed contra est quod status religionis est securior quam status saecularis vitae, unde Gregorius, in principio Moral., comparat vitam saecularem mari fluctuanti, vitam autem religionis portui tranquillo. Sed si quaelibet transgressio eorum quae in regula continentur, religiosum obligaret ad peccatum mortale, status religionis esset periculosissimus, propter multitudinem observantiarum. Non ergo quaelibet transgressio eorum quae in regula continentur, est peccatum mortale.

II-II q. 186 a. 9 co.

Respondeo dicendum quod in regula continetur aliquid dupliciter, sicut ex dictis patet. Uno modo, sicut finis regulae, puta ea quae pertinent ad actus virtutum. Et horum transgressio, quantum ad ea quae cadunt communiter sub praecepto, obligat ad mortale. Quantum vero ad ea quae excedunt communiter necessitatem praecepti, non obligat ad mortale, nisi propter contemptum, quia, sicut supra dictum est, religiosus non tenetur esse perfectus. Sed ad perfectionem tendere, cui contrariatur perfectionis contemptus. Alio modo continetur aliquid in regula pertinens ad exterius exercitium, sicut sunt omnes exteriores observantiae. Inter quas sunt quaedam ad quas obligatur religiosus ex voto professionis. Votum autem professionis respicit principaliter tria praedicta, scilicet paupertatem, continentiam et obedientiam, alia vero omnia ad haec ordinantur. Et ideo transgressio horum trium obligat ad mortale. Aliorum autem transgressio non obligat ad mortale, nisi vel propter contemptum regulae, quia hoc directe contrariaretur professioni, per quam aliquis vovit regularem vitam, vel propter praeceptum, sive oretenus a praelato factum sive in regula expressum, quia hoc esset facere contra obedientiae votum.

K prvnímu se tedy musí říci, že ten, kdo slibuje řeholi, neslibuje plniti všechna, která jsou v řeholi, nýbrž slibuje řeholní život, který podstatně záleží ve třech řečených. Proto také v některých řeholích opatrněji slibují ne sice řeholi, nýbrž žiti podle řehole, to jest spěti k tomu, aby někdo své mravy zařídil podle řehole, jako podle nějakého vzoru; a to se odnímá pohrdáním. V některých pak řeholích ještě. opatrněji slibují poslušnost podle řehole, takže proti slibu není než to, co je proti přikázání řehole; přestoupení pak nebo opominutí zavazuje toliko pod všedním hříchem, poněvadž, jak bylo řečeno, taková jsou uzpůsobením pro hlavní sliby. Lehký hřích pak jest uzpůsobením ke smrtelnému, jak bylo řečeno shora, pokud zabraňuje těm, jimiž se někdo uzpůsobuje k zachovávání hlavních přikázání Kristových, která jsou přikázání lásky. Avšak v nějaké řeholi, totiž v řeholi Bratří Kazatelů takové přestoupení nebo opominutí ze svého rodu nezavazuje pod vinou ani smrtelnou, ani všední, nýbrž pouze k podstoupení vyměřeného trestu, poněvadž takovým způsobem jsou zavázáni k zachovávání takových; mohli by však všedně nebo smrtelně hřešiti z nedbalosti nebo záliby nebo pohrdání.

K druhému se musí říci, že ne všechna, která jsou obsažena v zákoně, jsou dána na způsob přikázání, nýbrž některá jsou předložena na způsob jakéhosi nařízení nebo stanovení, zavazujícího k určitému trestu. Jako tedy v občanském zákoně přestoupení zákonného ustanovení nečiní vždy hodným trestu tělesné smrti, tak i v církevním zákoně všechna nařízení a veřejná stanovení nezavazují pod smrtelným; a podobně také ani všechna ustanovení řehole.

K třetímu se musí říci, že tehdy někdo páše nebo přestupuje z pohrdání, když jeho vůle odpírá podrobení nařízení zákona nebo řehole, a z toho postoupí k činu proti zákonu nebo řeholi. Když však naopak pro nějakou jednotlivou příčinu, třebas dychtivost nebo hněv je veden k jednání proti stanovením zákona nebo řehole, nehřeší z pohrdání, nýbrž z nějaké jiné příčiny, byť častěji z téže příčiny nebo z jiné podobný hřích opakoval, jak praví Augustin, v knize O přiroz. a milosti, že "nejsou všechny hříchy páchány z pohrdání pýchy". Avšak častý hřích uzpůsobením vede k pohrdání, podle onoho Přísl. 17: "Bezbožný, když přišel do hlubiny hříchů, pohrdá."

CLXXXVI.10. Zda řeholník hřeší v témž rodu hříchu tíže než světský.

Při desáté se postupuje takto: Zdá se, že řeholník v témže rodu hříchu nehřeší tíže než světský. Neboť II. Paralip. 30 se praví: "Pán dobrý smiluje se nade všemi, kteří celým srdcem hledají Pana Boha otců svých a nebude jim přičítati, že jsou méně posvěceni." Ale řeholníci zdají se víc následovati z celého srdce Pána Boha otců svých než světští, kteří z části dávají Bohu sebe a svá, a z části ponechávají sobě, jak praví Řehoř K Ezech. Tedy se zdá, že se jim méně přičítá, jestliže jim něco v posvěcování chybí.

II-II q. 186 a. 9 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ille qui profitetur regulam, non vovet servare omnia quae sunt in regula, sed vovet regularem vitam quae essentialiter consistit in tribus praedictis. Unde et in quibusdam religionibus cautius aliqui profitentur, non quidem regulam, sed, vivere secundum regulam, idest, tendere ad hoc quod aliquis mores suos informet secundum regulam sicut secundum quoddam exemplar. Et hoc tollitur per contemptum. In quibusdam autem religionibus, adhuc cautius profitentur obedientiam secundum regulam, ita quod professioni non contrariatur nisi id quod est contra praeceptum regulae. Transgressio vero vel omissio aliorum obligat solum ad peccatum veniale. Quia, sicut dictum est, huiusmodi sunt dispositiones ad principalia vota, peccatum autem veniale est dispositio ad mortale, ut supra dictum est, inquantum impedit ea quibus aliquis disponitur ad observanda principalia praecepta legis Christi, quae sunt praecepta caritatis. In aliqua tamen religione, scilicet ordinis fratrum praedicatorum, transgressio talis vel omissio ex suo genere non obligat ad culpam neque mortalem neque venialem, sed solum ad poenam taxatam sustinendam, quia per hunc modum ad talia observanda obligantur. Qui tamen possent venialiter vel mortaliter peccare ex negligentia vel libidine, seu contemptu.

II-II q. 186 a. 9 ad 2

Ad secundum dicendum quod non omnia quae continentur in lege traduntur per modum praecepti, sed quaedam proponuntur per modum ordinationis cuiusdam, vel statuti obligantis ad certam poenam, sicut in lege civili non facit semper dignum poena mortis corporalis transgressio legalis statuti. Ita nec in lege Ecclesiae omnes ordinationes vel statuta obligant ad mortale. Et similiter nec omnia statuta regulae.

II-II q. 186 a. 9 ad 3

Ad tertium dicendum quod tunc committit aliquis vel transgreditur ex contemptu, quando voluntas eius renuit subiici ordinationi legis vel regulae, et ex hoc procedit ad faciendum contra legem vel regulam. Quando autem e converso, propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam vel iram, inducitur ad aliquid faciendum contra statuta legis vel regulae, non peccat ex contemptu, sed ex aliqua alia causa, etiam si frequenter ex eadem causa, vel alia simili, peccatum iteret. Sicut etiam Augustinus dicit, in libro de natura et Grat., quod non omnia peccata committuntur ex contemptu superbiae. Frequentia tamen peccati dispositive inducit ad contemptum, secundum illud Prov. XVIII, *impius, cum in profundum venerit, contemnit*.

10. Utrum religiosus eodem genere peccati gravius peccet quam saecularis.

II-II q. 186 a. 10 arg. 1

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod religiosus eodem genere peccati non gravius peccet quam saecularis. Dicitur enim II Paralip. XXX, *dominus bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirunt dominum Deum patrum suorum, et non imputabitur eis quod minus sanctificati sunt*. Sed magis videntur religiosi ex toto corde dominum Deum patrum suorum sequi quam saeculares, qui ex parte se et sua Deo dant et ex parte sibi reservant, ut Gregorius dicit, super Ezech. Ergo videtur

Mimo to z toho, že někdo koná dobré skutky, Bůh se méně hněvá pro jeho hříchy, neboť II. Paralip. 19 se praví: "Bezbožnému poskytneš pomoci a s těmi, kteří nenávidí Pána; přátelstvím se spojuješ; a proto zasluhovals sice hněv Boží, ale dobré skutky byly shledány na tobě." Avšak řeholníci konají více dobrých skutků než světští. Tedy, konají-li nějaké hříchy, Bůh se na ně méně hněvá.

Mimo to přítomný život neprojde bez hříchu, podle onoho Jak. 3: "V mnohém narazíme všichni." Kdyby tedy hříchy řeholníků byly těžší než hříchy světských, následovalo by, že řeholníci mají horší postavení než světští, a tak by nebylo zdravé rozhodnutí odejíti do řehole.

Avšak proti jest, že větší zlo zdá se požadovati větší lítost. Ale zdá se, že největší lítost má býti nad hříchy těch, kteří žijí ve stavu svatosti a dokonalosti; neboť Jer. 23 se praví: "Zkrušeno je srdce mé v mém nitru," a potom dodává: "Neboť prorok a kněz je poskvrněn, i ve svém domě našel jsem špatnost jejich." Tedy řeholníci a jiní, kteří jsou ve stavu dokonalosti, při ostatním stejném tíže hřeší.

Odpovídám: Musí se říci, že hřích, kterého se dopouštějí řeholníci, může býti těžší než hřích téhož druhu světských trojmo. Jedním způsobem, je-li proti slibu řeholnímu, třebas, jestliže řeholník smilní nebo krade, poněvadž smilstvem jedná proti slibu čistoty, a kradením jedná proti slibu chudoby; a nejen proti přikázaní božského zákona. - Za druhé, hřeší-li z pohrdání, poněvadž z toho se jeví nevděčnějším k božským dobrodiním, jimiž byl povýšen do stavu dokonalosti, jak praví Apoštol, Žid. 10, že "věřící zasluhuje větší tresty z toho, že šlape pohrdáním Syna Božího". Pročež i Pán si stěžuje, Jer. 11: "Co to, že můj milý se dopouští mnoha zločinů v mém domě?" - Třetím způsobem může býti hřích řeholníků větší pro pohoršení, poněvadž jeho život pozorují mnozí. Pročež Jerem. 23 se praví: "V prorocích Jerusalema viděl jsem podobu cizoložníků a cestu lži. A posílili ruce zločinných, aby se nikdo neobrátil od své zloby."

Jestliže však řeholník nějaký hřích bez pohoršení páše, třebas ve skrytosti, nikoli z pohrdání, nýbrž ze slabosti nebo nevědomosti, který není proti vykonanému jím slibu, lehčeji hřeší v témže rodu hříchu než světský, poněvadž, je-li jeho hřích lehký, jest jaksi pohlcen množstvím dobrých skutků, které koná; a je-li smrtelný, snáze z něho povstane. A to, nejprve pro úmysl, který má obrácen k Bohu, který, ač ve chvíli je přerušen, snadno se vrátí do původního. Proto k onomu Žalm. 36, 'Když upadne, nebude rozbit', praví Origenes: "Zhřeší-li nespravedlivý, nelituje a svůj hřích napraviti neumí; spravedlivý však umí napraviti, umí obrátiti, jako onen, jenž řekl, 'Neznám člověka', brzy potom, když naň pohleděl Pán, umí přehořce plakati; a ten, který se střechy viděl ženu a chtěl ji, umí říci: Zhřešil jsem a zlo jsem před tebou učinil." Povstati mu také pomáhají druhové, podle onoho Eccli. 4: "Padá-li jeden, druhý jej podepře. Běda samotnému, poněvadž když padá, nemá, kdo jej podepře."

quod minus imputetur eis si in aliquo a sanctificatione deficiant.

II-II q. 186 a. 10 arg. 2

Praeterea, ex hoc quod aliquis bona opera facit, minus contra peccata eius Deus irascitur, dicitur enim II Paralip. XIX, *impio praebes auxilium, et his qui oderunt dominum amicitia iungeris, et idcirco iram quidem domini merebaris, sed bona opera inventa sunt in te*. Religiosi autem plura bona opera faciunt quam saeculares. Ergo, si aliqua peccata faciunt, minus contra eos Deus irascitur.

II-II q. 186 a. 10 arg. 3

Praeterea, praesens vita sine peccato non transigitur, secundum illud Iac. III, in multis offendimus omnes. Si ergo peccata religiosorum essent graviora peccatis saecularium, sequeretur quod religiosi essent peioris conditionis quam saeculares. Et sic non esset sanum consilium ad religionem transire.

II-II q. 186 a. 10 s. c.

Sed contra est quod de maiori malo magis esset dolendum. Sed de peccatis eorum qui sunt in statu sanctitatis et perfectionis, maxime videtur esse dolendum, dicitur enim Ierem. XXIII, contritum est cor meum in medio mei; et postea subdit, *propheta namque et sacerdos polluti sunt, et in domo mea vidi malum eorum*. Ergo religiosi, et alii qui sunt in statu perfectionis, ceteris paribus, gravius peccant.

II-II q. 186 a. 10 co.

Respondeo dicendum quod peccatum quod a religiosis committitur, potest esse gravius peccato saecularium eiusdem speciei, tripliciter. Uno modo, si sit contra votum religionis, puta si religiosus fornicetur vel furetur, quia fornicando facit contra votum continentiae, et furando facit contra votum paupertatis, et non solum contra praeceptum divinae legis. Secundo, si ex contemptu peccet, quia ex hoc videtur esse magis ingratus divinis beneficiis, quibus est sublimatus ad statum perfectionis. Sicut apostolus dicit, Heb. X, quod fidelis graviora meretur supplicia, ex hoc quod, peccando, filium Dei conculcat per contemptum. Unde et dominus conqueritur, Ierem. XI, *quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa?* Tertio modo, peccatum religiosi potest esse maius propter scandalum, quia ad vitam eius plures respiciunt. Unde dicitur Ierem. XXIII, *in prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterii et iter mendacii, et confortaverunt manus pessimorum, ut non converteretur unusquisque a malitia sua*. Si vero religiosus non ex contemptu, sed ex infirmitate vel ignorantia, aliquod peccatum quod non est contra votum suae professionis, committit absque scandalo, puta in occulto, levius peccat eodem genere peccati quam saecularis. Quia peccatum eius, si sit leve, quasi absorbetur ex multis bonis operibus quae facit. Et si sit mortale, facilius ab eo resurgit. Primo quidem, propter intentionem quam habet erectam ad Deum, quae, etsi ad horam intercipiatur, de facili ad pristina reparatur. Unde super illud Psalmi, cum ceciderit non collidetur, dicit Origenes, *iniustus si peccaverit, non poenitet, et peccatum suum emendare nescit. Iustus autem scit emendare, scit corrigere, sicut ille qui dixerat, nescio hominem, paulo post, cum respectus fuisset a domino, flere coepit amarissime; et ille qui de tecto mulierem viderat et concupierat eam, dicere novit, peccavi et malum coram te feci*. Iuvatur etiam sociis ad

K prvnímu se tedy musí říci, že onen výrok mluví o těch, která jsou páchána ze slabosti nebo z nevědomosti; ne však o těch, která jsou páchána z pohrdání.

K druhému se musí říci, že také Josafat, jemuž jsou řečena ona slova, nezhřešil ze zloby, nýbrž z jakési slabosti lidského citu.

K třetímu se musí říci, že spravedliví nezhřeší snadno z pohrdání, nýbrž někdy padnou z nevědomosti nebo slabosti do nějakého hříchu, z něhož snadno povstávají. Dojdou-li však k tomu, že hřeší z pohrdání, stávají se nejhoršími a nejvíce nepolepšitelnými, podle onoho Jerem. 2: "Zlomilas jho, roztrhlas pouta, řeklas: Nebudu sloužiti. Na každém pahorku vyvýšeném a pod každým stromem ratolestným tys lehala, nevěstko." Pročež Augustin praví v listu Lidu Hippskému: "Když jsem začal Bohu sloužiti, jako jsem těžko potkával lepší než ty, kteří prospívali v klášteřích, tak jsem nepotkal horší než ty, kteří v klášteřích padli."

CLXXXVII. O těch, která přísluší řeholníkům.

Předmluva

Dělí se na šest článků.

Potom jest uvažovati o těch, která náležejí řeholníkům. A o tom jest šest otázek:

1. Zda je jim dovoleno vyučovati, kázati a jiná taková konati.

2. Zda je jim dovoleno vměšovati se do světských záležitostí.

3. Zda jsou povinni pracovati rukama.

4. Zda je jim dovoleno žíti z almužen.

5. Zda je jim dovoleno žebrati.

6. Zda je jim dovoleno nositi šat horší než jiní.

CLXXXVII.1. Zda je řeholníkům dovoleno učiti, kázati a jiná taková konati.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že řeholníkům není dovoleno vyučovati, kázati a jiná taková konati. Praví se totiž v kterémsi ustanovení cařihradského sněmu: "Život mnichů znamená podrobenost, žákovství, nikoliv vyučování nebo představenství nebo vedení druhých." Jeronym rovněž praví Ripariovi a Desideriovi: "Mnich nemá službu učitele, nýbrž kajícníka." Papež Lev rovněž dí, jak máme v XVI. ot. L: "Mimo kněze Páně nikdo se neodvažuj kázati, ať je mnich nebo laik, byť se honosil jménem jakéhokoliv vědění." Ale není dovoleno přestupovati vlastní službu a ustanovení Církve. Tedy se zdá, že není dovoleno řeholníkům vyučovati, kázati a jiná taková konati.

Mimo to v ustanovení nicejského sněmu se praví takto: "Pevně a nezrušitelně všem přikazujeme, aby žádný mnich

resurgendum, secundum illud Eccle. IV, *si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Vae soli, quia, si ceciderit, non habet sublevantem*.

II-II q. 186 a. 10 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod auctoritas illa loquitur de his quae per infirmitatem vel ignorantiam committuntur, non autem de his quae committuntur per contemptum.

II-II q. 186 a. 10 ad 2

Ad secundum dicendum quod Iosaphat etiam, cui verba illa dicuntur, non ex malitia, sed ex quadam infirmitate humanae affectionis peccavit.

II-II q. 186 a. 10 ad 3

Ad tertium dicendum quod iusti non de facili peccant ex contemptu sed quandoque labuntur in aliquod peccatum ex ignorantia vel infirmitate, a quo de facili relevantur. Si autem ad hoc perveniant quod ex contemptu peccent, efficiuntur pessimi et maxime incorrigibiles, secundum illud Ierem. II, *confregisti iugum, diripuisti vincula, dixisti, non serviam. In omni colle sublimi, et sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix*. Unde Augustinus dicit, in epistola ad plebem Hipponens., *ex quo Deo servire coepi, quomodo difficile sum expertus meliores quam qui in monasteriis profecerunt, ita non sum expertus peiores quam qui in monasteriis ceciderunt*.

187. De his quae competunt religiosis.

Prooemium

II-II q. 187 pr.

Deinde considerandum est de his quae competunt religiosis. Et circa hoc quaeruntur sex. Primo, utrum liceat eis docere, praedicare, et alia huiusmodi facere. Secundo, utrum liceat eis de negotiis saecularibus se intromittere. Tertio, utrum teneantur manibus operari. Quarto, utrum liceat eis de eleemosynis vivere. Quinto, utrum liceat eis mendicare. Sexto, utrum liceat eis vestimenta ceteris viliora deferre.

1. Utrum liceat eis docere praedicare et alia huiusmodi facere.

II-II q. 187 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod religiosis non liceat docere, praedicare, et alia huiusmodi facere. Dicitur enim VII, qu. I, in quodam statuto Constantinopolitanae synodi, *monachorum vita subiectionis habet verbum et disciplinatus, non docendi, vel praesidendi, vel pascendi alios*. Hieronymus etiam dicit, ad Riparium et desiderium, *monachus non doctoris, sed plangentis habet officium*. Leo etiam Papa dicit, ut habetur XVI, qu. I, *praeter domini sacerdotes, nullus audeat praedicare, sive monachus sive laicus ille sit qui cuiuslibet scientiae nomine gloriatur*. Sed non licet transgredi proprium officium et statutum Ecclesiae. Ergo videtur quod religiosis non liceat docere, praedicare, et alia huiusmodi facere.

II-II q. 187 a. 1 arg. 2

Praeterea, in statuto Nicaenae synodi, quod ponitur XVI,

neuděloval nikomu pokání, leč sobě navzájem, jak jest spravedlivé. Mrtvého nechť nepochovává, leč mnicha, přebývajícího s ním v klášteře, nebo když náhodou se přihodí, že někdo z příchozích bratří zemře." Ale jako tato náležejí ke službě duchovních, tak také kázati a učiti. Tedy, ježto "jiný je případ mnicha a jiný duchovního", jak praví Jeronym Heliodorovi, zdá se, že není dovoleno řeholníkům kázati a vyučovati a konati jiná taková.

Mimo to praví Řehoř v Registru: "Nikdo nemůže přisluhovati církevními výkony a zůstávati řádně v mnišské řeholi." Ale mniši jsou povinni zůstávati řádně v mnišské řeholi. Tedy se zdá, že nemohou přisluhovati církevními výkony. Vyučovati však a kázati náleží k církevním výkonům. Tedy se zdá, že jim není dovoleno vyučovati a kázati nebo něco takového konati.

Avšak proti jest, co praví Řehoř, a jest XVI. ot, 1.: "Z moci tohoto rozhodnutí, které apoštolským řízením a službou lásky od nás bylo stanoveno; kněžím mnišským, držícím útvar apoštolský, budiž dovoleno kázati, křtíti, podávati přijímání, modliti se za hříšníky, ukládati pokání a odpouštěti hříchy."

Odpovídám: Musí se říci, že něco sluje někomu nedovolené dvojmo: jedním způsobem, protože má v sobě, co odporuje tomu, co sluje nedovolené; jako žádnému člověku. není dovoleno hřešiti, protože každý člověk má v sobě rozum a závazek k zákonu Božímu, jichž protivou je hřích. A tímto způsobem sluje někomu nedovoleno kázati nebo vyučovati nebo konati něco takového, protože má v sobě něco, co těmto odporuje, buď z důvodu příkazu, jako těm, kteří jsou vyřazeni, z ustanovení Církve není dovoleno vystoupiti k svatým svěcením; nebo pro hřích, podle onoho Žalm. 49: "Hříšníku však řekl Bůh: Proč ty vypravuješ spravedlnosti mé?" Tímto způsobem však není nedovoleno řeholníkům kázati, učiti a jiná taková konati: jednak proto, že slibem a příkazem řehole nejsou vázáni k tomu, aby se těchto zdržovali, jednak také proto, že nejsou k tomu méně schopni pro nějaký spáchaný hřích, nýbrž více schopni pro vykonávání svatosti, které na sebe vzali.

Jest však pošetilé říci, že tím, že někdo prospívá ve svatosti, stává se méně schopným k vykonávání duchovních služeb. A proto je pošetilá domněnka některých, kteří praví, že sám stav řeholní přináší překážky vykonávání takových. Jejich blud papež Bonifác IV, důvody shora uvedenými vyvrací, řka, jak máme v XVI. ot. 1.: "Jsou někteří, bez opory dogmatu, přeodvážně sice, více však hořkou žárlivostí rozpáleni než láskou, tvrdíce, že mniši, kteří jsou mrtvi světu a žijí Bohu, jsou nehodni moci kněžské služby, a že nemohou udělovati pokání, ani křesťanství, ani rozhřešovati mocí kněžské služby, danou jim od Boha. Ale zcela se mýlí." Což ukazuje nejprve tím, že není proti řeholi; dodává totiž: "Ani blažený Benedikt totiž, vznešený učitel mnichů, nějakým způsobem tyto věci nezakazoval." A podobně není to zakázáno v jiných řeholích. Za druhé odsuzuje řečený blud ze schopnosti mnichů, když dodává: "Čím je kdo výše, tím také v oněch," totiž duchovních skutcích "je mocnější."

Jiným způsobem sluje někomu něco nedovoleno nikoli pro

qu. I, sic dicitur, *firmiter et indissolubiliter omnibus praecipimus, ut aliquis monachus poenitentiam nemini tribuat, nisi invicem sibi, ut iustum est. Mortuum non sepeliat, nisi monachum secum in monasterio commorantem, vel si fortuito quemcumque advenientium fratrum ibi mori contigerit.* Sed sicut ista pertinent ad officium clericorum, ita etiam praedicare et docere. Ergo, cum alia sit causa monachi, et alia clerici, sicut Hieronymus dicit, ad Heliodorum; videtur quod non liceat religiosis praedicare et docere, et alia huiusmodi facere.

II-II q. 187 a. 1 arg. 3

Praeterea, Gregorius dicit, in Regist., *nemo potest ecclesiasticis obsequiis deservire, et in monastica regula ordinate persistere*, et habetur XVI, qu. I. Sed monachi tenentur in monastica regula ordinate persistere. Ergo videtur quod non possint ecclesiasticis obsequiis deservire. Docere autem et praedicare pertinent ad ecclesiastica obsequia. Ergo videtur quod non liceat eis praedicare aut docere, aut aliquid huiusmodi facere.

II-II q. 187 a. 1 s. c.

Sed contra est quod Gregorius dicit, et habetur causa et quaestione eadem, *ex auctoritate huius decreti, quod apostolico moderamine et pietatis officio a nobis est constitutum, sacerdotibus monachis, apostolorum figuram tenentibus, liceat praedicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, poenitentiam imponere, atque peccata solvere.*

II-II q. 187 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod aliquid dicitur non licere alicui dupliciter. Uno modo, quia habet in se quod contrariatur ei quod dicitur non licere, sicut nulli homini licet peccare, quia habet in se quilibet homo rationem et obligationem ad legem Dei, quibus contrariatur peccatum. Et hoc modo dicitur alicui non licere praedicare vel docere, vel aliquid huiusmodi facere, quia habet in se aliquid quod his repugnat, vel ratione praecepti, sicut his qui sunt irregulares, ex statuto Ecclesiae, non licet ascendere ad sacros ordines; vel propter peccatum, secundum illud Psalmi, *peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas?* Hoc autem modo, non est illicitum religiosis praedicare, docere, et alia huiusmodi facere. Tum quia ex voto vel praecepto regulae non obligantur ad hoc quod ab his abstineant. Tum etiam quia non redduntur ad haec minus idonei ex aliquo peccato commisso, sed magis idonei, ex exercitio sanctitatis quod assumpserunt. Stultum autem est dicere ut per hoc quod aliquis in sanctitate promovetur, efficiatur minus idoneus ad spiritualia officia exercenda. Et ideo stulta est quorundam opinio dicentium quod ipse status religionis impedimentum affert talia exequendi. Quorum errorem Bonifacius Papa rationibus supra dictis excludit, dicens, ut habetur XVI, qu. I, *sunt nonnulli, nullo dogmate fulti, audacissimo quidem zelo magis amaritudinis quam dilectionis inflammati, asserentes monachos, quia mundo mortui sunt et Deo vivunt, sacerdotalis officii potentia indignos. Sed omnino labuntur.* Quod ostendit, primo quidem, quia non contrariatur regulae, subdit enim, *neque enim beatus Benedictus, monachorum praeceptor almificus, huiuscemodi rei aliquo modo fuit interdictor*. Et similiter nec in aliis regulis hoc prohibetur. Secundo improbat praedictum errorem ex idoneitate monachorum, cum in fine capituli subdit, *quanto quisque est excellentior, tanto et in illis*, scilicet spiritualibus

protivu, kterou má, nýbrž proto, že mu chybí, odkud by to mohl; jako není dovoleno jáhnu sloužiti mši, protože nemá kněžského svěcení, a knězi není dovoleno vynášeti rozsudek, protože nemá biskupské moci. V těch se musí však rozlišovati. Protože ta, která náležejí svěcení, nelze svěřiti než tomu, kdo má svěcení, jako jáhnu nemůže býti svěřeno, aby sloužil mši, leč stane-li se knězem; ta však, která náležejí k pravomoci, mohou býti svěřena těm, kteří nemají řádné pravomoci: jako vynesení rozsudku svěřuje biskup jednoduchému knězi. A tím způsobem se praví, že není dovoleno mnichům a řeholníkům kázati, učiti a jiná taková vykonávati, protože řeholní stav jim nedává moc konati je. Mohou je však konati, když dostanou svěcení nebo řádnou pravomoc neb také, když jsou jim svěřena ta, která náležejí k pravomoci.

K prvnímu se tedy musí říci, že z oněch slov máme, že mniši z toho, že jsou mnichy, nenabývají moci takováto konati, nikoli však, že z toho, že jsou mnichy, mají něco odporujícího k vykonávání takových úkonů.

K druhému se musí říci, že ono ustanovení sněmu nicejského přikazuje také, aby mniši z toho, že jsou mnichy, neuchvacovali si moc vykonávati takové úkony, nebrání však, aby jim tato mohla býti svěřena.

K třetímu se musí říci, že tato dvě se nesnášejí, totiž že by někdo měl řádnou správu církevních služeb, a zachovával mnišskou řeholi v klášteře. Tím však není vyloučeno, aby mniši a jiní řeholníci mohli se někdy zaměstnávati církevními službami s dovolením představených, kteří mají řádnou správu, a zvláště ti, jejichž řehole jsou na to zvláště ustanoveny, jak bude níže řečeno.

CLXXXVII.2. Zda je řeholníkům dovoleno vykonávati světské záležitosti.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že řeholníkům není dovoleno zabývati se světskými záležitostmi. Praví se totiž v řečeném výnosu papeže Bonifáce IV., že "blažený Benedikt je prohlásil za zbaveny světských záležitostí, což se apoštolskými naukami a ustanoveními všech svatých Otců nejen mnichům, nýbrž také všem kanovníkům důrazně přikazuje", podle onoho II. Tim. 2: "Žádný bojovník Boží se nevměšuje do světských záležitostí." Ale všem řeholníkům jest uloženo bojování Boží. Tedy jim není dovoleno zabývati se světskými záležitostmi.

Mimo to praví Apoštol, I. Sol. 4: "Snažte se, abyste byli klidní, a abyste konali svou záležitost;" Glossa: "Opustivše cizí, co vám je užitečné k nápravě života." Ale řeholníci zvláště uchopili snahu nepraviti život. Tedy nesmějí vykonávati světské záležitosti.

Mimo to k onomu Mat. 11, 'Hle, kteří se měkce odívají, jsou v domech královských,' praví Jeronym: "Tím se

operibus, *potentior*. Alio modo dicitur aliquid non licere alicui, non propter contrarium quod habeat, sed propter hoc quod ei deficit unde illud possit, sicut diacono non licet Missam celebrare, quia non habet ordinem sacerdotalem; et presbytero non licet sententiam ferre, quia non habet episcopalem auctoritatem. In quibus tamen est distinguendum. Quia ea quae sunt ordinis, committi non possunt nisi ei qui ordinem habet, sicut diacono non potest committi quod celebret Missam, nisi fiat sacerdos. Ea vero quae sunt iurisdictionis, committi possunt eis qui non habent ordinariam iurisdictionem, sicut prolatio sententiae committitur ab episcopo simplici sacerdoti. Et hoc modo dicitur non licere monachis et aliis religiosis praedicare, docere, et alia huiusmodi facere, quia status religionis non dat eis potestatem haec faciendi. Possunt tamen ista facere si ordinem accipiant vel ordinariam iurisdictionem, aut etiam si eis committantur ea quae sunt iurisdictionis.

II-II q. 187 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ex verbis illis habetur quod monachi, ex hoc quod sunt monachi, non nanciscuntur potestatem talia faciendi, non autem quod ex hoc quod sunt monachi, habeant aliquid contrarium executioni talium actuum.

II-II q. 187 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod illud etiam statutum Nicaeni Concilii praecipit ut monachi non usurpent sibi, ex hoc quod sunt monachi, potestatem huiusmodi actus exercendi. Non autem prohibet quin ista possint eis committi.

II-II q. 187 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod ista duo se non compatiuntur, quod aliquis ordinariam curam ecclesiasticorum officiorum habeat, et monasticam regulam in monasterio servet. Per hoc tamen non excluditur quin monachi et alii religiosi possint interdum circa ecclesiastica officia occupari ex commissione praelatorum qui ordinariam curam habent, et praecipue illi quorum religiones ad hoc sunt specialiter institutae, ut infra dicetur.

2. Utrum liceat eis de negotiis saecularibus se intromittere.

II-II q. 187 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod religiosis non liceat saecularia negotia tractare. Dicitur enim in praedicto decreto Bonifacii Papae quod *beatus Benedictus eos saecularium negotiorum edixit expertes fore. Quod quidem apostolicis documentis, et omnium sanctorum patrum institutis, non solum monachis, sed etiam canonicis omnibus imperatur*, secundum illud II ad Tim. II, *nemo militans Deo implicat se saecularibus negotiis*. Sed omnibus religiosis imminet quod militent Deo. Ergo non licet eis saecularia negotia exercere.

II-II q. 187 a. 2 arg. 2

Praeterea, I ad Thessal. IV, dicit apostolus, *operam detis ut quieti sitis, et ut negotium vestrum agatis*, Glossa, *dimissis alienis, quod vobis utile est in emendationem vitae*. Sed religiosi specialiter assumunt studium emendationis vitae. Ergo non debent saecularia negotia exercere.

II-II q. 187 a. 2 arg. 3

Praeterea, super illud Matth. I, *ecce qui mollibus*

ukazuje, že strohý život a přísné kázání se musí vyhýbati síním králů a vyhýbati se palácům změkčilých lidí." Ale nucení světskými záležitostmi přivádí člověka k návštěvám královských paláců. Tedy není dovoleno řeholníkům zabývati se nějakými světskými záležitostmi.

Avšak proti jest, co praví Apoštol, Řím. posl.: "Doporučuji vám Fébu, naši sestru." A pak dodává: "A přispějte jí, v jakékoli záležitosti vás bude potřebovati."

Odpovídám: Musí se říci, že jak bylo shora řečeno, řeholní stav je zařízen k dosažení dokonalé lásky, k níž pak náleží hlavně milovati Boha, druhotně pak milovati bližního. A proto řeholníci především a pro sebe musejí usilovati o to, aby se věnovali Bohu. Nastala-li však nutnost bližním, mají z lásky se zabývati jejich záležitostmi, podle onoho Gal. 6: "Jeden neste břímě druhého, a tak naplníte zákon Kristův," neboť právě tím, že bližním slouží pro Boha, slouží milování Boha. Pročež se praví Jak 1: "Nábožnost čistá a neposkvrněná u Boha a u Otce je tato: navštěvovati sirotky a vdovy v jejich soužení;" Glossa: "to jest, pomáhati těm, kteří nemají ochrany v době nutnosti. Musí se tedy říci, že zabývat se světskými záležitostmi ze chtivosti není dovoleno ani mnichům ani duchovním, vměšovati se však z lásky, s náležitým umírněním, do světských záležitostí mohou podle dovolení představeného, poskytujíce a řídíce. Proto se praví v Dekret 88: "Rozhodla svatá synoda, aby nadále žádný duchovní ani nepronajímal statky, ani se nevměšoval do světských záležitostí, leda v péči o sirotky nebo opuštěné a vdovy, nebo když snad biskup města mu přikáže starost o církevní věci." Stejný pak důvod jest u řeholníků jako u duchovních, protože obojím se stejně zakazují světské záležitosti, jak bylo řečeno.

K prvnímu se tedy musí říci, že mnichům se zakazuje zabývati se světskými záležitostmi ze ziskuchtivosti, ne však z lásky.

K druhému se musí říci, že to není zvědavost, nýbrž láska, jestliže se někdo z nutnosti vměšuje do světských záležitostí.

K třetímu se musí říci, že navštěvovati paláce králů z rozkošnictví nebo pro slávu nebo ze chtivosti, nepřísluší řeholníkům; ale vcházeti do nich v Božích záležitostech jim přísluší. Proto se praví IV. Král 4, že Elizeus řekl ženě: "Nemáš snad nějakou záležitost, a chceš, abych promluvil s králem nebo s náčelníkem vojska?" Podobně také přísluší řeholníkům vcházeti do paláců králů, aby je napomínali a vedli, jako Jan Křtitel napomínal Heroda, jak se praví Mat. 14.

CLXXXVII.3. Zda řeholníci jsou povinni pracovati rukama.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že řeholníci jsou povinni pracovati rukama. Nejsou totiž řeholníci osvobozeni od zachovávání přikázání. Ale pracovat rukama je v přikázání, podle onoho I. Sol. 4: "Pracujte rukama svýma, jak jsme vám přikázali." Pročež Augustin

vestiuntur in domibus regum sunt, dicit Hieronymus, *ex hoc ostendit rigidam vitam et austeram praedicationem vitare debere aulas regum, et mollium hominum palatia declinare*. Sed necessitas saecularium negotiorum ingerit hominem ad frequentandum regum palatia. Ergo non licet religiosis aliqua negotia saecularia pertractare.

II-II q. 187 a. 2 s. c.

Sed contra est quod apostolus dicit, Rom. ult., *commendo vobis Phoeben, sororem nostram*, et postea subdit, *et assistatis ei in quocumque negotio vestri indiguerit.*

II-II q. 187 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, status religionis est ordinatus ad perfectionem caritatis consequendam. Ad quam quidem principaliter pertinet Dei dilectio, secundario autem dilectio proximi. Et ideo religiosi praecipue et propter se debent intendere ad hoc quod Deo vacent. Si autem necessitas proximis immineat, eorum negotia ex caritate agere debent, secundum illud Galat. VI, *alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi*, quia et in hoc ipso quod proximis serviunt propter Deum, dilectioni divinae obsequuntur. Unde dicitur Iac. I, *religio munda et immaculata apud Deum et patrem haec est, visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum*, Glossa, idest, *succurrere eis qui carent praesidio in tempore necessitatis*. Est ergo dicendum quod causa cupiditatis saecularia negotia gerere nec monachis nec clericis licet. Causa vero caritatis se negotiis saecularibus, cum debita moderatione, ingerere possunt, secundum superioris licentiam, et ministrando et dirigendo. Unde dicitur in decretis, dist. LXXXVIII, *decrevit sancta synodus nullum deinceps clericum aut possessiones conducere, aut negotiis saecularibus se permiscere, nisi propter curam pupillorum aut orphanorum aut viduarum, aut si forte episcopus civitatis ecclesiasticarum rerum sollicitudinem eum habere praecipiat*. Eadem autem ratio est de religiosis et clericis, quia utrisque similiter negotia saecularia interdicuntur, ut dictum est.

II-II q. 187 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod monachis interdicuntur tractare saecularia negotia propter cupiditatem, non autem propter caritatem.

II-II q. 187 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod non est curiositas, sed caritas, si propter necessitatem aliquis se negotiis immisceat.

II-II q. 187 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod frequentare palatia regum propter delicias vel gloriam vel cupiditatem, non competit religiosis, sed ea adire propter pias causas competit eis. Unde dicitur IV Reg. IV, quod Eliseus dixit ad mulierem, *nunquid habes negotium, et vis ut loquar regi vel principi militiae?* Similiter etiam convenit religiosis adire regum palatia ad eos arguendos et dirigendos, sicut Ioannes Baptista arguebat Herodem, ut dicitur Matth. XIV.

3. Utrum teneantur manibus operari.

II-II q. 187 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod religiosi manibus operari teneantur. Non enim excusantur religiosi ab observantia praeceptorum. Sed operari manibus est in praecepto, secundum illud I ad Thess. IV, *operemini*

též praví v knize O práci mnichů: "Ostatně, kdo by strpěl nejen snášení jako slabých, nýbrž i vyhlašování za světější, lidí zatvrzelých," to jest řeholníků nepracujících, o nichž tam mluví, "odporujících spasitelným napomenutím Apoštolovým?" Tedy se zdá, že řeholníci jsou povinni pracovati rukama.

K prvnímu se tedy musí říci, že, jak bylo řečeno, z onoho slova Páně se nerozumí, že by sama chudoba byla dokonalost, nýbrž nástroj dokonalosti, a, jak bylo ukázáno, jest nejmenší mezi třemi hlavními nástroji dokonalosti. Neboť slib zdrženlivosti vyniká nad slib chudoby, a slib poslušnosti je nad oba. Poněvadž však nástroj se nehledá pro sebe. nýbrž pro cíl, není něco tím lepší, čím je větší nástroj, nýbrž čím je přizpůsobenější cíli, jako lékař neuzdraví tím více, čím více dá léku, nýbrž čím je lék přizpůsobenější nemoci. Tak tedy není třeba. aby řehole byla tím dokonalejší; čím má větší chudobu, nýbrž čím její chudoba je přizpůsobenější společnému i zvláštnímu cíli. A připustí-li se, že krajní chudoba činí řeholi dokonalejší z toho. že je chudobnější, nečinila by ji dokonalejší jednoduše; mohlo by totiž býti. že by jiná řehole vynikala v těch, která náležejí ke zdrželivosti a poslušnosti; a tak by byla jednoduše dokonalejší, protože co vyniká v lepších, jest jednoduše lepší.

K druhému se musí říci, že tím, že Pán praví Mat. 6: "Nepečujte o zítřek," nerozumí se, že se nic neuchovává pro budoucnost; neboť nebezpečnost toho ukazuje v Hovorech Otců blažený Antonín, řka, že "tak pěstující postrádání všech prostředků, že by nestrpěli pro sebe přebytek potravy ani na jeden den, a ani jeden desetník, a jiná taková činící, vidíme tak náhle oklamané, že nemohli

hominum necessarias, tempore congruo procuratas. Et ideo tribus gradibus religionum supra positis triplex gradus paupertatis competit. Nam illis religionibus quae ordinantur ad corporales actiones activae vitae, competit habere abundantiam divitiarum communium. Illis autem religionibus quae sunt ordinatae ad contemplandum, magis competit habere possessiones moderatas, nisi simul oporteat tales religiosos, per se vel per alios, hospitalitatem tenere et pauperibus subvenire. Illis autem quae ordinantur ad contemplata aliis tradendum, competit vitam habere maxime ab exterioribus sollicitudinibus expeditam. Quod quidem fit dum modica quae sunt necessaria vitae, congruo tempore procurata, conservantur. Et hoc dominus, paupertatis institutor, docuit suo exemplo, habebat enim loculos, Iudae commissos, in quibus recondebantur ei oblata, ut habetur Ioan. XII. Nec obstat quod Hieronymus dicit, super Matth., *si quis obiicere voluerit, quomodo Iudas in loculis pecuniam portabat? Respondebimus, quia rem pauperum in usus suos convertere nefas putavit*, scilicet solvendo tributum, quia inter illos pauperes praecipui erant eius discipuli, in quorum necessitates pecunia loculorum Christi expendebatur. Dicitur enim Ioan. IV, quod *discipuli abierant in civitatem ut cibos emerent*, et Ioan. XIII dicitur quod *discipuli putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, eme quae opus sunt nobis ad diem festum; aut ut egenis aliquid daret*. Ex quo patet quod conservare pecuniam, aut quascumque alias res communes, ad sustentationem religiosorum congregationis eiusdem, vel quorumcumque aliorum pauperum, est conforme perfectioni, quam Christus docuit suo exemplo. Sed et discipuli, post resurrectionem, a quibus omnis religio sumpsit originem, pretia praediorum conservabant, et distribuebant unicuique prout cuique opus erat.

II-II q. 188 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod, sicut dictum est, ex illo verbo domini non intelligitur quod ipsa paupertas sit perfectio, sed perfectionis instrumentum, et, sicut ostensum est, minimum inter tria principalia instrumenta perfectionis; nam votum continentiae praeeminet voto paupertatis, et votum obedientiae praefertur utrique. Quia vero instrumentum non propter se quaeritur, sed propter finem, non tanto aliquid fit melius quanto maius est instrumentum, sed quanto magis est fini proportionatum, sicut medicus non tanto magis sanat quanto maiorem dat medicinam, sed quanto medicina est magis proportionata morbo. Sic igitur non oportet quod religio tanto sit perfectior quanto maiorem habet paupertatem, sed quanto eius paupertas est magis proportionata communi fini et speciali. Et si daretur quod excessus paupertatis faceret religionem perfectiorem secundum hoc quod est pauperior, non tamen faceret eam perfectiorem simpliciter posset enim esse quod alia religio excederet in his quae pertinent ad continentiam et obedientiam, et sic esset simpliciter perfectior, quia quod in melioribus excedit, est simpliciter melius.

II-II q. 188 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod per hoc quod dominus dicit, nolite solliciti esse in crastinum, non intelligitur quod nihil reservetur in futurum. Hoc enim periculosum esse beatus Antonius, in collationibus patrum, ostendit, dicens quod *privationem omnium facultatum ita sectantes* začaté dílo náležitě dokončiti." A jak praví Augustin ve XXIII. O díle mnichů: "Jestliže toto slovo Páně: 'Nepečujte o zítřek', tak se chápe, že se nic na zítřek neodkládá, nebudou moci tato zachovávati oni, kteří se na mnoho dní od tváří lidí odděleni zavírají, žijíce ve velmi usilovných modlitbách." A pak dodává: "Či snad čím jsou světější, tím jsou nepodobnější ptákům?" A potom dodává: "Jestliže jim zdůrazňuje evangelium, aby nic neodkládali na zítřek, velmi správně odpoví: Proč tedy Pán měl váček, v němž ukládal sebrané peníze? Proč dávno předtím, když hrozil hlad, bylo posláno svatým Otcům obilí? Proč apoštolové tak obstarali v nouzi svatým potřebné?" Když se tedy praví: "Nepečujte o zítřek," podle Jeronyma tak se vykládá: "Stačí nám mysleti na přítomnou dobu; budoucí, která jsou nejistá, zůstavme Bohu;" podle Zlatoústého tak: "Stačí práce, kterou snášíš pro nutná; nepracuj zbytečně pro zbytečná;" podle Augustina tak: "Když něco dobrého konáme, nepřemýšlejme o časných, která jsou naznačena zítřkem, nýbrž o věčných."

K třetímu se musí říci, že slovo Jeronymovo má místo, kde jest nadbytečné bohatství, které se má jako vlastní, nebo jehož zneužíváním také jednotlivci ze společnosti zpyšní a zbujní; nemá však místa v bohatství umírněném, společně uchovávaném k pouhému udržování života, kterého jednotlivci potřebují. Téhož rázu totiž je, že jednotlivci užívají těch, která náležejí k potřebám života, a že jsou společně uchovávána.

Ke čtvrtému se musí říci, že Izák odmítal přijmouti majetek, protože se obával, aby se tím nedospělo ke zbytečnému bohatství, jehož zneužívání by bylo překážkou dokonalosti řehole. Pročež Řehoř tamtéž dodává: "Tak se obával ztratiti bezpečnost své chudoby, jako lakomec; lakomí boháči střežívají pomíjivé bohatství." Nečteme však, že odmítl přijmouti něco potřebného k udržování života celku.

K pátému se musí říci, že Filosof v I. Politic. praví, že chléb a víno a jiná taková jsou bohatství přirozené, peníze však jsou bohatství umělé. A odtud jest, že někteří filosofové nechtěli užívati penz, nýbrž jiných věcí, jakožto žijíce podle přírody. A proto Jeronym tamtéž z výroku Páně, jenž podobně obojí zakazuje, ukazuje, že vyjde na totéž, míti peníze, nebo jiné věci nutné životu. A přece, ač Pán nařídil, aby těchto nenosili na cestě ti, kteří byli posíláni kázati, nezakázal je uchovávati společně. Jak pak jest těm slovům Páně rozuměti, bylo shora ukázáno.

CLXXXVIII.8. Zda je dokonalejší řehole žijících ve společnosti, než žijících poustevnicky.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že jest dokonalejší řehole žijících ve společnosti, než trávících samotářský život. Praví se totiž Eccle 4: "Lepší jest, jsou-li dva spolu, než jeden; mají totiž prospěch ze svého společenství." Tedy

ut ex ipsis nec unius quidem diei victum sibimet, unumve denarium superesse paterentur, et alia huiusmodi facientes, *ita vidimus repente deceptos ut arreptum opus non potuerint congruo exitu terminare*. Et ut Augustinus dicit, in libro de operibus Monach., si hoc verbum domini, nolite solliciti esse in crastinum, ita intelligatur ut nihil in crastinum reponatur, *non poterunt ista servare qui se per multos dies a conspectu hominum separatos includunt, viventes in magna intentione orationum*. Et postea subdit, *an forte, quo sunt sanctiores, eo sunt volucribus dissimiliores?* Et postea subdit, *si enim urgeantur ex Evangelio ut nihil reponant in crastinum, respondent, cur ergo ipse dominus loculos habuit, ubi pecuniam collectam reponeret? Cur tanto ante, fame imminente, frumenta sanctis patribus missa sunt? Cur apostoli indigentiae sanctorum necessaria procurarunt?* Quod ergo dicitur, nolite solliciti esse in crastinum, secundum Hieronymum, sic exponitur, *sufficit nobis praesentis temporis cogitatio, futura, quae incerta sunt, Deo relinquamus*. Secundum Chrysostomum, sic, *sufficit labor quem pateris propter necessaria, noli de superfluis laborare*. Secundum Augustinum, sic, *cum aliquid boni operamur, non temporalia, quae significantur per crastinum, sed aeterna cogitemus*.

II-II q. 188 a. 7 ad 3

Ad tertium dicendum quod verbum Hieronymi habet locum ubi sunt superabundantes divitiae quae habentur quasi propriae, vel per quarum abusum etiam singuli de communitate superbiunt et lasciviunt. Non autem habet locum in divitiis moderatis communiter conservatis ad solam sustentationem vitae, qua singuli indigent, eadem enim est ratio quod singuli utantur his quae pertinent ad necessaria vitae, et quod communiter conserventur.

II-II q. 188 a. 7 ad 4

Ad quartum dicendum quod Isaac possessiones renuebat recipere, quia timebat ne per hoc ad superfluas divitias veniretur, per quarum abusum impediretur religionis perfectio. Unde Gregorius ibidem subdit, *sic metuebat paupertatem suae securitatis perdere, sicut avari divites solent perituras divitias custodire*. Non autem legitur quod renuerit recipere aliqua necessaria ad vitae sustentationem communiter conservanda.

II-II q. 188 a. 7 ad 5

Ad quintum dicendum quod philosophus, in I Polit., dicit panem et vinum et alia huiusmodi esse divitias naturales, pecunias vero divitias artificiales. Et inde est quod quidam philosophi nolebant uti pecunia, sed aliis rebus, quasi secundum naturam viventes. Et ideo Hieronymus, ibidem, per sententiam domini, qui similiter utrumque interdicit, ostendit quod in idem redit habere pecuniam, et alias res necessarias vitae. Et tamen, licet dominus huiusmodi non portari in via ab his qui ad praedicandum mittebantur, ordinaverit, non tamen ea in communi conservari prohibuit. Qualiter tamen illa verba domini sint intelligenda, supra ostensum est.

8. Utrum religio solitariorum sit praeferenda religioni in societate viventium.

II-II q. 188 a. 8 arg. 1

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod perfectior sit religio in societate viventium quam agentium solitariam vitam. Dicitur enim Eccle. IV, *melius est duos esse quam*

se zdá, že jest dokonalejší řehole žijících ve společnosti.

Mimo to Mat. 18 se praví: "Kde budou dva nebo více shromážděni ve jménu mém, tam jsem já uprostřed nich." Ale nic nemůže býti lepšího než společnost Kristova. Tedy se zdá, že žíti ve sdružení jest lepší, než vésti samotářský život.

Mimo to mezi jinými sliby řeholními slib poslušnosti vyniká, a pokora je Bohu nejvíce milá. Ale poslušnost a pokora se více zachovávají ve styku než v samotě. Praví totiž Jeronym mnichu Rustikovi: "Do samoty se rychle vplíží pýcha; spí, kolik chce, koná, co chce;" opačně však sám učí toho, kdo žije ve společnosti, říka: "Nečiň, co chceš, jez, co poroučejí, měj, kolik dostaneš, podrobuj se, komu nechceš, služ bratřím, představeného kláštera se boj jako Boha, miluj jako otce," Tedy se zdá, že řehole žijících ve společnosti jest dokonalejší než ta, která vede život samotářský.

Mimo to praví Pán, Luk. 11: "Nikdo nerózsvěcuje svítilnu a nestaví do úkrytu, ani pod kbelík." Ale ti, kteří vedou samotářský život, zdají se postaveni do úkrytu, nepřinášejíce lidem žádného užitku. Tedy se zdá, že jejich řehole není dokonalejší.

Mimo to, co je podle přirozenosti člověka, zdá se náležeti k dokonalosti ctnosti. Ale člověk jest přirozeně živočich spolčovacím, jak praví Filosof v I. Politic. Tedy se zdá, že vésti samotářský život není dokonalejší, než vésti život společenský.

Avšak proti jest, že Augustin v kn. O práci mnichů praví, že "ti jsou světější, kteří odloučeni od zraků lidí, nikomu neposkytují k sobě přístupu, žijíce ve velmi usilovných modlitbách."

Odpovídám: Musí se říci, že samota, jakož sama chudoba není sama bytnost dokonalosti, nýbrž nástroj dokonalosti. Pročež i v Hovorech Otců praví opat Mojžíš, že ":pro čistotu srdce jest pěstovati samotu", jako též posty a jiná taková. Je však jasné, že samota není nástroj vhodný činnosti, nýbrž nazírání, podle onoho Ose. 2: "Odvedu ji na poušť a budu mluviti k jejímu srdci." Proto nepřísluší řeholím, které jsou zařízeny ke skutkům života činného, ať tělesným nebo duchovním, leda snad na čas, za příkladem Krista, který, jak se praví Luk. 6: "Odešel na horu sám se modliti a ztrávil noc modlitbou k Bohu." Přísluší však řeholím, které jsou zařízeny k nazírání.

Jest však uvážiti, že to, co jest osamělé, musí samo sobě dostačiti. To však jest, čemu nic nechybí, což náleží k pojmu dokonalého. A proto samota přísluší nazírajícímu, který již dospěl k dokonalému. A to se přihází dvojmo: Jedním způsobem z pouhého daru Božího, jak je patrné u Jana Křtitele, jenž byl naplněn Duchem Svatým již v životě své matky, takže když byl ještě hochem, byl v pustinách, jak se praví Luk. 1. Jiným způsobem vykonáváním ctnostného úkonu, podle onoho Žid. 5: "Dokonalých je tuhý pokrm těch, kteří mají z návyku vycvičený smysl k

unum, habent enim emolumentum societatis suae. Ergo videtur perfectior esse religio in societate viventium.

II-II q. 188 a. 8 arg. 2

Praeterea, Matth. XVIII dicitur, *ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum*. Sed nihil potest esse melius quam Christi societas. Ergo videtur quod vivere in congregatione sit melius quam ducere solitariam vitam.

II-II q. 188 a. 8 arg. 3

Praeterea, inter alia religionis vota, votum obedientiae excellentius est, et humilitas est maxime Deo accepta. Sed obedientia et humilitas magis observatur in communi conversatione quam in solitudine. Dicit enim Hieronymus, in epistola ad rusticum monachum, *in solitudine cito subrepit superbia, dormit quando voluerit, facit quod voluerit*. E contrario autem ipse docet eum qui in societate vivit, dicens, *non facias quod vis, comedas quod iuberis, habeas quantum acceperis, subiiciaris cui non vis, servias fratribus, praepositum monasterii timeas ut Deum, diligas ut parentem*. Ergo videtur quod religio viventium in societate sit perfectior ea quae solitariam vitam agit.

II-II q. 188 a. 8 arg. 4

Praeterea, dominus dicit, Luc. XI, *nemo accendit lucernam et in abscondito ponit, neque sub modio*. Sed illi qui solitariam vitam agunt, videntur esse in abscondito positi, nihil utilitatis hominibus afferentes. Ergo videtur quod eorum religio non sit perfectior.

II-II q. 188 a. 8 arg. 5

Praeterea, id quod est contra naturam hominis, non videtur ad perfectionem virtutis pertinere. Sed homo naturaliter est animal sociale, ut philosophus dicit, in I Polit. Ergo videtur quod agere solitariam vitam non sit perfectius quam agere vitam socialem.

II-II q. 188 a. 8 s. c.

Sed contra est quod Augustinus, in libro de operibus Monach., illos sanctiores esse dicit qui, *a conspectu hominum separati, nulli ad se praebent accessum, viventes in magna intentione orationum*.

II-II q. 188 a. 8 co.

Respondeo dicendum quod solitudo, sicut et paupertas, non est ipsa essentia perfectionis, sed perfectionis instrumentum, unde in collationibus patrum, dicit abbas Moyses quod pro puritate cordis, solitudo sectanda est, sicut et ieiunia et alia huiusmodi. Manifestum est autem quod solitudo non est instrumentum congruum actioni, sed contemplationi, secundum illud Osee II, *ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor eius*. Unde non congruit religionibus quae sunt ordinatae ad opera vitae activae, sive corporalia sive spiritualia, nisi forte ad tempus, exemplo Christi qui, ut dicitur Luc. VI, *exiit in montem orare et erat pernoctans in oratione Dei*. Competit autem religionibus quae sunt ad contemplationem ordinatae. Considerandum tamen est quod id quod est solitarium, debet esse sibi per se sufficiens. Hoc autem est cui nihil deest, quod pertinet ad rationem perfecti. Et ideo solitudo competit contemplanti qui iam ad perfectum pervenit. Quod quidem contingit dupliciter. Uno modo, ex solo divino munere, sicut patet de Ioanne Baptista, *qui fuit repletus spiritu sancto adhuc ex utero matris suae*; unde et cum adhuc puer esset, erat in desertis, ut dicitur Luc. I.

rozlišování dobra a zla." K vykonávání jich pak je člověk podporován společností druhých dvojmo: jedním způsobem co do rozumu, že je poučován o tom, co má nazírati; pročež Jeronym spraví mnichu Rusticovi: "Přeji si, abys přebýval se svatými, aby ses neučil sám." Za druhé co do účinku, že totiž škodlivé city člověka potlačoval příklad a napomínání druhých; neboť, jak praví Řehoř ve XXX. Moral.: "Co prospěje samota těla, jestliže chybí samota srdce?" A proto život společenský je nutný ke cvičení dokonalosti. Samota však přísluší již dokonalým, takže Jeronym praví mnichu Rustikovi: "Samotářský život káráme? Nikoliv, ježto často jsme jej chválili. Ale chceme, aby ze školy klášterů vycházeli takoví vojíni, které by neodstrašily tvrdé začátky pouště, kteří již dlouhou dobu dávali příklad svého obcování."

Jako tedy to, co je již dokonalé, převyšuje to, co se k dokonalosti cvičí, tak život samotářů, je-li náležitě uchopen, převyšuje život společenský. Uchopí-li se však takový život bez předchozího cvičení, jest přenebezpečný, nedoplní-li milost Boží, co u jiných bylo získáno cvikem, jak je patrné u blažených Antonína a Benedikta.

K prvnímu se tedy musí říci, že Šalomoun ukazuje, že jest lepší, aby byli dva než jeden pro pomoc, kterou má jeden od druhého, buď na přispění, nebo na výchovu, nebo na duchovní zvroucnění. Této pomoci však již nepotřebují, kteří dosáhli dokonalosti.

K druhému se musí říci, že se praví I. Jan. 4: "Kdo zůstává v lásce, zůstává v Bohu a Bůh v něm." Jako tedy jest Kristus uprostřed těch, kteří se spojují navzájem v blížeské lásce. tak přebývá v srdci toho, kdo dbá božského nazírání skrze milování Boha.

K třetímu se musí říci, že skutkově poslouchati jest nutné těm, kteří potřebují cvičení podle řízení druhými k dosažení dokonalosti. Ale ti, kteří jsou již dokonalí, jsou vedeni dostatečně Duchem Božím, takže nepotřebují skutkově jiných poslouchati. Mají však poslušnost v připravenosti duše.

Ke čtvrtému se musí říci, že, jak praví Augustin v XIX. O Městě Božím, "ve snaze poznati pravdu se nikomu nebrání, což náleží ke chvalné nečinnosti". Aby však byl někdo postaven na svícen, nenáleží jemu, nýbrž jeho představeným. Jestliže toto břemeno není uloženo, jak praví Augustin, jest se věnovati nazírání pravdy, k čemuž velmi napomáhá samota. A přece ti, kteří vedou samotářský život, jsou velmi užiteční lidskému pokolení. Pročež Augustin v XXXI. O mravech Církve praví, mluvě o nich: "Pouhým chlebem, který jest jim v určitých časových obdobích přinášen, a vodou se spokojujíce, obývají nejopuštěnější kraje, požívajíce rozmluv s Bohem, k němuž přilnuli čistými dušemi. Zdá se mnohým, že opustili lidské věci více, než třeba, a nechápou, kolik nám jejich duch v modlitbě a příkladný život prospívá, když nemůžeme viděti jejich těla."

Alio modo, per exercitium virtuosi actus, secundum illud Heb. V, *perfectorum est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali*. Ad exercitium autem huiusmodi iuvatur homo ex aliorum societate, dupliciter. Uno modo, quantum ad intellectum, ut instruatur in his quae sunt contemplanda, unde Hieronymus dicit, ad rusticum monachum, *mihi placet ut habeas sacrum contubernium, nec ipse te doceas*. Secundo, quantum ad affectum, ut scilicet noxiae affectiones hominis reprimantur exemplo et correctione aliorum, quia ut dicit Gregorius, XXX Moral., super illud, cui dedi in solitudine domum, *quid prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit cordis?* Et ideo vita socialis necessaria est ad exercitium perfectionis, solitudo autem competit iam perfectis. Unde Hieronymus dicit, ad rusticum monachum, *solitariam vitam comprehendimus minime, quam semper laudabimus, sed de ludo monasteriorum huiusmodi volumus egredi milites quos rudimenta non terreant, qui specimen conversationis suae multo tempore dederint*. Sicut igitur id quod iam perfectum est, praeeminet ei quod ad perfectionem exercetur; ita vita solitariorum, si debite assumatur, praeeminet vitae sociali. Si autem absque praecedenti exercitio talis vita assumatur, est periculosissima, nisi per divinam gratiam suppleatur quod in aliis per exercitium acquiritur, sicut patet de beatis Antonio et Benedicto.

II-II q. 188 a. 8 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Salomon ostendit melius esse quod sint duo simul quam unus, propter auxilium quod unus habet ab alio, vel ad sublevandum vel ad fovendum vel ad spiritualiter calefaciendum. Quo quidem auxilio iam non indigent qui sunt perfectionem assecuti.

II-II q. 188 a. 8 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut dicitur I Ioan. IV, *qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo*. Sicut ergo Christus est in medio eorum qui sibi invicem per dilectionem proximi sociantur, ita habitat in corde eius qui divinae contemplationi insistit per dilectionem Dei.

II-II q. 188 a. 8 ad 3

Ad tertium dicendum quod actu obedire est necessarium his qui indigent exerceri secundum directionem aliorum ad perfectionem capiendam. Sed illi qui iam perfecti sunt, spiritu Dei sufficienter aguntur, ut non indigeant actu aliis obedire. Habent tamen obedientiam in praeparatione animi.

II-II q. 188 a. 8 ad 4

Ad quartum dicendum quod, sicut Augustinus dicit, in XIX de Civ. Dei, *a studio cognoscendae veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium*. Quod autem aliquis super candelabrum ponatur, non pertinet ad ipsum, sed ad eius superiores. Quae sarcina si non imponatur, ut Augustinus ibidem subdit, contemplandae veritati vacandum est, ad quam plurimum valet solitudo. Et tamen illi qui solitariam vitam agunt, multum utiles sunt generi humano. Unde Augustinus dicit, in libro de moribus Ecclesiae, de his loquens, *pane solo, qui eis per certa intervalla temporum affertur, et aqua contenti, desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhaeserunt. Videntur autem nonnullis res humanas plus quam oporteret deseruisse, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in*

K pátému se musí říci, že člověk může žíti samotářsky dvojmo: jedním způsobem jako nesnášeje lidskou společnost pro divokost ducha, a to jest zvířecké. Jiným způsobem tím, že zcela přilne k božským věcem, a to jest nad člověka. A proto Filosof praví v I. Politic., že "ten, kdo není společen s druhými, je buď zvíře nebo bůh", to jest božský muž.

CLXXXIX. O vstupu do řehole.

Předmluva

Dělí se na deset článků.

Potom se má uvažovati o vstoupení do řehole. A o tom je deset otázek.

1. Zda mají vstoupiti do řehole, kdo ještě nejsou vycvičeni v zachovávání přikázání.

2. Zda je dovoleno některým zavázati se slibem ke vstoupení do řehole.

3. Zda ti, kteří jsou slibem zavázáni vstoupiti do řehole, jsou povinni plniti slib.

4. Zda ti, kteří slibují vstoupiti do řehole, jsou povinni navždy tam zůstati.

5. Zda mají býti přijímány děti do řehole.

6. Zda má býti někomu zabráněno vstoupiti do řehole pro podporování rodičů.

7. Zda duchovní správcové nebo arcijáhnové smějí přejíti do řehole.

8. Zda může někdo přejíti z jedné řehole do druhé.

9. Zda má někdo druhé nabádati ke vstoupení do řehole. 10. Zda se ke vstoupení do řehole vyžaduje velké rozvažování s příbuznými a přáteli.

CLXXXIX.1. Zda mají vstupovati do řehole ti, kteří nejsou cvičeni v přikázáních.

Při první se postupuje takto: Zdá se, že nemají vstupovati do řehole než ti, kteří jsou vycvičeni v přikázáních. Pán dal totiž radu dokonalosti mladíku, jenž řekl, že zachovával přikázání od mladosti. Ale od Krista má počátek veškerá řehole. Tedy se zdá, že nemají býti připouštěni do řehole než kdo jsou vycvičeni v přikázáních.

Mimo to Řehoř praví, K Ezech.: "Nikdo se nestane naráz nejvyšším, nýbrž každý začíná od nejmenších v dobrém obcovaní, aby dospěl k velikým." Ale veliké jsou rady, jež patří k dokonalému životu; menší pak jsou přikázání, která patří k obecné spravedlnosti. Tedy se zdá, že nemají někteří vstupovati do řehole k zachovávání rad, nejsou-li prve vycvičeni v přikázáních.

Mimo to, jako mají svatá svěcení jakési vynikání v Církvi, tak též stav řeholní. Ale, jak píše Řehoř Siagriovi, biskupovi Gallů: Jest přistupovati ke svěcením pořadem, protože chce upadnouti, kdo k vrcholům nejvyššího místa hledá výstup přeskakováním, nedbaje stupňů. Víme totiž, že postavené zdi nedostanou dříve tíhu stropů, nejsou-li *orationibus prosit, et vita ad exemplum, quorum corpora videre non sinimur*.

II-II q. 188 a. 8 ad 5

Ad quintum dicendum quod homo potest solitarius vivere dupliciter. Uno modo, quasi societatem humanam non ferens propter animi saevitiam, et hoc est bestiale. Alio modo, per hoc quod totaliter divinis rebus inhaeret, et hoc est supra hominem. Et ideo philosophus dicit, in I Polit., quod ille qui aliis non communicat, est bestia aut Deus, idest divinus vir.

189. De ingressu religionis.

Prooemium

II-II q. 189 pr.

Deinde considerandum est de ingressu religionis. Et circa hoc quaeruntur decem. Primo, utrum illi qui non sunt exercitati in observantia praeceptorum, debeant religionem ingredi. Secundo, utrum liceat aliquos voto obligare ad religionis ingressum. Tertio, utrum illi qui voto obligantur ad religionis ingressum, teneantur votum implere. Quarto, utrum illi qui vovent religionem intrare, teneantur ibi perpetuo remanere. Quinto, utrum pueri sint recipiendi in religione. Sexto, utrum propter parentum obsequium aliqui debeant retrahi a religionis ingressu. Septimo, utrum presbyteri curati vel archidiaconi possint ad religionem transire octavo, utrum de una religione possit aliquis transire ad aliam. Nono, utrum aliquis debeat alios inducere ad religionis ingressum. Decimo, utrum requiratur magna deliberatio cum consanguineis et amicis ad religionis ingressum.

1. Utrum illi qui non sunt exercitati in observantia praeceptorum debeant religionem ingredi.

II-II q. 189 a. 1 arg. 1

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non debeant religionem ingredi nisi qui sunt in praeceptis exercitati. Dominus enim consilium perfectionis dedit adolescenti qui dixerat se praecepta a iuventute servasse. Sed a Christo sumpsit initium omnis religio. Ergo videtur quod non sunt ad religionem admittendi nisi qui sunt in praeceptis exercitati.

II-II q. 189 a. 1 arg. 2

Praeterea, Gregorius dicit, super Ezech., *nemo repente fit summus, sed in bona conversatione a minimis quis inchoat, ut ad magna perveniat*. Sed magna sunt consilia, quae pertinent ad perfectionem vitae, minora autem sunt praecepta, quae pertinent ad communem iustitiam. Ergo videtur quod non debent aliqui, ad observantiam consiliorum, religionem intrare, nisi prius fuerint in praeceptis exercitati.

II-II q. 189 a. 1 arg. 3

Praeterea, sicut sacri ordines habent quandam excellentiam in Ecclesia, ita et status religionis. Sed sicut Gregorius scribit Siagrio episcopo, et habetur in decretis, dist. XLVIII, *ordinate ad ordines accedendum est, nam casum appetit qui ad summi loci fastigia, postpositis*

prve vysušeny ze své vlhkosti, své novosti, aby s sebou nestrhly celou stavbu, kdyby přijaly zatížení dříve, než jsou pevné. Pročež se zdá, že nemají někteří přecházeti do řehole, než jsou vycvičeni v přikázáních.

Mimo to, k onomu Žalmu 130, 'Jako je odkojenec u své matky', praví Glossa: "Jsme nejprve počati v lůně matky Cirkve, když jsme poučováni o základech víry; potom jsme jako živeni v jejím lůně, prospívajíce v těchto začátcích; pak vycházíme křtem znovuzrozeni. Pak jsme jako nošeni rukama Církve a mlékem živeni, když po křtu jsme vyučováni v dobrých skutcích a živeni mlékem jednoduché nauky rosteme, až, již povyrostše, přistupujeme od mléka matčina ke stolu otcovu, to jest od jednoduché nauky, v níž se hlásá Slovo tělem učiněné, přistupujeme ke Slovu na počátku u Boha." A potom dodává, že "nedávno pokřtění na Bílou Sobotu, jsou jako by chováni rukama Církve a živeni mlékem až do Letnic, po kterou dobu se neukládá nic nesnadného, není postu, nevstává se o půlnoci; potom utvrzení Duchem Utěšitelem, jako odkojení, začínají se postiti a jiná nesnadná zachovávati. Mnozí však převracejí tento řád, jako kacíři a rozkolní, předčasně ustávajíce od mléka, pročež hynou." Ale tento pořad zdají se oni převraceti, kteří vstupují do řehole, nebo jiné ke vstoupení přivádějí dříve, než jsou vycvičeni ve snazším zachovávání přikázání. Tedy se zdá, že jsou kacíři nebo rozkolníci.

Mimo to se má přecházeti od dřívějších k pozdějšímu. Ale přikázání jsou před radami, protože jsou obecnější, ježto se u nich nezaměňuje následnost bytí: kdo totiž zachovává rady, zachovává i přikázání, ale ne obráceně; kdežto příslušný pořad jest, aby se přecházelo od dřívějších k pozdějším. Tedy nemá někdo přecházeti k zachovávání rad v řeholi, není-li prve vycvičen v přikázáních.

Avšak proti jest, že Pán povolal k zachovávání rad celníka Matouše, jenž nebyl vycvičen v zachovávání přikázání; praví se totiž Luk. 5, že "opustiv všechno, následeval ho". Není tedy nutné, aby se někdo napřed vycvičil v zachovávání přikázání, než přejde k dokonalosti rad.

Odpovídám: Musí se říci, že, jak je patrné z řečeného, řeholní stav jest nějaké duchovní cvičení k dosažení dokonalosti lásky; což se děje, pokud řeholními obyčeji odklízejí se překážky dokonalé lásky. Těmi pak jsou ta, jež připoutávají lidský cit k pozemskostem. To pak, co cit člověka připoutává k pozemskostem" nejen je překážkou dokonalosti lásky, nýbrž někdy i lásku samu vypudí, když nezřízeným přikloněním k časným dobrům člověk se odvrací od dobra neproměnného, zhřeší smrtelně. Z čehož je patrné, že jako řeholní obyčeje odstraňují překážky dokonalé lásky, tak také odstraňují příležitosti hříchu; jako je patrné, že posty, bděními a poslušností a jinými takovými je člověk odváděn od hříchů nestřídmosti a smilstva a od kterýchkoliv jiných hříchů. A proto vstup do řehole prospívá nejen těm, kteří jsou vycvičeni v přikázáních, aby dosáhli větší dokonalosti, nýbrž také těm, *gradibus, per abrupta quaerit ascensum. Scimus enim quod aedificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi a novitatis suae humore siccentur, ne, si ante pondera quam solidentur accipiant, cunctam simul fabricam deponant*. Ergo videtur quod non debent aliqui ad religionem transire nisi in praeceptis exercitati.

II-II q. 189 a. 1 arg. 4

Praeterea, super illud Psalmi, sicut ablactatus super matre sua, dicit Glossa, *in utero matris Ecclesiae primo concipimur, dum fidei rudimentis instruimur; deinde in lucem edimur, dum per Baptismum regeneramur; deinde quasi manibus Ecclesiae portamur et lacte nutrimur, cum post Baptismum bonis operibus informamur et lacte spiritualis doctrinae nutrimur, proficiendo donec, iam grandiusculi, a lacte matris accedamus ad mensam patris; idest, a simplici doctrina, ubi praedicatur verbum caro factum, accedamus ad verbum patris in principio apud Deum*. Et postea subdit quod *nuper baptizati in sabbato sancto, quasi manibus Ecclesiae gestantur et lacte nutriuntur usque ad Pentecosten, quo tempore nulla difficilia indicuntur, non ieiunatur, non media nocte surgitur, postea, spiritu Paraclito confirmati, quasi ablactati, incipiunt ieiunare et alia difficilia servare. Multi vero hunc ordinem pervertunt, ut haeretici et schismatici, se ante tempus a lacte separantes, unde exstinguuntur*. Sed hunc ordinem pervertere videntur illi qui religionem intrant, vel alios ad intrandum inducunt, antequam sint in faciliori observantia praeceptorum exercitati. Ergo videtur quod sint haeretici vel schismatici.

II-II q. 189 a. 1 arg. 5

Praeterea, a prioribus ad posteriora est transeundum. Sed praecepta sunt priora consiliis, quia sunt communiora, utpote a quibus non convertitur consequentia essendi, quicumque enim servat consilia, servat praecepta, sed non convertitur. Congruus autem ordo est ut a prioribus ad posteriora transeatur. Ergo non debet aliquis transire ad observantiam consiliorum in religione, nisi prius sit exercitatus in praeceptis.

II-II q. 189 a. 1 s. c.

Sed contra est quod dominus Matthaeum publicanum, qui in observantia praeceptorum exercitatus non erat, advocavit ad consiliorum observantiam, dicitur enim Luc. V, quod, relictis omnibus, secutus est eum. Ergo non est necessarium quod ante aliquis exerceatur in observantia praeceptorum quam transeat ad perfectionem consiliorum.

II-II q. 189 a. 1 co.

Respondeo dicendum quod, sicut ex supra dictis patet, status religionis est quoddam spirituale exercitium ad consequendum perfectionem caritatis, quod quidem fit inquantum per religionis observantias auferuntur impedimenta perfectae caritatis. Haec autem sunt quae implicant affectum hominis ad terrena. Per hoc autem quod affectus hominis implicatur ad terrena, non solum impeditur perfectio caritatis, sed interdum etiam ipsa caritas perditur, dum per inordinatam conversionem ad bona temporalia homo avertitur ab incommutabili bono mortaliter peccando. Unde patet quod religionis observantiae, sicut tollunt impedimenta perfectae caritatis, ita etiam tollunt occasiones peccandi, sicut patet quod per ieiunium et vigilias et obedientiam et alia

kteří nejsou vycvičeni, aby se snáze vystříhali hříchů a dosáhli dokonalosti.

K prvnímu se tedy musí říci, že Jeronym praví K Matoušovi 20 k onomu 'Toto vše jsem zachovával', řka: "Lže mladík, říkaje: To vše jsem zachovával od mladosti své. Kdyby totiž býval naplnil skutkem to, co je v přikázáních: Budeš milovati bližního svého jako sebe, jak by potom odcházel smuten, uslyšev: "Jdi, prodej vše, co máš, a dej chudým?" Ale jest uvážiti, že lhal vzhledem k dokonalému zachovávání tohoto přikázání. Pročež Origenes, K Mat., praví, že "je psáno v Evangeliu podle Židů, že když Pán řekl, 'Jdi, prodej vše, co máš', počal boháč škrabati hlavu. I řekl mu Pán: "Co říkáš, zachovával jsem zákon a proroky, když je psáno v Zákoně: Budeš milovati bližního svého jako sebe, a býti bohatý, a nejvíce, míti bohatství takové." - Což jest rozuměti o dokonalém splnění tohoto přikázání. Jest však pravda, že zachovával přikázání nedokonale a obecným způsobem. Neboť dokonalost záleží hlavně v zachovávání přikázání lásky, jak jsme měli shora. Pán tedy, aby ukázal, že dokonalost rad jest užitečná i nevinným i hříšníkům, povolal nejenom nevinného mladíka, nýbrž také hříšníka Matouše. Matouš však následeval volajícího, ne však mladík, protože se snáze obrátí k řeholi hříšníci než ti, kteří spoléhají na :svou nevinnost, jimž praví Pán, Mat. 21: "Publikáni a nevěstky předejdou vás do království Božího."

K druhému se musí říci, že nejvyšší a nejnižší lze bráti trojmo. Jedním způsobem v témž stavu a v témž člověku. A tak je zjevné., že nikdo nestane se naráz nejvyšším: protože každý správně žijící pokračuje celý čas svého života, aby dospěl k nejvyššímu. - Jiným způsobem ve srovnání s různými stavy; a tak nemusí začínati od menšího, kdokoli chce dospěti k vyššímu stavu; jako není třeba, aby kdokoli chce býti duchovním, vycvičil se nejprve v laickém životě. - Třetím způsobem co do různých osob. A tak je zjevné, že jeden hned začíná nejen od vyššího stavu, nýbrž také od vyššího stupně svatosti, než jest vrchol, jehož dosáhne jiný za celý svůj život. Pročež praví Řehoř, II. Rozml: "Poznejte všichni, od jak omilostněného a dokonalého života začal hoch Benedikt."

K třetímu se musí říci, že, jak bylo svrchu řečeno, svatá svěcení předpokládají svatost: ale stav řeholní je nějaké cvičení k dosažení svatosti. Proto tíží svěcení jest položiti na stěny vysušené již svatostí; ale tíže řehole vysušuje stěny, to jest, lidi od vlhka neřestí.

huiusmodi, retrahitur homo a peccatis gulae et luxuriae, et a quibuscumque aliis peccatis. Et ideo ingredi religionem non solum expedit his qui sunt exercitati in praeceptis, ut ad maiorem perfectionem perveniant, sed etiam his qui non sunt exercitati, ut facilius peccata vitent et perfectionem assequantur.

II-II q. 189 a. 1 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod Hieronymus dicit, super Matth., *mentitus est adolescens dicens, haec omnia servavi a iuventute mea. Si enim quod positum est in mandatis, diliges proximum tuum sicut teipsum, opere complesset, quomodo postea, audiens, vade et vende omnia quae habes et da pauperibus, tristis recessit?* Sed intelligendum est eum mentitum esse quantum ad perfectam observantiam huius praecepti. Unde Origenes, super Matth., dicit quod *scriptum est in Evangelio secundum Hebraeos, quod cum dominus dixisset ei, vade et vende omnia quae habes, coepit dives scalpere caput suum. Et dixit ad eum dominus, quomodo dicis, feci legem et prophetas? Est in lege, diliges proximum tuum sicut teipsum, et ecce, multi fratres tui, filii Abrahae, amicti sunt stercore, morientes prae fame; et domus tua plena est multis bonis, et non egreditur aliquid omnino ex ea ad eos. Itaque dominus, redarguens eum, dicit, si vis perfectus esse, et cetera. Impossibile est enim implere mandatum quod dicit, diliges proximum tuum sicut teipsum, et esse divitem, et maxime, tantas possessiones habere*. Quod est intelligendum de perfecta impletione huius praecepti. Imperfecte autem et communi modo verum est eum observasse praecepta. Perfectio enim principaliter in observantia praeceptorum caritatis consistit, ut supra habitum est. Ut ergo dominus ostenderet perfectionem consiliorum utilem esse et innocentibus et peccatoribus, non solum vocavit adolescentem innocentem, sed etiam Matthaeum peccatorem. Et tamen Matthaeus secutus est vocantem, non autem adolescens, quia facilius converturntur ad religionem peccatores quam illi qui de sua innocentia praesumunt, quibus dicit dominus, Matth. XXI, *publicani et meretrices praecedunt vos in regnum Dei*.

II-II q. 189 a. 1 ad 2

Ad secundum dicendum quod summum et infimum tripliciter accipi potest. Uno modo, in eodem statu et in eodem homine. Et sic manifestum est quod nemo repente fit summus, quia unusquisque recte vivens toto tempore vitae suae proficit, ut ad summum perveniat. Alio modo, per comparationem ad diversos status. Et sic non oportet ut quicumque vult ad superiorem statum pervenire, a minori incipiat, sicut non oportet ut qui vult esse clericus, prius in laicali vita exerceatur. Tertio modo, quantum ad diversas personas. Et sic manifestum est quod unus statim incipit, non solum ab altiori statu, sed etiam ab altiori gradu sanctitatis quam sit summum ad quod alius pervenit per totam vitam suam. Unde Gregorius dicit, in II Dialog., *omnes cognoscant, Benedictus puer conversationis gratiam a quanta perfectione coepisset*.

II-II q. 189 a. 1 ad 3

Ad tertium dicendum quod, sicut supra dictum est, sacri ordines praeexigunt sanctitatem, sed status religionis est exercitium quoddam ad sanctitatem assequendam. Unde pondus ordinum imponendum est parietibus iam per sanctitatem desiccatis, sed pondus religionis desiccat parietes, idest homines, ab humore vitiorum.

Ke čtvrtému se musí říci, že, jak zjevně je patrné ze slov oné Glossy, mluví se především o pořadu výuky, pokud se má přecházeti od snazších k nesnadnějším. Pročež ze souvislosti je zjevné, že patří k pořadu nauky, co praví, že "kacíři a rozkolní někteří převracejí tento řád". Následuje totiž: Tento však, dotvrzuje zaklínáním, ví, že zachovával řečený řád. Tak byl jsem nejen pokorný v jiných, nýbrž také ve vědění, protože jsem pokorně smýšlel; protože nejprve jsem byl živen mlékem, což jest Slovo tělem učiněné, abych tak dorostl chleba andělů, to jest, Slova, jež jest na počátku u Boha. Příklad pak, který se klade uprostřed, že nedávno pokřtěným neukládá se půst až do Letnic, ukazuje, že nemají býti donucováni k nesnadným před vnitřním nutkáním Ducha Svatého k nim, aby nesnadná přijali vlastní vůlí. Proto také Církev koná posty po Letnicích, po přijetí Ducha svatého. Duch Svatý pak, jak praví Ambrož, K Luk. "není omezován věkem, nehasne smrtí, není vyloučen z lůna matky". A Řehoř praví v Homilii Letnic: "Naplní hocha harfeníka a činí jej žalmistou; naplní zdrželivého jinocha a činí jej soudcem starců;" a potom dodává: "Nezná žádné doby k naučení, neboť vyučí mysl, jakmile se dotkne." A jak se praví Eccle 8: "Není v moci člověka zabrániti Duchu." A Apoštol napomíná I. Sol. 5: "Neuhášejte Ducha;" a Skut. 7 praví s proti některým: "Vy vždycky odpíráte Duchu svatému."

K pátému se musí říci, že některá přikázání jsou hlavní, jež jsou jako cíle přikázání i rad, totiž přikázání lásky, k nimž jsou zařízeny rady, ne tak, že bez rad nelze zachovávati přikázání, nýbrž, aby skrze rady byla zachovávána dokonaleji. Jiná pak jsou přikázání druhotná, jež jsou zařízena k přikázáním lásky, že bez nich přikázání lásky vůbec nelze zachovávati. Tak tedy předchází dokonalé zachovávání přikázání myšlenkově radám, ale časově někdy následuje. Takový je totiž řád cíle vůči těm, jež jsou k cíli. Zachovávání však přikázání lásky podle obecného způsobu, a podobně jiná přikázání, přirovnávají se k radám jako obecné ke zvláštnímu: protože zachovávání přikázání nemůže býti bez rad, ale ne naopak. Tak tedy zachovávání přikázání obecně vzaté předchází přirozeným řádem radám, není však třeba, aby také časově, protože není něco dříve v rodě, než jest v nějakém druhu. - Zachovávání pak přikázání bez rad je zařízeno k zachovávání přikázání s radami, jako nedokonalý druh k dokonalému, jako živočich nerozumový k rozumovému. Dokonalé jest však přirozeně, dříve než nedokonalé. Neboť, jak praví Boetius, III. O útěše, "Příroda začíná od dokonalých". Není však třeba, aby se nejprve zachovávala přikázání bez rad a potom s radami, jako není třeba, aby byl někdo dříve oslem než člověkem, anebo aby byl dříve manželem než panicem. A podobně není třeba, aby někdo zachovával dříve přikázání ve světě, než přejde do řehole: především, protože světský život neuzpůsobuje k dokonalosti řeholní, nýbrž spíše překáží.

II-II q. 189 a. 1 ad 4

Ad quartum dicendum quod, sicut manifeste ex verbis illius Glossae apparet, principaliter loquitur de ordine doctrinae, prout transeundum est a facilioribus ad difficiliora. Unde quod dicit haereticos et schismaticos hunc ordinem pervertere, manifestum est ex sequentibus ad ordinem doctrinae pertinere. Sequitur enim, hic vero se servasse, scilicet praedictum ordinem, *dicit, constringens se maledicto, sic, quasi, non modo in aliis fui humilis, sed etiam in scientia. Quia humiliter sentiebam, prius nutritus lacte, quod est verbum caro factum, ut sic crescerem ad panem Angelorum, idest ad verbum quod est in principio apud Deum*. Exemplum autem quod in medio interponitur, quod noviter baptizatis non indicitur ieiunium usque ad Pentecosten, ostendit quod non sunt ex necessitate ad difficilia cogendi antequam per spiritum sanctum interius ad hoc instigentur ut difficilia propria voluntate assumant. Unde et post Pentecosten, post receptionem spiritus sancti, ieiunium celebrat Ecclesia. Spiritus autem sanctus, sicut Ambrosius dicit, super Luc., *non arcetur aetatibus, non finitur morte, non excluditur alvo*. Et Gregorius dicit, in homilia Pentecostes, *implet citharaedum puerum, et Psalmistam facit, implet puerum abstinentem, et iudicem senum facit*. Et postea subdit, *nulla ad discendum mora agitur, omne quod voluerit, mox ut tetigerit mentem, docet*. Et sicut dicitur Eccle. VIII, *non est in hominis ditione prohibere spiritum*. Et apostolus, I ad Thess. V, monet, spiritum nolite extinguere. Et Act. VII, contra quosdam dicitur, *vos semper spiritui sancto restitistis*.

II-II q. 189 a. 1 ad 5

Ad quintum dicendum quod praeceptorum quaedam sunt principalia, quae sunt fines et praeceptorum et consiliorum, scilicet praecepta caritatis. Ad quae consilia ordinantur, non ita quod sine consiliis servari non possint, sed ut per consilia perfectius observentur. Alia vero sunt praecepta secundaria, quae ordinantur ad praecepta caritatis ut sine quibus caritatis praecepta observari non possunt omnino. Sic igitur perfecta observantia praeceptorum caritatis praecedit intentione consilia, sed interdum tempore sequitur. Hic est enim ordo finis respectu eorum quae sunt ad finem. Observantia vero praeceptorum caritatis secundum communem modum, et similiter alia praecepta, comparantur ad consilia sicut commune ad proprium, quia observantia praeceptorum potest esse sine consiliis, sed non convertitur. Sic ergo observantia praeceptorum communiter sumpta, praecedit naturae ordine consilia, non tamen oportet quod tempore, quia non est aliquid prius in genere quam sit in aliqua specierum. Observantia vero praeceptorum sine consiliis ordinatur ad observantiam praeceptorum cum consiliis sicut species imperfecta ad perfectam, sicut animal irrationale ad rationale. Perfectum autem est naturaliter prius imperfecto, natura enim, ut Boetius dicit, a perfectis sumit initium. Nec tamen oportet quod prius observentur praecepta sine consiliis et postea cum consiliis, sicut non oportet quod aliquis prius sit asinus quam sit homo, vel quod prius sit coniugatus quam sit virgo. Et similiter non oportet quod aliquis prius servet praecepta in saeculo quam transeat ad religionem, praesertim quia conversatio saecularis non disponit ad perfectionem religionis, sed magis impedit.

CLXXXIX.2. Zda mají býti někteří zavazováni slibem vstoupiti do řehole.

Při druhé se postupuje takto: Zdá se, že se nemají někteří zavazovati slibem ke vstoupení do řehole. Profesí se totiž někdo slibem připoutává k řeholi. Ale před profesí povoluje se zkušební rok podle řehole blaženého Benedikta a podle ustanovení Innocence IV., jenž také zakázal, aby se nepřipoutávali profesí k řeholi před ukončením zkušebního roku. Tedy se zdá, že tím méně by se měli jsoucí ještě ve světě připoutávati slibem k řeholi.

Mimo to praví Řehoř v Registru XI., že "židy jest přiměti k obrácení ne násilím, nýbrž svobodnou vůlí". Plniti však co se slíbí, je donucení. Tedy nemají někteří býti zavazováni ke vstoupení do řehole.

Mimo to, nikdo nemá druhému poskytovati příležitost pádu; pročež Exod. 21 se praví: "Jestliže někdo otevře studnu a pak do ní spadne vůl nebo osel, pán studny nahradí cenu dobytčete." Ale z toho, že jsou někteří zavázáni slibem k řeholi, často upadnou někteří do zoufalství a různých hříchů. Tedy se zdá, že nemají býti někteří zavazováni slibem ke vstoupení do řehole.

Avšak proti jest, co se praví Žalm. 75: "Slibte a odevzdejte Pánu Bohu svému," kdež praví Glossa, že "některé jsou vlastní sliby jednotlivců, jako čistota, panenství a takové". Ke slíbení těch nás tedy Písmo svaté nevybízí. Ale Písmo svaté vybízí jen k tomu, co je lepší. Tedy jest lepší, když se někdo slibem zaváže ke vstoupení do řehole.

Odpovídám: Musí se říci, že jak bylo svrchu řečeno, když se jednalo o slibu, týž skutek, vykonaný ze slibu, je chvalnější, než stane-li se bez slibu. Jednak proto, že slibovati jest úkon nábožnosti, jež nějak vyniká nad ctnosti; jednak, že slibem upevňuje se lidská vůle ke konání dobrého; a jako je hřích těžší z toho, že vychází z vůle zatvrzelé ve zlém, tak dobrý skutek jest chvalnější z toho, že vychází z vůle utvrzené slibem v dobrém. A proto zavazovati se slibem ke vstoupení do řehole jest o sobě chvalné.

K prvnímu se tedy musí říci, že je dvojí slib řeholní. Jeden slavný, jež činí člověka mnichem nebo bratrem jiné řehole, jenž sluje profese. A takovému slibu má předcházeti zkušební rok, jak dokazuje námitka. Jiné však je slib, kterým se někdo nestává mnichem nebo řeholníkem, nýbrž pouze zavázaným vstoupiti do řehole. A před takovým slibem nemusí předcházeti zkušební rok.

K druhému se musí říci, že onen výrok Řehořův se rozumí o naprostém násilí. Nutnost však, která je ze závaznosti slibu, není nutnost naprostá, nýbrž nutnost z cíle: protože totiž po slibu nemůže někdo dosáhnouti cíle spásy, leč splní-li slib. Ale taková nutnost není nepřípustná, ba, jak

2. Utrum liceat aliquos voto obligari ad religionis ingressum.

II-II q. 189 a. 2 arg. 1

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non debeant aliqui voto obligari ad religionis ingressum. Per professionem enim aliquis voto religioni adstringitur. Sed ante professionem conceditur annus probationis, secundum regulam beati Benedicti, et secundum statutum Innocentii IV, qui etiam prohibuit, ante annum probationis completum, eos per professionem religioni adstringi. Ergo videtur quod multo minus adhuc in saeculo existentes debeant voto ad religionem obligari.

II-II q. 189 a. 2 arg. 2

Praeterea, Gregorius dicit, in registro, et habetur in decretis, dist. XLV, quod *Iudaei, non vi, sed libera voluntate ut convertantur suadendi sunt*. Sed implere id quod vovetur, necessitatis est. Ergo non sunt aliqui obligandi ad religionis ingressum.

II-II q. 189 a. 2 arg. 3

Praeterea, nullus debet alteri praebere occasionem ruinae, unde Exod. XXI dicitur, *si quis aperuerit cisternam, cecideritque bos vel asinus in eam, dominus cisternae reddet pretium iumentorum*. Sed ex hoc quod aliqui obligantur ad religionem per votum, frequenter aliqui ruunt in desperationem et in diversa peccata. Ergo videtur quod non sint aliqui ad religionis ingressum voto obligandi.

II-II q. 189 a. 2 s. c.

Sed contra est quod in Psalmo dicitur, vovete, et reddite domino Deo vestro, ubi dicit Glossa quod *quaedam sunt vota propria singulorum, ut castitas, virginitas et huiusmodi, ad haec ergo vovenda nos invitat*. Sed Scriptura sacra non invitat nisi ad id quod est melius. Ergo melius est quod aliquis voto se obliget ad religionis ingressum.

II-II q. 189 a. 2 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, cum de voto ageretur, unum et idem opus ex voto factum est laudabilius quam si sine voto fiat. Tum quia vovere est actus religionis, quae habet quandam excellentiam inter virtutes. Tum quia per votum firmatur voluntas hominis ad bonum faciendum, et sicut peccatum est gravius ex hoc quod procedit ex voluntate obstinata in malum, ita bonum opus est laudabilius ex hoc quod procedit ex voluntate confirmata in bonum per votum. Et ideo obligari voto ad religionis ingressum est secundum se laudabile.

II-II q. 189 a. 2 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod duplex est religionis votum. Unum solemne, quod hominem facit monachum vel alterius religionis fratrem, quod vocatur professio. Et tale votum debet praecedere annus probationis, ut probat obiectio. Aliud autem est votum simplex, ex quo aliquis non fit monachus vel religiosus, sed solum obligatus ad religionis ingressum. Et ante tale votum non oportet praecedere probationis annum.

II-II q. 189 a. 2 ad 2

Ad secundum dicendum quod auctoritas illa Gregorii intelligitur de violentia absoluta. Necessitas autem quae ex obligatione voti requiritur, non est necessitas absoluta,

praví Augustin Armentariovi a Pavlíně, "šťastná je nutnost, která vede k lepším".

K třetímu se musí říci, že slib vstupu do řehole je nějaké utvrzení vůle k lepšímu. A proto, co na něm jest, nedává člověku příležitost pádu, nýbrž spíše odnímá. Ale že přestoupením slibu někdo padá tíže, to neubírá dobroty slibu, jako též neubírá dobroté křtu, že někteří po křtu tíže hřeší.

CLXXXIX.3. Zda je povinen vstoupiti do řehole ten, který je vázán slibem vstoupiti do řehole.

Při třetí se postupuje takto: Zdá se, že kdo je slibem vázán vstoupiti do řehole, není povinen vstoupiti do řehole. Praví se totiž Dekret. XXI., ot. 2: "Kněz Gonsaldus kdysi, nutkán nemocí a žhavou bolestí, slíbil, že bude mnichem; avšak neodevzdal se opatovi nebo klášteru, ani příslíbení nenapsal, nýbrž zřekl se svého obročí do rukou právníka a když se uzdravil, odepřel státi se mnichem." A potom se dodává:

Rozsuzujeme a poroučíme mocí apoštolskou, aby řečený kněz dostal a pokojně držel obročí a oltáře." To by však nebylo, kdyby byl vázán vstoupiti do řehole. Tedy se zdá, že kdo není povinen splniti slib, kterým se zavázal vstoupiti do řehole.

Mimo to nikdo není povinen učiniti to, co není v jeho moci. Ale, aby někdo vstoupil do řehole, není v moci jeho, nýbrž žádá se k tomu souhlas těch, k nimž má přejíti. Tedy se zdá, že někdo není vázán splniti slib, kterým se zavázal vstoupiti do řehole.

Mimo to slib méně užitečný nemůže býti úhonou slibu užitečnějšímu. Ale splnění slibu vstoupiti do řehole může býti překážkou slibu křižáckého na pomoc Svaté Zemi, který se zdá užitečnější, protože za tento slib člověk dosahuje odpuštění hříchů. Tedy se zdá, že slib, kterým se někdo zavázal vstoupiti do řehole, nemusí nutně býti splněn.

Avšak proti jest, co se praví Eccle 5: "Slíbil-lis něco Bohu, nemeškej splniti: nelíbí se mu totiž nevěrné a pošetilé přislíbení." A k onomu Žalm. 75, 'Slibujte a plňte Pánu Bohu svému', praví Glossa: "Slibovati radí se vůli; ale po přislíbení slibem nutně se vyžaduje splnění."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo svrchu řečeno, když se jednalo o slibu, slib jest přislíbení učiněné Bohu o tom, co se Boha týká. Ale praví Řehoř v Listu Bonifácovi: "Jestliže se mezi lidmi dobré. vůle z žádného důvodu neruší smlouvy, čím spíše nebude možné bez pomsty zrušiti tento závazek, který k Bohu upevnil?" A proto je člověk nutně zavázán splniti co slíbil, kdykoliv je to něco, co se týká Boha.

Je pak zjevné, že vstup do řehole se nejvíce týká Boha: sed necessitas ex fine, quia scilicet, post votum, non potest aliquis finem salutis consequi nisi impleat votum. Talis autem necessitas non est vitanda, quinimmo, ut Augustinus dicit, ad Armentarium et Paulinam, *felix est necessitas quae ad meliora transmittit*.

II-II q. 189 a. 2 ad 3

Ad tertium dicendum quod vovere religionis ingressum est quaedam confirmatio voluntatis ad meliora. Et ideo, quantum est de se, non dat homini occasionem ruinae, sed magis subtrahit. Sed si aliquis voti transgressor gravius ruat, hoc non derogat bonitati voti, sicut nec derogat bonitati Baptismi quod aliqui post Baptismum gravius peccant.

3. Utrum illi qui voto obligantur ad religionis ingressum teneantur votum implere.

II-II q. 189 a. 3 arg. 1

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod ille qui obligatus est voto ad religionis ingressum, non teneatur intrare. Dicitur enim in decretis, XVII, qu. II, *Consaldus presbyter, quondam infirmitatis passione pressus, monachum se fieri promisit, non tamen monasterio aut abbati se tradidit, nec promissionem scripsit, sed beneficium Ecclesiae in manu advocati refutavit, ac postquam convaluit, monachum se negavit fieri*. Et postea subdit, *iudicamus ut praefatus presbyter beneficium et altaria recipiat et quiete retineat*. Hoc autem non esset, si teneretur religionem intrare. Ergo videtur quod non teneatur aliquis implere votum quo se ad religionis ingressum obligavit.

II-II q. 189 a. 3 arg. 2

Praeterea, nullus tenetur facere id quod non est in sua potestate. Sed quod aliquis religionem ingrediatur, non est in potestate ipsius, sed requiritur ad hoc assensus eorum ad quos debet transire. Ergo videtur quod non teneatur aliquis implere votum quo se ad religionis ingressum obligavit.

II-II q. 189 a. 3 arg. 3

Praeterea, per votum minus utile non potest derogari voto magis utili. Sed per impletionem voti religionis impediri posset impletio voti crucis in subsidium terrae sanctae, quod videtur esse utilius, quia per hoc votum consequitur homo remissionem peccatorum. Ergo videtur quod votum quo quis se obligavit ad religionis ingressum, non sit ex necessitate implendum.

II-II q. 189 a. 3 s. c.

Sed contra est quod dicitur Eccle. V, *si quid vovisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim Deo infidelis et stulta promissio*. Et super illud Psalmi, vovete et reddite domino Deo vestro, dicit Glossa, *vovere voluntati consulitur, sed post voti promissionem, redditio necessario exigitur*.

II-II q. 189 a. 3 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, cum de voto ageretur, votum est promissio Deo facta de his quae ad Deum pertinent. Ut autem Gregorius dicit, in epistola ad Bonifacium, *si inter homines solent bonae fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit*. Et ideo ad implendum id quod homo vovit, ex necessitate tenetur, dummodo sit aliquid quod ad Deum

protože se tím člověk zcela oddává sloužení Bohu, jak je patrné z řečeného. Pročež zůstává, že ten, jenž se zavazuje vstoupiti do řehole, je povinen vstoupiti do řehole tak, jak se zamýšlí slibem zavázati. Tak totiž, že zamýšlí-li se zavázati naprostě, je povinen vstoupiti jak nejdříve může, když pomine uznávaná překážka; jestli však v určitý čas, nebo pod určitou podmínkou, je povinen vstoupiti, když nadešel čas, nebo nastala podmínka.

K prvnímu se tedy musí říci, že onen kněz neučinil slib slavný, nýbrž jednoduchý. Pročež nestal se mnichem, jenž by právem musil býti donucen zůstati v klášteře a zanechati svého kostela. Ve svědomí však by se mu poradilo, aby opustil vše a vstoupil do řehole. Pročež Extra O slibu radí se biskupu Gratianopolskému, jenž po slíbení řehole přijal biskupství, nesplniv slib, "chce-li spraviti své svědomí, aby se vzdal řízení své Církve a splnil Nejvyššímu sliby své."

K druhému se musí říci, že jak bylo svrchu řečeno, když se jednalo o slibu, kdo slibem se zavázal vstoupiti do určité řehole, je vázán učiniti vše, co na něm jest, aby v té řeholi byl přijat a zamýšlí-li jednoduše závazek k řeholi, není-li přijat v jedné řeholi, jest vázán jíti do jiné; zamýšlí-li však zvláštní závazek pouze k jedné, není povinen než podle způsobu svého závazku.

K třetímu se musí říci, že slíbiti řeholi, ježto je navždy, je větší než slíbiti pout do Svaté. Země, jenž je dočasný. A, jak praví Alexander III., "nepřičítá se nijak za zrušení slibu, když se vidí záměna dočasné služby za doživotní sloužení řeholi".

Důvodně pak lze říci, že také vstoupením do řehole nabývá se odpuštění všech hříchů. Jestliže totiž může člověk vykonáním nějakých almužen ihned zadostučiniti za své hříchy, podle onoho Daniel. 4: "Hříchy své almužnou vykupuj," tím spíše postačí zadostučinění za všechny hříchy, když se někdo zcela odevzdá sloužení Bohu vstupem do řehole, jenž převyšuje všechny druhy zadostučinění, též veřejným pokáním, jak máme Dekret XXXIII, ot, l. jako také celopal převyšuje obět, jak praví Řehoř K Ezechielovi. Pročež se čte v Životech Otců, že téže milosti dosahují vstoupivší do řehole, jako pokřtění. I kdyby pak nebyli zbaveni veškeré. proviny trestu, přece je vstoupení do řehole užitečnější než putování do Svaté Země, které co do pokroku v dobrém převažuje zbavení trestu.

CLXXXIX.4. Zda ten, kdo slíbí vstoupiti do řehole, je vázán navždy zůstati v řeholi.

Při čtvrté se postupuje takto: Zdá se, že ten, kdo slíbí vstoupiti do řehole, je vázán navždy v řeholi zůstati. Je totiž lepší do řehole nevstupovati, než po vstoupení odejíti, podle onoho II. Petr 2: "Lepší bylo jim nepoznati pravdu, než odvrátiti se od poznané." A Luk. 9 se praví: "Nikdo

pertineat. Manifestum est autem quod ingressus religionis maxime ad Deum pertinet, quia per hoc homo totaliter se mancipat divinis obsequiis, ut ex supra dictis patet. Unde relinquitur quod ille qui se obligat ad religionis ingressum, teneatur religionem ingredi, secundum quod se voto obligare intendit, ita scilicet quod, si intendit se absolute obligare, tenetur quam citius poterit ingredi, legitimo impedimento cessante; si autem ad certum tempus, vel sub certa conditione, tenetur religionem ingredi tempore adveniente, vel conditione existente.

II-II q. 189 a. 3 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod ille presbyter non fecerat votum solemne, sed simplex. Unde non erat monachus effectus, ut cogi deberet de iure in monasterio remanere et Ecclesiam dimittere. Tamen in foro conscientiae esset sibi consulendum quod, omnibus dimissis, religionem intraret. Unde extra, de voto et voti Redempt., cap. per tuas, consulitur episcopo Gratianopolitano, qui post votum religionis episcopatum assumpserat, voto non impleto, ut, *si suam sanare desideraret conscientiam, regimen Ecclesiae resignaret, et redderet altissimo vota sua*.

II-II q. 189 a. 3 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut supra dictum est, cum de voto ageretur, ille qui se voto obligavit ad certae religionis ingressum, tenetur facere quantum in se est ut in illa religione recipiatur. Et si quidem intendit se simpliciter ad religionem obligare, si non recipitur in una religione, tenetur ire ad aliam. Si vero intendit se obligare specialiter ad unam solum, non tenetur nisi secundum modum suae obligationis.

II-II q. 189 a. 3 ad 3

Ad tertium dicendum quod votum religionis, cum sit perpetuum, est maius quam votum peregrinationis terrae sanctae, quod est temporale. Et sicut Alexander III dicit, et habetur extra, de voto et voti Redempt., *reus fracti voti aliquatenus non habetur qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis observantiam commutare*. Rationabiliter autem dici potest quod etiam per ingressum religionis aliquis consequatur remissionem omnium peccatorum. Si enim aliquibus eleemosynis factis homo potest statim satisfacere de peccatis suis, secundum illud Dan. IV, peccata tua eleemosynis redime; multo magis in satisfactionem pro omnibus peccatis sufficit quod aliquis se totaliter divinis obsequiis mancipet per religionis ingressum, quae excedit omne genus satisfactionis, etiam publicae poenitentiae, ut habetur in decretis, XXXIII Caus., qu. II, cap. admonere; sicut etiam holocaustum excedit sacrificium, ut Gregorius dicit, super Ezech. Unde in vitis patrum legitur quod eandem gratiam consequuntur religionem ingredientes quam consequuntur baptizati. Si tamen non absolverentur per hoc ab omni reatu poenae, nihilominus ingressus religionis utilior est quam peregrinatio terrae sanctae quantum ad promotionem in bonum, quae praeponderat absolutioni a poena.

4. Utrum illi qui vovent relligionem intrare teneantur ibi perpetuo remanere.

II-II q. 189 a. 4 arg. 1

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod ille qui vovet religionem ingredi, teneatur perpetuo in religione permanere. Melius est enim religionem non ingredi quam post ingressum exire, secundum illud II Pet. II, *melius*

vztahující ruku k pluhu a ohlížející se není vhodný království Božímu." Ale ten, jenž se zavázal slibem ke vstoupení do řehole, je povinen vstoupiti, jak bylo řečeno. Tedy také je vázán navždy zůstati.

Mimo to každý má vyhýbati, tomu, z čeho následuje pohoršení a jiným dává špatný příklad. Ale, když někdo po vstoupení do řehole odejde a vrátí se do světa, vzniká špatný příklad a pohoršení jiným, kteří jsou odváděni od vstoupení a ponoukáni k vystoupení. Tedy se zdá, že kdo vstoupí do řehole, aby splnil slib dříve učiněný, je vázán navždy tam zůstati.

Mimo to slib řeholní platí za slib doživotní, a proto je nad sliby dočasné, jak bylo řečeno. To by však nebylo, kdyby někdo slíbiv vstup do řehole, vstoupil rozhodnut vystoupiti. Tedy se zdá, že ten, kdo slibuje vstoupení do řehole, je vázán také navždy v řeholi zůstati.

Avšak proti jest, že profesi řeholní, protože zavazuje člověka, aby navždy zůstal v řeholi, předchází zkušební rok, jenž není před slibem jednoduchým, kterým se někdo zavazuje vstoupiti do řehole. Tedy se zdá, že ten, jenž slibuje vstoupiti do řehole, není z toho vázán navždy tam zůstati.

Odpovídám: Musí se říci, že závaznost slibu vychází z vůle. Protože "vůle musí slibovati", jak praví Augustin k Žalmu 75. Tak daleko tedy sahá závazek slibu, kam dosahuje vůle a úmysl slibujícího. Zamýšlí-li tedy slibující zavázati se nejenom ke vstoupení do řehole, nýbrž také k doživotnímu setrvání, je vázán navždy zůstati. Zamýšlí-li však zavázati ke vstoupení do řehole na zkoušku, se svobodou zůstati nebo nezůstati, je zjevné, že není vázán zůstati. Myslel-li však při slibu jednoduše na vstoupení do řehole, aniž myslel na svobodný odchod nebo že navždy zůstane, zdá se, že jest povinen vstoupiti do řehole podle zásady obecného práva, která jest, že vstupující dostanou zkušební rok. Pročež není vázán navždy zůstati v řeholi.

K prvnímu se tedy musí říci, že jest lepší vstoupiti do řehole s úmyslem zkoušky, než vůbec nevstoupiti, protože se tak připravuje zůstati navždy. Něčí pak ustupování nebo ohlížení se rozumí pouze tehdy, opomine-li to, k čemu se zavázal; jinak by byl nevhodný království Božímu každý, kdo po nějaký čas koná nějaké dobro, ale nekoná je vždycky, což je patrně nesprávné.

K druhému se musí říci, že ten, kdo vstupuje do řehole, odejde-li, zvláště z nějaké rozumné příčiny, nepůsobí pohoršení, ani nedává špatný příklad. A je-li někdo pohoršen, bude pohoršení utrpěné s jeho strany, ne však učiněné se strany vystupujícího: protože učinil, co bylo dovoleno učiniti, co měl učiniti pro rozumnou příčinu, jako *erat illis veritatem non cognoscere quam post agnitam retroire*. Et Luc. IX dicitur, *nemo mittens manum ad aratrum et aspiciens retro, aptus est regno Dei*. Sed ille qui voto se obligavit ad religionis ingressum, tenetur ingredi, ut dictum est. Ergo etiam tenetur perpetuo remanere.

II-II q. 189 a. 4 arg. 2

Praeterea, quilibet debet vitare id ex quo scandalum sequitur et aliis datur malum exemplum. Sed ex hoc quod aliquis, post religionis ingressum, egreditur et ad saeculum redit, malum exemplum et scandalum aliis generatur, qui retrahuntur ab ingressu et provocantur ad exitum. Ergo videtur quod ille qui ingreditur religionem ut votum impleat quod prius fecit, teneatur ibi perpetuo remanere.

II-II q. 189 a. 4 arg. 3

Praeterea, votum religionis reputatur votum perpetuum, et ideo temporalibus votis praefertur, ut dictum est. Hoc autem non esset, si aliquis, voto religionis emisso, ingrederetur cum proposito exeundi. Videtur ergo quod ille qui vovet religionis ingressum, teneatur in religione etiam perpetuo remanere.

II-II q. 189 a. 4 s. c.

Sed contra est, quia votum professionis, propter hoc quod obligat hominem ad hoc quod perpetuo in religione remaneat, praeexigit annum probationis, qui non praeexigitur ad votum simplex quo aliquis se obligat ad religionis ingressum. Ergo videtur quod ille qui vovet religionem intrare, propter hoc non teneatur ibi perpetuo remanere.

II-II q. 189 a. 4 co.

Respondeo dicendum quod obligatio voti ex voluntate procedit, nam vovere voluntatis est, ut Augustinus dicit. In tantum ergo fertur obligatio voti in quantum se extendit voluntas et intentio voventis. Si igitur vovens intendit se obligare non solum ad ingressum religionis, sed ad perpetuo remanendum, tenetur perpetuo remanere. Si autem intendit se obligare ad ingressum religionis causa experiendi, cum libertate remanendi vel non remanendi, manifestum est quod remanere non tenetur. Si vero in vovendo simpliciter de ingressu religionis cogitavit, absque hoc quod cogitaret de libertate exitus vel de perpetuitate remanendi, videtur obligari ad ingressum secundum formam iuris communis, quae est ut ingredientibus detur probationis annus. Unde non tenetur perpetuo in religione remanere.

II-II q. 189 a. 4 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod melius est intrare religionem animo probandi, quam penitus non intrare, quia per hoc disponitur ad perpetuo remanendum. Nec tamen intelligitur aliquis retro ire vel aspicere, nisi quando praetermittit id ad quod se obligavit. Alioquin quicumque per aliquod tempus facit aliquod bonum opus, si non semper id faciat, esset ineptus regno Dei, quod patet esse falsum.

II-II q. 189 a. 4 ad 2

Ad secundum dicendum quod ille qui religionem ingreditur, si exeat, praesertim ex aliqua rationabili causa, non generat scandalum nec dat malum exemplum. Et si alius scandalizatur, erit scandalum passivum ex parte eius, non autem scandalum activum ex parte exeuntis,

nemoc nebo slabost nebo něco takového.

K třetímu se musí říci, že ten, kdo vstupuje do řehole, aby hned odešel, nezdá se plniti svůj slib, protože svůj slib tak nemíní; a proto je vázán změniti rozhodnutí, aby aspoň chtěl zkusiti, zda mu bude prospěšné zůstati v řeholi; není však vázán navždy zůstati.

CLXXXIX.5. Zda lze přijímati děti do řehole.

Při páté se postupuje takto: Zdá se, že děti nemají býti přijímány do řehole. Neboť Extra O řeholních se praví: "Nikdo nedostane postřižiny, leč v zákonitém věku a při svobodné vůli." Ale děti nezdají se míti zákonitý věk, ani svobodnou vůli, protože nemají dokonalé užívání rozumu. Tedy se zdá, že nemají býti přijímány do řehole.

Mimo to stav řeholní zdá se býti stav kajícnosti. pročež také jméno řehole jest od zvoleného pravidla, jak praví Augustin, X. O Městě Božím. Ale dětem nepřísluší kajícnost. Tedy se zdá, že nemají vstupovati do řehole.

Mimo to, jako je někdo vázán přísahou, tak také slibem. Ale děti před čtrnáctým rokem nelze zavázati přísahou, jak máme v Dekret. XXI, ot. 5. Tedy se zdá, že nemají ani sliby býti zavazovány.

Mimo to se zdá nedovolené zavázati někoho takovým závazkem, který lze spravedlivě zrušiti. Ale, zaváží-li se řeholi nějací nedospělí, mohou býti odvedeni rodiči nebo poručníky; praví se totiž v Dekret. XX, ot. 2, že "kdyby dívka přijala dobrovolně před dvanáctým rokem posvátný závoj, že mohou ihned její rodiče neb poručníci zrušiti tento čin, jestliže chtějí." Je tedy nedovolené přijímati do řehole děti, především před lety dospělosti, nebo zavazovati.

Avšak proti jest, co praví Pán, Mat. 19: "Nechte maličké a nebraňte jim ke mně přijíti." Což vykládaje Origenes, K Mat., praví, že "učedníci Ježíšovi, než poznali pojem spravedlnosti, kárali ty, kteří děti a nemluvňata podávají Kristu. Pán však vybízí své učedníky chápati užitek dětí. Toho tedy musíme dbáti, abychom v domnění vyšší moudrosti, jakožto velcí, nepohrdali maličkými Církve, zabraňujíce dětem přístup k Ježíši."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo svrchu řečeno, je dvojí řeholní slib. Jeden jednoduchý, jenž záleží v pouhém přislíbení učiněném Bohu, jež vychází z vnitřní duševní rozvahy. A tento slib má účinnost z práva božského. Může však míti dvojí překážku; jedním způsobem z nedostatku rozvahy, jak je patrné u šílených, jejichž sliby nejsou závazné, jak máme Extra o řeholních. A týž důvod jest u dětí, které ještě. nemají náležité užívání rozumu, z něhož jsou schopni lstivosti; to pak hoši mají obyčejně kolem čtrnáctého roku, dívky však kolem dvanáctého, což slují quia fecit quod licitum erat ei facere, et quod expediebat propter rationabilem causam, puta infirmitatem aut debilitatem aut aliquid huiusmodi.

II-II q. 189 a. 4 ad 3

Ad tertium dicendum quod ille qui intrat ut statim exeat, non videtur satisfacere voto suo, quia ipse in vovendo hoc non intendit. Et ideo tenetur mutare propositum, ut saltem velit experiri an ei expediat in religione remanere. Non autem tenetur ad perpetuo remanendum.

5. Utrum pueri sint recipiendi in religione.

II-II q. 189 a. 5 arg. 1

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod pueri non sint recipiendi in religione. Quia extra, de regularibus et Transeunt. ad Relig., dicitur, *nullus tondeatur, nisi legitima aetate et spontanea voluntate*. Sed pueri non videntur habere legitimam aetatem nec spontaneam voluntatem, quia non habent perfecte usum rationis. Ergo videtur quod non sint in religione recipiendi.

II-II q. 189 a. 5 arg. 2

Praeterea, status religionis videtur esse status poenitentiae, unde et religio dicitur a religando vel reeligendo, ut Augustinus dicit, X de Civ. Dei. Sed pueris non convenit poenitentia. Ergo videtur quod non debeant religionem intrare.

II-II q. 189 a. 5 arg. 3

Praeterea, sicut aliquis obligatur iuramento, ita et voto. Sed pueri, ante annos quatuordecim, non debent obligari iuramento, ut habetur in decretis, XXII Caus., qu. V, cap. pueri, et cap. honestum. Ergo videtur quod nec etiam sint voto obligandi.

II-II q. 189 a. 5 arg. 4

Praeterea, illicitum videtur esse obligare aliquem tali obligatione quae posset iuste irritari. Sed si aliqui impuberes obligant se religioni, possunt retrahi a parentibus vel tutoribus, dicitur enim in decretis, XX Caus., qu. II, quod *puella si ante duodecim aetatis annos sponte sua sacrum velamen assumpserit, possunt statim parentes eius vel tutores id factum irritum facere, si voluerint*. Illicitum est ergo pueros, praesertim ante pubertatis annos, ad religionem recipere vel obligare.

II-II q. 189 a. 5 s. c.

Sed contra est quod dominus, Matth. XIX, dicit, *sinite parvulos, et nolite eos prohibere venire ad me*. Quod exponens Origenes, super Matth., dicit quod *discipuli Iesu, priusquam discant rationem iustitiae, reprehendunt eos qui pueros et infantes offerunt Christo, dominus autem exhortatur discipulos suos condescendere utilitatibus puerorum. Hoc ergo attendere debemus, ne, aestimatione sapientiae excellentioris, contemnamus, quasi magni, pusillos Ecclesiae, prohibentes pueros venire ad Iesum*.

II-II q. 189 a. 5 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, duplex est religionis votum. Unum simplex, quod consistit in sola promissione Deo facta, quae ex interiori mentis deliberatione procedit. Et hoc votum habet efficaciam ex iure divino. Quae tamen dupliciter tolli potest. Uno modo, per defectum deliberationis, ut patet in furiosis, quorum vota non sunt obligatoria, ut habetur extra, de regularibus et Transeunt. ad Relig., cap. sicut tenor. Et eadem est

léta dospělosti. U ně. kterých však časněji, u některých později, podle různého uzpůsobení přirozenosti. - Jiným způsobem překáží účinnosti jednoduchého slibu, slíbí-li Bohu někdo, kdo nemá moc na sebe, jako kdyby se zavázal otrok bez vědomí pánova vstoupiti do řehole nebo se i dal vysvětiti, maje užívání rozumu. Neboť pán to může odvolati, jak máme v Dekret. dist. LIV. A protože hoši nebo dívky, před lety dospělosti jsou přirozeně pod mocí otcovou co do způsobu svého života, může otec buď odvolati nebo přijmouti jejich slib, jak se mu líbí, jak se výslovně praví o ženě Num. 30. Tak tedy, vykoná-li dítě před lety dospělosti jednoduchý slib než má plné užívání rozumu, není vázáno slibem. Má-li však užívání rozumu před lety dospělosti, co na něm jest, je vázáno svým slibem; může však býti závazek odvolán z rozhodnutí otce, v jehož moci ještě jest, protože nařízení zákona, kterým jeden člověk je podroben druhému, přihlíží k tomu, co se přihází častěji. Překročilo-li však leta dospělosti, nemůže býti slib odvolán rozhodnutím rodičů; kdyby však ještě nemělo užívání rozumu, nebylo by vázáno u Boha.

Jiný pak jest slib slavný, jenž činí mnicha nebo řeholníka. Tento pak slib podléhá řízení Církve pro slavnostnost, kterou má připojenu. A protože Církev přihlíží k tomu, co je častěji, profese učiněná před lety dospělosti, jakkoli někdo má plné užívání rozumu, nebo je schopen lstivosti, nenabývá účinku, že činí slibujícího řeholníkem. A přece, ačkoli nemůže býti profese před lety dospělosti, přece mohou z vůle rodičů býti přijati do řehole na vychování; jak čteme o Janu Křtiteli, Luk. 1, že hoch rostl a sílil duchem a byl na poušti. Pročež, jak praví Řehoř v II. Rozml.: "Vznešení Římané počali blaženému Benediktovi dávati své syny na výchovu pro Boha." Což jest velmi prospěšné podle onoho Thren. 3: "Je dobře muži, když nosil jho od mladosti své." Proto též obecným zvykem jsou hoši navykáni oněm službám nebo uměním, ve kterých mají tráviti život.

K prvnímu se tedy musí říci, že zákonitý věk pro něčí postřižiny se slavným řeholním slibem je věk dospělosti, v němž může člověk užívati vlastní vůle. Ale před lety dospělosti může býti zákonitý věk k postřižinám na výchovu v řeholi.

K druhému se musí říci, že řeholní stav je především zařízen k dosažení dokonalosti, jak jsme svrchu měli. A dle toho přísluší dětem, které lze snadno vésti. Stavem kajícnosti však sluje v důsledku, pokud zachovávání řehole odstraňuje příležitosti hříchů, jak bylo svrchu řečeno.

K třetímu se musí říci, že, jako děti nenutí se přísahati, jak praví Kánon, tak se nenutí slibovati. Jestliže však se přísahou nebo slibem zavázali něco učiniti, jsou vázáni u Boha, mají-li užívání rozumu; ale nejsou vázáni vůči ratio de pueris qui nondum habent debitum usum rationis, per quem sunt doli capaces, quem quidem pueri habent, ut frequentius, circa quartumdecimum annum, puellae vero circa duodecimum, qui dicuntur anni pubertatis. In quibusdam tamen anticipatur, et in quibusdam tardatur, secundum diversam dispositionem naturae. Alio modo impeditur efficacia simplicis voti, si aliquis Deo voveat quod non est propriae potestatis, puta si servus, etiam usum rationis habens, voveat se religionem intrare, aut etiam ordinetur, ignorante domino; potest enim hoc dominus revocare, ut habetur in decretis, dist. LIV, cap. si servus. Et quia puer vel puella, infra pubertatis annos, naturaliter sunt in potestate patris quantum ad dispositionem suae vitae, poterit pater votum eorum revocare vel acceptare, si sibi placuerit, ut expresse dicitur de muliere, Num. XXX. Sic igitur si puer, ante annos pubertatis, simplex votum emittat, antequam habeat plenum usum rationis, non obligatur ex voto. Si autem habeat usum rationis ante annos pubertatis, obligatur quidem quantum in se est, ex suo voto, tamen potest obligatio removeri per auctoritatem patris, in cuius potestate adhuc existit; quia ordinatio legis, qua unus homo subditur alteri, respicit id quod in pluribus accidit. Si vero annos pubertatis excedat, non potest revocari auctoritate parentum; si tamen nondum haberet plenum usum rationis, non obligaretur quoad Deum. Aliud autem est votum solemne, quod facit monachum vel religiosum. Quod quidem subditur ordinationi Ecclesiae, propter solemnitatem quam habet annexam. Et quia Ecclesia respicit id quod in pluribus est, professio ante tempus pubertatis facta, quantumcumque aliquis habeat usum rationis plenum, ut sit doli capax, non habet suum effectum, ut faciat profitentem esse iam religiosum. Et tamen, licet ante annos pubertatis profiteri non possint, possunt tamen, cum voluntate parentum, in religione recipi ut nutriantur ibidem, sicut de Ioanne Baptista legitur, Luc. I, quod *puer crescebat, et confortabatur spiritu, et erat in desertis*. Unde, sicut Gregorius dicit, in II Dialog., *beato Benedicto Romani nobiles suos filios omnipotenti Deo nutriendos dare coeperunt*. Quod est valde expediens, secundum illud Thren. III, *bonum est viro cum portaverit iugum ab adolescentia sua*. Unde ex communi consuetudine pueri applicantur illis officiis vel artibus in quibus sunt vitam acturi.

II-II q. 189 a. 5 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod legitima aetas ad hoc quod aliquis tondeatur cum voto solemni religionis, est tempus pubertatis, in quo homo potest uti spontanea voluntate. Sed ante annos pubertatis potest esse legitima aetas ad hoc quod aliquis tondeatur in religione nutriendus.

II-II q. 189 a. 5 ad 2

Ad secundum dicendum quod religionis status principaliter ordinatur ad perfectionem consequendam, ut supra habitum est. Et secundum hoc, convenit pueris, qui de facili imbuuntur. Ex consequenti autem dicitur esse status poenitentiae, inquantum per observantiam religionis peccatorum occasiones tolluntur, ut supra dictum est.

II-II q. 189 a. 5 ad 3

Ad tertium dicendum quod pueri, sicut non coguntur ad iurandum, ut canon dicit, ita non coguntur ad vovendum. Si tamen voto vel iuramento se adstrinxerint ad aliquid

Církvi před čtrnáctým rokem.

Ke čtvrtému se musí říci, že Num. 30 není kárána žena v dívčím věku, slíbí-li něco bez souhlasu rodičů; může to však býti odvoláno rodiči. Z čehož je patrné, že nehřeší slibem, ale rozumí se závazek slibem pokud na ní jest, bez újmy otcovské moci.

CLXXXIX.6. Zda pro posluhování rodičům má býti někdo zdržen od vstupu do řehole.

Při šesté se postupuje takto: Zdá se, že pro pomoc rodičům mají býti někteří odvraceni od vstoupení do řehole. Není totiž dovoleno opomíjeti to, co je nutné, aby se vykonalo, co je svobodno vůli. Ale pomoci rodičům spadá pod nutnosti přikázání, jež je dáno o ctění rodičů, Exod. 20; pročež i Apoštol praví I. Tim. 5: "Má-li vdova syny nebo vnuky, nauč se nejprve svůj dům říditi a spláceti rodičům." Vstoupiti však do řehole je vůli svobodno. Tedy se zdá, že někdo nemá opominouti pomoci rodičům pro vstoupení do řehole.

Mimo to se zdá větší podřízenost syna rodičům než otroka pánovi, protože synovství jest přirozené, kdežto otroctví z kletby hříchu, jak je patrné Gen. 9. Ale otrok nemůže zanechati služby svému pánu, aby vstoupil do řehole, nebo přijal svaté svěcení, jak máme v Dekret. LIV. Tedy tím méně může syn opominouti pomoci otci, aby vstoupil do řehole.

Mimo to větší dluh má někdo u rodičů než u těch, kterým dluží peníze. Ale ti, kteří někomu dluží peníze, nemohou vstoupiti do řehole: praví totiž Řehoř v Registr., "kdo mají veřejné závazky, když přicházejí do kláštera, nikterak nemají býti přijati, leč po propuštění z veřejných záležitostí". Tedy se zdá, že tím méně mohou vstoupiti synové. do řehole, opomíjejíce pomoci rodičům.

Avšak proti jest, co se praví Mat. 4, že "Jakub a Jan opustivše sítě a otce, následovali Pána". Z čehož, jak praví Hilarius, jsme poučeni, "že následujíce Krista, nejsme drženi ani starostmi světského života, ani životem otcovského domu."

Odpovídám: Musí se říci, že, jak bylo svrchu řečeno, když se jednalo o uctivost, rodiče mají ráz původu jako takového; a proto o sobě jim přísluší starost o syny. A proto není dovoleno nikomu majícímu starost o syny vstoupiti do řehole a vůbec zanechati starosti o syny, to jest neobstarati, jak by mohli býti vychováni. Praví se totiž I. Tim. 5, že "Nestará-li se někdo o své, víru zapřel a jest horší než nevěřící". Případkově se však přísluší rodičům, aby jim synové pomáhali, pokud totiž se octli v nějaké tísni. A proto se musí říci, že jsou-li rodiče v tísni, takže jim jinak nelze pohodlně pomoci, leč podporou synů, není faciendum, obligantur quoad Deum, si habeant usum rationis, licet non obligentur quoad Ecclesiam ante quatuordecim annos.

II-II q. 189 a. 5 ad 4

Ad quartum dicendum quod Num. XXX non reprehenditur mulier in puellari aetate constituta, si voveat absque consensu parentum, potest tamen revocari a parentibus. Ex quo patet quod non peccat vovendo, sed intelligitur se voto obligare quantum in se est, absque praeiudicio auctoritatis paternae.

6. Utrum propter parentum obsequium aliqui debeant retrahi religionis ingressu.

II-II q. 189 a. 6 arg. 1

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod propter obsequium parentum debeant aliqui retrahi ab ingressu religionis. Non enim licet praetermittere id quod est necessitatis, ut fiat id quod est liberum voluntati. Sed obsequi parentibus cadit sub necessitate praecepti quod datur de honoratione parentum, Exod. XX, unde et apostolus dicit, I ad Tim. V, *si qua vidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere, et mutuam vicem reddere parentibus*. Ingredi autem religionem est liberum voluntati. Ergo videtur quod non debeat aliquis praetermittere parentum obsequium propter religionis ingressum.

II-II q. 189 a. 6 arg. 2

Praeterea, maior videtur esse subiectio filii ad parentes quam servi ad dominum, quia filiatio est naturalis; servitus autem ex maledictione peccati, ut patet Gen. IX. Sed servus non potest praetermittere obsequium domini sui ut religionem ingrediatur aut sacrum ordinem assumat, sicut habetur in decretis, dist. LIV, si servus. Ergo multo minus filius potest obsequium patris praetermittere ut ingrediatur religionem.

II-II q. 189 a. 6 arg. 3

Praeterea, maiori debito obligatur aliquis parentibus quam his quibus debet pecuniam. Sed illi qui debent pecuniam aliquibus, non possunt religionem ingredi, dicit enim Gregorius, in Regist., et habetur in decretis, dist. LIII, quod *si hi qui sunt rationibus publicis obligati, quandoque monasterium petunt, nullo modo suscipiendi sunt, nisi prius a negotiis publicis fuerint absoluti*. Ergo videtur quod multo minus filii possunt religionem ingredi, praetermisso paterno obsequio.

II-II q. 189 a. 6 s. c.

Sed contra est quod Matth. IV dicitur quod Iacobus et Ioannes, *relictis retibus et patre, secuti sunt dominum. Ex quo*, ut Hilarius dicit, *docemur, Christum secuturi, et saecularis vitae sollicitudine et paternae domus consuetudine non teneri*.

II-II q. 189 a. 6 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, cum de pietate ageretur, parentes habent rationem principii, inquantum huiusmodi, et ideo per se eis convenit ut filiorum curam habeant. Et propter hoc, non liceret alicui filios habenti religionem ingredi, omnino praetermissa cura filiorum idest, non proviso qualiter educari possint, dicitur enim I ad Tim. V, quod *si quis suorum curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior*. Per accidens tamen parentibus convenit ut a filiis adiuventur, inquantum scilicet sunt in necessitate aliqua constituti. Et

dovoleno synům opominouti pomáhání rodičům a vstoupiti do řehole. Nejsou-li však v takové tísni, že by velmi potřebovali pomoci svých synů, mohou synové vstoupiti do řehole, nedbajíce pomáhati rodičům, také proti rozkazu rodičů: protože po letech dospělosti, každý svobodný má volnost v tom, co se týká určení svého stavu, hlavně v tom, co je službou Bohu; a "více jest poslouchati Otce duchů, abychom žili", než rodičů tělesných, jak praví Apoštol, Žid. 12. Pročež, jak čteme Mat. 8 a Luk. 9, kárá Pán učedníka, který ho nechtěl ihned následovati, chtěje pohřbiti svého otce; byli totiž jiní, kteří to dílo mohli vykonati, jak praví Zlatoústý.

K prvnímu se tedy musí říci, že přikázání o uctění rodičů vztahuje se nejenom na tělesné pomáhání, nýbrž také na duchovní a na prokazování úcty. A proto také ti, kteří jsou v řeholi, mohou plniti přikázání o úctě rodičů modlitbou za ně a vzdáváním úcty a poskytováním pomoci, pokud sluší řeholníkům. Neboť i ti, kteří žijí ve světě, ctí rodiče rozličně podle svého postavení.

K druhému se musí říci, že otroctví bylo zavedeno za trest hříchu, proto se otroctvím odnímá člověku něco, co by mu jinak příslušelo, že totiž může svobodně rozhodovati o své osobě: otrok totiž to co jest, pána jest. Ale syn netrpí škodu z toho, že je podroben otci, a nemůže svobodně rozhodovati o své osobě přechodem do služby Bohu, která nejvíce patří k dobru člověka.

K třetímu se musí říci, že ten, kdo je zavázán k něčemu jistému, nemůže to dovolené opominouti, maje možnost. A proto, je-li někdo zavázán někomu, aby mu vydal počet, nebo aby jistý dluh splatil, nemůže to dovoleně opominouti, aby vstoupil do řehole. Dluží-li však nějaké peníze, a nemá čím zaplatiti, je povinen učiniti co může, aby totiž postoupil věřiteli svůj majetek. Pro peníze však podle světského práva není vázána osoba svobodného člověka, nýbrž pouze majetek, protože osoba svobodného člověka převyšuje všechno hodnocení peněz. Pročež dovoleně může vstoupiti do kláštera, vydav svůj majetek a není povinen zůstati ve světě, aby obstaral, čím dluh zaplatiti. Syn pak není vázán nějakou zvláštní povinností otci, leč v případě tísně, jak bylo řečeno.

CLXXXIX.7. Zda kněží v duchovní správě mohou dovoleně vstoupiti do řehole.

Při sedmé se postupuje takto: Zdá se, že duchovní správcové nemohou dovoleně vstoupiti do řehole. Praví totiž Řehoř v Pastýř., že "kdo přijímá duchovní správu, ten je hrozivě napomínán, když se praví: Synu můj, zaručil-li ses za přítele svého, přibil jsi u cizího rukou svou." A dodává: "Ručiti totiž za přítele znamená přijmouti cizí duši s nebezpečím zachování sebe." Ale, kdo jest zavázán člověku nějakým dluhem, ten nemůže vstoupiti do řehole, ideo dicendum est quod, parentibus in necessitate existentibus ita quod eis commode aliter quam per obsequium filiorum subveniri non possit, non licet filiis, praetermisso parentum obsequio, religionem intrare. Si vero non sint in tali necessitate ut filiorum obsequio multum indigeant, possunt, praetermisso parentum obsequio, filii religionem intrare, etiam contra praeceptum parentum, quia post annos pubertatis, quilibet ingenuus libertatem habet quantum ad ea quae pertinent ad dispositionem sui status, praesertim in his quae sunt divini obsequii; *et magis est obtemperandum patri spirituum, ut vivamus, quam parentibus carnis*, ut apostolus, Heb. XII, dicit. Unde dominus, ut legitur Matth. VIII et Luc. IX, reprehendit discipulum qui nolebat eum statim sequi intuitu paternae sepulturae, erant enim alii per quos illud opus impleri poterat, ut Chrysostomus dicit.

II-II q. 189 a. 6 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod praeceptum de honoratione parentum non solum se extendit ad corporalia obsequia, sed etiam ad spiritualia, et ad reverentiam exhibendam. Et ideo etiam illi qui sunt in religione implere possunt praeceptum de honoratione parentum, pro eis orando, et eis reverentiam et auxilium impendendo, secundum quod religiosos decet. Quia etiam illi qui in saeculo vivunt, diversimode parentes honorant, secundum eorum conditionem.

II-II q. 189 a. 6 ad 2

Ad secundum dicendum quod, quia servitus est in poenam peccati inducta, ideo per servitutem aliquid adimitur homini quod alias ei competeret, ne scilicet libere de sua persona possit disponere, servus enim id quod est, domini est. Sed filius non patitur detrimentum ex hoc quod subiectus est patri, quin possit de sua persona libere disponere transferendo se ad obsequium Dei, quod maxime pertinet ad hominis bonum.

II-II q. 189 a. 6 ad 3

Ad tertium dicendum quod ille qui est obligatus ad aliquid certum, non potest illud licite praetermittere, facultate exstante. Et ideo si aliquis sit obligatus ut alicui rationem ponat, vel ut certum debitum reddat, non potest hoc licite praetermittere ut religionem ingrediatur. Si tamen debeat aliquam pecuniam et non habeat unde reddat, tenetur facere quod potest, ut scilicet cedat bonis suis creditori. Propter pecuniam autem persona liberi hominis, secundum iura civilia, non obligatur, sed solum res, quia persona liberi hominis superat omnem aestimationem pecuniae. Unde potest licite, exhibitis rebus suis, religionem intrare, nec tenetur in saeculo remanere ut procuret unde debitum reddat. Filius autem non tenetur ad aliquod speciale debitum patri, nisi forte in casu necessitatis, ut dictum est.

7. Utrum praesbyteri curati vel archidiaconi possint ad religionem transire.

II-II q. 189 a. 7 arg. 1

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod presbyteri curati non possunt licite religionem ingredi. Dicit enim Gregorius, in Pastoral., quod ille qui curam animarum suscipit, *terribiliter admonetur cum dicitur, fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam*. Et subdit, *spondere namque pro amico est animam alienam in periculo suae conversationis*

leč zaplatí co dluží, může-li. Ježto tedy kněz může vykonávati duchovní správu, k níž se zavázal s nebezpečím své duše, zdá se, že mu není dovoleno vstoupiti do řehole a zanechati duchovní správy.

Mimo to, co je dovoleno jednomu, je dovoleno stejně všem podobným. Ale, kdyby vstoupili do řehole všichni kněží, mající duchovní správu, zůstal by lid bez péče pastýřské, což by bylo nevhodné. Tedy se zdá, že duchovní správcové nemohou dovoleně vstoupiti do řehole.

Mimo to mezi úkony, k nimž jsou určeny řehole, přednější jsou ty, kterými někdo předává druhým nazíraná. Takové však skutky přísluší duchovním správcům a arcijáhnům, jimž ze služby přísluší kázati a zpovídati. Tedy se zdá, že není dovoleno duchovnímu správci nebo arcijáhnovi přejíti do řehole.

Avšak proti jest, co se praví v Dekret. X, ot. 2: "Jestliže nějaký duchovní ve svém kostele pod biskupem lid drží a žije světsky, chce-li, osvícen Duchem svatým, se spasiti v nějakém klášteře nebo v kanonické řeholi, také přes odpor svého biskupa, jdi svobodně, z naší moci."

Odpovídám: Musí se říci, že jak bylo svrchu řečeno, závazek doživotního slibu předčí každý jiný závazek. Závazek pak slibu doživotního a slavného k pěstování služby Bohu přísluší vlastně biskupům a řeholníkům. Duchovní však správcové a arcijáhnové nejsou vázáni slibem doživotním a slavným podržeti duchovní správu, jako jsou k tomu vázáni biskupové. Pročež biskupové nesmějí opustiti představenství za kterékoli příležitosti bez zmocnění římským velekněžem, jak máme Extra O řehol. Arcijáhnové však a duchovní správcové mohou svobodně vrátiti biskupovi správu jim svěřenou, bez zvláštního dovolení Papeže, jenž jediný může promíjeti v doživotních slibech. Z čehož jest jasné, že arcijáhnům a duchovním správcům je dovoleno přejíti do řehole.

K prvnímu se tedy musí říci, že duchovní správcové a arcijáhnové se zavázali vykonávati duchovní správu poddaných, dokud podrží arcijáhenství nebo farnost. Ale nezavázali se k tomu, aby doživotně podrželi arcijáhenství nebo farnost.

K druhému se musí říci, že, jak praví Jeronym. Proti Vigilantiovi: "Ačkoli trpí od tebe nejdivočejší kousání zmijím jazykem," totiž řeholníci, "proti nimž ty útočíš, a pravíš: Když se všichni zavrou a budou na poušti, kdo oslaví kostely? kdo získá světské lidi? kdo může napomínati hříšné ke ctnostem? Neboť když všichni budou takovým způsobem s tebou bláhoví, kdo bude moci moudrým býti? Ani panenství nebude míti chválu, neboť, budou-li všechny panny a nebude vdaných, zahyne pokolení lidské. Řídká je ctnost, a nemá většinu žádostivých." Je tedy patrné, že tato obava je pošetilá, jako kdyby se někdo bál čerpati vodu, aby řeka neopadla.

accipere. Sed ille qui obligatur homini pro aliquo debito, non potest intrare religionem nisi solvat id quod debet, si possit. Cum ergo sacerdos possit curam animarum agere, ad quam se obligavit in periculo animae suae, videtur quod non liceat ei, praetermissa cura animarum, religionem intrare.

II-II q. 189 a. 7 arg. 2

Praeterea, quod uni licet, pari ratione omnibus similibus licet. Sed si omnes presbyteri habentes curam animarum religionem intrarent, remanerent plebes absque cura pastorum, quod esset inconveniens. Ergo videtur quod presbyteri curati non possint licite religionem intrare.

II-II q. 189 a. 7 arg. 3

Praeterea, inter actus ad quos religiones ordinantur, praecipui sunt illi quibus aliquis contemplata aliis tradit. Huiusmodi autem actus competunt presbyteris curatis et archidiaconis, quibus ex officio competit praedicare et confessiones audire. Ergo videtur quod non liceat presbytero curato vel archidiacono transire ad religionem.

II-II q. 189 a. 7 s. c.

Sed contra est quod in decretis, XIX Caus., qu. II, cap. duae sunt leges, dicitur, *si quis clericorum in Ecclesia sua sub episcopo populum retinet et saeculariter vivit, si, afflatus spiritu sancto, in aliquo monasterio vel regulari canonica salvari se voluerit, etiam episcopo suo contradicente, eat liber, nostra auctoritate*.

II-II q. 189 a. 7 co.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, obligatio voti perpetui praefertur omni alii obligationi. Obligari autem voto perpetuo et solemni ad vacandum divinis obsequiis, competit proprie episcopis et religiosis. Presbyteri autem curati et archidiaconi non obligantur voto perpetuo et solemni ad curam animarum retinendam, sicut ad hoc obligantur episcopi. Unde episcopi *praesulatum non possunt deserere quacumque occasione, absque auctoritate Romani pontificis*, ut habetur extra, de regularibus et Transeuntib. ad Relig., cap. licet, archidiaconi autem et presbyteri curati possunt libere abrenuntiare episcopo curam eis commissam, absque speciali licentia Papae, qui solus potest in votis perpetuis dispensare. Unde manifestum est quod archidiaconis et presbyteris curatis licet ad religionem transire.

II-II q. 189 a. 7 ad 1

Ad primum ergo dicendum quod presbyteri curati et archidiaconi obligaverunt se ad curam agendam subditorum quandiu retinent archidiaconatum vel parochiam. Non autem obligaverunt se ad hoc quod perpetuo archidiaconatum vel parochiam teneant.

II-II q. 189 a. 7 ad 2

Ad secundum dicendum quod, sicut Hieronymus dicit, contra Vigilantium, *quamvis a te linguae vipereae morsus saevissimos patiantur, scilicet religiosi, quibus argumentaris, et dicis, si omnes se clauserint et fuerint in solitudine, quis celebrabit Ecclesias? Quis saeculares homines lucrifaciet? Quis peccantes ad virtutes poterit exhortari? Hoc enim modo, si omnes tecum fatui sint, sapiens esse quis poterit? Et virginitas non erit approbanda, si enim virgines omnes fuerint et nuptiae non erunt, interibit genus humanum. Rara est virtus, nec a pluribus appetitur*. Patet ergo quod hic timor stultus est, puta, sicut si aliquis timeret haurire aquam, ne flumen

CLXXXIX.8. Zda je dovoleno přejíti z jedné řehole do druhé.

Při osmé se postupuje takto: Zdá se, že není dovolené přejíti z jedné řehole do druhé, také přísnější. Praví totiž Apoštol, Žid 10: "Neopouštějíce sboru našeho, jak je zvykem některých." Glossa: "Kdo totiž buď podlehnou bázni pronásledování, anebo z vlastní opovážlivostí odcházejí od hříšných nebo nedokonalých, aby se zdáli spravedliví." Ale to se zdají činiti, kdo přecházejí z jedné řehole do druhé dokonalejší. Tedy se zdá, že je to nedovolené.

Mimo to mnišská profese jest přísnější profese řeholních kanovníků, jak máme Extra O stavu mnišském. Ale není dovoleno někomu přejíti ze stavu řeholních kanovníků do stavu mnišského: praví se totiž Dekret. XIX, ot. 2: "Nařizujeme a všeobecně zakazujeme, aby žádný kanovník řeholní s profesí nebyl mnichem učiněn, leda že by veřejně klesl (což neočekáváme)." Tedy se zdá, že není dovoleno někomu přejíti z jedné řehole do druhé přísnější.

Mimo to je někdo tak dlouho vázán plniti to, co slíbil, dokud to může dovoleně plniti; jako když někdo slíbil zachovávati čistotu, také po manželství uzavřeném slovy o přítomnosti, před tělesným spojením je povinen plniti slib, protože to může učiniti vstoupením do řehole. Může-li tedy někdo dovoleně přejíti z jedné řehole do druhé, bude vázán učiniti to, jestliže napřed to slíbil, jsa ve světě... Což se zdá nevhodné, protože z toho mnohdy může vzejíti pohoršení. Tedy nemůže nějaký řeholník přejíti z jedné řehole do druhé přísnější.

Avšak proti jest, co se praví Dekret. XX, ot. 4: "Jestliže se zasvěcené panny rozhodly pro zisk své duše pro přísnější život jíti do jiného kláštera a rozhodly se tam zůstati, posvátná synoda dovoluje;" a týž důvod zdá se býti o kterýchkoli řeholnících. Tedy může někdo dovoleně přejíti z jedné řehole do druhé.

Odpovídám: Musí se říci, že přejíti z řehole do řehole není chvalné, leč pro velikou užitečnost nebo nutnost. Jednak proto, že je to mnohdy pohoršení těm, kteří jsou opouštěni; jednak také, že někdo snaze prospívá v řeholi, které zvykl, než v oné, které nezvykl, při ostatním stejném. Pročež praví v Hovorech Otců opat Nesteros: "Každému jest užitečné, aby podle předsevzetí vyvolil, nejvyšší snahou a pečlivostí chvátati k dosažení dokonalosti započatého díla, a nikterak neustupovati od povolání svého, které jednou zvolil." A potom udávaje důvod, dodává: "Je totiž nemožné, aby jeden a týž člověk zároveň zářil všemi ctnostmi; a kdyby někdo všechny zároveň chtěl, nutně propadne tomu, že jde za všemi, a žádné celé nedosáhne." Různé totiž řehole vynikají různými ctnostnými výkony.

